CONFESSIONISTARUM
GOLIATHISMUS
PROFLIGATUS
SIVE
Lutheranorum Confessionis Augustanæ Symbolum profitentium
PROVOCATIO
Ad monomachiam doctrinalem, super Canonibus Synodi Tridentinæ, & Articulis Confessionis suæ Augustanæ, solemniter ex Edicto Cæsareo secum à Catholicis ineundam,

REPULSA:

CUM

Reseratione originis ac progressus tum hæreseon in generali, tum Lutheranismi ac Confessionismi in Speciali:

NEC NON

Confutatione dispunctoria Libelli Provocatorii, per eosdem *Confessionistas* Comitiis Imperialibus Francofordiæ Sedentibus Anno 1655. porrecti, cui Titulus: *Quid de Religione in Comitiis Germanorum præcipuè considerandum & consulendum?*

AUTHORE

IOANNE SINNICHIO

CORCAGIENSI IBERNO,

Sacræ Theol. in Academia Lovaniensi Doctore, Ordinario Professore, & Collegii Majoris Theologici Præside.

Aiebat Philisthæus: Ego exprobravi agminibus Israël hodie: Date mihi virum, & ineat mecum singulare certamen. 1. Reg. 17. 10.

Ne respondeas stulto iuxta stultitiam suam, ne efficiaris ei similis. Prov. 26. 4.

Hæreticum hominem post unam & secundam correptionem devita: sciens quia subversus est, qui eiusmodi est. Tit. 3. 10.

Cum triplici Indice, Capitum præfixo: Scripturarum, & Rerum subnexis.

EDITIO SECUNDA.

LOVANII,

Typis ac Sumptibus HIERONYMI NEMPÆI. Anno M. DC. LXVII.

CUM GRATIA ET PRIVILEGIO.

Bayerische
Staatsbibliothek
München

AVGVSTISSIMO ROMANORUM IMPERATORI:

NECNON

SERENISSIMIS, EXCELLENTISSIMIS, ILLVSTRISSIMIS, REVERENDISSIMIS, AMPLISSIMIS

D. D.

SACRI ROMANI IMPERII ELECTORIBUS, PRINCIPIBUS, PROCERIBUS, STATIBUS, ORDINIBUS:

IN

IMPERIALI DIÆTA FRANCOFORDIÆ CONSIDENTIBUS: AUT IBIDEM PRÆSIDENDI, CONSIDENDI, PROPONENDI, CONSULTANDI, DECIDENDI, AC QUOVIS MODO SUFFRAGANDI JURE POLLENTIBUS.

NOn una me ratio, sed trina quadrinavè permovit, ut hunc qualemcumque ingenii mei fœtum, *Confeßionistarum* provocatorio Libello objectum, Imperiali vestro Cœtui (AUGUSTISSIME CÆSAR: SERENISSIMI, EXCELLENTISSIMI, ILLUSTRISSIMI, REVERENDISSIMI, AMPLISSIMI D. D. ELECTORES, PRINCIPES, PROCERES, STATUS, ORDINES) dedicarem, tantique nominis Splendore prælustrarem, patrocinio præfulcirem. Harum *prima* fuit, quòd perspectum habuerim, complurium adhuc hominum mentibus quasdam veteris illius corruptelæ insidere reliquias, quam suo olim sæculo vigentem B. Salvianus Massiliensis Antistes, in Epistola ad Salonium Coantistitem, justissimè sugillat, dicens: *Tam imbecilla sunt iudicia huius temporis, ac penè tam nulla; ut hi qui legunt, non tam considerent quid legant, quàm cujus legant: nec tam dictionis vim atque virtutem, quàm dictatoris cogitent dignitatem.* Circumspiciens proinde ac considerans memetipsum, nec ullam in me undecunque manantem deprehendens dignitatem aut nominis celebritatem, quâ Lectores ad Tractatus mei perlustrationem allici queant; consultissimum arbitratus sum, mutuari de alieno, quod nequaquam suppetere cernebam ex proprio. Quod enim Augustinus lib. 4. de Doctrina Christiana cap. 5. monet esse observandum circa styli inelegantiam, hoc & ego imitandum mihi censui circa Scriptoris personam: *Ei qui sapienter debet dicere*, ait ibi ille, *quod non potest eloquenter, verba Scripturæ tenere maximè necessarium est. Quantò enim se pauperiorem cernet in suis, tanto eum oportet ditiorem esse in istis: ut quod dixerit suis verbis, probet ex illis; & qui propriis verbis minor erat, magnorum testimonio quodammodò crescat. Probando enim delectat, qui minùs potest delectare dicendo.* Cujus sententiæ veritati nihil deperiturum videtur, si hocce tenore efferatur: Ei qui utiliter

debet scribere, quod non potest de seipso commendare, magnæ authoritatis Patronus est necessarius. Quanto enim se pauperiorem cernit de suo, tanto eum oportet ditiorem esse ex alieno: ut quod scripserit authoritate suâ despicabili, acceptum præstet alterius venerabili; & qui propriâ exilitate minor erat, magnorum patrocinio quodammodo crescat. Dedicando enim delectat, qui minùs potest delectare scribendo. Sperans igitur fore, ut nonnulli ad lectionem Tractatus hujus illiciantur tantorum Patronorum intuitu, qui eandem alioqui facilè essent neglecturi; incurrendam potiùs censui notam temeritatis, quàm præter-
Phil. 1. 18. eundam communem utilitatem. *Gaudere se*, dicit Apostolus, *dùm omni modo Christus annuntietur*, etiam *per occasionem*. Quo documento admonitos nos voluit, ut pro veritatis persuasione nullam respuamus occasionem.

Primâ istâ ratione permotus ad quærendum Patronum, cujus splendoris præ-
Ps. 120. 1. fulgentiâ mea suppleatur tenebrescentia, *levavi oculos meos in montes, unde veniat auxilium mihi.* Et cùm multi obversarentur ejusmodi montes, duo mihi præ cæteris oculos perculêrunt: ii nimirum de quibus B. Fulgentius lib. 2. de verit. prædest. cap. 22. ait: *Quantum pertinet ad huius temporis vitam, in Ecclesia nemo Pontifice potior, & in sæculo nemo Christiano Imperatore celsior invenitur.* Ut verò è duobus hisce montibus, celsitudine conspicuis, cæloque vicinis, Christianum potiùs Imperatorem cum Augustissimo suo Imperialium Comitiorum Cœtu, quàm Pontificem Ecclesiæ verticem, in Patronum deligerem, tres aliæ rationes cunctantem determinarunt. Quarum prima fuit, quòd non tantùm Catholicis, sed ipsis etiam hæreticis, à Pontificia communione sejunctis, prodesse isto meo labore studuerim. Quapropter cùm probè pernoscerem quàm odiosum sit hæreticis nomen Pontificis, nolui ejus nominis prænotatione illos exacerbare, quibus cupiebam mederi. Quâ in re imitandum mihi proposui Augustinum, qui lib. 1. adversùs Julianum cap. 4. postquam eidem Juliano dixisset, *Puto tibi eam partem Orbis sufficere debere, in qua primum Apostolorum suorum voluit Dominus gloriosissimo Martyrio coronare. Cui Ecclesiæ præsidentem B. Innocentium si audire voluisses, jam tunc periculosam juventutem tuam Pelagianis laqueis exuisses. Quid enim potuit vir ille Sanctus Africanis respondere Conciliis, nisi quod antiquitùs Apostolica Sedes & Romana cum cæteris tenet perseveranter Ecclesia? Et tamen ejus Successorem* (Zozimum) *crimine prævaricationis accusas, quia doctrinæ Apostolicæ & sui Decessoris sententiæ noluit refragari.* Postquam, inquam, hæc ille Juliano dixisset, continuò subdidit unde nunc agitur: *Sed de hoc interim taceo: ne animum tuum, quem sanare potiùs cupio quàm irritare, laudibus tui Damnatoris exulcerem.*

Quoniam autem secundæ huic rationi opponere quis posset, *Protestantios* fuisse etiam ab Imperatore & Comitiis Imperii damnatos: ut proinde præmissis appareat consectarium, nec horum quoque nominibus prænotandum fuisse hunc nostrum Tractatum; *ne animos eorum quos sanare potiùs cupimus quàm irritare, laudibus suorum Damnatorum exulceremus.* Quoniam, inquam, opponere istud quis posset, opportunè sese ingerit ratio tertia: quòd nimirum ipsimet *Protestantii* contra quos agimus, recursum ad eosdem Damnatores suos instituissent, ultrò ac sine prævia ullius provocatione Libellum eis porrigendo, & monomachiam doctrinalem indici flagitando. Pati igitur æquanimiter debent, ut nostra

ad

ad eorum Libellum Responsio, sub illorum nominibus in lucem prodeat, quibus ipsi à nullo provocati Libellum suum provocatorium obtulerant. Sin autem hinc irritentur aut exulcerentur, sibi imputent, non mihi; qui, deficientibus etiam aliis facti mei rationibus, regerere eis possem illud Apostoli ad Corinthios, *Factus sum insipiens, vos me coëgistis.* 2. Cor. 12. v. 11. Clamarunt olim Donatistæ adversùs Catholicos apud Optatum Milevitanum lib. 1. contra Parmen. *Quid Christianis cum Regibus? Aut quid Episcopis cum Palatio?* Sed huic insano eorum clamori regessit ille ibidem continuò: *Si nota est nosse Reges, vos tota perfundit invidia. Nam Majores vestri Imperatorem Constantinum, harum rerum adhuc ignarum, suis precibus rogaverunt.* Petiliani Donatistæ exprobratio adversùs Catholicos apud Augustinum lib. 2. contra ejus litteras cap. 92. est ista: *Quid vobis est cum Regibus sæculi, quos nunquam Christianitas nisi invidos sensit?* Sed Augustinus ibidem hanc ejus exprobrationem retorquet, argumento ex Donatistarum anteriori provocatione desumpto. *Ite nunc*, inquiens, *& nobis dicite*, QUID VOBIS EST CUM REGIBUS SÆCULI? *Ut surdi surdis populis legatis, quod cum ipsis audire non vultis: Stipulam in oculo fratris tui vides, trabem in oculo tuo non videns.* Mat. 7. 3. Et hæc quidem præoccupandis *Provocantiorum* obmurmurationibus sufficere possunt, qui suâ provocatione non solùm ad rescribendum nos impulerunt, verùm etiam in Patronorum delectione prævenerunt. Ut autem aliorum quoque sive admirationi sive fortè indignationi satisfiat, veterum etiam Patrum exempla subjicienda sunt, qui apologeticos Tractatus pro Religione conscriptos, iis ipsis dedicandos censuerunt, apud quos Adversarii accusationem instituissent. Lactantius Firmianus libros suos Divinarum Institutionum, Constantino Magno ab adversariis sollicitato inscripsit. Julius Firmicus suum de Errore profanarum Religionum volumen, Constantio & Constanti Augustis consecravit. B. Ambrosius Gratiano Imperatori ab Arianis & Macedonianis tentato, quinque de Fide, & tres de Spiritu Sancto libros dedicavit. Quin imò non defuere inter primævos Christianos, qui Apologias suas Ethnicorum calumniis objectas, ipsis etiam Ethnicis Cæsaribus aut Potentatibus nuncuparint. Justinus enim Martyr duas pro Christianis Apologias edidit, alteram Senatui Romano, alteram Antonino Imperatori inscriptam. Athenagoras item sub idem ferè tempus suam pro Christianis Apologeticam legationem, M. Aurelio Antonino & L. Aurelio Commodo, Gentilibus Cæsaribus, obtulit. Atque ut aliis commemorandis supersedeam, Tertullianus Apologeticum suum pro Christianis adversùs Gentes, ipsis Gentilium superstitionum Antistitibus præsentavit, ita exorsus: *Si non licet Vobis, Romani Imperii Antistites, in aperto & edito ipso ferè vertice Civitatis præsidentibus ad judicandum, palam dispicere, & coram examinare, quid sit liquidò in causa Christianorum: si ad hanc solam speciem authoritas vestra de justitiæ diligentia in publico aut timet aut erubescit inquirere: Si denique, quod proximè accidit, domesticis judiciis nimis operata Sectæ hujus infestatio obstruit viam defensioni, liceat veritati vel occultâ viâ tacitarum litterarum ad aures Vestras pervenire.* In cujus loci Notis rectè advertit Pamelius, inter Romanos illos *Antistites* præcipuum locum tenuisse ipsum Imperatorem: quippe *Pontificis Maximi* titulo sublimem. Cum igitur non dubitaverint veteres illi Religionis Defensores, Cæsaribus ac Senatibus, adversariorum importunitate sollicitatis, apologeticos suos

 Tractatus

Tractatus inscribere, eorumque nominibus prænotatos emittere; cur non & ego, ipsorum exemplis incitatus, Orthodoxum Imperatorem cum Cœtu suo Imperiali, ab orthodoxiæ impugnatoribus jam anteà interpellatum, in Tractatus mei Patronum deligere præsumerem? Temporibus Cypriani cum quidam hæretici ad imponendum Pontifici Romam ex Africa navigassent, idem ipse Cyprianus Pontifici perscribens, hæc inter alia ait: *Romam cum mendaciorum suorum merce navigaverunt: quasi veritas post eos navigare non posset, quæ mendaces linguas rei certæ probatione convinceret. Atque hæc est vera dementia, non cogitare, nec scire, quòd mendacia non diu fallant; noctem tamdiu esse, quamdiu illucescat dies; clarificato autem die, & sole oborto, luci tenebras & caliginem cedere, & quæ grassabantur per noctem latrocinia cessare.*

Superiùs ibidem præmiserat idem Author hanc sententiam observatu dignissimam: *Semper scelera festinant, quasi contra innocentiam festinatione prævaleant.* Sed benè interim habet, quòd ii ad quos præfestinatum est, inauditâ alterâ parte determinare quidquam noluerint: memores nimirum illius sententiæ, quam aureis litteris scribi dignam Basilius Magnus Epist. 75. signavit: *Qui futurus est æquus ac nulli parti addictus Iudex, non debet se totum præoccupanti permittere, sed & defensionem expectare ejus qui defertur: ut ex collatione eorum quæ ab utrisque partibus dicuntur, veritas elucescat.* Alexandrum quoque Magnum memorat Plutarchus, non nisi alteram aurem accusatori apertam præbere solitum, alterâ in adventum Rei integrâ reservatâ. Cum igitur ad hujus imitationem placuerit Augustissimo Cæsari & Imperialibus Comitiis unam duntaxat aurem nostris accommodare *Provocantiis*, alterâ nobis intactâ servatâ; grandi me piaculo obnoxium putarem, si alteri, quàm ipsis, Responsionem istam dicarem.

Quarta demùm ratio accessit, quòd nimirum ita visum fuerit ei, qui mihi scribendi occasionem præbuerat, & onus injunxerat. Cujus nutui obluctari cùm non auserim in scribendo, consequens fuit ut nequaquam obluctarer in dedicando. Vir quippe est, cujus judicii profunditatem, consilii maturitatem, ingenii subtilitatem, fidei integritatem, obsequii erga Principes suos alacritatem, erga omnes promiscuè hominum status comitatem, affabilitatem, benignitatem, Belgæ passim universi norunt, nec Hispania, aut superior Germania ignorat. Aurelium Augustinum Malinæum dico: qui postquam aliquot annorum lustris in suprema Brabantiæ Cancellaria, atque in Concilio rerum maritimarum, Senatorem egisset fidelissimum pariter & æquissimum, ad Senatus Flandrici Præsidentiam à Catholica Majestate nominatus, tandemque in Sanctiorem ejusdem Majestatis Senatum cooptatus, Circuli Burgundici nomine ad Imperialia Germanorum Comitia per eandem Catholicam Majestatem delegari promeruit. Cùm igitur *Confessionistæ* eisdem Germanorum Comitiis Libellum suum provocatorium porrexissent, & ejusdem Libelli exemplar per eadem Comitia ad præfatum Regium Delegatum pro habendo ejus suffragio transmissum fuisset, cernens ille materiam esse Theologicam, me super *Provocantiorum* postulato, ac Libelli universo contento, consulere pro sua humanitate dignatus est. Cui postquam judicium meum breviter aperuissem, addidi, prolixiori Tractatu dignam esse eam materiam, dummodò negotium pateretur tantam scribendi & imprimendi

mendi

mendi moram. Cumque ille affirmativè respondisset, atque opus aggredi omnimodis suasisset, in verbo ejus fiduciam sumpsi, calamum arripui; & quæ in eam rem facere visa sunt, in eum ordinem quem Liber exhibet redêgi. Quod ubi peregissem, & prælo Opus commisissem, ac de Patrono deligendo deliberassem; suasit ille atque persuasit, ut sub Augustissimi nominis Vestri Patrocinio (INVICTISSIME ROMANORUM IMPERATOR: SERENISSIMI, EXCELLENTISSIMI, ILLUSTRISSIMI, REVERENDISSIMI, AMPLISSIMI, DD. ELECTORES, PRINCIPES, PROCERES, STATUS, ORDINES IMPERIALES) illud emitterem.

Superest ut quum jam audentiæ meæ rationes expromserim, de cætero audientiæ Vestræ favorem implorem: quatenùs altera illa auris Provocatoribus Catholicorum occlusa, provocatis supervenientibus pateflat: *Qui statuit aliquid*, ait Seneca in Medea, *parte inauditâ alterâ, æquum licet statuerit, haud æquus erit.* Aut igitur nihil omnino fuerit super Adversariorum postulatione statuendum, aut certè non nisi responsione demùm nostrâ auditâ fuerit statuendum. Si primum eveniat, vicimus; quia illorum repulsa, nostra est victoria: Si secundum, de victoriâ prorsùs confidimus, quia optimam causam multis magnisque rationum momentis coram insuspectis Auscultatoribus defendimus. Ut enim seponamus ea rationum momenta, quæ vel ex divinis Scripturis, vel ex Synodalibus Decretis, vel ex Pontificalibus Statutis, vel ex Doctoralibus monumentis, deprompta sunt, & ad Ecclesiasticum forum proculdubio spectant; duo alia supersunt, quæ nos etiam coram Cæsare & Comitiis securos efficiunt: tot nimirum priscorum ac neotericorum Cæsarum Edicta, & tot disputationum cum Adversariis inaniter initarum experimenta. De quibus, quia suis in Operis decursu locis erit tractandum, hìc nobis est silendum: non cessaturis interim, secundùm vetustum Christianorum morem, AUGUSTISSIMO CÆSARI animitùs apprecari vitam prolixam, Imperium securum, domum tutàm, exercitus fortes, Senatum fidelem, populum probum, Orbem quietum: IMPERIALIBUS quoque ejus COMITIIS dexteritatem in proponendo, maturitatem in consulendo, perspicacitatem in resolvendo, vigorositatem in exequendo. Hæc sunt communia Catholicorum, Germanicæ signanter Nationi affectorum, vota ac suspiria: quibus ut ex alto Deus clementer aspiret, exoptat

LOVANII XXXI. Octobris
M.DC. LVI.

AVGVSTISSIMÆ CÆSAREÆ MAIESTATIS

NECNON

SERENISSIMORUM, EXCELLENTISSIMORUM, ILLUSTRISSIMORUM, REVERENDISSIMORUM, AMPLISSIMORUM DD. ELECTORUM, PRINCIPUM, PROCERUM, STATUUM, ORDINUMQUE IMPERIALIUM

Minimus Servitor

JOANNES SINNICHIUS.

CENSVRA.

HOc Opus in refutationem cujuſdam Libelli provocatorii per Lutheranos Comitiis Imperialibus exhibiti, inſigni eruditione elaboratum, regulis Chriſtianæ fidei per omnia conſonum, & ex Scripturis Sacris, ac Sanctorum Patrum, aliorumque Doctorum Orthodoxorum ſcriptis potiſſimè depromptum, & ſolidè firmatum, prælo & publicâ luce dignum cenſui. Lovanii die 9. Ianuarii 1657.

JACOBVS PONTANVS S. Theol. Doctor & Profeſſor, ac Librorum Cenſor.

PROLOGVS.

1. QUàm verè ac nostris hisce temporibus accommodè scripserit olim B. Hieronymus A. *Multi* A. Epist. 81. *utroque claudicant pede, & ne fractis quidem cervicibus inclinantur, habentes affectum erroris pristini*; luculentè suo nuper facto manifestarunt, qui è Lutheri in Germania sequacibus, *Confessionis Augustanæ* Symbolum profitentur. Tot namque Academiarum sententijs perstricti, tot Synodorum Episcopalium Constitutionibus prostrati, tot Pontificum & Imperatorum Diplomatibus decussi, tot denique Præsulum in œcumenica Tridentina Synodo coeuntium Decretis contriti, non solùm sua pristina dogmata tam multipliciter reprobata propugnant & propagant, sed adhuc insuper flagitant audientiam, cùm damnati debeant agere pœnitentiam. Quorum proinde pervicaciam haud incongruè quis comparaverit aut etiam prætulerit Arianicæ, quam B. Athanasius Epist. ad Solitariam vitam Athan. agentes non dubitat appellare, *Quartam filiam eius hirudinis, quæ in Proverbijs memoratur, & nunquam dicit,* Prov. 30. 15. SVFFICIT. Et vide quid alibi idem Athanasius de ejusdem perfidiæ fotoribus scribat, planèque perspicies quantopere hi nostri cum illis Symbolizent: B. *Quòd si Christi perduelles*, inquiens, *ista cogitassent, scopumque* B. Orat. 4. *Ecclesiasticum ut anchoram fidei agnovissent, neutiquam naufragium circa fidem fecissent, neque tantâ impudentiâ usi* cont. Arian. *fuissent, ut resisterent etiam illis, qui ipsos á lapsu excitare conantur; nec eos potissimùm pro hostibus haberent, qui eos pietatis admonitos volunt. Sed hæreticus, ut res ipsa docet, pravum omnino & undequaque corruptum animum ad impietatem habet. Ecce enim vbique refutati, declaratique nullius scientiæ esse, erubescere tamen nequaquam possunt: Sed quemadmodum in fabulis Ethnicorum celebrata* HYDRA, *sublatis prioribus serpentibus, alijsque pullulantibus, pervicaciter contendebat, novo semper obiectu anguium contra eum qui ipsi suos serpentes tollebat: ita quoque isti execrabiles homines animo ethnico, deiecti ab illis quæ obijciebant, alias reperiunt Iudaicas & stultas controversias; & quasi veritatem hostem haberent, comminiscuntur nova, ut ita se magis Christi perduelles & oppugnatores declarent: quippe qui post tot refutationes, quibus vel diabolus ipse horum pater reiectus confususque retrò abijsset, rursùm ex perverso corde nova alia comminiscuntur; & his quidem admurmurant, istis verò insusurrant, alios rursùm velut culices bombo circumstrepunt.* Sed ampliùs progressi nostri *Provocantij* non solùm admurmurant, non solùm insusurrant, non solùm velut culices bombo circumstrepunt; verùmetiam elato clamore, evulgato libello typis expresso, & Augustissimæ Imperialium Comitiorum Congregationi præsentato, novum secum certamen solemniter indici inirique deposcunt, certandi leges provocatis præscribunt, Synodales canones adversùs sua dogmata conditos retractari efflagitant, supremum Ecclesiæ Præsulem dilacerant, & tanquam multiplicium errorum sacrilegorum reum coram tribunali etiam sæculari sistendum prætendunt.

2. Cùm igitur præmemoratus *Provocantiorum* Libellus, per Virum quempiam illustrem, Imperialium Comitiorum membrum, mihi ad respondendum transmissus commissusque fuisset; eo non sine admiratione perlecto, responsionem mox paravi, quam ejusdem illustris Viri, & aliorum pariter eruditorum, hortatu, typis expressam in publicum exire permisi. Non interim cessans Hilarianum illud repetere, ac velut proprium usurpare: C. *Non ego nunc navem è portu solvo naufragij ignarus, nec iter ineo infestos nesciens* C. Hilar. l. 7. *latronibus saltus, nec Lybiæ arenas incertus scorpiones ubique & aspides & basiliscos adesse transcurro. Nihil sollicitu-* de Trinit. *dini meæ, nihil conscientiæ vacat: sub specula enim omnium hæreticorum, ad occasiones singulorum verborum in os meum pendentium, loquor; & omnis sermonis mei iter aut angustijs præruptum, aut foveis incisum, aut laqueis prætensum est.* Et hæc quidem me ab audendo deterruerunt, sed graviora ex adverso incentiva ad audendum perpulerunt. Etenim, ut gravissimè Augustinus ait: D. *Si pro errore, & damnabili dissensione, & convictâ* D. Aug. Epist. 167. *modis omnibus falsitate, homines tanta præsumunt, ut eorum salutem requirenti Catholicæ Ecclesiæ tam audacter insidiari minarique non cessent: quanto magis æquum est, &* OPORTET, *eos qui pacis & unitatis Christianæ asserunt veritatem, omnibus etiam dissimulantibus & cohibentibus manifestam, satagere instanter atque impigrè non solùm pro eorum munimine qui iam Catholici sunt, verùm etiam pro eorum correctione qui nondum sunt? Nam si pertinacia insuperabiles vires habere conatur, quantas debet habere constantia, quæ in eo bono quod perseveranter atque infatigabiliter agit, & Deo placere se novit, & proculdubio non potest hominibus prudentibus displicere?*

3. Lutheranis orthodoxos avitæ Religioni insistentes ad monomachiam doctrinalem provocantibus respondendum necessariò fuit, vel provocationem acceptando & certamen ineundo, vel certè repellendi rationes assignando ac divulgando; ne diffidentiæ adscribatur, quod prudentia moderatur. Illud igitur hocce Tractatu discutiendum decidendumque suscepimus: Num hæreticis œcumenicè damnatis ulterior audientia vel disputandi copia concedenda sit? Lutheranos etenim à Tridentina Synodo condemnatos jam pridem esse in suis dogmatibus, omnibus notorium est, nec ipsimet diffitentur, sed ultrò fatentur, prout in decursu hujus operis clarebit. Et quanquam ipsi negent eandem Synodum fuisse œcumenicam aut legitimam, nemo tamen orthodoxus ea de re magis quàm de cæteris fidei Articulis dubitandum existimat. Quò fit, ut quemadmodum ipsi Lutherani fatentur non esse disputationi subijciendas eas Synodos, quas pro œcumenicis & legitimis habent nobiscum; ita & nos pro certo habere debeamus, non esse disputationi subijciendam Tridentinam Synodum, quam pro œcumenica & legitima habemus contra ipsos. E. *Quærendum est*, inquit Tertullianus, *donec invenias, & credendum ubi inveneris: & nihil ampliùs* E. Tertull. lib. de præscrip. cap. 9. *nisi custodiendum quod credidisti: dum hoc insuper credis, aliud non esse credendum, ideoque nec requirendum, cum id inveneris & credideris quod ab eo institutum est, qui non aliud tibi mandat inquirendum, quàm quod instituit.* Et iterum capite proximè sequenti: *Quærendum est*, inquit, *quod Christus instituit, utique quamdiu non invenis, & utique*

donec invenias. Invenisti autem cùm credidisti, nam non credidisses nisi invenisses, sicut nec quæsisses nisi ut invenires. Ad hoc ergo quæris ut invenias; & ad hoc invenis, ut credas. Omnem prolationem quærendi & inveniendi credendo fixisti. Hunc tibi modum statuit fructus ipse quærendi; hanc tibi fossam determinavit ipse, qui te non vult aliud credere quàm quod instituit, ideoque nec quærere. Cæterùm si quia alia tanta ab alijs sunt instituta, propterea in tantum quærere debemus in quantum possumus invenire, semper quæremus, & nunquam omninò credemus. Vbi enim erit finis quærendi? Vbi statio credendi? Vbi expunctio inveniendi? Apud Marcionem (Lutherum)? *Sed & Valentinus* (Caluinus) *proponit*, QVÆRITE ET INVENIETIS. *Apud Valentinum? Sed & Apelles hac me pronunciatione pulsabit, & Hebion, & Simon, & omnes ex ordine non habent aliud, quo se mihi insinuantes, me sibi adducant. Ero itaque nusquam, dum ubique convenior*, QVÆRITE ET INVENIETIS: *& velint me sic esse nusquam, quasi qui nunquam apprehenderim id quod Christus instituit, quod quæri oportet, quod credi necesse est. Impunè erratur, nisi delinquatur; quamvis errare, delinquere est. Impunè, inquam, vagatur, qui nihil deserit. At enim si quod debui credere credidi, & aliud denuò puto requirendum, spero utique & aliud esse inveniendum, nullo modo speraturus istud, nisi quia aut non credideram qui videbar credidisse, aut desij credidisse. Ita fidem meam deserens, negator invenior. Semel dixerim, Nemo quærit nisi qui aut non habuit, aut perdidit.*

4. Quid hinc consequatur *Protestantios*, ipsi attendant: qui non solùm fidem nostram in œcumenica Synodo expressam disceptationi subijci postulant; sed suam quoque *Augustanam Confessionem*, quam pro fidei Symbolo habent aut habere se simulant, eidem disceptationi submittunt: imò & ipsam divinam Scripturam, ex qua universas Religionis controversias decidi debere contendunt, eâdem disputatione ventilari permittunt. Ex quo consequens juxta prædicta apparet, eos nec suo Augustano Symbolo, nec divinæ etiam Scripturæ veraciter credere. Vt quid enim disputari de his rebus flagitant, nisi ut veritatem disputando quærant, & quærendo inveniant? Non ergo eam adhuc tenent: quia si tenerent, non adhuc quærerent. Vnde & Tertullianus ibidem inferiùs cap. 14. subdit: *Fides tua, inquit Dominus, te salvum fecit: non, exercitatio Scripturarum. Fides in regulâ posita est; habes legem, & salutem ex observatione legis: Exercitatio autem in curiositate consistit, habens gloriam suam de peritiæ studio. Cedat curiositas fidei, cedat gloria saluti. Certè aut non obstrepant, aut quiescant adversùs regulam: Nihil ultrà scire, omnia scire est. Vt non inimici essent veritatis hæretici, ut de refugiendis eis non præmoneremur, quale est conferre cum hominibus, qui & ipsi adhuc se quærere confitentur? Si enim verè adhuc quærunt, nihil adhuc certi deprehenderunt: & ideò quodcunque videntur interim tenere, dubitationem suam ostendunt quamdiu quærunt.* Si dubitationem, profectò etiam incredulitatem: Nam ut olim Stephanus Papa aiebat, F. *Dubius in fide infidelis est.* Atque hinc rectè Tertullianus ibidem subsequenter evincit, hujusmodi Quæritantios sive Dubitantios nequaquam esse Christianos: *Iam*, inquiens, *illos sic debemus refutare, ut sciant nos non Christo, sed sibi negatores esse. Cùm enim quærunt adhuc, nondum tenent: cùm autem nondum tenent, nondum crediderunt: cùm autem nondum crediderunt*, NON SUNT CHRISTIANI. Cùm igitur ad disputandum de fidei dogmatibus jam ritè ac plenè constitutis nos provocant, quid aliud quàm Quæritantios, Dubitantios, & infideles sibi similes facere nos gestiunt? Hoc innuere volens ibidem superiùs Tertullianus præmiserat: *Itaque tu qui proinde quæris, spectans ad eos qui & ipsi quærunt, dubius ad dubios, incertus ad incertos, cæcus ad cæcos, in foveam deducaris necesse est.* Pulchrè & apposité Leo Papa: G. *Verè*, inquit, *digni sunt Dei munus amittere, qui de veritate ipsius ausi fuerint* DUBITARE. Et tanquam interrogaretur, quomodo igitur poterit fides defendi, quando Adversarii eam postulant disputatione ventilari? *Nihil est convenientiùs*, respondet ipse ibidem, *fidei defendendæ, quàm his quæ per omnia, instruente Spiritu Sancto, irreprehensibiliter definita sunt*, INHÆRERE. Alioquin enim si semel ab hac regula deflectamus, prout ibidem subditur: *Ipsi quodammodò videbimur statuta velle convellere, & authoritates, quas Ecclesia universalis amplexa est, ad arbitrium hæreticæ petitionis infringere, atque ita nullum corrigendis Ecclesiis modum ponere, sed datâ licentiâ rebellandi, dilatare magis quàm sopire certamina.* Quòd si fortè opponas, abundantiorem diligentiam in rebus ad salutem tantopere necessariis non solùm non nocere, sed plurimùm etiam prodesse. Respondebit ibidem cap. 2. idem Apostolicus Præsul: *Cùm universalis Ecclesia per illius principalis petræ ædificationem facta sit petra, & primus Apostolorum Beatissimus Petrus voce Domini audierit, Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam: quis est, nisi* AUT ANTICHRISTUS, AUT DIABOLUS, *qui pulsare audeat inexpugnabilem veritatem; qui in suâ malitiâ inconvertibilis perseverans, per vasa iræ, & suæ apta fallaciæ*, FALSO DILIGENTIÆ NOMINE *dum veritatem se mentitur inquirere, mendacia desiderat seminare?*

F. Cap Dubiis de Hæret. Tert. ult.

G. Epist. 75. c. 1.

Præoccupatio

Mat. 16. 18.

5. Hoc igitur est quod isto nostro Tractatu ostendere nitimur ac persuadere, repellendam nimirùm esse eorum provocationem ad solemnem monomachiam, qui à Sede Apostolica per œcumenicam etiam Synodum, ipsorum primariè intuitu ac postulatu indictam, damnati, falsò diligentiæ nomine dum veritatem se simulant inquirere, errores suos moliuntur seminare. Porrò quia ad imitationem allophyli *Goliæ*, provocantis Israëlitas ad monomachiam militarem, provocarunt ipsi Catholicos ad monomachiam doctrinalem, Tractatum nostrum inscripsimus GOLIATHISMUM PROFLIGATUM, hoc est, Goliathicam *Confessionistarum* Provocationem Catholicâ responsione repulsam. Ordinem tractandi à nobis servatum non opus est hìc edisserere, quia partim ex Elencho Capitum proximè subnectendo, partim ex finali Operis Epilogo claret. Libellum Adversariorum provocatorium integro suo tenore inseruimus cap. LXVI. sed majori charactere recusum, quò à reliquo Opere secerni faciliùs & prom-

promptiùs queat. Ut autem Lector expeditiùs ibi reperiat ea loca quæ dispunctim à nobis referuntur & refelluntur, eundem per Numeros triginta tres partiti sumus, quanquam in exemplari per Authorem vel Authores primùm edito nullos ejusmodi Numeros repererimus: salvo interim ubique ipso Originali textu, tametsi subinde non admodùm correcto.

6. Hoc ad extremum universos Tractatum istum lecturos obtestor, ut quicquid in rebus ipsis utcunque digestis invenerint reprehensioni obnoxium, vitio meæ ineruditionis ascribant, & mihi dignanter indulgeant, qui dum alienæ voluntati parêre studui, majora meis viribus suscipere præsumpsi: Ea verò quæ secundùm rectam Fidei Catholicæ regulam dicta probaverint, Deo deputent, *qui dat omnibus affluenter, & non improperat*; & pro his omnibus mecum gratias agant. Iac. 1. 5.

7. Cæterùm de accuratione dictionis elucubratæ non satago: nec mihi pudoris est si disputatio mea, quæ fortè probatur in rebus, quosdam inanium verborum Sectatores horrore incomptæ orationis offendat: quia quod ab homine doctore studendo non didici, id exhibere loquendo vel scribendo non potui. Et verò cùm sententiarum vivacitatem sermo ex industria cultus enervet, & totam vim dictorum splendor elaboratus evacuet, quis non censeat me affectationem compositionis debuisse contemnere, etiamsi eam potuissem velut dicendi peritus implere? Quapropter ea mihi visa est compositio satis ornata, quæ conceptiones animi mei cum necessaria quadam perspicuitate proferret, non quæ illecebris aurium deserviret. Ea est enim, ut arbitror, judicata latinitas, quæ breviter & apertè observatâ duntaxat usitatorum verborum proprietate, res intelligendas enuntiat; non quæ vernantis eloquij venustate atque amænitate luxuriat: & prudentibus Viris non placent phalerata, sed fortia; quando non res pro verbis, sed pro rebus enunciandis instituta sunt verba: *Nihil indignandum*, inquit Minutius, *vel dolendum, si quicunque de divinis quærat, sentiat, proferat; cùm non Disputantis authoritas, sed disputationis ipsius veritas requiratur. Atque etiam quo imperitior sermo, hoc illustrior ratio est: quoniam non fucatur pompâ facundiæ & gratiæ, sed, ut est, recti regula sustinetur.* Et Cyprianus Epist. 2. ad Donatum: *In Iudicijs*, inquit, *in Concione pro rostris, opulenta facundia volubili ambitione iactetur: cùm de Domino Deo vox est, vocis pura sinceritas non eloquentiæ viribus nititur ad fidei argumenta, sed rebus* Et Arnobius lib. 1. advers. Gent. *Non minùs id quod dicitur*, inquit, *verum est, si in numero peccetur, aut casu, præpositione, participio, coniunctione. Pompa ista sermonis, & oratio missa per regulas, concionibus, litibus, foro, Iudicijsque servetur; deturque illis imò, qui voluptatum delinimenta quærentes, omne suum studium verborum in lumina contulerunt. Cùm de rebus agitur ab ostentatione submotis, quid dicatur spectandum est, non quali cum amænitate dicatur: nec quid aures commulceat, sed quas afferat audientibus utilitates; maximè cum sciamus etiam quosdam sapientiæ deditos non tantum abiecisse sermonis cultum, verumetiam cum possent ornatiùs atque uberiùs eloqui, trivialem studio humilitatem secutos; ne corrumperent scilicet gravitatis rigorem, & sophisticâ se potiùs ostentatione iactarent. Enimvero dissoluti est pectoris, in rebus serijs quærere voluptatem: & cum tibi sit ratio cum malè habentibus atque ægris, sonos auribus infundere dulciores, non medicinam vulneribus admovere.* Finio demùm istum Prologum verbis hisce B. Salviani in præfatione librorum de Gubernatione Dei ad Salonium: *In Scriptiunculis nostris non lenocinia esse volumus, sed remedia; quæ scilicet non tam otiosorum auribus placeant, quàm ægrotorum mentibus prosint; magnum ex utraque re cælestibus donis fructum reportaturi. Si enim hæc salus nostra sanaverit quorundam non bonam de Deo opinionem, fructus non parvus erit, quòd multis profui: sin autem id non provenerit, etiam hoc ipsum infructuosum non erit, quòd prodesse tentavi. Mens enim boni studij ac pij voti, etiamsi effectum non invenerit cœpti operis, habet præmium voluntatis.*

Minutius. Cyprianus. Arnobius. Salvianus.

FINIS PROLOGI.

EPITOME OPERIS PER SYNOPSIN CAPITVM.

CAPVT I.

GErmanorum ſuper Chriſtianæ Religionis negotio diſſidium magnoperè deplorandum. Germanicæ Gentis præconia ab exteris etiam Scriptoribus decantata. Concordiæ commoda & diſcordiæ damna typicè adumbrata, exemplis illuſtrata, documentis inculcata.

CAPVT II.

Primævorum Chriſtianorum unanimitas Deo placita, hominibusq; comprobata, gregem puſillum provexit in gentem numeroſam, exemplo poſteris imitando, ut qui cupiunt augeri, ſtudeant uniri. Chriſtiani charitate conglutinati fiunt quodammodò unus Chriſtus. Eccleſia domus Dei, receptaculum fratrum in unum habitantium.

CAPVT III.

Concordiæ plantator Deus, diſcordiæ ſuperſeminator diabolus. Homines ad imaginem Dei conditos decet Auctoris ſui eſſe imitatores: Ad ſocietatem Angelorum ordinatos, futurorum olim concivium æmulatores: Mundi maioris incolas, mundanæ harmoniæ Sectatores: eiſdem parentibus prognatos, fraternitatis obſervatores: mutuæ opis indigos, mutuæ benevolentiæ repenſores.

CAPVT IV.

Chriſtus Princeps pacis peculiare unanimitatis invexit incentivum, Chriſtianæ germanitatis nexum; tanto arctiùs ſtringentem, quanto ſublimioribus titulis nitentem; priſtinas tam naturæ quàm voluntatis neceſſitudines non abolentem, ſed adolentem. Chriſtianorum pugnæ ſuper Religionis negotio graphicè deſcriptæ, & navali prælio aſſimilatæ.

CAPVT V.

Corruptio optimi peſſima oſtenditur exemplis Principis dæmoniorum, Excollegæ Apoſtolorum, apoſtatantium Religioſorum. Hinc ipſa inter Chriſtianos fœditas ſimultatis, teſtimonium præbet pulchritudini unanimitatis. Philautia radix diſcordiæ, charitas concordiæ. Hanc omnes cum largitore ſuo Spiritu Sancto repellunt, qui ab Eccleſiæ unitate deſciſcunt. Inter veri aſſertionem & placiti præſumptionem pugna crudeſcit, ſtrepente pravitate, nec cedente pietate. Decorum bellum indecoræ paci præferendum; Perverſoribus non connivendum.

CAPVT VI.

Nulla pugna ſine malo, nec omnis tamen pugnans pugnando fit malus; ſed quem in aciem prolicit præceps contendendi temeritas, non premens reſiſtendi neceſſitas. Chriſtianæ pacis turbatores, *Caini, Balaami*, vel *Core* ſunt imitatores, invidiâ lividi, avaritiâ ſordidi, vel ſuperbiâ turgidi. Seipſos ſegregando animales fiunt, Spiritum Sanctum amittunt, ſpiritum Magorum Pharaonis induunt. Eorum inquietudo in Cyniphibus Ægyptiacis præumbrata, in *Cham* filio Noë præominata, in perdicibus pugnacibus ac furacibus figurata, in Gentibus bella volentibus prophetice devota.

CAPVT VII.

Diſſidia Chriſtianorum parit inquietudo hæreticorum, Chriſtiano quidem ſe nomine fucantium, ſed rem Chriſtianiſmi impugnantium, ac ſic genuinis Chriſtianis repugnandi neceſſitatem importantium. Fides quàm delicata, quæ tota repellitur, niſi tota ſuſcipitur! Hæretici eò ſunt perniculoſiores, quò integritati fidei apparent propinquiores. Ad hæreſim per declive facilior eſt deſcenſus, quàm ad fidem per acclive aſcenſus. Hinc magis timenda Catholicorum perverſio, quàm ſperanda hæreticorum converſio. Pſeudo-miraculum Lutheraniſmi exuberantis à Thoma Moro deriſum, atque olim in Jovinianiſmo à Hieronymo præexploſum.

CAPUT VIII.

Dissidiorum inter Christianos super Religione immanitas duplici causæ ascribitur, arctitati nimirum vinculi quod dirumpitur, & præstabilitati materiæ super qua dissidetur. Fratrum discordias plerunque esse atrocissimas ostenditur exemplis è sacra & prophana historia decerptis. Adamantis quanto difficilior comminutio, tanto & recoalitio. Quanto præstantior est fides Christianorum quàm Helena Græcorum, tanto alacriùs pro ea quàm pro illa dimicandum. *Pro aris & focis certare* quid? Indidem profluit dissidiorum super Religione diuturnitas, unde & immanitas. Accedit præterea ad eandem prorogandam hinc constantia Catholicorum, illinc contumacia hæreticorum.

CAPUT IX.

Diabolus dissensionum fax, ut olim in Scythismo & Græcismo, ita modò in Christianismo. Turris *Babel* cum Philosophiâ Græcanicâ comparata: in illius extructione confusio facta est idiomatum, in hujus excultione divaricatio dogmatum. Dispersionibus Philosophorum surrogatæ sunt Sectæ hæreticorum. An ut olim inter Philosophos, ita modò inter hæreticos reperiantur *Sceptici* vel *Academici*, disquiritur; & affirmativè deciditur. Pyrrhoniorum & Academicorum discerniculum ex Gellio. Quemadmodum Philosophorum, sic & hæreticorum Sectæ, aliæ à civitatibus, aliæ à stationibus, aliæ ab eventu, aliæ ab ignominia, aliæ à fastu, aliæ ab effectu, aliæ ab Auctoribus, aliæ ab errorum materijs, aliæ à regionibus, suas habent nomenclaturas.

CAPUT X.

Quanto tempore duraverit primæva Christianorum unanimitas, inimico nondum superseminante hæreticalium discordiarum zizanias, utrinque discutitur; & conciliatis antilogiarum apparentijs determinatur. *Thebutis* philotimia, Hierosolymitanum Episcopatum affectantis, & ob repulsam recalcitrantis, perstringitur ex Hegesippo. Qualiter intelligendum, quòd diabolus dicitur primò oppugnasse Christianismum violentis & apertis persecutionibus, ad modum leonis; deinde fraudulentis & occultis machinationibus, instar draconis.

CAPVT XI.

Quemadmodum diabolus seducendis & de paradiso exturbandis protoplastis intentus, colubrum, machinationi suæ ex innata indole præ cæteris animantibus congruum, delegit: ita supplantandis & de Ecclesiæ paradiso pellendis fidelibus intentus, eos præ cæteris deligit Ministros, quos certis vitijs suo scopo congruis prævië dignoscit addictos. Quàm pronus sit humanus intellectus ad se conformandum inclinationi affectus sive in bonum sive in malum vergentis! Sectariorum pertinacia & insolentia perstringitur.

CAPVT XII.

In quovis vitiorum genere captivari potest intellectus in obsequium pravi affectus. Hæretici idololatris similes; ut illi manibus, sic ipsi mentibus Deos sibi cudunt recentes. Nullus in Religione error vigesceret, nisi anima pro Deo suo animam, aut corpus, aut phantasma suum coleret. Vitiosi quidam affectus hæreticis familiariores memorantur. Apostoli locus, *Erunt homines seipsos amantes* &c. elucidatur. Majorum contemptus Novatoribus usitatus. Suus cuique fætus, ut carnis, ita & mentis, alienis plerunque existit gratior & apparet pulchrior. Philautia, Superbia, & generalis avaritia ad invicem conferuntur, & de vitiorum primatu contendentes inducuntur. Pastores gregem Christi non ut ejus, sed ut suum pascentes, redarguuntur.

CAPVT XIII.

Ambitio hæresum promiscuè omnium si non genitrix, saltem obstetrix: monstrum ex Sarisberiensi biceps, ex Victorino & Gregorio quadriceps: mater hypocrisis ex Bernardo, simia Charitatis ex Blesensi: Ammonitici tyranni imitatrix, mancipijs suis oculos eruit dextros: curiositatem ingenerat, singularitatem affectat, clientes suos Bacchico furore agitat, indisciplinares & impatientes reddit. Contumelias quantascunque patienter potiùs esse perferendas, quàm Ecclesiam deserendam, ostenditur à fortiori, exemplo Furij Camilli. Hereseon aliquot per ambitionem suscitatarum elenchus. Subversio ambitiosæ Græciæ prænuntiata.

CAPVT XIV.

Babelitarum ſymbolum, *celebremus nomen noſtrum*, quàm latè diffuſum, & altè hominibus impreſſum! Quidam deſperantes famam bonam, ſatagunt adipiſci vel malam. Chriſtiani ex fide ſpiritaliter viventes, & Deum inhabitantem habentes, Reges ſunt, & templa Dei. Hæretici eorundem fidem ſubruendo, & ſanctitatem abolendo Regicidii & Sacrilegii reatum incurrunt, & quidem immaniorem, quàm vel Pauſanias interfector Regis Macedonici, vel Eroſtratus incenſor fani Epheſini. Helvidii cum Eroſtrato comparatio. Hæreſiarchæ, legis myſticæ tranſgreſſores, non Chriſto, ſed ſibi propaginem ſuſcitant; *vocantes nomina ſua in terris ſuis.*

CAPVT XV.

Ad Germanicæ Nationis ſeditiones deſcenditur. Chriſtianorum in fide unanimitas ſub initium ſuperioris ſæculi perſtringitur: Diſcordiarum fax per Lutherum accenſa memoratur: Accenſor Avaritiæ & *Philotimiæ* inſimulatur: Lutheraniſmi ebullientis tempus, locus, occaſio ſignatur. Lutheri erga Apoſtolicum Præſulem ficta vel fluxa devotio notatur: Romam ille citatus tergiverſatur. Auguſtæ coram Cardinale Caietano Legato comparet: Palinodiam niſi generalem canere detrectat: A Legato ad legantem appellat: Ejus dogmata ab Academiis Catholicis reprobantur, à Præſulibus Apoſtolicis cenſurantur, à Cæſare in Comitiis Imperialibus cum Authore proſcribuntur, à Synodis damnantur.

CAPVT XVI.

Lutheri in pejus proficientis inconſtantia, inſolentia, impudentia, maledicentia perſtringitur. Genio *Iſmaëlitico* percitus linguam exerit, & calamum ſtringit in omnes ſibi adverſantes. Quibus pridem ſe ſubmittebat, inſultat; & quos ſe ſuſpicere profitebatur, inceſſit. Caietanum Cardinalem irridet, Academias damnatrices ſuas proſcindit, Pontifici retalians Jus Canonicum exurit; nihil minùs facturus Cæſareo, niſi plus timuiſſet gladium ſæculi, quàm Petri. Pontificem proclamat Antichriſtum, & Turcâ deteriorem; Epiſcopos Antichriſti Apoſtolos, Academias lupanaria, Romanam curiam Sodomæ colluviem, Apoſtolicam Sedem cathedram peſtilentiæ, Antichriſtianam, diabolicam. Synodis auctoritatem detrahit: Dominationem ſpernit, Majeſtatem tam Regiam quàm Cæſaream blaſphemat, Comitia Imperialia fœdè dilacerat, totum Mundum laceſſit. Proteſtantici nominis origo. *Confeſſionis Auguſtanæ* exhibitio, ridicula ex nomine ominatio, blaſphema cum Niceno & Athanaſiano Symbolis per Lutheranos excogitata comparatio.

CAPVT XVII.

Confeſſioniſtæ Orthodoxos, à quibus ſeceſſere, laceſſunt: contempto quod benè fuerant geniti, ut rudes fallerent, de ſe naſci voluerunt. Hæreſis veritate poſterior. Eccleſiæ æmuli in Spiritum Sanctum injurij. Romanæ Eccleſiæ prærogativa. Lutheri in eam odium vatinianum, indeque eructatum falſum vaticinium, quod in eos detorquetur qui Lutheraniſmo impendere patrocinium. Vt olim inter Philoſophos, ſic nunc inter hæreticos diſcipuli in magiſtros recalcitrant; malentes haberi propriæ ſententiæ inventores, quàm alienæ ſectatores. Familia *Heber*, & *Regnum Iuda*, quatenus Eccleſiæ Catholicæ geſſere figuram?

CAPVT XVIII.

Lutherus, divinâ eum inſequente vindictâ, per quæ peccaverat torquetur. De lege *talionis* ex ſacris ac profanis litteris diſſeritur, & quatenus ea per Chriſtum abolita vel ſtabilita ſit diſquiritur. Hæretici à Pſalmographo cur *vicini noſtri* dicti, & Septuplæ ultioni ſubiecti? Septenarij numeri perfectio. De ſinu Eccleſiæ, & ſinu hereſiarchiæ. Lutherus Eccleſiaſticæ temerator hierarchiæ, primum ſchiſma paſſus eſt à ſuis ſuper myſterio Euchariſtiæ. *Sacramentariorum* origo, & in ſubſectas multipartitio: Similiter & *Anabaptiſtarum*; necnon & *Confeſſioniſtarum*, quorum alij *Rigidi*, alij *Molles*, alij *Extravagantes.* Britannia quàm ferax errorum: *Hutchinſoniæ* fæcunditas tam in hæreſibus, quàm in Monſtroſis fœtibus pariendis. Sectarij quantumlibet inter ſe diffideant, in Eccleſia oppugnanda conſpirant. Articuli aliquot omnibus communes, & à Luthero communi Didaſcalo hauſti recenſentur. Eorum diſperſiones per Regiones commemorantur.

CAPVT XIX.

Quanquam ſollicitiùs curandum ſit quomodo Germania ſanari queat, quàm indagandum quomodo in morbum inciderit: non tamen ſilenda fuit occaſio vel ſtatus morbi, quippe cujus notitia eſt initium remedij: hæreſes ſiquidem prodidiſſe, refutaſſe eſt. Methodus deponendi expeditè errorem & eruendi veritatem, per canalem Traditionis, à Cypriano ſuggeſta, ab Auguſtino deprædicata, à Hieronymo & alijs uſurpata & inculcata. Antiquitas Chriſtianæ fidei apud Germanos ex Irenæo. Soli Catholici poſſunt veraciter & perenniter dicere: *Ita & nobis Maiores noſtri, & illis ſui tradidere Maiores.* Cypriani collegæ eam methodum amplexi reſipuerunt, & novum decretum priſtino contrarium emiſerunt.

CAPVT XX.

Obviatur tergiverſationi *Confeſſioniſtarum*, obtendentium ſufficientiam divinarum Scripturarum, ſine recurſu ad canalem Traditionis. Scriptura non in legendo, ſed in intelligendo conſiſtit; quæ alioqui ſecundùm litteræ corticem cunctis promiſcuè hæreſibus adaptari queat. Indidem ſumendus Scripturæ ſenſus, unde & canon. Non minùs veritati obſtrepit adultera interpretatio, quàm ipſius textus mutilatio vel depravatio. Spiritus Sancti jugis aſſiſtentia Chriſtianæ Eccleſiæ promiſſa, ac præſtita. Vetus Teſtamentum in tabulis lapideis, Novum in cordibus credentium primariò ſcriptum. Non ſcripto, ſed verbo Euangelium fuit conſignatum primitùs pleriſque Gentibus, ſignanterque Germanis, quippe litterarum tunc ignaris. Vt in veteri Iudæorum templo quædam exponebantur, quædam intra Sanctum Sanctorum abdebantur: ſic in Eccleſia Chriſti quædam ſcripto produntur, quædam arcanò traduntur: & cur? Scripturæ recta intelligentia ſine clave Eccleſiaſticæ Traditionis quàm ardua, oſtenditur exemplo Acroaticorum Ariſtotelis librorum, quadantenus editorum, quadantenus ineditorum. Sectarij, clave ſcientiæ deſtituti, ducentas unius ſententiolæ, *Hoc eſt Corpus meum*, interpretationes ſunt commenti.

CAPVT XXI.

Confeſſioniſtas non correctionis, ſed contentionis ſtudio flagitare adhuc audientiam, cùm toties damnati debeant agere pænitentiam. Vt ſubditi Dominorum, ſic diſcipuli Magiſtrorum non ſolùm opiniones, ſed mores quoque procliviter imbibunt. Auguſtinus exprobrando contenſioſitatem *Semipelagianis*, à fortiori indicat quid cenſendum de *Lutheranis*. *Confeſſioniſtarum* cum *Maximianiſtis*, Donatiſtarum Sectarijs, comparatio. Faciliùs Ethnici convertuntur, quàm hæretici reducuntur. Vt olim *Donatiſtæ*, ſic modò *Confeſſioniſtæ* diabolum imperſuaſibilitate imitantur, ſi non ſupergrediuntur. Cum eis nunc agendum ſicut quondam cum Pelagianis eſt actum; contra quos à Pontificibus & Epiſcopalibus Synodis prædamnatos, Papa Bonifacius non ſolùm Apoſtolicis, ſed etiam Cæſareis utebatur Edictis: & quos Papa Celeſtinus, quaſi non diſcuſſo negotio audientiam poſtulantes, totius Italiæ finibus iuſſit extrudi; nequaquam permitens retractari, quod ſemel meruerat abſcindi. Sufficit abſciſſio facta per Eccleſiam occidentalem; inconſultâ etiam orientali. Quid in Epheſina Synodo contra Pelagianos actum? Qualiter item poſt Synodum Papa Sixtus Iulianum correctionis ſpem præferentem repulit?

CAPVT XXII.

Confeſſioniſticæ provocationis repulſio non eſt in Catholicis indicium puſillanimitatis aut diffidentiæ, ſed ſtrenuitatis ac prudentiæ. Parœmiaſtis parænеſis, *Ne reſpondeas ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam* &c. expenditur. Non ſolùm à malo, ſed à ſpecie quoque mali abſtinendum. Quo ordine Goliathiſmus *Confeſſioniſtarum* profligandus? Hæretici Ethnicis ac Iudæis ingratiores, ac per hoc obſtinatiores & intractabiliores. Ab errore nemo vel primò educitur vel denuò reducitur, niſi per Dei miſericordiam; cujus fontem hæretici ſua ſibi ingratitudine obſtruunt. Hinc eam reputant gloriam vanitatis, nullis cedere viribus veritatis. Nihil proficit Doctor quantumlibet eruditus plantando ac rigando, niſi ſummus agricola aſſiſtat, cordis fundum ſulcando, germen educendo, incrementum præbendo. Lutheri ſententia de hæreſiarcharum irreſipiſcentia, quam pro parte verificavit propriâ experientiâ.

CAPUT XXIII.

Quamvis hæretici suâ ingratitudine fontem misericordiæ obstruant sibi, non tamen Catholicis quin eis orando impetrent quod disputando non obtinent. Augustini, Prosperi, & Papæ Celestini in hanc rem suffragia. Sisinnij suggestio ab Episcopis & Theodosio Augusto comprobata, *Disputationibus Schismata augeri, potiùs, quàm uniri.* Proferuntur Scripturæ inhibentes conferentiam cum hæreticis. Proferuntur & in eandem rem exempla Sanctorum, Ioannis Apostoli, & Polycarpi ejus Discipuli. Florini execrabile commentum *de Deo authore peccatorum*, à modernis quibusdam Sectarijs renovatum. Melanchonis ea de re Sententia à Tridentinis Patribus post Arausicanos & Valentinos damnata, ab ipso Melanchone retractata. *Coluthianorum* & *Florinianorum* hæreses extremè sibi contrariæ. Hæresim non tam in vocibus quàm in vocum sensibus consistere evincitur ex eo, quòd eadem vocalis Propositio simul Catholica & hæretica esse possit diversimodè intellecta.

CAPUT XXIV.

Irenæus non solùm alieno exemplo, sed proprio etiam documento prodidit, non esse cum hæreticis commercia aut colloquia ineunda; suffragante ei Martyre *Ignatio*, qui eos appellat *Sepulchrales columnas*. Pythagoricorum mos erigendi desertoribus suæ Sectæ columnas, tanquam mortuis. *Hieronymi* de hæreticorum duritie testimonium. Cur *à seipsis damnati* dicantur? Ab Ecclesia, quam vident, foras fugiunt. Plures propheticæ Scripturæ perhibent testimonium Ecclesiæ, quàm ipsi Christo; quia plures hostes Ecclesiæ prævisi, quàm Christi. *Tertulliani* Sententia, de non admittendis hæreticis ad certamen Scripturarium. Quid eis ad certamen Scripturarium provocantibus regerendum?

CAPUT XXV.

Tertulliani testimonium proximè relatum dispungitur, & dispunctim elucidatur. Hæreticis solemnè est Scripturas obtendere, & cur ita? Tanto magis cavendi ac pertimescendi sunt, quanto occultiùs sub divinæ legis umbraculo latitant. Lutheri præfidentia, & simul inconstantia, redarguentis in alijs, quod practicat cum alijs & præ alijs. Insanis contradicere vanum est. Hæretici à Psalmographo *viri sanguinum & dolosi* cur dicti? Publicas cum eis inire disputationes nec ineuntibus utile est, nec ipsis prodest; & auscultatoribus plerunque plus nocere quàm conducere natum est. Dubius in fide infidelis est.

CAPUT XXVI.

Non sufficit contentioni, quod abundat ad fidem. *Cypriani* exemplum, pro hæreticis orantis; & simul documentum, congredi cum eis vetantis. Cum precibus & satisfactionibus redeuntes, audiendi; minas & maledicta ingerentes, respuendi sunt. *Clementis Alexandrini* de hæreticorum inflexibilitate, litigiositate, & de disputationum cum eis ineundarum inutilitate suffragium. *Antonij Abbatis*, de eis omninò declinandis, ac tam loco quàm colloquio repellendis, sententia. Moriones quò absurdiores & insulsiores, eò ad revocandum suas futilitates, difficiliores. *Athanasii* de respuendis hæreticorum concertationibus testimonia. Cunctis hæresibus, etiam dudùm sepultis & incineratis, ansa resurgendi ac vires resumendi præbetur, si quod semel ab Ecclesia damnatum est, retractari quasi dubium toleretur.

CAPUT XXVII.

Proferuntur in eandem rem suffragia Basilij Magni, Ephrem Syri, Gregorij Nazianzeni, Ioannis Chrysostomi, Theodoreti, Theophylacti, Oecumenij, Eulalij, Cyrillorum Hierosolymitani & Alexandrini, Pelagij, Ambrosiastri, Ambrosij, Gelasij Papæ, Maximi Taurinensis, Rabani Mauri, Sedulij, Primasij, Hugonis Victorini, Anselmastri, Ruperti, Bernardi, Fulgentij, Vincentij Lyrinensis, & Leonis Magni. Rationes devitandi hæreticorum congressus ac colloquia variæ à varijs allegantur. Hæretici cur à semetipsis damnati dicantur? Sali infatuato eorum Magistri assimilantur. Viperis, scorpionibus, & basiliscis, eminùs enecantibus comparantur. Tot habent species diaboli, quot simulachra mendacij.

CAPUT XXVIII.

Ex Geſtis & Scriptis Papæ Leonis Magni adversùs Eutychianos, audiri poſt legitimam condemnationem poſtulantes, arguitur, repellendos eſſe Lutheranos, retractari ſua dogmata ſynodaliter jam damnata flagitantes, atque ad diſputatorium certamen provocantes. Proferuntur Edicta Martiani & Valentiniani Auguſtorum, prohibentia publicas diſputationes cum hæreticis conciliariter ſententiatis: item Edictum Gratiani, Valentiniani, & Theodoſij Magni, decernentium quinam pro Catholicis, quinam pro hæreticis ſint reputandi. Romanæ Eccleſiæ prærogativa aſtruitur & fides deprædicatur, penes quam incorrupta Patrum ſervatur hæreditas. Non ſolùm inhibetur hæreticis ne diſputent, ſed alijs quoque ne diſputantes auſcultent. Hæreticorum Scripta ſeverè vetantur, & Edicto Cæſareo flammis adjudicantur.

CAPUT XXIX.

Proſecutio ejuſdem probationis ex Decretalibus Papæ Leonis Epiſtolis, poſt obitum Martiani ad Leonem Auguſtum ejus ſucceſſorem directis. Quæ ſemel fuerint œcumenicè definita, nullâ debent ultrà retractatione pulſari: ne ad damnatorum arbitrium, nunquam retractatibus ſatiandum, videamur ipſi de ijs ambigere, quæ Catholicus conſenſus ultra omnem dubietatis aleam ſubvexit. Unde qui ab ijs diſſentire perſiſtunt, ſuis potiùs opinionibus dimittendi, quàm concertationibus dignandi ſunt. Eccleſia ſicut ſimpliciter errantes non ſpernit, ſic pervicaciter rebellantes devitat. Quis cenſeri debeat hæreticus? Cur Deus hæreſes crebreſcere ſinat, & quænam inde utilitas in Eccleſiam redundet? Eccleſia omnibus Erronibus utitur ad profectus ſuos, & qualiter? Quibus item modis exortæ in Eccleſia hæreſes ſupprimantur? Catholicæ fidei firmitas & ineluctabilitas perpenditur. Firmiſſimum eſſe neceſſe eſt, quod à plurimis incurſatum nequierit everti.

CAPUT XXX.

Lutheranos obſtrependo Tridentinæ Synodo, damnatrici errorum ſuorum, imitari veteres hæreticos ſimiliter obſtrepentes œcumenicis Synodis, damnatricibus dogmatum ſuorum. Nihil familiarius judicialiter victis, quàm Iudicis iniquitatem cauſari. Eutychianos poſt Chalcedonenſem ſententiam poſtulantes ulteriorem audientiam repellendos eſſe cenſuerunt, & Leoni Auguſto conſulenti reſcripſerunt variarum Provinciarum Antiſtites, etiam Synodaliter congregati: quorum Synodicæ plus quàm duodecim in eam rem proferuntur; quæ peræquè nunc militant contra Lutheranos, ac tùnc contra Eutychianos. Poſt œcumenicam definitionem tentare ulteriorem audientiam, hominum eſt non veritatem quærentium, ſed Eccleſiaſticæ paci inſidiantium, turbiſque ac tumultibus inhiantium, Philoſophorum gentilium rabiem imitantium, porticum Zenonis porticui Salomonis præferentium, non in bonitate de Deo ſentientium, nec in ſimplicitate cordis invenire eum geſtientium.

CAPUT XXXI.

Eccleſiæ Magiſtri per hæreſum acumina creverunt: tunc enim clariùs manifeſtatur veritatis aſſertio, quando patuerit quælibet diſſenſio: Ita hæreticorum obſtinatio Catholicorum fit exercitatio. Simplicij Papæ teſtimonia de non retractandis dogmatibus œcumenicè ſemel deciſis. Felicis item Papæ ſuper eadem re ſuffragium. In die Iudicij talem ab Hierarchis exiget Chriſtus Eccleſiam, qualem à Majoribus acceperant. Expenditur Apoſtoli locus, *O Timothee, depoſitum cuſtodi.* Zenonis Imperatoris *Henoticon* ab Acacio Conſtantinopolitano ſuggeſtum, atque ab eodem & pleriſque Orientalibus acceptatum, ſed à Romanis Præſulibus rectiùs rejectum. Baſiliſci tyranni *Encyclica* à quingentis Orientalibus Antiſtitibus impiè ſubſcripta, ſed paulò poſt ab ipſo etiam tyranno caſſata. Papæ Leonis Epiſtola ad Flavianum à perfidis unà cum Chalcedonenſi Concilio anathematizata, à veritatis ſtudioſis *columna orthodoxiæ* appellata. *Acephalorum* in Alexandrina Eccleſia origo, & nominis ratio. Romanæ Eccleſiæ conſtantia. Romani Pontificis varia elogia. Acacij Conſtantinopolitani & aliorum Patriarcharum Orientalium depoſitio.

CAPUT XXXII.

Acacij Conſtantinopolitani Patriarchæ anathematizatio ingentis ac diuturnæ ſimultatis inter Romanos & Græcos extitit origo. Anaſtaſij poſt Zenonem ad Imperialem purpuram evectio, & Gelaſij poſt Felicem ad Papatum aſſumptio. Anaſtaſij Cæſaris inauguratio & invita Catholiciſmi profeſſio, quam mox ſubſecuta eſt Syngraphæ conſignatæ repetitio, & ob eam denegatam atrox perſecutio. Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ cum Romanâ ſub Iuſtino demum Cæſare facta reconciliatio. Acacij, Flavitæ, Euphemij, Macedonij & Timothei Patriarcharum, necnon Zenonis & Anaſtaſij Cæſarum è diptychis eraſio. Formula profeſſionis reconciliandis præſcripta. Regum & Cæſarum functio circa Eccleſiam. Exemplo *Henotici* reijciendæ ſunt methodi concordiales inter fidem & hæreſim.

CAPVT

CAPVT XXXIII.

Apostolicæ Sedis in universo Orbe præeminentia, & in fide constantia. Pro fide Petri supplicatio Christi. Sicut permanet quod in Christo Petrus credidit, ita permanet quod in Petro Christus instituit. Petri dignitas etiam in indigno hærede non deficit. Cathedræ doctrinalis prærogativa, ut cogat rectè docere etiam non rectè viventes. Ad Apostolicæ Cathedræ fastigium Deus aut claros evehit, aut evectos illustrat. Eutychiana perfidia contra fidem prævaluisset, nisi Apostolici Præsulis divinitùs provisa vigilantia constantiaque obstitisset. Sub Gelasii I. Pontificatu non solùm Eutychiani tumultuare perrexerunt, sed & Pelagiani resurgere tentaverunt. Gelasius utrisque obvians docuit, & firmis argumentis probavit, hæreticos ritè damnatos non ampliùs esse audiendos, sed ab omni certamine repellendos. Evasio præclusa.

CAPVT XXXIV.

Gelasio succedens Anastasius viam prædecessorum insistit: Imperatorem cognominem reducere frustrà satagit. Imperator obdurescens obtrudere ei *Henoticon* machinatur. Raptus est, ne malitia mutaret intellectum ejus. Peculiaris cura Numinis erga Sedem Apostolicam. Anastasio sufficitur Symmachus, cui hæretici opponunt Laurentium, ut quod nequeunt à Papa impetrent saltem ab Antipapa. Donatistarum fraus, creantium unum è suis Romanum Pseudo-episcopum, in Collatione Carthaginensi detecta. Comparatio dignitatis Imperialis & Papalis ex Symmacho. Anastasii Imperatoris, uti & aliorum quorundam Apostolicæ Sedis & Catholicæ fidei hostium, improvisus interitus. Symmachi in custodiendo fidei deposito vigilantia; de vitanda hæreticorum concertatione, ac dogmatum semel decisorum retractatione, sententia. Ei succedit Hormisda, cujus testimonia Prædecessoribus consona recitantur. Gregorii prætereà Magni, Agathonis, & Alexandri IV. suffragia subnectuntur.

CAPVT XXXV.

Zenonis Veronensis de inutilitate ac noxietate Disputationum ac Tractatuum super fidei dogmatibus sententia. Fides Scripturis antiquior, atque ab eis tam in fieri quàm in conservari independens. Tractatuum frequentiâ non tam astrui fidem, quàm destrui. Dum plures fiunt fides, ad id incipiunt esse, ne ulla fit. Nimia Synodorum sub Constantio Imperatore Ariano frequentia quàm multiplices fidei formulas invexit! Hilarii ea de re gravis querimonia. Gregorii item Nazianzeni de inutili multiplicatione Synodorum super Synodis testimonium. Qui novam invehere tentant Religionem, miraculis eam stabilire debent, alioquin explodendi tanquam seductores. Hæretici omnem vim venenorum suorum in Dialectica disputatione constituunt. Isidori Hispalensis, & Gersonis Cancellarii Parisiensis, de vitandis disputationibus super fide cum hæreticis suffragia adducuntur.

CAPVT XXXVI.

Adversùs doctrinam præcedentibus capitibus traditam & stabilitam nonnulla objiciuntur, partim ex Scripturis; partim ex Christi Domini, Angelorum, Patriarcharum, Apostolorum, & Ecclesiasticorum Doctorum exemplis; partim denique ex Sanctorum Patrum, Scholasticorum, & Synodorum documentis desumpta.

CAPVT XXXVII.

Solutioni Objectionum superiori capite propositarum quædam præambula præmittuntur. Infidelium varii gradus ac status recensentur. Cum quibus infidelibus inire disputationes Catholici vetantur? Hæretici cum hæreticis disputando, si adversarios debellent, & in suam Sectam traducant, morbum eis mutant, non sanant: nec tam sibi, quàm Ecclesiæ vincunt. Varii ineundarum disputationum modi ac normæ commemorantur. Artis typographicæ inventio scriptorias disputationes facilitando multiplicavit. Aliud est doctrinam Catholicam ab Acatholicis impetitam, pro tempore & loco, quasi vim repellendo defendere; aliud verò monomachicum certamen pro ejus defensione offerre vel oblatum suscipere. Hæreticorum varii gradus ac status perstringuntur, & de singulorum remissione vel repulsione à disputatione disseritur. De quæstionibus fidei, & quæstionibus facti.

CAPVT XXXVIII.

Inchoatur solutio objectionum cap. xxxvi. propositarum, & ostenditur inprimis Catholicos non contravenire Apostolicis præceptionibus §. 117. objectis, denegando publicas disputationes hæreticis œcumenicè damnatis. Calumniatur Julianus Pelagianista, Augustinum suscepisse in se summam prælii pro parte Catholicorum adversus Pelagianos. Non est de Ecclesiæ totius causa adversus hæreticos tanquam per monomachiam à quoquam decertandum. Longè securiùs & efficaciùs disputatur contra hæreticos librorum editione, quàm subitariâ disputatione: & cur? Theodosij Augusti methodus stabiliendi fidem, & confundendi novitatis invectores. Nulli Judices minùs suspicioni obnoxii, quàm qui priùs pronunciarant quàm controversia inter partes fervesceret. Cur Augustinus tantoperè Donatistas tergiversantes urserit ut disputarent, nec ipse à disputando etiam cum nolentibus cessarit? Quid de disputationibus Christi Domini cùm Pharisæis & Sadducæis, cum muliere Samaritana, cum ipso etiam diabolo, respondendum? Cur Christus cum quibusdam disputavit quos præscierat suâ disputatione non emendandos; omissis alijs, disputatione alioqui flectendis?

CAPVT XXXIX.

Diluuntur Objectiones ab exemplis desumptæ, & §. 118. propositæ: & ostenditur pleraque exempla ibi objecta, vel esse falsa; vel ad propositum impertinentia, propter diversitatem materiæ super qua disputabatur, aut conditionis personarum disputantium, aut modi quo inibatur disputatio. Quædam exempla admittuntur ut pertinentia ad propositum, negatâ nihilominùs consequentiâ, propter disparitatem statûs Ecclesiæ tunc, & nunc. Quemadmodum medicamentum, quod uno tempore sanativum est, alio fit nocivum: ita & disputatio Catholicorum cum hæreticis. Ecclesiastici Doctores experimentis fiunt cautiores. Miraculis aliquando suppletæ Catholicorum cum hæreticis concertationes. Cur rariora nunc quàm olim fiant miracula ad fidei persuasionem?

CAPVT XL.

Diluuntur objectiones cap. 36. §. 119. propositæ, ex authoritatibus Irenæi, Tertulliani, Prosperi, Augustini, Ivonis, Divi Thomæ, aliorumque Scholasticorum, nec non quarundam Synodorum, depromptæ. Collationis Carthaginensis cum Donatistis initæ occasio & necessitas. Ejus exemplo inaniter Pelagiani prætenderunt sibi jam prædamnatis annuendam esse ulteriorem audientiam. Discrimen notatu dignum inter Donatistas, & Pelagianos, & Maximianistas à Donatistis segregatos. Cum Donatistis in Collatione Carthaginensi magis de quæstione facti, quàm de dogmate fidei disceptatum fuit. Cur Florentina Synodus Græcos, & Basiliensis Bohemos ad conferentias invitaverint aut admiserint?

CAPVT XLI.

Transitus à disputationibus cum hæreticis in generali, ad disputationes cum Lutheranis in speciali. Rationes devitandi publicas disputationes cum Lutheranis ad quatuor principales cardines summariè reducuntur: primò quòd Lutherani pleraque vel omnia legitima principia Theologicarum disputationum negent: secundò quòd pleraque eorum dogmata nihil aliud sint quàm errores olim in aliis hæreticis damnati: Tertiò, quòd experientia jam pridem manifestaverit, disputationes cum eis initas plus nocuisse hactenùs quàm profuisse: Quartò quòd Catholici Doctores ita censuerint.

CAPVT XLII.

De primo prædictorum quatuor cardinum differitur. Sicut corrupta habentibus vitalia supervacuè adhibetur medicina, ita inaniter initur disputatio cum negantibus doctrinalia principia. Citiùs & faciliùs erudiuntur simpliciter ignorantes, quàm dedocentur praviter errantes. Ejus rei documentum ex Blesensi. Basilii Magni egregia sententia de disciplinalium principiorum præstantia. Locorum Theologicorum varietas ex Cano. Locus ab authoritate in Theologicis disputationibus tenet primatum, tametsi in Philosophicis vix mereatur secundatum. E decem locis Theologicis solum primum, in Scripturæ authoritate consistentem, Lutherus cum suis Asseclis appretiat. Articuli doctrinæ Catholicæ à Theologis Lovaniensibus ex Cæsareo mandato evulgati, quorum quinque, astruentes locos præcipuos Theologicos à Luthero repudiatos, recensentur. Lutheri in Lovanienses Articulorum conditores insolentissimæ debacchationes memorantur.

CAPUT XLIII.

Proponitur Lutheranorum evasio, obtendentium non negari abs se omnia Theologicarum disputationum principia, sed suscipi ac suspici eorum præcipuum, sacræ nimirùm Scripturæ præsidium. *Confessionistas* nonnisi strophicè profiteri se non negligere primitivæ Ecclesiæ & priscorum Patrum consensum. Qui sui temporis Ecclesiam Doctoresque spernit, veteres spreturus fuisset, si cum eis vixisset. Non minùs in Christum & Spiritum Sanctum injurius est qui præsentem aut posthac in finem usque sæculi duraturam Ecclesiam cum suis Doctoribus spernit quàm qui primitivam contemnit. Lutheri in priscos Doctores, ecclesiasticas Synodos, ipsamque Ecclesiam universalem debacchatio. *Confessionistarum* modernorum insincera Professio, vel à Majoribus degeneratio. *Georgij Ducis* de Lutheranorum inconstantia memorabile dictum. Familiare est hæreticis, veterum Patrum, uti & Scripturæ sacræ, sententias in patrocinium sui erroris detorquere, & cur illis potiùs quàm suis Synchronis abutantur? Ecclesiæ Doctores contra suorum respectivè temporum hæreses & corruptelas invigilant, nec futuras hæreses prævident, & quod non impugnatur, non defendunt.

CAPUT XLIV.

Occurritur Lutheranorum evasioni sub initium superioris capitis propositæ, eique hìc adjunctæ authoritati S. Thomæ. Discrimen inter scientias inferiores & supremas quoad probationem suorum respectivè Principiorum. Utrum Lutherani habeant divinam Scripturam, discutitur: & variis rationibus pars negativa suadetur. Germanica Bibliorum Versio per Lutherum lucubrata, à multis Sectariis unà cum Catholicis reprobatur, quibus & ipse Lutherus suffragatur. Lutheri querimonia de Latinis Bibliorum Versionibus nimis per Sectarios multiplicatis. Cùm Lutherani Scripturas non ex Ecclesiæ sensu aut Patrum consensu, sed ex privato suo spiritu interpretentur, convincuntur non credere Scripturis, sed suis phantasiis. Augustini in eam rem attestatio. Leges disputandi iniquissimæ per Lutherum Catholicis præscriptæ referuntur ex Erasmo, & exploduntur per eundem Erasmum; exemplo nobis imitando adversus Lutheri posteros sub iisdem conditionibus tacitè provocantes.

CAPVV XLV.

Cùm tria in Scripturis divinis sint potissimùm spectanda, Versio, Interpretatio, & Canon; Lutherani nihil horum integrum habentes aut genuinum, à disputationibus è Scriptura ineundis repellendi prorsùs ostenduntur. Quosnam libros utriusque Testamenti de Canone exturbent Lutherani? Brentii in veteres Patres & sacrosanctas Synodos insolentia. Manichæorum sacrilegum privilegium à Lutheranis hæreditatum. Canon Biblicus hodie in Ecclesia usitatus, quàm vetustus? An saltem ex Scripturis quas Lutherani admittunt, & protocanonicas vocitant, ineunda cum eis sit disputatio, disquiritur: & negativè resolvitur. *Non est luctandum cum hominibus, qui dicunt: Non sapit palato meo, quod sapere dicis tuo.* Ostenditur Lutheranos magis deprimere divinæ Scripturæ Majestatem, subjiciendo eam privato suo spiritui, quàm Catholicos eandem interpretando ex Ecclesiæ Traditione ac consensu. Scriptura, prout profertur à Catholicis, est Verbum Dei; prout autem ab hæreticis, est Verbum diaboli. Lutheri in Scripturas etiam protocanonicas, quas suscipere se profitetur, irreverentia, & in earum authores maledicentia. Concluditur Lutherum non ideò appretiare, vel repudiare libros Scripturisticos, quia tales sunt vel non sunt; sed quia suo scopo congruere vel discongruere, sibi videntur. Sacrorum librorum divisio in *Protocanonicos & Deuterocanonicos*, à Sectariis abusivè detorta, & perperàm intellecta.

CAPVT XLVI.

Quæ causa Lutheranos impulerit ad expungendum è canone Biblico deuterocanonicos utriusque Testamenti Libros? Hæreticis familiare est repudiare Scripturas, per quas revincuntur; vel saltem eas ita depravare aut detorquere, ut omnem efficaciam redarguendi ipsorum contumaciam amittant. Naturale est odisse, quem timeas; & quem timueris, infestare, si possis. Irascuntur contumaces ipsi veritati, siquando adversus suam apparuerit voluntatem. Comparantur Lutherani ex una parte Manichæis, ex altera Priscillianistis: ex una item parte Marcionistis, ex altera Valentinianis. Plus plerunque periculi est in insidiatore occulto, quàm in hoste manifesto. Recensentur varia dogmata in libris deuterocanonicis singulatim expressa, Lutheranicis paradoxis adversa: unde concludatur, libros illos idcircò à Lutheranis respui, quòd nimis indissimulabiliter suis erroribus contraveniant.

CAPVT XLVII.

Præmissa recapitulatione dictorum super primo Cardine, transitur ad secundum, in cohærentia Lutheranismi cum antiquis hæresibus consistentem. Argumentum Prosperi de Semipelagianis evincit denegandam esse disputationem Lutheranis. Non fuit data audientia aut disputandi copia Semipelagianis in Synodo Arausicana. Quid Arausicani Patres in causa Semipelagianorum præstiterint? Nonnulla de *Euangelicorum* nomine perstringuntur. *Ludderi* nomen commutatum in *Lutherum*, uti *Manichæi* in *Mannichæum*. Dogma Lutheranorum de fide sine operibus salvante, in primitiva Ecclesia per Pseudoapostolos excogitatum, per Apostolos perimitur, & canonicis Epistolis confutatur.

CAPVT XLVIII.

Alter annulus cohærentiæ Lutheranismi cum antiquatis olim hæresibus, evacuatio nimirum liberi arbitrij: quam Lutherus palam testatur esse cardinem dogmatum suorum. Quanta inde absurditatum monstra suppullulent? Inter apicem præsumptionis & voraginem demissionis, tanquam inter dexteram & sinistram, indeclinanter gradiendum. Quàm incunctanter & consonanter veteres Ecclesiæ Patres, Pontifices, & Synodi, libertatem humani arbitrij, etiam in actionibus supernaturalibus, asseruerunt; & contrarium commentum in priscis erronibus exhorruerunt & exploserunt? Lutheranorum genealogia, quantùm ad hæresim obstricti arbitrij, ab Hosio pertexta; aliorum quoque progenitorum insertione ampliata. Lutherus non solùm rem, sed ipsum etiam nomen *Liberi arbitrij* execratur, & tanquam Satanæ magisterio in Ecclesiam invectum calumniatur. Pelagianismi ignominia Catholicis per Lutherum aspersa, in ipsum retorquetur calumniatorem.

CAPVT XLIX.

Ulterior præcedentis Articuli prosecutio. Iactantia Lutheri adversus Catholicos tanquam minùs idoneos ad secum super quæstione liberi arbitrij certandum. Recensentur aliquot Doctores, qui istam Lutheri jactantiam represserunt. *Sepulvedæ* de Luthero & ejus fratribus censura. Lutheri inconstantia, per Viennensem Episcopum, in sua *Antilogiarum Luthericarum Babilonia*, propalata. Transitus ad tertium annulum cohærentiæ Lutheranismi cum veteribus hæresibus, in culpando Deum velut peccatorum nostrorum authorem, consistentem. A quibusnam antiquioribus hæreticis emendicaverit Lutherus dogma istud? *Simonianorum* & *Florinianorum* super eo dogmate concordia & discordia. Conciliantur Irenæus & Vincentius Lyrinensis super ea re. Quosnam magis imitetur Lutherus, an Simonianos an Florinianos? Præstetne potiùs Atheum esse, quam Deum peccatorem agnoscere? Lutherus ob eundem scopum finxit Deum peccatorum authorem, ob quem olim Ethnici falsos Deos divulgarunt sceleratos ac criminosos: Et quis ille?

CAPVT L.

Recensentur & astruuntur novem alij annuli cohærentiæ Lutheranismi cum antiquioribus hæresibus: Quartus nimirum de remanentia peccati in parvulis baptizatis: Quintus de Scripturistici canonis repudiatione: Sextus de Scripturistici sensus arbitraria depravatione: Septimus de divinarum Traditionum rejectione: Octavus de Ecclesiæ Catholicæ defectione: Nonus de Romanæ Ecclesiæ depressione: Decimus de Romani Pontificis insectatione: Vndecimus de Conciliorum Ecclesiasticorum enervatione: Duodecimus de Sacrorum Tractatorum vilipensione. Singuli annuli ad priscos suos patronos & patriarchas reducuntur.

CAPUT LI.

Decimus tertius annulus Lutheranicæ cohærentiæ, in Academiarum reprobatione consistens perpenditur; quem Lutheranis præcuderant *VViclessistæ*, & *Gnosimachi*, hæretici; nec non *Iulianus Augustus* Christianismi abjuratione infamis. Quæ ratio movit apostatam Cæsarem ad occludendum Christianis Scholas, eadem movit & hæresiarcham Lutherum ad reprobandum Catholicas Academias. Lutherani non sibi constant, dum in suis Scholis non cessant discipulis elucidare divinas Scripturas, quas alioqui per se ipsas contendunt esse lucidissimas, facillimas, apertissimas. Decimus quartus annulus, in Monachismi execratione situs, perstringitur; & unde eum Lutherani emendicaverint ostenditur. Tria vota monachalia recensentur; quæ à Lutheranis singulatim, post antiquos hæreticos, reprobantur; atque adeò hinc tres novi annuli, decimus quintus, decimus sextus, & decimus septimus, conflantur.

CAPVT

CAPUT LII.

Recenſentur adhuc ſeptem alij annuli cohærentiæ Lutheraniſmi cum antiquioribus hæreſibus: decimus octavus nimirum, in Iejuniorum Eccleſiaſticorum abdicatione conſiſtens: decimus nonus, in feſtivorum dierum profanatione ſitus: vigeſimus, in cultus Sanctorum abolitione: vigeſimus primus, in invocationis Sanctorum abrogatione: vigeſimus ſecundus, in Reliquiarum ſpretione: vigeſimus tertius, in votivarum peregrinationum improbatione: vigeſimus quartus, in ſacrarum imaginum dehonoratione. Occaſione poſtremi hujus annuli agitur de volumine contra cultum Imaginum ſub *Caroli Magni* fictitio nomine ab *Eli Phili* evulgato. Conciliantur item inter ſe Synodus Nicena ſecunda, & Synodus Francofordienſis, ſuper cultu Imaginum.

CAPVT LIII.

Recenſentur adhuc alij annuli cohærentiæ Lutheraniſmi cum priſcis hæreſibus, numero ſedecim: nimirum vigeſimus quintus, conſiſtens in Sacramentorum Moyſaicorum & Euangelicorum coæquatione: vigeſimus ſextus, in Baptiſmi Ioannis cum Baptiſmo Chriſti æquiparatione: vigeſimus ſeptimus, in infantium dum baptizantur creditione: vigeſimus octavus, in Characterum Sacramentalium abnegatione: vigeſimus nonus, in benedictionis fontis Baptiſmalis irriſione: trigeſimus, in Sacramenti Confirmationis repudiatione: trigeſimus primus, in tranſubſtantiationis Euchariſticæ exploſione, trigeſimus ſecundus, in Euchariſticæ gratiæ denegatione: trigeſimus tertius, in communionis laicalis ſub unica duntaxat ſpecie reprobatione: trigeſimus quartus, in jejunij communioni præmittendi abdicatione: trigeſimus quintus, in Sacrificij Miſſæ deteſtatione: trigeſimus ſextus, in Altarium improbatione: trigeſimus ſeptimus, in Sacerdotalium veſtium deſpectione: trigeſimus octavus, in mixtionis aquæ in calice improbatione: trigeſimus nonus, in temporis ad ſacrificandum præſtituti ſpretione: quadrageſimus, in luminarium abjectione.

CAPUT LIV.

Recenſentur alij adhuc decem cohærentiæ Lutheranicæ annuli: quadrageſimus nimirum primus, conſiſtens in abolitione Sacramenti pænitentiæ: quadrageſimus ſecundus, in Confeſſionis Sacramentalis rejectione: quadrageſimus tertius, in Laicorum ad Sacramentaliter abſolvendum ſublimatione: quadrageſimus quartus, in mulierum ad ſimiliter abſolvendum ſubvectione: quadrageſimus quintus, in ſatisfactionis pænitentialis abrogatione: quadrageſimus ſextus, in Indulgentiarum reprobatione: quadrageſimus ſeptimus, in Purgatorij extinctione: quadrageſimus octavus, in precum & oblationum pro defunctis evacuatione: quadrageſimus nonus, in Cenſurarum Eccleſiaſticarum exploſione: quinquageſimus, in Sacramenti Extremæ Unctionis abdicatione. Singuli annuli ad priſcos ſuos authores à quibus per Lutherum emendicati ſunt referuntur.

CAPVT LV.

Recenſentur duodecim alij annuli cohærentiæ Lutheraniſmi cum antiquioribus hæreſibus: quinquageſimus ſcilicet primus, conſiſtens in Sacramenti Ordinis refutatione: quinquageſimus ſecundus, in Presbyteratus cum Epiſcopatu coæquatione: quinquageſimus tertius, in Sacerdotii ad Chriſtianos univerſos extenſione: quinquageſimus quartus, in muliebris ſexus ad prædicandum adaptatione: quinquageſimus quintus, in Sacerdotum uxoratione: quinquageſimus ſextus, in Horarum Canonicarum & Eccleſiaſtici Cantus abrogatione: quinquageſimus ſeptimus, in immunitatis Eccleſiaſticæ reprobatione: quinquageſimus octavus, in Sacramenti Matrimonij abnegatione: quinquageſimus nonus, in Polygamiæ ſimultaneæ permiſſione: ſexageſimus, in divortij connubialis approbatione: ſexageſimus primus, in cognationis ſpiritalis evacuatione: ſexageſimus ſecundus, in conſanguinitatis & affinitatis carnalis ad normam Moyſaicam reſtrictione.

CAPUT LVI.

Sexaginta duobus Lutheranicæ cohærentiæ annulis hactenus ſingulatim aſtructis adjiciuntur complures alij cumulatim perſtricti. Univerſos *Huſſi* Articulos Conſtantiæ damnatos Lutherus tanquam Euangelicos & Chriſtianos approbat ac ſuſcipit: & per conſequens approbat etiam *VVicleſſicos* ibidem damnatos. Mira Lutheri inconſtantia ſuper *Huſſi* doctrina. Hæreſiarchis nunquam cum alijs hæreſiarchis, nedum cum Catholicis, plena concordia eſt. Concluditur ex hactenus in hoc ſecundo cardine dictis ac deductis, Non eſſe contra Lutheranos novâ acie dimicandum, nec quaſi contra ignotos hoſtes ſpecialia ineunda certamina.

CAPUT LVII.

Expedito secundo Cardine repellendi à disputationibus Lutheranos ob cohærentiam cum priscis Dogmatistis, transitur ad Cardinem tertium, in experimento inutilitatis disputationum cum eis hactenus initarum consistentem. Inaniter à *Confessionistis* allegantur exempla Colloquiorum in suâ causâ initorum aut indictorum, cùm nullum eorum omnium optato aut sperato effectu potitum sit. Quapropter in ipsos retorquetur machina, quam pro impetrando novo Colloquio fabricarunt. Res gestæ pro Religione Christianâ in Comitijs Augustanis ante & post exhibitam Cæsari *Confessionem Lutheranam.* In Wormaciensi Colloquio luculentissimè patuerunt domestica Lutheranorum super *Augustana Confessione* dissidia. Irenæi regula, ut hæretici priùs inter se conveniant, quàm à Catholicis congressum doctrinalem expectent.

CAPUT LVIII

Transitus ad quartum Cardinem repellendi à disputationibus Lutheranos, qui est authoritas Catholicorum Doctorum id specialiter de Lutheranis asserentium: quos inter primo loco adducitur Cardinalis Hosius, id probans antiquis aliquot exemplis ac documentis, necnon ipsius hæresiarchæ Lutheri suffragio. Adriani VI. memorabile dictum: *Observentur canones, & cessabunt hæreses.*

CAPUT LIX.

Melchioris Cani Episcopi Canariensis de vitanda cum Lutheranis disputatione testimonium. Lutheri cum Mahumeto, & Lutheranorum cum Mahumetanis comparatio. Perinde est an disputationes Edicto inhibeas, an earum principia universim amputes. Tantò difficiliùs contra Lutheranos altercando proficitur, quanto absurdiora sunt paradoxa quæ astruunt, & indubitatiora Principia quæ negant. Refutatio Lutheranici dogmatis de claritate & facilitate sacrarum Scripturarum. Quàm facilè sit Scripturarum testimonijs abuti ad quidlibet pro arbitrio astruendum aut destruendum? Lutherus cum suis, *Andabatarum* more clausis oculis contra veritatem pro suâ vanitate decertat. Lutheri insolentissima lex, disputaturis secum præscripta.

CAPUT LX.

Lutherus Andabaticè pugnans inducitur. Animositatem suam jactat, pusillanimitatem Catholicis exprobrat: sed quàm ridiculè utrumque, *Thomas Morus* luculenter ostendit. Quàm gravibus ac multiplicibus periculis & incommodis obnoxiæ sint subitariæ cum hæreticis disputationes? Longè securiùs & fructuosiùs obviatur hæreticis editione librorum, quàm indictione disputationum. Lutherani quanto diutiùs suis paradoxis assuescunt, tanto magis insolescunt, tantoque ægriùs mitescunt aut mollescunt. *Thomæ Moro* subitarias cum Lutheranis disputationes improbanti suffragantur *Brunus*, *Sylvius*, *Coretus*, *Cresolius*, *Cochlæus*.

CAPUT LXI.

Transitus ad Theologos Academiæ Lovaniensis, quorum præclara elogia memorantur ex Bzovio, & Moringo. Facultas Theologica Lovaniensis collegialiter obviavit ebullienti & grassanti Lutheranismo, nunc heterodoxiam proscribendo, nunc orthodoxiam præscribendo. Lutheri & fautorum ejus obstrepitantiam adversùs Censuram Lovaniensem, primus repressit Iacobus Latomus: cujus testimonia aliquot de non admittendis ad disputandum hæreticis, signanter Lutheranis, proferuntur.

CAPUT LXII.

Profertur in eandem rem authoritas Ruardi Tapperi; Doctoris & Decani Lovaniensis, cujus præclarum elogium præmittitur. Hæreticorum pertinacia quàm immanis? Unde ea nascatur? In hæreticis non tam ratio affectionem, quàm affectio ducit ac seducit rationem. Cum hæreticis, signanter Lutheranis, non esse ineundas publicas disputationes aut Colloquia de Religione, ostenditur experimentis & documentis. Cardinalis Contareni super hoc Censura. Methodus obviandi hæresibus sive insurgentibus sive crescentibus à Theodosio Augusto practicata approbatur.

CAPVT LXIII.

Profertur & in eandem rem suffragium *Ioannis Driedonis*, cujus & elogia à varijs Scriptoribus concinnata præmittuntur. Lutheranorum de Scripturisticæ intelligentiæ facilitate dogma exploditur. Hæretici se obvelant testimonijs Scripturarum, ut lupi se pellibus ovium. Cum hæreticis publica & subitaria disputatio improbatur: scriptoria pro Catholicorum instructione, & hæreticorum confusione approbatur.

CAPVT LXIV.

Prædictis tribus Academiæ Lovaniensis Theologis, ante Synodi Tridentinæ completionem defunctis, subnectuntur alij eadem Synodo posteriores: inprimisque Iudocus Tiletanus, cujus elogia præmittuntur. Quantoperè à Carolo V. Imperatore is honoratus fuerit uti Rector Academicus. Ejus Apologia pro Decretis Tridentinis adversùs Kemnitium. Varij Catholicorum conatus pro Lutheranorum reductione frustrà adhibiti recensentur ab ipso. Qualiter jam tractandi Lutherani juxta ipsum?

CAPVT LXV.

Proferuntur in eandem rem suffragia *Guilielmi Lindani* Episcopi Ruremundensis & Gandensis, *Henrici Gravij* & *Guilielmi Estij* Cancellarij Duacensis. Ac tandem concluditur postremus iste cardo repellendi Lutheranos à publicis disputationibus.

CAPVT LXVI.

Transitus ad postremam hujus operis partem, quâ exhibetur & refellitur provocatorius *Confessionistarum* libellus, Comitijs Imperialibus superiori Anno porrectus: cujus occasione labor hujus Scriptionis fuit susceptus.

CAPVT LXVII.

Refutatio eorum quæ in provocatorio *Confessionistarum* libello Num. 1. allegantur. Germanorum factiones non orthodoxis in pristina communione persistentibus, sed Lutheranis ab eadem secedentibus imputandæ sunt. Quàm deplorabiliter jaceant, qui Matrici Ecclesiæ non cohærent! *Papistarum* nomen non innuit separationem, sed cohæsionem cum Ecclesia matrice: nec est erubescendum, sed gloriandum. Vnica spes terminandi factiones Germaniæ est, ut Lutherani eò redeant unde exierant; non ut Catholici Lutheranis accedant. Lutheranos non tam esse Religionis reformatores, quàm deformatores, ipsismet etiam testibus.

CAPVT LXVIII.

Prosecutio ejusdem confutationis. Non possunt nisi vituperare orthodoxos qui à fide & communione apostatant orthodoxa. Variæ *Confessionistarum* imposturæ in Catholicos recensentur ex Lindano. *Confessionistarum* cum Pelagianis & Semi-pelagianis in comminiscendis calumnijs symbolismus. Frustrà laborant Lutherani excutere opprobrium hæreseos, perdurantes in oppugnatione Ecclesiæ & supremi ejus Hierarchæ. *Qui Pastorem ovium lædere vult, lupus est.*

CAPVT LXIX.

Obviatur prætensioni Adversariorum, nitentium controversias fidei transferre à tribunali Papali ad Imperiale: retorqueturque machina in ipsos, ostendendo Imperialia tribunalia tam olim quàm recenter pronuntiasse contra ipsos, & fidei causas ad Apostolicæ Sedis tribunal tanquam unicè competens remisisse. Proferuntur eam in rem Edicta & exempla aliquot Imperatorum tam veterum quàm recentiorum. Quàm falsò scribant Adversarij Carolum Magnum convocasse ac confirmasse Synodos, tametsi alioqui particulares, nullâ habitâ Romani Pontificis ratione? Ejusdem Caroli insignis devotio erga Apostolicos Præsules memoratur. Carolus V. aliquoties declaravit Lutheranorum controversiam non esse fori Imperialis, sed Papalis.

CAPUT LXX.

Inaniter *Confeßioniſtæ* tentant eluere maculam aut ignominiam hæreſeos. Duabus reſpectivè poteſtatibus Mundus principaliter regitur, Pontificali, & Regali. Lutheranos ab ambabus damnatos, totus Mundus hæreticos reputare non dubitet. Fruſtrà obtendunt nomen Chriſtianum, & Characterem baptiſmalem. Nulla hæreticorum Secta, ſine Chriſtiani nominis larva, ad pugnandum contra Eccleſiam proſilire præſumit. Aliud eſt ſub Chriſti nomine eſſe, vel congregare; aliud cum Chriſto eſſe, vel congregare. Regnum Chriſti quomodo perſeverat indiviſum, non obſtantibus hæreticorum diſperſionibus? Baptiſmus hæreticorum unde ſuum hauriat valorem? Non ſufficit ad abſtergendum hæreſeos opprobrium aliquas Synodos œcumenicas acceptare, & hæreſes ab eis damnatas anathematizare: ſed neceſſe eſt illas univerſim ſuſcipere, & iſtas univerſim reſpuere. Hæreſeon cum corporalibus morbis comparatio.

CAPUT LXXI.

Confeßioniſtarum cavillatio adversùs Tridentinam Synodum exploditur. Quanta abſurditatum monſtra ex ipſorum hypotheſi ſubſequantur, oſtenditur. Quàm falsò comminiſcantur ſe fuiſſe à Synodo excluſos? Eorum jactantia vana de ſua *Confeßione Auguſtana* eliditur authoritate Cæſarea. Magis deferendum eſt Iudicis interpellati ſententiæ, quàm Reorum interpellantium jactantiæ. Caroli V. peculiaria quædam elogia, ab ipſis etiam *Proteſtantibus* divulgata. *Provocantiorum* cauſa per Synodum Tridentinam ad eum redacta eſt ſtatum, in quo fuerunt *Eutychiani* poſt Synodum Chalcedonenſem: adeoque quod utroque Iure conſtitutum fuit de repellendis ab ulteriori diſputatione illis, militat & in iſtis. *Provocantiorum* cum Phariſæis & Herodianis Chriſtum adulatoriè palpantibus comparatio.

CAPUT LXXII.

Imperatorem ſano Catholicoque ſenſu dici *caput Germanorum*, ſed non hierarchicum. Primævorum Chriſtianorum erga Imperatores etiam ethnicos obſervantia, & pro eorum vita ac proſperitate vota. Omnis poteſtas à Deo, ſed non omnis voluntas. Hæreticorum nota fuit & eſt, *Dominationem ſpernere, Maieſtatem blaſphemare.* Vana Lutheranorum jactantia de ſua erga Imperatorem continua obſervantia. *Provocantij* factis negant, quod verbis falsò garriunt, Imperatorem eſſe caput hierarchicum Germanorum. Scriptura Sacra Luthero *liber hæreticorum.* Quàm fallaciter *Provocantij* intitulent Imperatorem *utriuſque tabulæ cuſtodem*? Quæ Cæſaris ſunt, Cæſari; & quæ Dei, Deo redhibenda. Petrus Chriſti vicarius, Chriſtiani ovilis Paſtor, Eccleſiæ navigantis Archigubernus, ejuſdem conſiſtentis firmamentum. Ei ſoli à Chriſto dictum, *Duc in altum*, id eſt, in diſputationum profundum.

CAPUT LXXIII.

Controverſias Religionis non ad Cæſareum, ſed ad Pontificium tribunal deferri debere decidendas, oſtenditur non ſolùm ſummorum teſtium aſſeveratione, ſed ipſa etiam *Proteſtantici* nominis inditione. Origo iſtius nominis panditur ex ipſis *Proteſtantijs.* Appellatio *Confeßioniſtarum* à Decretis Comitialibus, ad Concilia Eccleſiaſtica, in *Confeßione Auguſtana* iteratur. An Lutherus ejus rei fuerit conſcius? Quam turpiter Lutherus in negotio tam gravi & ſacro ludat, & Cæſari ac Cæſareis Comitijs illudat, ut ipſe continuatis protelationibus interim in pace degat! *Confeßionis Auguſtanæ* authores & exhibitores recenſentur. Lutheri ſtrophæ & præſtigiæ perſtringuntur.

CAPUT LXXIV.

Confeßioniſtarum cum Donatiſtis comparatio. Donatiſtarum ad Conſtantinum Imperatorem recurſus. Eorundem ad Pontificis tribunal remiſſio. Iterata damnatorum ad Cæſarem provocatio, & à Cæſare ad Synodum Arelatenſem ablegatio. Synodaliter condemnati Cæſarem denuò appellant. Quid Cæſar de hac eorum appellatione ſenſerit, & ſcripſerit? Quæ Conſtantinus Cæſar regeſſit Donatiſtis, potiori jure modernus Cæſar regerere poteſt Confeſſioniſtis. Eximia Conſtantini obſervantia erga Epiſcopos refertur, & imitanda ingeritur.

CAPUT

CAPVT LXXV.

Provocantiorum allegata in suo libello provocatorio à num. 9. usque ad 17. partim superiùs displosa, partim parerga ostenduntur. Particulares Synodi indici ac peragi possunt authoritate inferiorum Ecclesiæ Præsulum, œcumenicæ non nisi authoritate Summi Antistitis. Priores non habent vim generaliter obligandi, nisi fuerint Summi Præsulis calculo comprobatæ. Lutherani Semipelagianis immorigeriores & obstinatiores ostenduntur. Donatistis iterum assimilantur. Hæreticis familiare est pauciora adversùs plura defendere, posteriora prioribus anteferre, & ex dubijs certa infirmare. Superciliosa *Brentii* de Patribus censura. *Protestantium* de imminuta Cæsaris Majestate inofficiosa querela. Pontificum in Cæsares pastoralis authoritas exemplis illustrata. Eorundem gesta adversùs Cæsares impertinenter à *Provocantiis* suo libello inserta.

CAPUT LXXVI.

Immanis *Confessionistarum* exorbitantia panditur, quâ ad monomachiam provocantes audent pugnandi normam præstituere provocatis. Communi nomine provocanti, sine communi procuratorio non deferendum. Quàm parùm credibile sit, *Confestionistas* universos ex eventu unius disputationis suspendere summam suæ Religionis? Quatuor primæ conditiones sive disputandi leges à *Provocantiis* præscriptæ perpenduntur, & insulsitatis coarguuntur. Summum Ecclesiæ Præsulem ad sæculare tribunal pertrahere velle quàm perversum, & sacris civilibusque legibus adversum. Prima Sedes à nemine judicatur, sed soli divino judicio reservatur. Episcoporum ad Papam subordinatio. Cæsar non supra, sed intra Ecclesiam est. Ejus in sua inauguratione juramenta. *Provocantiorum* inconstantia, qui cùm ex Scriptura Sacra cunctas Religionis controversias censeant esse dirimendas, disputationes tamen poscunt de Scriptura ipsa ineundas. Redarguuntur ad eum modum quo Augustinus redarguit Arianos comminiscentes *Verbum Verbi*. Quisnam sit legitimus controversiarum super Religione exurgentium Iudex in Nova Lege, ostenditur ex analogia Veteris Legis. Cathedræ Moysi successit Cathedra Christi.

CAPUT LXXVII.

Provocantij, æquiparando *Confessionem Augustanam* canonibus Tridentinis, imitantur Philisthæos, constituentes Idolum suum *Dagon*, juxta Arcam Dei Israel. *Augustana Confessio* varijs adulterationibus deformata evasit tandem in malè conciliatam Chimæram. Alexandri Magni generositas dedignantis agonizari nisi cum Regibus. *Confessionistis* accommodatur adagiale dicterium, *Tanti vitrum, quanti margaritum.* Eliditur eorum cavillatio adversùs Tridentinam Synodum, tanquam non Cæsareâ, sed Pontificiâ authoritate indictam. Oecumenicas omnes Synodos, etiam à *Provocantijs* admissas, Papali authoritate fuisse principaliter indictas. Cur in veterum indictione Conciliorum implorata & adhibita fuerit opera Imperatorum? Ad *Provocantiorum* hæreticum *Quare*? respondetur per Catholicum *Quia*. Ex insulsitate & inacceptabilitate conditionum à *Provocantijs* præscriptarum conficitur, non eos studere discordiarum exterminationi, sed perpetuationi. Catholicorum finalis apostrophe ad ipsos.

EPILOGUS

FINIS SYNOPSEOS.

LUTHE-

LVTHERANORVM AVGVSTANÆ CONFESSIONIS SYMBOLVM PROFITENTIVM GOLIATHISMVS PROFLIGATVS.

CAPVT PRIMVM.

Germanorum ſuper Chriſtianæ Religionis negotio diſſidium magnoperè deplorandum. Germanicæ Gentis præconia ab exteris etiam Scriptoribus decantata. Concordiæ commoda & diſcordiæ damna typicè adumbrata, exemplis illuſtrata, documentis inculcata.

I. INclytam Germanorum Gentem, multiformibus prærogativarum titulis glorioſam, Auguſtiſſimâ Romani Imperii Majeſtate præcelſam, antiquitate pariter ac nobilitate conſpicuam, belli paciſque artibus incomparabilem, ſuâ pridem unanimitate perindè ac magnanimitate tam hoſtibus terribilem quàm ſociis clientibuſque obſervabilem; in factiones & ſectas ſuper diviniſſimo Chriſtianæ Religionis negotio ab integro & ampliùs jam ſæculo abiiſſe, atque in eiſdem, vel aliis indidem proceſſu temporis ſuppullulantibus, ſine affulgente adhuc probabili conſolidationis ſpe, torpuiſſe, ac penè obriguiſſe, eò impenſiùs cordati quique ejuſdem Religionis cultores ipſiuſque Gentis dilectores ſtupent ac deplorant, quò attentiùs perpendunt & indiſſimulabiliùs conſpiciunt quanta inde Chriſtiano Orbi atque adeò ipſi Genti detrimenta, & Chriſtiani atque adeò Germanici nominis hoſti emolumenta proveniant.

II. Ad immortalem iſtiûs Gentis laudem non parum ſpectare videtur, quòd extranei etiam Scriptores, omni adulationis ſuſpicione vacui, eam cæteris cunctis non æquare modò, ſed & præferre, ipsâ rei evidentiâ convicti, dignoſcantur. E quibus Laonicus Chalcondylas natione Græcus diſertè profitetur A. Se nullam Gentem noſſe, Germanicâ honeſtiorem: quæ ſi concors ſit, invicta ſit". Joannes Bodinus natione Gallus: B. Germani „(inquit) humanitate Aſiaticis, militari diſciplinâ Romanis, Religione Hebræis, Philoſophiâ Græcis, Geometriâ Ægyptiis, Arithmeticâ Phœnicibus, Aſtrologiâ Chaldæis, opificiorum varietate populis omnibus ſuperiores videntur". Paulus Jovius natione Italus: C. Non contenti illi (inquit) ſuâ vetere militiæ laude, quâ Martium decus Romanis Gentium victoribus ereptum ſtabili diſciplinæ ſeveritate feliciter tuentur, ipſa etiam pacis ornamenta, litteras, optimaſque artes, decoquenti Græciæ, ac Italiæ dormitanti, quod pudeat, abſtulerunt". Joannes Barclaius natione Britannus: D. Nihil in Germanica Gente magnificentius (inquit) quàm quòd nomen ſummi Imperii, Aquilamque ſibi habet: tanquam Romam Germania vicerit; & provinciarum ultima quæ Italico jugo acceſſit, jam ſit ſola in quâ nomen atque reliquiæ fortunæ Romanæ acquieverint. Tanti nominis ſancta Majeſtas nullâ ſociorum Principum æmulatione corrumpitur; Regeſque, quanquam viribus ſæpè majores, ſponte Imperatorio culmini concedunt". Joannes Geneſius Sepulveda natione Hiſpanus, in Oratione cohortatoria ad Carolum V. pro bello in Turcas transferendo: E. Habes „Germanos (ait Cæſari) viros robore corporis & vi animi excellentes, hoſti cedere neſcios, nec anteà locum quem ſemel occupaverint quàm vitam amittere ſolitos, prodigos animæ atque ſanguinis, interritos ad omnia pericula: ad ſummam, tam invictos, ut non abs re de Suevis Germanorum latè patentibus populis dictum eſſe videatur,

A. Chalcond. lib. 2. Rerum Turcicar.

B. Bodin. in Method. Hiſt. c. 5.

C. Iovius in Elogiis doctorum virorum in fine.

D. Io. Barclaius lib. 4. Satyr.

E. Sepulveda in Orat. ad Carol. V. Auguſtum.

„ quod eſt apud Cæſarem in Gallici belli „ Commentariis, *Ne Deos quidem immortales ipſis pares eſſe poſſe*".

III. Non minùs ſæculorum omnium experimentis verificata, quàm eruditorum omnium calculis conſignata eſt illa Romani quondam Regis Sententia: F· CONCORDIA RES PARVÆ CRESCUNT, DISCORDIA MAXIMÆ DILABUNTUR. Cui non abſimilis eſt iſta Græcanicæ Sapientiæ Antiſtitis parœneſis: G· SI REMPUBLICAM CONSERVARE VOLUMUS, DECET UT EXISTIMEMUS, REM ESSE TURPISSIMAM, SI ALTER ALTERUM ODIO PROSEQUATUR. Certè enim ſi omnium hactenus Rerumpublicarum exordia, procurſus, & exitus perluſtremus, haud facilè ulla occurret, quam non civium concordia conflaverit ac provexerit, diſcordia diſſiparit ac detriverit. Cujus veritatis umbratilem velut typum providentiſſimus naturæ Opifex in Pliniano illo lapide expreſſit, qui è Scyro Inſula effoſſus, marinis fluctibus integer indiſſectuſque ſupernatat, comminutus in fruſta ad ima devolvitur. Integer quippe ac partium ſuarum cohærentiâ ſolidatus lapis Rempublicam unanimitate civium coadunatam adumbrat, diſſectus in partes eandem ſeditionibus diſtractam figurat. Marini fluctus, quibus lapis integer ſupernatat comminutus immergitur, bellorum turbines tempeſtateſque deſignant, quibus utique Reſpublica concors prævalet, diſcorſque ſuccumbit. Verum quidem eſt partes lapidis connaturaliter uniri, membra verò Reipublicæ moraliter duntaxat coadunari. Sed nec fila in funiculo, nec jacula in faſciculo naturaliter coëunt: & tamen veriſſimum eſt illud Eccleſiaſtis, *Funiculus triplex difficilè rumpitur:* H· Et Scylurus Scyta in jaculorum faſciculo filiis demonſtravit quàm inexpugnabilis ſit fratrum concordia, quamque expugnatu facilis eorundem diſcordia. I· *Geryonem* Hiſpaniæ quondam Regem, famoſo Herculi ſynchronum, fabuloſa Antiquitas *tricorporem* finxit: non quòd reverà unus homo tribus conſtiterit corporibus, ſed quòd tres fratres, *Geryones* dicti, tantâ ſibi unanimitate cohæſerint, ut non tam tres homines, quàm unus homo, tribus corporibus ſub unica anima conſtans, viderentur. Quo factum, ut ne ab Hercule quidem ipſo quantumvis ineluctabili potuerint ſuperari, niſi poſtquam ejus aſtu fuiſſent ab invicem ſeparati. Ita rebus ipſis patuit quàm verè dixerit Proverbiaſtes, *Frater qui adjuvatur à fratre, quaſi civitas firma.* Prætereo ejuſdem rei documentum à K· Sertorio præſtitum Luſitanis, in cauda equina, quæ unico niſu quantumvis valido depilari non potuit, pilatim evelli facillimè potuit. Qua de re inſpiciendus Plutarchus in Sertorio.

F. Servius Tullius apud Halicarn. lib. 4. Antiq. Ro.
G. Plato Dialogo 2. de Republ.
Vide Plin. l. 36. c. 17.
Eccle. 4. 12.
H. Scylurus apud Plutarch. in Apopht.
I. Iuſtin. Hiſ. lib 44. Vide Iſidor. l. 11. Orig. c. 3. & Roderic. Tolet. lib. 1. Rerum Hiſpan. c. 4. & Walaum in Chronic. & Io. Gerund. lib. 1. Paralip. Rerum Hiſp.
Prov. 18. 19.
K. Sertor. apud Plutar. in vita Sertorii.

CAPUT II.

Primævorum Chriſtianorum unanimitas Deo placita, hominibuſque comprobata, gregem puſillum provexit in gentem numeroſam; exemplo poſteris imitando, ut qui cupiunt augeri, ſtudeant uniri. Chriſtiani charitate conglutinati fiunt quodammodò unus Chriſtus. Eccleſia domus Dei, receptaculum fratrum in unum habitantium.

IV. IN Euangelio legimus, Chriſti Salvatoris diſcipulos ab ipſo Magiſtro dictos fuiſſe *Gregem puſillum.* In Actis deinde Apoſtolorum pariter legimus, Gregem hunc puſillum poſt Magiſtri in cælos Aſcenſionem *perſeveraſſe* UNANIMITER *in oratione.* Et quia, ut præhabitum eſt CONCORDIA RES PARVÆ CRESCUNT, ibidem adhuc inferiùs legimus, *Appoſitas fuiſſe unâ die animas circiter tria millia.* Rursùs ibidem poſt paucula de omnibus indiſcriminatim tam noviter appoſitis quàm pridem credentibus ſubditur, *Omnes qui credebant erant pariter:* utique non corporis duntaxat conſeſſu, ſed maximè quoque cordis affectu. Unde mox ſequitur, *Et habebant omnia communia.* Nimirùm, ut B. Maximus Taurinenſis notat, L· Nemo ſuum aliquid vendica- „ bat, ſed jure fraternitatis erant illis cuncta „ communia: ſcilicet ut qui eodem conſortio „ Religionis tenebantur, eodem conſortio fruerentur & vitæ: hoc eſt, ut quibus erat una fi- „ des, eſſet & una ſubſtantia; & quibus erat „ communis Chriſtus, communis eſſet & ſum- „ ptus. Nefas etenim putabant religioſi viri ſibi „ participem non aſciſcere in ſubſtantia, qui „ particeps eſſet in gratia. Atque ideò frater- „ nitatis charitate omnibus communiter ute- „ bantur, niſi quòd major eſt fraternitas Chri- „ ſti, quàm Sanguinis. Sanguinis enim frater- „ nitas ſimilitudinem tantummodò corporis „ refert, Chriſti autem fraternitas unanimitatem cordis animæque demonſtrat".

Luc. 12. 32.
Act. 1. 14.
Act. 2. 41.
Act. 2. 44.
L. Maxim. Homil. 1. de Avaritia vitanda.
Vide Proſp. lib 2 de vita contempl. c. 17.

V. Tria recenſet Eccleſiaſticus, *quæ ſunt probata coram Deo & hominibus:* quorum trium primo loco conſtituit *concordiam fratrum.* Unde quia fraterna primitivorum illorum Chriſtianorum

Eccli. 25. 1. & 2.

norum concordia Deo probata fuerat, *Dominus augebat qui salvi fierent quotidie in idipsum.* (Act. 2. 46.) Augebat utique non solùm merito, sed etiam numero. Sequitur quippe inferiùs de Apostolis, *Erant* UNANIMITER *omnes in porticu Salomonis: caterorum autem nemo audebat se coniungere illis, sed magnificabat eos populus. Magis autem augebatur credentium in Domino multitudo virorum ac mulierum.* (Act. 5. 12. & seqq.) Quia enim præcesserat fraterna unanimitas, subsecuta est, operante Deo, copiosa numerositas. Et vide quanta, quàmque arcta fuerit ista unanimitas! *Multitudinis credentium*, inquit, *erat cor unum, & anima una.* (Act. 4. 32.)

„ M. Non quòd unam animam (inquit Chrysostomus) habuerint omnes: quomodò enim „ hoc, cùm in diversis fuerint corporibus? Sed „ concordiam eorum excellentem nobis demonstrat". Et Augustinus: N. Multæ (inquit) „ animæ erant, fides easdem unam fecit. Tot „ millia animarum erant: amaverunt se, & mul- „ tæ sunt una. Amaverunt Deum in igne cha- „ ritatis, & ex multitudine venerunt ad pulchritudinis unitatem". (M. Chrysost. Homil. 33. in Genesim. Vide Hom. 5. ad Philippenses. N. August. lib. 1. de Symbolo ad Catech. c. 2.) Si Geryonem veteres, propter trium carnalium fratrum unanimitatem, dixere *Tricorporem*; quantò potiori jure primitivam illam Christianorum spiritualiter concordantium *multitudinem*, *cordis animæq; unius*, licebit dicere *multicorporem*? Ut enim ex B. Maximo jam audivimus, *Maior est fraternitas Christi, quam sanguinis.* Vulgò dici solet, Animam magis esse ubi amat, quàm ubi animat. Quid ergo mirum eos dici *unius animæ*, qui mutuo ita amore flagrabant, ut uniuscujusque anima magis esset in cæteris cunctis, quos intimè adamabat, quàm in proprio corpore quod physicè animabat? Usque adeò conglutinativus est amor, ut non dubitaverit Apostolus dicere, *Qui adhæret Domino, unus Spiritus est.* (1. Cor. 6. 17.) Imò alibi idem Apostolus indicat, cætum Christianorum quibus caput est Christus, fieri quadantenus unum Christum. Et hoc sensu Augustinus intelligendam censet illam Christi sententiam, *Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo:* (Io. 3. 13.) tanquam diceretur, Ut quis in cælum ascendat, debet fieri unus cum Christo qui de cælo descendit: O. Homines sancti „ & fideles (ait ille) fiunt cum homine Christo „ unus Christus: ut omnibus per ejus gratiam „ societatemque ascendentibus, ipse unus Chri- „ stus *ascendat in cælum, qui de cælo descendit.* (O. Idem lib. 1. de pecc. merit. c. 32.) Sic „ & Apostolus ait, *Sicut in uno corpore multa* „ *membra habemus, omnia autem membra corporis,* „ *cùm sint multa, unum est corpus: ita & Christus.* (1. Cor. 12. 12.) „ Non dixit, ita & Christi, id est, corpus Chri- „ sti, vel membra Christi: sed, *ita & Christus:* „ unum Christum appellans caput & corpus". Eodem spectat & illud ejusdem Serm. 79. de Tempore: " Cùm B. Paulus Apostolus „ persequeretur Ecclesiam, Christus de cælo „ clamavit, *Saule, Saule, quid me persequeris?* Non „ dixit, quid persequeris servos meos? nec „ dixit, quid persequeris membra mea? sed hoc „ dixit, *Quid me persequeris?* Jam quasi pede cal- „ cato lingua clamat, Calcasti me: cùm utique „ lingua calcari non possit: sed per concordiam „ charitatis caput pro membris omnibus clamat". Aliud prætereà ejusdem rei documentum commemorat Petrus Blesensis, ex responso nimirum Christi ad Petrum Apostolum: „ P. Qui (prout ille post alios refert) cùm Ro- „ mâ fugiens, Salvatorem sibi occurrentem in- „ terrogasset, *Domine quò vadis?* audivit: *Vado* „ *Romam iterum crucifigi.* (P. Petr. Bles. ser. de conversione S. Pauli.) Ubi exprimitur, Chri- „ stum quodammodò in eo crucifigendum, quem sibi adoptavit in membrum". Nihil magis rationi congruum est, quàm ut quæ uni tertio eadem sunt, inter se quoque eadem sint. Ex quo apparet, eos cum Christo non fore concordes, qui inter sese fuerint discordes. Quod probè advertentes primitivi Christiani, adeò sibi unanimiter cohæserunt, ut de se verissimè scribi promeruerint, *Multitudinis credentium erat cor unum, & anima una.* (Act. 4. 32.)

VI. Unitatem spiritûs in vinculo pacis non Apostolis duntaxat aut primis illis Christianis, sed omnibus in se per eorum prædicationem credituris atque in se sanctificandis postulavit Christus, quando de Apostolis dicebat Patri: *Non pro eis rogo tantùm, sed & pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me: ut omnes unum sint, sicut tu pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unum sint.* (Io. 17. 20. & 21.) Q. Pro „ his primùm precatio est (inquit Hilarius) „ de quibus dicitur, *Ut omnes unum sint*: tum „ deinde unitatis profectus exemplo unita- „ tis ostenditur, cùm ait: *Sicut tu pater in me,* „ *& ego in te, ut & ipsi unum sint in nobis*: ut „ sicut Pater in Filio & Filius in Patre est, „ ita per hujus unitatis formam, in Patre & Filio omnes unum essent". (Q. Hilar. lib. 8. de Trin.) Duplicem adhuc alium ejusdem unitatis seu unanimitatis profectum recenset idem Hilarius Can. 18. in Matthæum, impetrandi nimirum efficaciam, & Christi assistentiam: " In tantum (ait ille „ ibi de Christo) humanæ pacis studuit con- „ cordiæ, ut unitatis merito *omnia quæ à Deo* „ *precanda sint*, *impetranda esse* confirmet: & *ubi* „ *duo aut tres pari Spiritu aut voluntate collecti sint,* „ *ibi se medium eorum* polliceatur futurum. (Mat. 18. 19. & 20.) Ipse „ enim pax atque charitas est, sedemque & ha- „ bitationem in bonis ac pacificis voluntatibus collocavit". Et quanquam primitivi illi Christiani, quorum conversio ac conversatio in Apostolorum Actis memoratur, variis polluerint dotibus ac charismatibus, præcipuum tamen eorum præconium in eo constituit idem Hilarius, quòd fuerint cordis animæque unius; ac sic in se & de se verificatum ostenderint, quod bonum pariter & jucundum, hoc est

honestum & delectabile esse, Psalmista testatur ubi ait: *Ecce quàm bonum & quàm iucundum, habitare fratres in unum.* R. Non humanas cohabitationes (ait ille) nec terrenarum domorum communionem Propheta David dicit: Nam fratres ob hæc ipsa tectorum consortia dissidentes videmus, & inimicos sæpè ejusdem domicilii habitatio continet; nonnunquam incrementa odiis ipsa illa cohabitandi indignatio subministrat. Sed novit Apostolus esse communem & religiosam domum, dicens: *Vt scias quemadmodum te oporteat in domo Dei conversari, quæ est ecclesia Dei vivi, columna & firmamentum veritatis.* Itaque bonum & jucundum est in unum habitare fratres: cùm *in unum habitant*, conventum Ecclesiæ congregant; cùm *fratres* nuncupantur, unicæ voluntatis charitate concordes sunt. Ad primam enim Apostolorum prædicationem hoc præcipuum fuisse credentium præconium legimus, quod dicitur: *Erat omnium credentium cor unum & anima una*, assensu, eâdem voluntate, non dissonantes fide, socia amoris, ac sententiæ unanimitate perfecta. Et hoc testatur ille Gentium Doctor, dicens: *Vt sitis omnes perfecti, eodem sensu, eâdem sententiâ.* Et rursum: *Implete gaudium meum, ut idem sapiatis, eandem charitatem habentes, unanimes, unum sentientes; nihil per æmulationem, sive per inanem gloriam agentes, sed in humilitate invicem arbitrantes præcellere super invicem; non sua, sed aliorum unusquisque vestrûm contemplantes.* Hoc Apostoli gaudium est, id ipsum nos sapere, amore eodem contineri, per unius sensus sententiam unanimes permanere; non per æmulationem separari, neque per inanis gloriæ studium dissidere; non sua, sed aliorum unumquemque cogitare oportere: ut ea, quibus alienæ voluntates in concordia detinendæ sunt, cogitemus. Quod & alio in loco admonet, dicens: *Si possibile est ex vobis ad omnes pacem habentes.* Ex nobis vult esse ut si possibile est pax ad omnes sit, voluntas nostra omnium amicitiis dedita sit, etsi cæterorum natura non habeat pacis effectum, dummodò non ex nobis causa aut interruptæ aut non conservatæ pacis existat. Hoc itaque populo Dei congruit, sub uno patre fratres, & sub uno spiritu unum esse, sub una domo unanimes incedere, & sub uno capite unius corporis membra esse".

Ps. 132. 1
R. Idem in Psal. 132.
1. *Tim.* 3. 15
Act. 4. 32
1. *Cor.* 1. 10
Phil. 2. 2.
Rom. 12. 18.

CAPVT III.

Concordiæ plantator Deus, discordiæ superseminator diabolus. Homines ad imaginem Dei conditos decet Auctoris sui esse imitatores: Ad societatem Angelorum ordinatos, futurorum olim concivium æmulatores: Mundi majoris incolas, mundanæ harmoniæ Sectatores: ejsdem parentibus prognatos, fraternitatis observatores: mutuæ opis indigos, mutuæ benevolentiæ repensores.

VII. RECtè monet Petrus Chrysologus, S. Plantare pacem radicitus esse Dei, evellere penitùs inimici". Et de Deo quidem perspicua est illa Apostoli sententia, *Non est dissensionis Deus, sed pacis.* Inter nomina item quibus incarnandum Dei Verbum veteres Prophetæ divinitùs afflati compellaverant, non infimum illud est quo dicebatur ab eis *Princeps pacis.* Qui sanè ut nomini isti suo veraciter responderet, multiplicia ac multiformia pacis incentiva humano generi tam ante quàm post incarnationem suam præbuit; rebus ipsis luculenter manifestans se esse authorem & fautorem concordiæ, sibique adversari seminatores ac fotores discordiæ. Quapropter in parabola Euangelica *Seminantis bonum semen in agro suo*, sine præjudicio aliarum interpretationum, ipse rectè intelligitur sub metaphora *Seminantis*, & pax sub metaphora *boni seminis*: diabolus item sub metaphora *inimici superseminantis*, diffidium denique ac discordia sub metaphora *zizaniorum superseminatorum.* Incentiva porrò pacis & unanimitatis per eum nobis subministrata, sive ante sive post incarnationem suam, quædam sunt generalia, omnes prorsus homines concernentia; quædam specialiora, Christianos peculiariter attingentia. Prioris generis aliquot perstringit Leo Papa, cùm tractans de præcepto dilectionis proximi, asserit, T. *Proximi* nomine non eos tantùm intelligendos esse, qui nobis amicitiâ aut propinquitate junguntur; sed omnes prorsùs homines, cum quibus est nobis natura communis; sive illi hostes sint, sive socii, sive liberi, sive servi: unus enim nos Conditor finxit, unus nos Creator animavit; eodem cuncti cœlo & aëre, iisdem utimur diebus & noctibus. Cùmque alii sint boni, alii mali, alii justi, alii injusti; Deus tamen omnibus largitor, omnibus est benignus". Quibus postremis verbis nos tacitè hortatur ut imitatores studeamus esse Dei, qui, quantùm ex sua est parte, pacificus est erga omnes: V. Peccata enim sola (ut Augusti-

S. Chrysolog. serm. 53.
1. *Cor.* 14. 33
Isa. 9. 6.
Vide Greg. de cura Pastor. p. 3. Admon. 24. *Mat.* 13. 24. & 25.
T. Leo ser. 1 de jejunio x. Mensis.
V. Aug. l. 1. de peccat. Merit. c. 19.

Videl. de Spir. & lit. c. 25.

„ Augustinus perhibet) separant inter homines & Deum". Ac per hoc cùm peccata non ex Deo originem habeant, quantùm ad eum spectat pacem cum omnibus servat. Quem pro nostro modulo utcunque imitabimur, si Apostolico illi præcepto obtemperemus: *Si fieri potest, quod ex vobis est, pacem cum omnibus hominibus habete.* W. Quid est (inquit Pelusiotes) quod ait, *Si fieri potest?* Hoc vult „ dicere: Tu quidem nemini præbueris an„ sam inimicitiæ: cave quoque, ne quem jure „ & probabiliter habeas inimicum. Sin autem „ illi sine justa ratione tibi infensi fuerint, hoc „ nullatenùs te lædet. Nam & Christus, qui „ dixit, *Oderunt me gratis*, non præcepit ne ini„ micos ullos habeamus (id enim non est in „ nostra potestate) sed ne cuiquam faciamus in„ juriam, ne seminemus radicem belli; maximè „ tum, quando nullum pietati detrimentum „ infertur. Quòd si improbi bonos odio pro„ sequuntur, noli mirari: Nam & Pseudo„ apostoli veros Apostolos, & Pseudoprophetæ „ Prophetas odio habent. Quod ipse quoque „ Paulus cùm disertè cognitum perspectumque „ haberet, scripsit: *Sectare pacem cum omnibus* „ *qui invocant Dominum ex puro corde.* Ne itaque „ culpam conferas in eum qui inimicos habet, „ sed qui sibi ipsi inimicos conciliat. Quòd „ si luci cum tenebris non benè convenit, ni„ hil hoc ad lucem: Si non vult impius pie„ tatem amplecti, nihil hoc ad pium: Si non „ vult libidinosus castitatem colere, nihil hoc „ ad hominem temperantem & castum: Si „ non vult injustus desistere ab injustitia, nihil „ hoc ad justum: sed ad eos pertinet probrum, „ qui suæ improbitatis reprehensionem esse „ aliorum circa se hominum virtutes arbitrantur".

Rom. 12. 18.

W. Isidor. Pelus. lib. 4. Epist. 220. Vide ibidem Epist. 36. & Greg. lib. 3. Curæ Pastoral. Admonit. 23. & Chrysost. Hom. 22. in Epist. Ad Romanos.

1. Tim. 2. 22.

VIII. Cùm Ecclesiam hæresibus variis, maximè verò Arianâ perfidiâ, turbatam cerneret Gregorius Nazianzenus, trinas *De pace* orationes elucubravit: in quarum prima ac tertia proponit & prosequitur tria motiva seu incitamenta, quorum consideratione homines meritò provocentur ad pacem & concordiam animitùs amplectendam. Primum desumitur ex ipsa humanæ naturæ ad Dei imaginem conditæ inclinatione: Secundum ex Angelorum sanctorum felici, & reproborum infelici conditione: Tertium denique ex harmonica mundanæ machinæ concinnatione. Et de primo quidem ac secundo postquam distinctim singulatimque disseruisset, utrumque conjungens subjunxit inferiùs: X. Hoc unum, tale est, „ ut nos ad benevolentiæ concordiæque stu„ dium necessariò adducere debeat, DEI ni„ mirùm ac SUPERORUM imitatio: in qua sola, „ animæ, ad imaginem Dei conditæ, intueri „ tutum est: ut per propensionem ad ea, quan„ tum ipsi assequi datur, atque eorum imita„ tionem, nobilitatem ipsa suam sartam tectamque tueatur". Pro vivaciori horum incentivorum impressione & inculcatione præmiserat ibidem, seriò considerandum, qualiter omnes Angeli violatores pacis expulsi sint de cælesti municipio, & mulctati perenni exilio. Atque ita ad utrumque concludens: " Itaque „ (subdit) omnes ii, qui pacis bonum ample„ ctuntur, eique contrariam discordiam ac se„ ditionem infensè oderunt, ad DEUM ac DI„ VINAS MENTES accedunt: contrà, qui iis „ sunt moribus, ut pugnis gaudeant, novitate „ famam captent, atque ignominiâ suâ glorientur, ADVERSÆ PARTIS sunt". Hoc ipsum & Papa Gregorius inculcandum ab Ecclesiæ Rectoribus præscribit, ubi ait: Y. Admonendi „ sunt qui jurgia seminant, ut cujus sint sequa„ ces agnoscant. De apostata quippe Angelo „ scriptum est, cùm bonæ messi inserta fuissent „ zizania: *Inimicus homo hoc fecit.* De cujus „ etiam membro per Salomonem dicitur: *Ho*„ *mo apostata vir inutilis, graditur ore perverso,* „ *annuit oculis, terit pede, digito loquitur, pravo* „ *corde machinatur malum, & omni tempore iurgia* „ *seminat.* Ecce, quem *seminantem iurgia* dice„ re voluit, priùs *apostatam* nominavit: quia „ nisi more superbientis Angeli à conspectu „ Conditoris priùs intùs aversione mentis ca„ deret, foras postmodum usque ad seminanda jurgia non veniret". Et post paucula rursùs ibidem: " Audiant (inquit) jurgiorum se„ minatores quod scriptum est, *Beati pacifici,* „ *quoniam filij Dei vocabuntur:* atque è diverso „ colligant, quia si filii Dei vocantur, qui pacem „ faciunt, proculdubiò Satanæ sunt filii qui confundunt". Ut hujus incentivi momentum pleniùs ac planiùs perspiciatur, advertendum est, nihil magis condecere humanam naturam, ad imaginem Dei conditam, quàm ut eum cujus impressam sibi gestat effigiem imitetur; atque adeò nihil ex adverso magis dedecere, quàm ut desertâ vel neglectâ imitatione Dei, imitatricem se exhibeat teterrimi dæmonis: Z. Si fideliter atque sapienter (inquit „ Leo Papa) creationis nostræ intelligamus „ exordium, inveniemus hominem ideò ad „ imaginem Dei esse conditum, ut imitator sui „ esset Auctoris: & hanc esse naturalem no„ stri generis dignitatem, si in nobis quasi in „ quodam speculo divinæ benignitatis forma resplendeat". Hinc proinde est quòd cùm filiis maximè imitatio congruat parentum, in recensione Euangelicarum beatitudinum solis pacificis titulus filiorum Dei attribuatur: *Beati*, inquit, *pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur:* A. Meritò (ait in eum locum Chry„ sologus) Christianæ virtutes virescunt in „ eo, qui unanimitatem Christianæ habet „ pacis: nec pervenitur ad vocabulum *filij Dei*, nisi per nomen *pacifici*". Cujus ergo fi-

X. Nazianz. Orat. 12. quæ est prima de pace. Vide Aug. l. 1. de Symbolo ad catech. c. 2. & Fulg. l. 2. ad Monimum c. 21.

Y. Greg. Papa de cura Pastor. p. 3. Admonit. 24.

Mat. 13. 28. Prov. 6. 12. & seqq.

Mat. 5. 9.

Z. Leo sermone 1. de Jejunio X. Mensis.

A. Chrysol. serm. 53.

lii dicendi sunt discordiarum seminatores? Illius utique, de quo idem Chrysologus serm. 149. ait: " Vidit Satanas firmitatem fi-„ dei stabilitatemque: vidit eam pietate dog-„ matum septam, operum bonorum fructibus „ abundantem: & ideò pro omnibus ad in-„ saniam venit, & rabie furoris exarsit, ut in-„ scinderet concordiam, ut convelleret charitatem, ut disrumperet pacem". Jam de tertio ac postremo illorum incentivorum, quæ ex Nazianzeno commemoravimus, videamus. Postquam igitur Nazianzenus duo priora incentiva in unum contracta ac redacta inculcasset: B. Alterum est (subdit) ut di-„ vinæ voci obtemperantes, in cælum sur-„ sum & in terram deorsum aspiciamus, at-„ que conditarum rerum leges animadverta-„ mus: quemadmodum videlicet cælum, & „ terra, & mare, ac denique universus hic „ mundus, quamdiu secum pacatus & tran-„ quillus est, seque naturæ suæ finibus con-„ tinet, nec quidquam adversùs alterum in-„ surgit, aut ab iis benevolentiæ vinculis „ quibus ab artifice Verbo universitas rerum „ constricta est excedit; Mundus verè est, & „ appellatur, & incomparabilis pulchritudo; „ nec aliquod umquam opus, quod quidem „ materiâ constet, illustrius aut magnificen-„ tius excogitari potest. At simulatque paca-„ tus & quietus esse desiit, Mundus quoque esse desinit". Nemo nescit, humanam societatem præ se ferre speciem Mundi majoris, imò quemlibet hominem esse ac dici *microcosmum*, id est, parvum mundum. Vult ergo Nazianzenus ut homines ex analogia macrocosmi & microcosmi condiscant quanta sit necessitas pacis ac concordiæ, ut homines condecenter ad naturæ suæ exigentiam vivant. Homo enim naturâ suâ sociale est animal: Societas verò humana, sine civium concordia non magis potest feliciter vel stabiliter subsistere, quàm magnus Mundus sine cælestium elementariumque corporum debita harmonia ac symmetria perdurare. Unde tandem concludit, de partibus majoris Mundi loquens: " Quæ „ cùm ita sese habeant, ac secundùm primas „ concordiæ sive confluxionis & conspiratio-„ nis causas regantur & gubernentur, quid „ tandem aliud existimandum est, quàm quòd „ amicitiam concordiamque proclament, „ suoque exemplo mortalibus consensum animorum, quasi latâ lege indicant"?

B. Nazian. orat. 12.

IX. In rebus humanis nihil ita conciliat animorum conjunctionem, ut sanguinis propinquitas; adeò ut violentiam quandam suæ naturæ consanguinei inferre videantur, si quando ab invicem animis alienantur. Hoc probè prospiciens Sapientissimus hominum conditor, novum istud fraternæ unanimitatis incentivum adjecit, ut omnes homines ex uno homine tanquam communi stipite efformaret: C. quatenus omnes homines dum se ab uno „ & unum esse cognoscerent, omnes se quasi unum amarent". Quam Dei providentissimam dispositionem Apostolus in Areopago Euangelizans inculcabat Atheniensibus, dicens de eo: *Fecit ex uno omne genus hominum inhabitare super universam faciem terræ.* Ubi originalis textus Græcus habet, *ex uno sanguine*; quò consanguinitatis necessitudinem significantiùs ingerat. D. Non est arduum videre „ (inquit Augustinus) multò fuisse melius „ quod factum est, ut ex uno homine, quem „ primum condidit, Deus multiplicaret ge-„ nus humanum, quàm si inchoasset à pluribus". Cur ita? Respondet idem ibidem: " Ut eo modo vehementiùs commendaretur „ ipsius Societatis unitas vinculumque con-„ cordiæ; si non tantùm inter se naturæ si-„ militudine, verùm etiam cognationis affectu homines necterentur". Et inferiùs cap. 26. loquens de eodem primo homine: " Factus „ est unus (inquit) sed non relictus est solus: „ Nihil enim est quàm hoc genus tam dis-„ cordiosum vitio, tam sociale naturâ. Ne-„ que commodiùs contra vitium discor-„ diæ vel cavendum ne existeret, vel sa-„ nandum cùm extitisset, natura loqueretur „ humana, quàm recordatione illius parentis, „ quem propterea Deus creare voluit unum, „ de quo multitudo propagaretur, ut hac ad-„ monitione etiam in multis concors unitas servaretur". Hujus incentivi vis & energia inde etiam auctior evasit, quòd hæc sanguinis propinquitas non sit dimidiata fraternitas, sed plena germanitas. Neque enim duas aut plures feminas uni illi primo viro in adjutorium propagandæ stirpis Deus formavit, sed unicam, eamque ex ipso: ut quemadmodum ille unus pater, ita & illa una esset *mater cunctorum viventium.*

C. Hugo Victor. lib. 1. de Sacram. p. 6. c. 34.

Act. 17. 26.

D. Aug. lib. 12 de Civit. cap. 21. Vide Lactant. lib. 6. c. 10. & Basil. Homil. 21.

Gen. 4. 20.

X. Decrescente paulatim per descendentium elongationem energiâ hujus incentivi, delevit Deus in decima generatione reliquos mortales aquis diluvii, reservatâ unicâ familiâ Noëticâ: ut quotquot in posterum homines nascerentur, de propinquiore adhuc patre matreque propagarentur, atque adeò arctiori adhuc sanguinis glutino necterentur: *Tres isti*, ait Scriptura, *filij sunt Noë: & ab his, disseminatum est omne genus hominum super universam terram.* Quod si *ab his*, proculdubio ab horum patre ac matre, à Noë nimirum & uxore ejus. Rursùs si à Noë, haud dubiè etiam à Lamech, à Mathusale, ab Henoch, à Jared, à Malaleël, à Cainan, ab Enos, à Seth, & ab Adam, à quibus continuatâ serie Noë ipse progenitus fuerat. Atque ita quotquot post eluvionem nati sunt aut nasciturі, non simplici duntaxat aut duplici, sed decuplici titulo

Gen. 9. 19.

titulo, ut de materna linea nihil dicam, sunt consanguinei. Cæterùm quia hæc etiam consanguinitas quantumcumque vigorosa lapsu temporis & elongatione ramorum refrigescit & quodammodò veterascit, providit Deus aliud incentivum duorum proximè præcedentium suppletivum, prohibendo nuptias consanguineorum cum consanguineis: ut obsolescentem nexum consanguinitatis suppleret necessitudo affinitatis. Qua de re legendus Chrysostomus Homil. 34. in priorem ad Corinthios: Ubi & alia aliquot humanæ concordiæ incentiva divinitùs provisa commemorat; signanter ex disparibus hominum conditionibus ac statibus, ex reciprocis urbium & regionum indigentiis, adeoque commerciorum necessitatibus desumpta. Dispar est conditio divitum & pauperum, principum & vasallorum, nobilium & mechanicorum, militum & Senatorum, clientum & Patronorum, Agricolarum & Piscatorum, sæcularium & Ecclesiasticorum, atque ita de cæteris quos commemorare longum fuerit: & tamen nulla harum conditionum est, quæ non alterius ope vel obsequio indigeat. Quod sanè non casu aut citra propositum, sed provida Numinis dispositione procuratum est, prout loco citato notat Chrysostomus, & post eum Gregorius Papa, cum ait: E. Hoc „omnipotens Deus agit in cordibus hominum, quod facit in regionibus terrarum. „Poterat namque unicuique regioni fructus „omnes tribuere: sed si unaquæque regio al„terius regionis fructu non indigeret, com„munionem cum altera non haberet. Unde „fit, ut huic vini, alii verò olei abundan„tiam tribuat: hanc multitudine pecudum, „illam verò ubertate fructuum abundare fa„ciat: ut cùm illa defert quod ista non ha„bet, & ista reddit quod illa non detulit, „per communionem gratiæ sibi simul etiam „divisæ terræ conjunctæ sint. Sicut ergo „regiones terrarum, ita sunt mentes Sancto„rum: quæ dum invicem sibi conferunt „quod acceperunt, quasi fructus suos regio„nes regionibus impendunt, ut in una omnes charitate jungantur".

Chrysost.

E. Greg. Hom 10. in Ezech.

CAPUT IV.

Christus Princeps pacis peculiare unanimitatis invexit incentivum, Christianæ germanitatis nexum; tanto arctius stringentem, quanto sublimioribus titulis nitentem; pristinas tam naturæ quàm voluntatis necessitudines non abolentem, sed adolentem. Christianorum pugnæ super Religionis negotio graphicè descriptæ, & navali prælio assimilatæ.

XI. NUnc expendenda sunt illa unanimitatis incentiva, quæ peculiariori ratione Christianos ut tales concernunt. Ea porrò videntur ab Hilario breviter insinuari in verbis ex ipso descriptis superiùs in fine capitis secundi, quibus ait: F. Hoc populo Dei con„gruit, sub uno patre fratres, & sub uno Spiritu „unũ esse, sub una domo unanimes incedere, & „sub uno capite unius corporis membra esse". Cernens igitur *Princeps pacis* quàm parùm profuerint humano generi ad medendum discordiositatis vitio omnia unanimitatis incentiva superiùs memorata, novum invexit nexum peculiaris fraternitatis, superioribus tanto arctioris, quanto sacratioris; quæ nec tempore inveterascere, nec locorum distantiis refrigescere, nec graduum accessionibus decrescere deberet: *Omnes vos*, ait ipse suis, *fratres estis.* Et ne fortè quispiam suspicaretur eum alludere ad carnalem fraternitatem sive ex primis humani generis, sive ex propinquioribus quarundam gentium aut familiarum tractam progenitoribus, continuò sublimiorem titulum exprimens subdit: *Unus est enim pater vester, qui in cælis est.* Quem sibi patrem habet ipse per naturam, suis fecit esse per gratiam. Unde & alibi normam eis præscribens orandi, ait: *Sic vos orabitis: Pater noster, qui es in cælis* &c. & ascensurus in cælum post triumphalem passionem & resurrectionem: *Ascendo*, inquit, *ad patrem meum, & patrem vestrum.* Et ne fortè putarent eum de aliquo sancto homine vel Angelo cælesti loqui, planiùs exposuit quem intellexerit patrem, subnectens evestigio: *Deum meum, & Deum vestrum.* Rursùs ne alterutra ex parte quidquam perfectioni hujusce fraternitatis deesset, quos fecit habere unum patrem Deum, fecit habere & unam matrem Ecclesiam. Ex Christianorum quippe communi persona ait Paulus Apostolus: *Illa quæ sursum est Hierusalem, libera est; quæ est mater nostra.* Et vide quemadmodum in ipso matris hujus nomine pax tantopere inculcata se ingerat: *Hierusalem* quippe secundùm vocis etymon *visio pacis* interpretatur. Degeneres proinde sunt, qui de talibus parentibus orti non student mutuæ inter seipsos paci. Patrem

F. Hilar. in Psalm. 132. Vide Nazian. Epist. 43. aliàs 37.

Mat. 23. 8.

Mat. 23. 9.

Mat. 6. 9.

Io. 20. 17.

Gal. 4. 26.

[1. Cor. 14. 33.] trem habent *Deum pacis*, matrem Ecclesiam quæ dicta est Hierusalem, id est, *visio pacis*; [Isa. 9. 6.] Fratrem habent Christum qui dictus est *Princeps pacis*. [Heb. 2. 17.] De ipso scriptum est quòd *debuerit per omnia fratribus similari.* Nunquid ergo æquum est fratres vicissim ipsi quoad studium pacis similari? [Eph. 2. 17.] Ipse in terras descendit *Euangelizare pacem*: in terris existens pacem suis precibus imploravit, quando rogavit, [Ioan. 17. 20.] *ut omnes unum sint*; pacem item commendavit, quando suis dixit, [Mar. 9. 49.] *Pacem habete inter vos*; moriturus denique pacem legavit, dicens: [Io. 14. 27.] *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis*: G. Hoc est dicere (inquit Chrysologus) in pace vos dimisi, in pace vos inveniam. Proficiscens voluit dare, quod desiderat rediens in omnibus invenire. Cæleste mandatum est, servare quod dedit; una vox est, inveniam quod dimisi". Cyprianus in iisdem illis Christi verbis mandatum simul & legatum testamentarium agnoscit: H. Inter sua mandata divina (inquiens) & magisteria salutaria, passioni jam proximus Dominus addidit dicens: *Pacem dimitto vobis, pacem meam do vobis.* Hanc nobis hæreditatem Christus dedit; dona omnia suæ pollicitationis & præmia in pacis conservatione promisit. Si hæredes Christi sumus, in Christi pace maneamus: Si filii Dei sumus, pacifici esse debemus: [Mat. 5. 9.] *Beati*, inquit, *pacifici, quoniam ipsi filij Dei vocabuntur.* Pacificos esse oportet Dei filios, corde mites, sermone simplices, affectione concordes, fideliter sibi unanimitatis nexibus cohærentes". Pulchrè & apposite monet Papa Leo, ut I. [Io. 1. 13.] *Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt*, offerant patri pacificorum hostiam filiorum; & in primogenitum novæ creaturæ, [Io. 6. 38.] *qui venit non suam sed mittentis facere voluntatem*, universa adoptionis membra concurrant: quoniam gratia Patris non discordes, non dissimiles, sed unum sentientes, unum amantes adoptavit hæredes. Ad unam reformatos imaginem oportet animum habere conformem".

G. Chrysolog. ser. 53.

H. Cyprian. lib. de unit. Eccles. prope finem.

I. Leo Ser. 6. de Nativit. cap. 5.

XII. Quemadmodum gratia naturam non destruit, sed perficit; ita hęc per Christum invecta fraternitatis necessitudo communes illas toti humano generi necessitudines superiori capite memoratas non abolet, sed adolet. Qui enim secundùm carnem fratres, aut agnati, vel quomodolibet propinqui vel conjuncti fuerint, si Christianismo initientur, non desinent esse quod fuerant, sed perseverans pristina necessitudo superveniente sanctiore firmabitur. Hinc Augustinus Ecclesiam, Christianorum matrem ac nutricem, magistram quoque ac eruditricem alloquens, & varia ejus munia percensens: K. Tu parentibus filios (inquit) liberâ quadam servitute subjungis, parentes filiis pia dominatione præponis: Tu fratribus fratres Religionis vinculo firmiore atque arctiore quàm sanguinis nectis: Tu omnem generis propinquitatem, & affinitatis necessitudinem, servatis naturæ voluntatisque nexibus, mutua charitate constringis: Tu dominis servos non tam conditionis necessitate, quàm officij delectatione doces adhærere: Tu dominos servis, summi Dei, communis scilicet Domini, consideratione placabiles, & ad consulendum quàm coërcendum propensiores facis: Tu cives civibus, gentes gentibus, & prorsùs homines hominibus, primorum parentum recordatione, non societate tantùm, sed quâdam etiam fraternitate conjungis: Doces Reges prospicere populis, mones populos se subdere Regibus: Quibus honor debeatur, quibus affectus, quibus reverentia, quibus timor, quibus consolatio, quibus admonitio, quibus cohortatio, quibus disciplina, quibus objurgatio, quibus supplicium sedulò doces; ostendens quemadmodum & non omnibus omnia, & omnibus charitas, & nulli debeatur injuria". Omnes itaque hominum conditiones, ordines, gradus, status, Ecclesia congruis documentis, hortamentis, terriculamentis, aliisq; omnigenis incitamentis & fomentis ad fraternam in Christo concordiam illicit & instigat si dissident, in eodemque fovet & conservat si consident. Adeò verò pristinas necessitudines, sive ex naturæ legibus, sive ex spontaneis pactis aut fœderibus, licitis alioqui & honestis, derivatas non rescindit, ut potiùs illud Apostolicum incessanter inculcet, *Vnusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat.* [1. Cor. 7. 20.] Et illud itidem: *Reddite omnibus debita: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem.* [Rom. 13. 7.] Et item: *Omnes honorate, fraternitatem diligite, Deum timete, Regem honorificate; servi subditi estote in omni timore dominis, non tantùm bonis & modestis, sed etiam dyscolis.* [1. Pet. 2. 17. & 18.] Et rursum: *Charitate fraternitatis invicem diligentes, honore invicem prævenientes.* [Rom. 12. 10.] Et iterùm: *Obedite præpositis vestris, & subiacete eis.* [Hebr. 13. 17.] Et item: *Mulieres subditæ estote viris, sicut oportet, in Domino.* [Colos. 3. 18. & seqq.] *Viri diligite uxores vestras, & nolite amari esse ad illas. Filij obedite parentibus per omnia: hoc enim placitum est in Domino. Patres nolite ad indignationem provocare filios vestros, ut non pusillo animo fiant. Servi obedite per omnia dominis carnalibus, non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis, timentes Deum.* Hæc & alia innumera eodem tendentia jugiter inculcat ijs quos vel pepererit vel parturierit catholica Christianorum mater Ecclesia; quæ & consonè ad eandem istam suam prædicationem canit de Sponso suo in hymno Ecclesiastico: L. *Non eripit mortalia, qui regna dat cœlestia*: hoc est,

K. Aug. lib. 1. de Moribus Eccles. c. 30.

L. Ecclesia

In hymno vespertino Epiphaniæ

est, non rescindit temporalium necessitudinum nexus, qui spiritalium necessitudinum sacratiores invehit nexus: non abolet jura fraternitatis humanæ, qui superinducit nodum fraternitatis divinæ. Utriusque fraternitatis insimul perseverantis, tametsi impariliter constringentis, meminit Augustinus hic suprà relatus, atque etiam alibi, ubi ait: M Si putamus non esse proximos, nisi qui de iisdem parentibus nascuntur, Adam & Evam attendamus, & omnes fratres sumus. Et si quidem fratres secundùm quod homines sumus, QUANTO MAGIS SECUNDUM QUOD CHRISTIANI SUMUS? Ad id quòd homo es, unus pater fuit Adam, una mater Eva: ad id quòd Christianus es, unus pater est Deus, una mater Ecclesia". Tametsi igitur utroque titulo Christiani inter se omnes sint fratres, tanto nihilominùs arctiùs colligare eos debet Christiana quàm mundana fraternitas, quanto & sublimiores & propinquiores sunt ipsius quàm istius protostipites. Quinimò etiamsi cum Christiana fraternitate conferatur mundana non qualiscunque, sed germana prorsus & undequaque proxima, semper tamen verum manebit quod ex Maximo Taurinensi §. 4. recitavimus: *Maior est fraternitas Christi, quàm sanguinis.* Quantò enim excellentior est regeneratio spiritalis, quàm generatio carnalis; tantò arctiùs stringere debet fraternitas regeneratorum, quàm generatorum: N Spiritus quippe Sanctus (ut Beatus ait Fulgentius) qui unus est Patris & Filii, hoc operatur in his quibus gratiam tribuit adoptionis divinæ, quod operatus est etiam in illis, qui in libro Actuum Apostolorum inveniuntur eundem Spiritum accepisse, de quibus dicitur: *Multitudinis autem credentium erat cor unum & anima una*".

M. Aug. lib. de Disciplina christiana c. 3. Vide ser 109 de Tempore cap. 10

N. Fulg. lib. 1. ad Monimum cap. XI.

XIII. Verùm cùm Christiana fraternitas perpetuò in semetipsa perseveret æqualis, nec graduum interventu distendatur aut extenuetur, ut carnalis; mirum videri haud immeritò potest quòd adeò dispariliter operetur, ut quàm primis illis Christianis nihil fuerit concordius, tam novissimis, imò & multis intermediis, nihil penè sit aut fuerit discordius. Ut enim de præsentibus Christianorum dissidiis, nemini non perspectis, nihil dicam, certè jam ante tredecim sæcula tantæ inter Christianos occasione Arianæ hæreseos fuerunt suscitatæ discordiæ, ut B. Basilius præmissâ interrogatione, *Cui comparabimus præsentem statum?* pro responso subjecerit: O Profectò similis est prælio navali, quod ex multo odio, ex veteribus offensis inter ipsos per longum tempus alito, bellis nauticis assueti viri quipiam ac bellaces instituerunt. Nunc igitur in hac imagine mihi specta terribilem utrimque cursum, mox irâ jam eò erumpente ut sit immedicabilis, utramque partem simul prostratam confici. Pone, si vis, violento turbine circumagi classem, caliginemque densam è nubibus incumbere, adeoque obscurare rerum visibilium species, ut nulla sit amicorum & hostium discretio, propterea quòd ob confusionem symbola militaria sint ignota. Huic imagini propter evidentiam addamus etiam, mare intumescere, atque ab imo subverti, vehementem imbrem è nubibus deorsum erumpere, horribilemque procellam ingentibus ac decumanis fluctibus exurgere: post hæc, ventis undique concursantibus, totam classem inter se cum fragore collidi; atque ex his, qui in acie stant, alios quidem castra sua prodentes atque flagrante prælio transfugientes, alios cogi ut pariter scaphas impellant à ventis actas, & occurrant irrumpentibus, sesèque mutuò per seditionem trucident: quam seditionem partim invidia adversùs præstantiores; partim quæ singulis adest vincendi cupiditas excitavit. Ad hæc cogita confusum quendam, & indiscretum clamorem per universum illud mare resonantem, partim è ventorum strepitu, partim è collisione navium, partim ex undarum impetu ferventium, partim ex vociferatione præliantium varias voces pro singulorum affectibus emitti, ut neque naucleri neque gubernatoris vocem exaudire liceat, sed prodigiosam quandam mixturam confusionemque, incredibili quâdam malorum magnitudine, ob vitæ desperationem, omnem eis peccandi licentiam afferente. Adjice eisdem & immedicabilem quendam morbum, ac insanabilem præ gloriæ cupiditate insaniam, ut cùm navis jam in fundum maris deferatur, tamen ipsi vectores de primatûs contentione nihil remittant". Ecce quàm atrox, quàm animosa, quàm furiosa debuit esse. Christianorum illius temporis discordia, quæ istiusmodi navali prælio meruit comparari! Christianorum porrò nomine non eos solùm hoc loco intelligimus, qui veram Christi fidem corde tenent & voce ac ritibus profitentur; sed omnes indiscriminatim eos, qui Baptismatis Sacramento initiati Christiano vocabulo gloriantur: atque ita hæreticos, quamvis solo vocabulo Christianos, comprehendimus. Cæterùm quod Basilius de dissidijs occasione Arianæ hæreseos in Ecclesia suscitatis refert, id ipsum, aut certè quidpiam affine, alij Scriptores de similibus dissidijs occasione aliarum hæreseon in Ecclesia excitatis commemorant: prout cernere licet apud Ioannem Lensæum Theologum Lovaniensem in peculiari libro quem *De varijs piorum persecutionibus* conscripsit, capite signanter XXXII. & deinceps usque ad quadragesimum septimum.

O. Basil. lib. de Spiritu sancto ad Amphiloch. cap. 30. Vide Nazianz. Orat. I. post medium.

Lensæus.

CAPUT V.

Corruptio optimi pessima ostenditur exemplis Principis dæmoniorum, Excollegæ Apostolorum, apostatantium Religiosorum. Hinc ipsa inter Christianos fœditas simultatis, testimonium præbet pulchritudini unanimitatis. Philautia radix discordiæ, charitas concordiæ. Hanc omnes cum largitore suo Spiritu Sancto repellunt, qui ab Ecclesiæ unitate desciscunt. Inter veri assertionem & placiti præsumptionem pugna crudescit, strepente pravitate, nec cedente pietate. Decorum bellum indecoræ paci præferendum. Perversoribus non connivendum.

XIV. QUemadmodum in naturalibus ita & in moralibus evenire solet quod vulgi quoque sermone jactatur, *Corruptio optimi pessima*. Creaturarum omnium præstantissimus ab initio fuisse creditur Lucifer: qui in transversum actus evasit omnium deterrimus. In humanis excelluit familia Salvatoris, seu collegium Apostolorum: in quantam verò indè voraginem malitiæ prolapsus sit Judas, quis Christianorum ignorat? Ad imitationem Apostolici collegii institutæ sunt in Ecclesia variæ Religiosorum familiæ, paupertatem, castitatem, obedientiamque voventes, atque adeò Euangelicæ perfectionis collem conscendere gestientes. Audi tamen quid de istiusmodi familiis, & quidem sub juramenti interpositione, asseveret Augustinus in quadam Epistola, ad clerum & populum civitatis suæ Hipponensis directa: P. Simpliciter (inquiens) „fateor charitati vestræ, coram Domino Deo „nostro, qui testis est super animam meam: „Ex quo servire Deo cœpi, quomodò difficilè sum expertus meliores, quàm qui in monasteriis profecerunt; ita non sum expertus „pejores, quàm qui in monasteriis ceciderunt: „ita ut hinc arbitrer in Apocalypsi scriptum, „*Justus justior fiat, & sordidus sordescat adhuc*. Quapropter etsi contristamur de aliquibus purgamentis, consolamur tamen etiam de pluribus ornamentis". Ad hunc igitur modum de Christianismo philosophari licebit: Qui vel eo ipso ostenditur optimus, quòd ejus desertores plerunque evadant pessimi: & eo item ipso conciliativus fraternæ concordiæ, quòd ejus desertores plerunque sint sators aut fotores discordiæ. Quapropter etsi sinceri ac stabiles ejus cultores & professores contristentur de quibusdam purgamentis, consolantur tamen etiam de pluribus ornamentis. Atque ita, ut idem Augustinus alibi monet, Q. Diabolus Princeps impiæ civitatis, adver„sùs peregrinantem in hoc Mundo civitatem „Dei vasa propria commovendo, nihil ei no„cere permittitur. Cui proculdubiò & in „rebus prosperis consolatio, ut non franga„tur adversis; & in rebus adversis exercita„tio, ut non corrumpatur prosperis, per di„vinam providentiam procuratur; atque ita „temperatur utrumque ab altero, ut in Psal„mo illam vocem non aliunde agnoscamus „exortam: *Secundùm multitudinem dolorum meo„rum in corde meo, consolationes tuæ jucundaverunt animam meam*".

P. August. Epist. 137.

Apoc. 22. 11.

Vide Nazianz. Orat. 26. sub init.

Q. Idem lib. 18. de Civit. cap. 51.

Ps. 93. 19.

XV. Perseverasset inter Christianos primitiva illa in Actis Apostolorum deprædicata unanimitas: nisi quorundam Philauticorum refriguisset charitas. Philautia enim, sive immoderatus amor sui, fons est & origo discordiarum ac seditionum; sicut charitas est fons concordiæ & consensionis. Unde Apostolus, in Spiritu prævidens ac prædicens futuros in Christianismo pacis turbatores: *Erunt homines*, inquit, *seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace &c.* Cæteris eorum vitiis, inter quæ & aversionem à pace recenset, præposuit Philautiam tanquam aliorum radicem: quâ fit ut quis contrahendo amorem ad seipsum, retrahat eundem à Deo & proximo: adeoque repellat à se Spiritum sanctum, per quem in cordibus fidelium diffunditur charitas Dei & proximi. Hinc B. Fulgentius loquens de primitivorum illorum Christianorum unanimitate, qui in Actis Apostolorum dicuntur fuisse *cordis & animæ unius*: R. Unum enim cor & animam (inquit) fece„rat multitudinis credentium in Deo, qui Pa„tris & Filii unus est Spiritus, & cum Patre & „Filio unus est Deus. Unde & Apostolus „hanc spiritalem unitatem in vinculo pa„cis sollicitè dicit esse servandam, sic Ephe„sios monens: *Obsecro itaque vos ego vinctus in* „*Domino, ut dignè ambuletis vocatione quâ vocati* „*estis, cum omni humilitate & mansuetudine, cum* „*patientia supportantes invicem in charitate, solliciti servare*

Vide Optatum Milevit. lib. 1. sub initium.

2. Tim. 3. 2. & 3.

Vide Chrysost. Homil. 7. in posteriorem ad Timoth.

Act. 4. 32.

R. Fulgent. l. 2. ad Monimum cap. 11.

Vide Aug. hic infra c. 6. §. 17. & Fulg. lib. de Trinit. ad Felicem c. 1.

Eph. 4. 1. & 2.

„servare unitatem Spiritus in vinculo pacis; unum „corpus, & unus Spiritus. Hunc Spiritum discedendo amittunt, si qui aut perfidiâ depravati, „aut superbiâ inflati, ab unitate corporis Ecclesiæ segregantur. Quos Judas Apostolus, „sine hoc Spiritu evidenter ostendit, dicens:

Iudæ v. 19. „Hi sunt qui segregant semetipsos, animales, Spiritum non habentes. Hi enim quia animales sunt, „ideò Spiritum non habent. Propter quod

1. Cor. 2. 14. „Apostolus Paulus dicit: Animalis homo non percipit, quæ sunt Spiritus Dei. Tales itaque faciles „sunt ad divisionem, quia Spiritum non habent, in quo uno membra Christi charam servant spiritaliter unitatem. Unde manifestum „est, apud omnes hæreticos Spiritus Sancti gratiam non esse". Similia habet idem Fulgentius rursùs in libro contra sermonem Fastidiosi cap. 18. ubi præmissis Apostolorum Pauli & Judæ testimoniis jam allegatis, subjungit: " Non sit ergo mirum, quia intelligere divina „non valent, qui Spiritum Dei non habent.

Sap. 9. 19. „Scriptum est namque in libro Sapientiæ, Sensum autem tuum quis sciet; nisi tu dederis sapientiam, & miseris Spiritum Sanctum tuum de altissimis"? Jactent ergo hæretici, aut quivis alii ab Ecclesiæ unitate segregati, se habere Spiritum intelligentiæ, se percipere genuinum sensum divinæ Scripturæ, se non indigere magisterio Ecclesiæ: Catholicis certè nunquam id persuadebunt contra tam apertam Fulgentii ex Scripturis ipsis deductam sententiam. Imò verò si ita putant ut jactant, dicendum fuerit, eos

S. Vide Senecam Epist. 50. imitari Harpasten illam fatuam, S. Quæ (teste „Seneca) cùm subitò videre desiisset, nec se „tamen cœcam agnosceret, subinde pædagogum rogabat ut aliò migraret, ubi lucidum „esset, & videre posset; causata scilicet domum esse tenebrosam quòd non videret, non suam cœcitatem". Interest tamen, quòd illa, quantumlibet fatua, agnoverit se non videre, tametsi putaverit se videndi facultate pollere: isti verò non solùm facultatem, sed facultatis etiam exercitium jactent se habere, adeoque nec aliò cupiant demigrare, sed suo loco permanere. Quò fit, ut non modò imitari, sed & supergredi fatuam illam videantur. Sed non

Vide Aug. Tract. 45. in Ioan. est novum ut hæretici jactent se Spiritum Sanctum habere: prout patet in Montanistis seu Cataphrygiis, qui insanas mulierculas, Priscillam & Maximillam, Spiritu Sancto afflatas dictitabant; idque etiam multis non solùm rudioribus, sed etiam perspicacioribus, ipsi quoque Tertulliano, viro alioqui eminenter erudito & hæreticis anteà infestissimo, persuadebant. Multos decepere Manichæi jactitando ac pollicendo notitiam veritatis: sed Augustinus inanitatem jactitationis expertus, atque Ecclesiæ Catholicæ communio-

T. Aug. lib. 32 contra Faust. c. 17. nem amplexus, aiebat eis: T. Nunquid est „hæresis, quæ non veritatem se nominet: & „quanto est superbior, tanto magis se etiam perfectam nominet veritatem"? Agnoscant igitur moderni Sectarii se nihil novi dicere, sed cunctis hæreticis communem cantilenam resumere. Vide Theodoret. in Dialogo Immutabilis, sub initium

XVI. Hinc jam paulatim elucere incipit ratio, cur inter Christianos tam acres gliscant contentiones, quàm superiùs capite 4. § 13. ex Basilio memoravimus. Cùm enim nonnulli, sub Christiani nominis velamento manentes, segregant se à communione Catholicæ Ecclesiæ, quæ est mysticum corpus Christi, repellunt à se Spiritum Christi; armantque se adversùs fratres quondam suos, à quibus desciverunt; & contra quorum fidem, utrisque pridem communem, nova dogmata procuderunt; atque ita, ut Beatus perhibet Hilarius, V. Inter veri asser- V. Hilar. lib. 10 de Trin. sub init.
„tionem, & placiti defensionem, pertinax „pugna est, dum se & veritas tenet, & tuetur voluntas". Ex una parte dimicat novitas, ex altera parte vetustas; ibi pertinacia, hic constantia, W. Si autem pertinacia (inquit Augu- W. August. Epist. 167.
„stinus) insuperabiles vires habere conatur, „quantas debet habere constantia; quæ in bo„no, quod perseveranter & infatigabiliter agit, „Deo placere se novit, & proculdubiò non „potest hominibus prudentibus displicere"? Apud Isaiam reprehendit Deus Canes mutos: & Isa. 56. 10.
apud Ezechielem vehementer in eos detonat, Qui non ascenderunt ex adverso, nec opposuerunt Ezech. 13. 5.
murum pro domo Israël, ut starent in prælio in die Domini. X. Melior est contentio (inquit Nazian- X. Nazian. Orat. 12. Vide Orat. 1. & 32.
„zenus) pietatis causâ suscepta, quàm vitiosa concordia". Et infrà rursùs ibidem: " Sic„ut optimam aliquando dissensionem, ita „perniciosissimam quandoque concordiam esse, perspectum habeo". Et iterùm paulò inferiùs: " Ubi apertè se prodit impietas, tum „nobis faciendum est, ut adversùs ignem & „ferrum, & tempora, & principes, ac denique „priùs adversùs omnia cominùs feramur, quàm „ut mali fermenti participes efficiamur, ac ma„lè affectis assentiamur: nec quidquam perin„de metuendum est, quàm ne quid magis quàm „Deum metuamus; ac propterea fidei & veri„tatis, cùm veritati serviamus, doctrinam perfidè deseramus". Huic consonè Augustinus, de Manichæis impietatem fidei Catholicæ contrariam invehentibus, & pacem sub impiis conditionibus parti adversæ offerentibus loquens: Y. Maneat nobis (inquit) ad- Y. Aug. l. 25 cont. Faust. cap. 2.
„versùs istos potiùs pro veritate certamen, quàm cum illis in falsitate concordia". Ad eundem hunc scopum refert Pelusiotes illud Psalmographi, Irascimini, & nolite peccare. Psal. 4. 5.
Z. Licet enim (inquiens) etiam utiliter irasci, Z. Isid. Pelus. lib. 2. Epist. 239. Vide lib. 1. Epist. 418.
„cùm id vel ob Dei gloriam fit, vel ob eos „quibus injuria infertur, vel ut proximi ad „meliorem mentem revocentur. Nam & „Moyses, Vir alioqui lenissimus, in eos qui vitulũ Nu. 12. 3.

 effece-

„ effecerant irâ exarſit, eoſque funditùs de medio tolli juſſit: & Phinees eis qui ſtupri crimine ſe devinxerant iratus eſt, eoſque lanceâ interemit: & Elias Judæis, eoſque fame attrivit: & Paulus Elymæ, & Petrus Ananiæ & Saphiræ: & Pater filio, & magiſter diſcipulo ignaviâ torpenti iraſcitur: nec quiſquam iracundiam hanc eſſe dixerit, ſed Philoſophiam, & curam atque ſollicitudinem". Eiſdem exemplis utitur Hieronymus Epiſt. 53. Ubi rationem reddit Ripario cur tantoperè exarſerit in Vigilantium hæreticum venerationi ſanctarum Reliquiarum obſtrepentem. Ac deinde addit: A. Non eſt „ crudelitas, pro Deo pietas. Unde & in lege „ dicitur: *Si frater tuus, & amicus, & uxor quæ eſt in ſinu tuo, depravare te voluerit à veritate, ſit manus tua ſuper eos, & effunde ſanguinem eorum, & auferas malum de medio Iſraël*". Rurſùs in proœmio Dialogorum adversùs Pelagianos gloriatur, " Nunquam ſe hæreticis peperciſſe; ſed „ omni egiſſe ſtudio, ut hoſtes Eccleſiæ, ſui quoque hoſtes fierent". Ad eundem modum Gregorius Nazianzenus: B. Utinam (inquit) „ in eorum ſim numero, qui pro veritate decertant, & in odium offenſionemque incurrunt. Imò etiam in hoc numero eſſe gloriabor: Melius eſt enim laudabile bellum, pace à Deo diſiungente: ob eamque cauſam, lenem ac manſuetum hominem Scriptura armat ad pugnam". Quibus finalibus verbis alludit ad propheticum librum Joël, ubi juxta veterem editionem ex Græco legebatur cap. 3. *Manſuetus eſto bellator.* Quem locum huic propoſito accommodans Peluſiotes: C. Manſuetum „ hominem (ait) Scriptura pugnacem ac bellicoſum reddit, cùm quiſquam adversùs Deum „ aliquid molitur. Ad hunc modum Moyſen „ adverſus populares ſuos excitavit: ſic Phinees item iniquos ac ſceleratos pugione transfodit: ſic Davidem, cùm adverſus Philiſthæum decertavit: ſic Petrum, cùm zelo „ incenſus gladium adhibuit, quando Domino pacis bellum à Judæis inferebatur". Eidem rei probandæ adhibet Nazianzenus exemplum ipſius Chriſti Salvatoris, qui, tametſi leniſſimus & manſuetiſſimus, Judæos veritati obluctantes refellebat & redarguebat. Celeſtinus denique Papa Gallicanos quoſdam Epiſcopos Semipelagianiſmo exorienti non ſatis viriliter obſiſtentes increpat, & impenſi favoris ſuſpicione ſugillat: D. Timeo (inquiens) ne conni„ vere hoc ſit tacere: timeo ne magis ipſi loquantur, qui permittunt illis taliter loqui. „ In talibus cauſis non caret ſuſpicione taciturnitas, quia occurreret veritas ſi falſitas diſpliceret. Meritò namque cauſa nos „ reſpicit, ſi cum ſilentio faveamus errori". Huc denique facit, quòd in Apocalypſi Epheſinus laudatur Epiſcopus ex eo, quòd *non poſſet ſuſtinere malos.*

A. Hieron. Epiſt. 53. Vide eund. in c. 3. Ezechiël. v. 8. & lib. 3. cont. Ruffin. c. 7. & 11. & Epiſt. 68. & 70. & 75. & 83. *Deut.* 13. 6.

B. Nazianz. Orat. 1. Vide 37.

C. Iſid. Peluſ. lib. 1. Epiſt 418.

Vide Naziã. Orat. 32.

D. Celeſtin. Epiſt. 1 c. 1. Vide Fulg. lib. 1. ad Traſimund. c. 1. & Hieron. Epiſt. 61. cap. 1.

Apoc. 2. 2.

CAPVT VI.

Nulla pugna ſine malo, nec omnis tamen pugnans pugnando fit malus; ſed quem in aciem prolicit præceps contendendi temeritas, non premens reſiſtendi neceſſitas. Chriſtianæ pacis turbatores,* Caini, Balaami, *vel* Core *ſunt imitatores; invidiâ lividi, avaritiâ ſordidi, vel ſuperbiâ turgidi. Seipſos ſegregando animales fiunt, Spiritum Sanctum amittunt, Spiritum Magorum Pharaonis induunt. Eorum inquietudo in Cyniphibus Ægyptiacis præumbrata in* Cham *filio Noë præominata, in perdicibus pugnacibus ac furacibus figurata, in* Gentibus *bella volentibus prophetice devota.

XVII. Rectè monet Auguſtinus, E. Nul„ lam eſſe pugnam ſine malo: quan„ do enim pugnatur, aut bonum „ pugnat & malum, aut malum & „ malum; aut ſi duo bona inter ſe „ pugnant, ipſa pugna eſt magnum malum". Et lib. 15. de Civitate Dei cap. 5. " Illud (in„ quit) quod inter Remum & Romulum exortum eſt diſſidium, quemadmodum adversùs „ ſeipſam terrena civitas dividatur oſtendit: „ quod autem inter Cain & Abel, inter ipſas „ duas civitates, Dei & hominum, inimicitias „ demonſtravit. Pugnant ergo inter ſe mali & „ mali, pugnant item inter ſe boni & mali: boni verò & boni, ſi perfecti ſunt, inter ſe pugnare non poſſunt; proficientes autem, nondumque perfecti, ita poſſunt, ut bonus quiſq; „ ex ea parte pugnet contra alterum, quâ etiam „ contra ſemetipſum: & in unoquoque homine *Caro concupiſcit adversùs Spiritum, & Spiritus adversùs*

E. Aug. l. 5. contr. Iuli. cap. 7.

Gal. 5. 17.

„ *adversus carnem.* Concupiſcentia ergo ſpiritalis contra alterius poteſt pugnare carnalem, vel concupiſcentia carnalis contra alterius ſpiritalem, ſicut inter ſe pugnant boni & mali: vel certè ipſæ concupiſcentiæ carnales inter ſe duorum bonorum, nondum utique perfectorum, ſicut inter ſe pugnant mali & mali; donec eorum qui curantur ad ultimam victoriam ſanitas perducatur". Chriſtianorum inter ſe diſſidium, in negotio potiſſimùm Religionis, magnum proculdubio malum eſt, & ingentium malorum ferax ſeminarium. Sed quia veriſſimè

1. Cor. 11. 19.

ſcriptum eſt, *Oportet hæreſes eſſe*, neceſſitas pugnandi bonis etiam ac pacificis Chriſtianis incumbit, ut catholicam fidem contra hæreſum invectores & aſſertores tueantur, & perfidiæ inſurgenti vel gliſcenti obluctentur. Non itaque culpandi, ſed laudandi potiùs ſunt, qui neceſſitate adigente pro fide decertant; ſed planè culpandi ſunt, qui decertandi neceſſitatem important: de qualibus Hilarius:

F. Hilar. lib. 1. de Trinit.

[F] Homines (inquit) mente perverſi, & profeſſione fallaces, & ſpe inanes, „ & ſermone viperei, contradicendi nobis neceſſitatem imponunt: dum læthales doctrinas, & morbidas intelligentias, & corruptas voluntates, ſimplicitati audientium per ſpeciem Religionis inſinuant". Cùm Chriſtus neceſſitatem quandam futurorum in mundo

Mat. 18. 7.

ſcandalorum indicaſſet, dicens, *Neceſſe eſt ut veniant ſcandala*; non ſcandalum patientibus, aut ſcandalo obviantibus; ſed ſcandalum invehentibus pœnam eſt comminatus, ſubdens eveſtigio: *Væ homini illi, per quem ſcandalum venit.* Judas item Apoſtolus invectoribus diſſenſionum ſuper negotio Religionis inclamat:

Iude v. 11

Væ illis, quia in via Cain abierunt, & errore Balaam mercede effuſi ſunt, & in contradictione Core perierunt. Quibus ille verbis tres hæreticalium contentionum fontes detegit: primò invidiam, cujus facibus ac ſtimulis agitatus *Cain* necem fratri machinatus eſt, & intulit: ſecundò avaritiam, cujus cupiditas Prophetaſtrum *Balaam* ad annitendum maledicere populo Dei impulit: tertiò ſuperbiam, quæ adversùs ſummos ſynagogæ Antiſtites Moyſen & Aaron erexit Levitas, quibus idcircò

Num. 16. 7.

dicitur, *Multum erigimini filii Levi.* Quemadmodum igitur Chriſtus dixit *Væ* eis, qui ſcandala ſuſcitant; ita Chriſti Apoſtolus Judas dixit *Væ* eis, qui invidiæ, vel avaritiæ,

Iude v. 19

vel ſuperbiæ ſtimulis agitati *Segregant ſemetipſos, animales, Spiritum non habentes:*

G. Aug. Fragmento 2. c. 11. Vide Fulg. ſupra §. 15.

[G] Quiſquis non cohæret unitati Chriſti (ait Auguſtinus) & oblatrat adversùs unitatem Chriſti, intelligendum eſt, eum non habere Spiritum ſanctum. Contentiones enim & diſſenſiones non faciunt niſi animales, de

1. Cor. 2. 14.

quibus Apoſtolus dicit, *Animalis homo non percipit quæ ſunt Spiritus Dei.* Deinde ſcriptum eſt in Epiſtola Judæ Apoſtoli, *Hi ſunt qui ſegregant ſemetipſos*: reprehendens dixit, *Hi ſunt qui ſegregant ſemetipſos, animales, Spiritum non habentes.* Quid manifeſtius? Quid evidentius"?

XVIII. Cùm igitur Sectarii deſciſcunt à communione corporis Chriſti, deſeruntur à Spiritu Chriſti: ſicut enim Spiritus hominis non vivificat membra jam à corpore humano divulſa, ita Spiritus Chriſti non vivificat membra jam à corpore Chriſtiano abſciſſa. Deſerti verò à Spiritu Chriſti, invaduntur à Spiritu Antichriſti: deſerti à Spiritu pacificæ unanimitatis, inquietantur à Spiritu diſcordioſæ animoſitatis:

H. Aug. Epiſt. 119. c. 16. vide Iſidorum, Bedam & Ranum in caput 8. Exodi.

[H] Animoſitas hæreticorum (ait alibi idem Auguſtinus) ſemper inquieta eſt: quos Magorum Pharaonis habere conatum declarat Apoſtolus, dicens: *Sicut Ioannes & Mambres reſtiterunt Moyſi, ſic & iſti reſiſtunt veritati: homines mente corrupti, reprobi circa fidem: ſed ultrà non proficient, dementia verò eorum manifeſta erit omnibus, ſicut & illorum fuit.*

2. Tim. 3. 8. & 9.

Quia enim per ipſam corruptionem mentis inquietiſſimi fuerunt, in ſigno tertio defecerunt, fatentes, ſibi adverſum eſſe Spiritum ſanctum, qui erat in Moyſe: nam deficientes dixerunt, *Digitus Dei eſt hic.*

Exod. 8. 19.

Sicut autem conciliatus & pacatus Spiritus Sanctus requiem præſtat mitibus & humilibus corde, ita contrarius & adverſus immites ac ſuperbos inquietudine exagitat. Quam inquietudinem muſcæ illæ breviſſimæ ſignificaverunt, ſub quibus Magi Pharaonis defecerunt, dicentes: *Digitus Dei eſt hic*". Nec quenquam turbet, quòd Auguſtinus hìc dicat, Spiritum ſanctum inquietudine exagitare ſibi contrarios. Nam, ut idem ipſe Auguſtinus, quaſi ſe explicans, perhibet in Fragmento illo 2. unde quædam jam ſuprà deſcripſimus, " Hoc facit Spiritus ſanctus pœnâ: Aliud enim facit gratiâ, aliud pœnâ; aliud facit implendo, aliud deſerendo". Tamquam diceret, Inquietat eos Spiritus ſanctus, non inquietudinem impertiendo, ſed quietem denegando; non impellendo ad diſſenſionem, ſed dimittendo eos ſpiritui contentionis. De quo ſpiritu Leo Papa:

I. Leo ſer. 3. de Iejunio x. Menſis.

[I] Hujus arte Baſilides (inquit) hujus Marcion callet ingenio; hoc duce agitur Sabellius, hoc præcipitatur rectore Photinus; hujus poteſtati famulatur Arius, hujus ſpiritui ſervit Eunomius. Tota denique beſtiarum talium cohors hoc præſide ab Eccleſiæ unitate diſceſſit, hoc Magiſtro à veritate deſcivit". Auguſtinus in Fragmento Sermonis jam memorato comparat ex profeſſo decem plagas Ægypti totidem præceptis Decalogi. Plagas Ægypti à Deo fuiſſe *immiſſas*

Vide Aug. in Pſal. 77. v. 49.

Pſ. 77. 49.

per

per Angelos malos, indicat Psaltes: Præcepta verò Decalogi scripta fuisse in tabulis lapideis *Digito Dei*, testatur ipse Moyses qui accepit. Digitum porrò Dei esse Spiritum sanctum, ostendit ibi Augustinus ex eo, quòd quem Lucas Euangelista vocat *Dei digitum*, Matthæus *Dei Spiritum* appellet. Hinc ergo mirum non est præcepta Decalogi habere quandam contrarietatem ad plagas Ægypti. Nostro scopo sufficit impræsentiarum comparatio quam per contrarietatem facit ibi Augustinus inter tertium præceptum quod est de *Sanctificando Sabbato*, & tertiam plagam, quæ est *Sciniphum*: K· In tertio isto præcepto (ait ille) insinuatur „ quædam vacationis indictio, quæ est cordis „ tranquillitas ac mentis, quam facit bona „ conscientia. Ibi *Sanctificatio*, quia ibi Spiritus „ Dei. Denique videte vacationem, hoc est, „ quietem: *Super quem*, inquit, *requiescet Spiritus* „ *meus*? *nisi super humilem & quietum*, *& tremen-* „ *tem verba mea*. Inquieti ergo resiliunt à Spiritu „ sancto, rixarum amatores, calumniarum se- „ minatores, contentionis quàm veritatis „ cupidiores; inquietudine sua non ad se „ admittunt quietem Sabbati spiritalem. Con- „ t a istorum inquietudinem dicitur, tanquam „ ut Sabbatum habeant in corde sanctificatio- „ nem Spiritus Dei: *Esto mansuetus ad audien-* „ *dum verbum*, *ut intelligas*. Quid intellectu- „ rus sum? Deum dicentem: Cessa ab inquie- „ tudine tua, non sit tumultus quidam in cor- „ de tuo, per corruptionem volitantibus „ phantasmatibus & compungentibus te. Non „ sit ita. Deum enim intellecturus es dicen- „ tem tibi: *Vacate*, *& videte quoniam ego sum* „ *Deus*. Tu per inquietudinem vacare non vis, „ contentionum tuarum corruptione cæcatus, „ exigis videre quod non potes. Attende enim „ & contrariam tertiam plagam huic præcepto „ tertio: *Cinipbes natæ sunt in terra Ægypti de* „ *limo*. Muscæ quædam sunt minutissimæ, in- „ quietissimæ, inordinatè volitantes, in oculos „ irruentes, non permittentes hominem quies- „ cere: dum abiguntur, iterum irruunt; dum „ abactæ fuerint, rursùs redeunt: sicut omninò „ vana phantasmata cordis contentiosorum". Plura in eandem rem videri possunt ibidem inferiùs cap. xi.

Deut. 9. 10. — Luc. 11. 20. — Mat. 12. 28. — Exod. 20. 8. — Exod. 8. 17. — K. Aug. Fragmento 2. cap. 3. — Isa. 66. 2. — Eccli. 5. 13. — Ps. 45. 11.

XIX. Propter eandem inquietudinem, & contentionis aviditatem, hæretici præfigurati sunt in medio illo trium filiorum Noë, *Patris irrisore*, cui nomen *Cham*, quod interpretatur *calidus*: L· Significat enim (teste alibi Augu- „ stino) hæreticorum genus calidum, non „ Spiritu sapientiæ, sed impatientiæ, quo „ solent hæreticorum fervere præcordia, & pacem perturbare Sanctorum". Ob eandem affectionem assimilantur & perdici, *Congreganti quæ non peperit*, *facienti divitias non cum iudicio*: M· Perdix enim (teste eodem Augu- „ stino) nimis contentiosum animal, notum „ est quantâ aviditate ipsius contentionis cur- „ rat in laqueum: Non enim disputare amant „ hæretici, sed quoquo modo superare impu- „ dentissimâ pervicaciâ, ut *congregent quæ non* „ *pepererunt*. Christianos enim, quos maximè „ Christi nomine seducunt, jam per ipsius „ Christi Euangelium natos inveniunt: & „ *faciunt illos divitias suas*, *non* sanè *cum iudicio*, „ sed cum temeritate inconsideratâ. Non enim „ intelligunt, ibi esse veram, & salubrem, & „ quodammodò germanam atque radicalem „ Christianam societatem, unde istos separa- „ verunt, quos ad suas divitias congregarunt". Neque verò huic comparationi obstat, quod juxta eundem ipsum Augustinum, & alios quoque Patres eo vetustiores, perdix gerat typum diaboli. Nam crebrò satis accidit ut una eademque res typum gerat plurium, etiam dissimilium; quanto magis similium, vel certâ ratione affinium? Gerit ergo perdix figuram diaboli congregantis alienos pullos in suum nidum, id est, Dei & Ecclesiæ filios in suam synagogam; nec admodum curantis quam sectam amplectantur, dummodò Ecclesiæ adversentur: N· *Perdix* ille (ait alibi Augustinus) à „ quibusdam Majoribus, & ante nos Scriptura- „ rum Tractatoribus, diabolus intellectus est, „ *congregans quæ non peperit*: non enim ille „ Creator, sed deceptor est: *Faciens divitias* „ *suas non cum iudicio*: non enim ad eum perti- „ net, quis isto aut illo modo erret: omnes „ errantes vult habere, quibuslibet erroribus. „ Quàm diversæ sunt hæreses! Quàm diversi „ errores! Ille in omnibus vult errare homi- „ nes. Non dicit diabolus, Donatistæ sint, & „ non Ariani. Sive hìc sint, sive illic, ad „ eum pertinent *congregantem sine iudicio*: „ Idola, inquit, adoret, meus est: in Ju- „ dæorum superstitione remaneat, meus est: „ desertâ unitate in illam vel illam hære- „ sim pergat, meus est. *Congregat* ergo *sine iudicio faciens divitias* suas". Ecce quemadmodum perdix gerat typum diaboli. Sequitur porrò ibidem inferiùs quemadmodum gerat etiam typum hæreticorum: Existat (in- „ quit) aliquis hæreticus, etsi non frater „ diaboli, certè adjutor & filius: & ipsum di- „ xerim perdicem, contentiosum animal. Hoc „ enim animal, ut aucupes norunt, etiam con- „ tendendi studio capitur. Contendunt isti „ contra veritatem, & contenderunt ex quo se „ diviserunt". Dividendo enim sive *Segregando semetipsos* à corpore Ecclesiæ, resiliunt à Spiritu Sancto inspiratore concordiæ, & subjiciunt se Spiritui satanico seminatori discordiæ. Et hinc apud Psaltem appellantur *Gentes quæ bella volunt*: O· Id est (ut post Augustinum inter- „ pretatur Beda) quæ potiùs student conten- „ tioni, quàm correctioni. *Gentes* autem vocat hære-

Gen. 9. 22. — L. Idem lib. 16. de Civit. cap. 2. — Hier. 17. 11. — M. Idem lib. 13 cont. Faust. c. 12. — N. Idē lib. de Pastorib. cap 12. Vide Orig. Homil. 4. in Hierem. & Ambr. l. 6. Hexam. cap. 3. & Epist. 48. & Hier. in c. 17. Hieremiæ v. 11. — Iudæ v. 19. — Ps. 67. 32. — O. Beda in Ps. 67. v. 32. Vide ibid. Augustin.

„ hæreticos, non propter nationum diversitatem, sed propter sectarum varietatem. Alii „ enim fuerunt Donatistæ, alii Nicolaitæ, alii Ariani, alii Sabelliani, & plures alii".

CAPVT VII.

Dissidia Christianorum parit inquietudo hæreticorum, Christiano quidem se nomine fucantium, sed rem Christianismi impugnantium, ac sic genuinis Christianis repugnandi necessitatem importantium. Fides quàm delicata, quæ tota repellitur, nisi tota suscipitur! Hæretici eò sunt periculosiores, quò integritati fidei apparent propinquiores. Ad hæresim per declive facilior est descensus, quàm ad fidem per acclive ascensus. Hinc magis timenda Catholicorum perversio, quàm speranda hæreticorum conversio. Pseudo-miraculum Lutheranismi exuberantis à Thoma Moro derisum, atque olim in Ioviniamismo à Hieronymo præexplosum.

XX. CAusa igitur dissidij Christianorum, inquietudo est hæreticorum: qui tametsi vocabulo Christiano se pallient, rem tamen ipsam Christianismi impugnant; atque ita ijs qui rem simul cum nomine possident, repugnandi necessitatem important. Res porro Christianismi, fides est Catholica; quæ tantam exigit suarum cohærentiam partium, ut de ea verissimè usurpari possit quod de Gratia Dei B. Prosper Aquitanicus scripsit: [P] Tota repellitur, nisi tota suscipitur". Probat quippe ille quod dixerat de Gratia, argumento petito ex indissolubilitate Fidei, subdens continuò: " Sicut enim alienus est „ à numero fidelium & à sorte Sanctorum, „ qui in aliquo à Catholica veritate dissentit: „ ita extra gratiam efficitur, qui aliquid de ejus plenitudine diffitetur." Multis exemplis Leo Papa demonstrat, plerasque hæreses nonnisi pauculis quibusdam fidei articulis directè adversari: quarum tamen patroni fide prorsùs vacui sunt, quia in ea non prorsùs integri sunt. Unde & ibidem ipse subjungit: [Q] Magnum præsidium est fides integra, „ fides una: in qua nec augeri ab ullo quidquam, nec minui potest". Apostolus quoque Paulus, Galatas circa unicum fidei Christianæ articulum, de legalium observatione, errantes, *Evacuatos fuisse à Christo* protestatur. Alibi rursùs asserit quosdam *à fide excidisse*; quibus tamen nonnisi unici articuli, de mortuorum resurrectione, perfidiam improperat. Hæc probè scientes genuini Christianæ Religionis professores, ne minimum quidem atomum integritati fidei subtrahi toleraverunt. Unde cùm Modestus Præfectus, à Valente Imperatore Ariano missus, Basilium Magnum quasi prudens consultor admonuisset, [R] *Vt tempori cederet, nec tot Ecclesias ob* MINUTAM *dogmatum diligentiam in discrimen conjiceret*; responsum hujusmodi à Basilio recepit: [S] Qui sacris innutriti sunt „ litteris, ne unam quidem SYLLABAM divinorum dogmatum sperni sinunt: imò verò „ & pro his, si res poscat, nullum genus mortis refugiunt". Hieronymus quoque disertè testatur, [T] Propter unum verbum aut „ duo, quæ contraria fidei sunt, multas hæreses abjectas esse ab Ecclesia". De ijs hæreticis qui in pauculis fidei punctis discordant ab Ecclesia, Augustinus censet illam Ecclesiæ vocem esse intelligendam, quâ ait de Deo: *Redimet in pace animam meam ab his qui appropinquant mihi*. Tales enim *appropinquare* Ecclesiæ videntur, quia in plerisque idem cum ipsa profitentur, nec nisi in minutijs quibusdam integritati fidei refragantur. Unde in sequenti contextu ubi nos modò legimus, *Quoniam inter multos erant mecum:* Augustinus legebat, *Quia in multis erant mecum:* tanquam diceretur, in plerisque fidei mysteriis conveniebant mecum. Quorum mysteriorum cùm ille aliquot commemorasset, adjunxit: [V] In multis me„ cum, in paucis non mecum. Sed in his paucis in quibus non mecum, non eis prosunt multa in quibus mecum". Quod adeò verum est, ut juxta eundem ipsum Augustinum lib. de patientia cap. 27. & 28. si quispiam talium patiatur martyrium pro articulo Catholico cui cum Ecclesia assentitur, istiusmodi passio nihil ei prosit ad consequendam hæreditatem æternam filiis Dei repositam: quia saltem in paucis est contra Ecclesiam. Magis fortassis mirum cuipiam videbitur, sed non propterea minùs verum est, quod consonantibus verbis perhibent duo magni Ecclesiæ Doctores, Nazianzenus & Ambrosius, eò nimirum periculosiores esse hæreticos, quo pauciora sunt in quibus à Catholicis discrepant: [W] Hi (aiunt prædicti Doctores

[P] Prosp. Epist. ad Demetri adem cap. 7.

[Q] Leo sermone 4. de Nativitate cap. 5.

Gal. 5. 4. 2. Tim. 2. 18

[R] Apud Theodoret. lib. 4. Hist. Eccles. c. 16

[S] Ibidem.

[T] Hieron. lib. 3 contra Ruffin. cap. 7.

Psal. 54. 19

[V] August. in Psal. 54. v. 19.

[W] Nazianzenus orat. 49. & Am-

brof. lib. de Filii divinitate, c. 1.

,, Doctores) quibus multa nobiscum paria
,, sunt, facilè possunt innoxias mentes, & soli
,, Deo deditas, fraudulentâ societate percu-
,, tere ; dum malorum suorum virus, per
,, bona nostra defendunt. Nihil enim pericu-
,, losius his hæreticis esse potest, qui cùm in-
,, tegrè per omnia decurrant, uno tamen ver-
,, bo, perinde ac veneni guttâ, veram illam
,, ac simplicem fidem Dominicæ, & exinde
,, Apostolicæ, traditionis inficiunt. Unde ve-
,, hementer nobis cavendum est, ne se vel sen-
,, sibus vel auribus nostris hujusmodi aliquid
,, latenter insinuet : quia nihil tam cogit ad
,, mortem, quàm sub obtentu fidei integrita-
,, tem ejusdem fidei violare. Ut enim gyp-
,, sum aquâ permixtum, lactis colorem men-
,, titur : ita hìc per verisimilem confessionem
,, traditio inimica suggeritur. Qua de re non
,, similitudo confessionis, sed sensus mentis est
,, ponderandus, quo confessio ipsa firmatur".

XXI. Hinc facilè perspicitur cur inter Christianismi professores tam variæ ac multiplices hæreses existant, atque inde scaturientia animorum dissidia gliscant. Cùm enim vera ac Catholica fides tam arctam omnium partium suarum cohærentiam requirat, ut ne atomum quidem sibi deperire sine totius internecione patiatur, tot patent contentiosis ad eam impugnandum aditus, quot ipsa complectitur non modò articulos, sed vel atomos. Imò verò longè plures: Siquidem unus idemque, vel articulus vel atomus, compluribus viis ac modis impeti potest; & via etiam una semel aperta iterumque occlusa, denuò aperiri ab insilientibus potest. Quo casu necesse est, ut qui integritati fidei consultum volunt, pro ea conservanda bellum resumant; dicentes viritim cum Gregorio Nazianzeno : X. Quæstio-

X. Nazianz. Orat. 37.

,, nem jam pridem oppressam & extinctam, at-
,, que à fide submotam & exturbatam, hoc
,, tempore renovari doleo quidem & ingemis-
,, co : adversùs rabulas tamen stare necesse est,
,, ac providere, ne velut desertâ acie vinca-
,, mur". Est & alia præterea causa tantæ multiplicationis hæresum, atque adeò dissidiorum indidem subnascentium : quòd nimirum fides, tanquam excellens virtus, in arduo ac sublimi sita sit; hæresis autem, tanquam vitium, in imo jaceat, & per declive ad eam aditus pateat. Hinc *iugum grave super filios Adæ* retrahit eos ab acclivi virtutis, deprimit per declive vitiorum. Rem vidit, tametsi causam ignorarit, ethnicus ille poëta, quem Magnus Basilius dudum laudavit canentem Y. : *Ad vitium facilis vicinaque semita cunctis panditur: at virtutis iter posuere remotum Cælicolæ.* Similia refert ex Simonide Clemens Alexandrinus lib. 4. Stromatum. Gregorius quoque Nazianzenus de vitiorum facilitate specialiter disserens : Z. In proclivi (inquit) est vitium etiam nullo trahente ". Et superiùs Orat. 13. "In proclivi est vitium, ingens-

Eccli. 40 1.

Y. Hesiodus apud Basilium Homilia 24. de Legendis Gentilium libris.

Clem Alexan.

Z. Nazianz.

Orat. 14.

Vide Lactant. lib 3. c. 8. & lib. 6. c. 3. & seqq. & Senecam Epist. 97.

,, que ad malum cursus patet ; atque un-
,, dæ in præceps celerrimè labenti simile, aut
,, etiam festucæ cuipiam, quæ ad scintillam &
ventum facili momento succenditur". Et latiùs adhuc suprà Orat. 1. tam vitii facilitatem quàm virtutis arduitatem unà dilucidans : " Res ad imitandum prona & expedi-
,, ta est improbitas ; nec quidquam tam facile
,, est quàm malum fieri, etiamsi nemo ducem
,, se nobis ad vitium præbeat : rara autem &
,, ardua est virtutis adeptio, quantumlibet
,, etiam multa sint quæ nos ad eam trahant &
,, invitent. Quod ipsum etiam à Beatissimo
,, Aggæo animadversum fuisse mihi videtur,
,, cùm admirandâ illâ & verissimâ imagine
,, uteretur : *Interrogate legem, Sacerdotes : Si tu-*
,, *lerit homo carnem sanctificatam in vestimento suo,*
,, *& tetigerit cibum aliquem aut potionem, aut vas*
,, *denique aliquod ; nunquid sanctificabit id quod ad-*
,, *motum fuerit ?* Quod cùm pernegassent, ait
,, rursus : *Interrogate, si quid horum rei polluta*
,, *admotum fuerit, nunquid non contaminabitur ?*
,, tanquam videlicet, id immunditiæ particeps
,, esse, atque ob hujusmodi contactum purita-
,, tem suam amittere, haud dubiè affirmaturi
,, sint. Quibus verbis, meâ quidem sententiâ,
,, hoc significat, hanc virtutis naturam esse, ut
,, eam homines non facili negotio consequi
,, possint, quemadmodum nec humida mate-
,, ria ignem facilè concipere solet : contrà, ad
,, vitium contrahendum homines maxima ex
,, parte promptos & idoneos esse, non secùs
,, ac stipula quædam ad scintillam & ventum
,, ob naturæ siccitatem facilè accenditur
,, & consumitur. Citiùs enim exiguum
,, vitium uberrimè largissimeque quispiam
,, perceperit, quàm ingentem ac copio-
,, sam virtutem parcè ac tenuiter. Nam
,, & parum absinthii amaritudinem suam melli
,, celerrimè impertit; ac contrà, mel ne
,, duplâ quidem parte copiosius, dulcedinem
,, suam absinthio infundat : ac parvo quidem
,, lapide submoto, flumen totum in pronum
,, trahitur; ejusdem verò impetus firmissimo et-
,, iam aggere cohiberi reprimique vix potest".

Aggæi 2. 13.

Ibid. v. 14.

XXII. Pro ingenti miraculo habuere veteres Patres conversionem Mundi de abrupto vitiorum ad acclive virtutis, per Apostolorum prædicationem. De quibus Apostolis loquens Augustinus: A. Impleti Spiritu sancto (inquit)
,, loquuntur repentè linguis omnium gentium,
,, arguunt fidenter errores, prædicant saluberri-
,, mam veritatem, exhortantur ad pænitentiam
,, præteritæ culpabilis vitæ, indulgentiam
,, de divina gratia pollicentur, prædicatio-
,, nem pietatis veræque Religionis signa con-
,, gruentia & miracula consequuntur. Exci-
,, tatur adversùs eos sæva infidelitas, tolerant
,, prædicta

A. August. Epist. 3.

„ prædicta, sperant promissa, docent præce-„ pta, numero exigui per Mundum dissemi-„ nantur, populos facilitate mirabili con-vertunt". Et lib. 22. de Civitate cap. 8 "Quisquis adhuc prodigia ut credat inquirit, „ magnum est ipse prodigium, qui Mundo credente non credit".Sed quia hoc miraculum conversionis Mundi prolixè & accuratè expendit & elucidat P. Ludovicus Granatensis lib. 2. Introductionis ad Symbolum fidei cap. 28 sub hoc titulo, *De omnium miraculorum maximo, quæ Mundi conversio fuit*, eò Lectorem remitto. Illud interim præterire non possum, quod de Thoma Moro, Angliæ quondam Cancellario, refert Stapletonus: [B] Luthero (inquiens) postulante pro miraculo „ haberi, quòd tantus Christianus populus, „ tam brevi tempore, in Sectam ejus conces-„ serit; respondit Morus: *Ad propositam libidi-„ nosæ vitæ licentiam populum ruere, id habet tan-„ tam miraculi speciem, quam saxa deorsum ca-dere*". Volebat nimirum Lutherus argumentum sanctorum Patrum pro Christiana religione, desumptum ex miraculo conversionis Mundi, torquere ad confirmationem Religionis Protestanticæ: sed reponebat Morus, diversam, imò adversam esse rationem utriusque conversionis: Siquidem Mundi conversio ad Christianismum, fuit de via laxiori ad arctiorem; Catholicorum verò conversio ad Lutheranismum, fuit de via arctiori ad laxiorem. Quàm difficilis autem est ista prior, tam facilis est ista posterior; prout ex Nazianzeno jam suprà audivimus. Gloriabatur olim hæresiarcha Jovinianus de multitudine asseclarum suorum: sed respondit ei B. Hieronymus, simili penè modo quo Morus nuper Luthero: [C] Faven[t] „ tibi crassi, nitidi, dealbati: adde, si vis juxt[a] „ Socraticam irrisionem, omnes sues, & canes: „ & quia carnem amas, vultures quoque, aqui-„ læ, accipitres, & bubones. Nunquam nos „ Aristippi multitudo terrebit. Quoscunque „ formosos, quoscunque calamistratos, quos „ crine composito, quos rubentibus buccis vi-„ dero, de tuo armento sunt, imò inter tuos „ sues grunniunt. De nostro grege tristes, pal-„ lidi, sordidati, & quasi peregrini hujus sæculi, „ licèt sermone taceant, habitu loquuntur & „ gestu, *Heu mihi quia peregrinatio mea prolongata „ est, habitavi cum habitantibus Cedar*; videlicet „ in tenebris hujus Mundi, quia *Lux lucet in „ tenebris, & tenebræ eam non comprehenderunt*. Ne „ glorieris, quòd multos discipulos habeas. „ Filius Dei docuit in Judæa, & duodecim „ tantùm Apostoli illum sequebantur: *Torcu-„ lar*, inquit, *calcavi solus, & de Gentibus non est „ vir mecum*. Ille in passione solus remansit, & „ Petri quoque erga eum trepidavit constan-„ tia: Pharisæorum autem doctrinæ omnis „ populus applaudebat, dicens: *Crucifige, cru-„ cifige talem*: *Non habemus Regem, nisi Cæsarem*: id est, vitia sequimur, non virtutes; „ Epicurum, non Christum; Jovinianum, non „ Apostolum Paulum. Quòd multi acquies-„ cant sententiæ tuæ, indicium voluptatis est: „ non tam enim te loquentem probant, quàm „ suis favent vitiis. In circulis platearũ quoti-„ die fictus hariolus stultorum nares verberat, „ & obtorto fuste dentes mordentiũ quatit; nec „ tamen deest qui semper possit induci: & pro „ magna sapientia deputas, si plures porci post „ te currant, quos gehennæ succidiæ nutrias".

Granatensis

B. Thom. Stapleto in vita Thomæ Mori cap. 13. Vide Coretum in Antipolit. cap. 10.

C. Hieron. lib. 2. cont. Jovin. c. 19.

Ps. 119. 5.

Io. 1. 5.

Isa. 63. 3.

Io. 19. 15.

CAPUT VIII.

Dissidiorum inter Christianos super Religione immanitas duplici causæ adscribitur, arctitati nimirùm vinculi quod dirumpitur, & præstabilitati materiæ super qua dissidetur. Fratrum discordias pleruuque esse atrocissimas ostenditur exemplis è sacra & profana historia decerptis. Adamantis quanto difficilior comminutio, tanto & recoalitio. Quanto præstantior est fides Christianorum quàm Helena Græcorum, tanto alacriùs pro ea quàm pro illa dimicandum. Pro aris & focis certare *quid? Indidem profluit dissidiorum super Religione diuturnitas, unde & immanitas. Accedit prætereà ad eandem prerogandam hinc constantia Catholicorum, illinc contumacia hæreticorum.*

XXIII. REddità jam ratione non solùm extantiæ, sed etiam frequentiæ dissidiorum, inter Christianismi professores gliscentium super negotio Religionis; reddenda superest ratio immanitatis ac diuturnitatis eorundem dissidiorum. Ea verò assignari potest bina: una ex conditione personarum dissidentium, altera ex præstantia materiæ super qua dissidetur, desumpta. Ad primam quod attinet, recolendum ex dictis

 capit.

capit. IV. Christum inter suos asseclas constituisse peculiarem quendam fraternitatis nexum, longè arctiùs humanâ quâvis necessitudine constringentem. Recolendum præterea ex initio capitis V. *Corruptionem optimi pessimam esse solere.* Unde etiam experimento quotidiano comprobatur, tanto acerbiorem subsequi solere discordiam, quanto strictior præcesserat concordia. Cujus rei typum quendam in adamante cernere licet; cujus partes ita sibi arctè cohærent, ut vix ullis malleorum ictibus separari queant: siquando tamen extremæ vehementiæ cedentes divelluntur, ita dissiliunt, ut denuò copulari nullo artificio valeant: imò, ut Plinius testatur, dissolutio in tam exiles fit crustulas, ut oculis cerni ægrè ad modùm possint. Ad hunc ergo modum arctissima inter homines necessitudo uti ægrè dirumpitur; ita si aliquâ violentiâ dirumpi contingat, in immanem vertitur simultatem: & ex strictissimis fœderibus casu quovis abruptis maxima nascuntur dissidia, atque supra modum incandescit semel læsa lenitas. In rebus humanis arctissimè constringit nexus fraternitatis: dissidia tamen fratrum adeò acerba esse solent, ut proverbio locum fecerint, de quo Philosophus: D. Magnanimi homines (inquit) „ non sunt à natura infesti, nisi contra inju„ riantes. Hoc autem magis contra notos fa„ miliaresque patiuntur, si inimicos sibi existi„ mant. Et hoc non sine ratione contingit: à „ quibus enim deberi sibi beneficium censent, „ ab eis non solùm privari beneficio, sed insu„ per lædi se putant. Unde in proverbio dici„ tur: *Fratrum contentiones & iræ sunt acerbissimæ:* „ Item, *Qui supra modum se amant, ij supra modum se oderunt*". Incredibile penè videretur, nisi tam gravis authoris testimonio niteretur, quod hac de re commemorat Isidorus Pelusiota: E. Erant „ (inquit) duo olim germani fratres, adeò „ inter se dissidentes, ut etiam inimicos du„ cerent eos, qui de reconciliatione verba facere auderent". Exemplis fratrum capitaliter se odientium & insectantium plenæ sunt historiæ gentium, quarum aliquot recitat Philippus Camerarius in suis subcisivis centuria 1 c. 88. & 92. Peculiari notâ dignum est odium Thebanorum fratrum, Polynicis & Etheoclis, Oedipi ex matre propria filiorum: qui non modò in vita reconciliari nunquam potuerunt, sed mutuis quoque vulneribus interemptorum cadavera, quasi veteris discordiæ reliquiis distenta, uno rogo cremari nequierunt. Antoninus item Caracalla non contentus trucidare fratrem Getam in sinu communis matris, verùm à quibusdam monitus ut pro mitiganda invidia dignaretur occisum declarare Divum, respondit: *Sit Divus, dum non sit vivus.* Germani fratres, & quidem de primis ipsis humani generis parentibus sati, fuerunt

Vide Plin. lib. 37. c. 4.

D. Aristot. l. 7. Politic. cap. 7.

E. Isidor. Pelus. lib. 5. Epist. 423.

Camerarius

Cain & Abel: nihilominùs ita exarsit in posteriorem prior, ut spreta etiam speciali Dei monitione, *Consurrexerit adversus eum, & interfecerit ipsum.* Fratres, & quidem gemelli, fuerunt Esau & Jacob: quorum tamen prior immanitatem odii sui in posteriorem adeò premere nequivit, ut dixerit: *Venient dies luctus Patris mei, & occidam Iacob fratrem meum.* Gemelli similiter fuere Romulus & Remus: & tamen cùm Romanæ urbis mœnia extruerent, *Fraterno primi maduerunt sanguine muri.* Patriarcharum de Jacob genitorum frater erat Joseph: & tamen, Scripturâ testante, *Oderant eum, nec poterant ei quidquam pacificè loqui.* Prætereo plura alia exempla tam sacra quàm profana, quibus fraterni dissidii elucet immanitas. Cùm igitur major sit & arctiùs vinciat fraternitas Christiana, quàm humana, prout suprà visum est; mirari non oportet, si Christiani disrupto semel fraternitatis suæ nexu acerbiùs insectentur semetipsos, quàm vel ipsi extraneos, vel extranei ipsos aut alios extraneos. Nam, uti præhabitum est, *Fratrum contentiones & iræ sunt acerbissimæ:* & *Qui supra modum se amant, ij supra modum se oderunt:* & denique, *Corruptio optimi solet esse pessima.*

XXIV. Ad secundam rationem quod attinet, nemini ignotum est, tanto ferventiora esse dissidia, cæteris paribus, quanto præstantiores & dissidentibus chariores sunt eorum materiæ. Hinc cùm juxta veridicam Augustini sententiam, F. Nullæ sint majores divitiæ, nulli „ thesauri, nulli honores, nulla Mundi hu„ jus major substantia, quàm fides Catholica, „ quæ peccatores homines salvat, cæcos illu„ minat, infirmos curat, catechumenos bap„ tizat, fideles justificat, pænitentes reparat, „ justos augmentat, Martyres coronat; virgi„ nes, viduas, & conjugales casto pudore con„ servat; clericos ordinat, sacerdotes consecrat, „ regnis cælestibus præparat, in æterna hæreditate cum Angelis sanctis communicat"; mirum videri non debet, quòd dissidia super eam mota, reliquis omnibus acerbiora existant. Græci adversùs Troianos decennali bello pro una Helena animosissimè & perseverantissimè dimicarunt. At verò (ut alibi idem Augustinus rectissimè admonet) G. Incompa„ rabiliter pulchrior est veritas Christianorum, quàm Helena Græcorum". Ac per hoc, ipsa rerum ratio flagitat, ferventiora à Christianis pro sua veritate geri bella, quàm à Græcis gesta fuerunt adversùs Troianos pro sua Helena. Unde idem Augustinus ibidem continuò, comparans fortitudinem Martyrum Christianorũ adversùs mundanas potestates pro veritate decertantium, cum fortitudine Græcorum suâ Helenâ à Troianis bello repetentium, subdit:" Pro ista enim fortiùs nostri Martyres adver-

Gen. 4. 8.

Gen. 27. 41.

Vide Aug. lib. 15. de Civit. c. 5.

Gen. 37. 4.

F. Aug. ser. 1. de verbis Apost. c. 4.

G. August. Epist. 9.

„ adversùs hanc Sodomam , quàm pro illa „ mille heroes adversùs Troiam , dimicaverunt". Acerrima solent esse dissidia , ubi dissidentium vita impetitur ; quâ nihil esse hominibus charius consuevit. Christianis verò charior esse debet Religio Christiana , quàm vita ipsa humana: unde Martyres libenter hanc contempserunt , ne illam abjurarent. Et vide quemadmodum illa huic præponderet: [H] At- „ tendat unusquisque vestrûm (inquit Augusti- „ nus) quid habeat Christianus. Quòd homo „ est , commune cum multis : quòd Chri- „ stianus est, secernitur à multis. Et plus ad il- „ lum pertinet quòd Christianus est , quàm „ quòd homo est : nam quòd Christianus est, „ renovatur ad imaginem Dei , à quo homo „ factus est ad imaginem Dei; quòd autem ho- „ mo est, posset & malus, posset & paganus, pos- set & idololatra". Quoniam igitur Religio Christiana charior esse solet & debet apud professores suos , quàm vita ipsa humana ; idcircò ardentiùs resistitur temeratori illius, quàm impetitori istius. Imò nulla bella majori animositate geruntur, quàm quæ super Religionis negotio suscipiuntur. Atque hinc exorta videtur proverbialis illa locutio , quâ eos dicimus *quasi pro aris & focis decertare*, qui vehementi animositate invicem impugnant: [I] *Pro aris & focis* (ait „ Doletus) proverbialis est locutio. Et dici- „ mur *tanquam pro aris & focis certare, vel pugnare*, „ cùm totis viribus certamus : tanquam nihil „ nobis prius esse debeat aut carius Sacrorum defensione". Et quanquam nonnulli inter *aras & focos* ita discernendum existiment , ut *aræ* ad res divinas, *foci* ad humanas domesticasque referantur : Turnebus tamen mavult utramque vocem divinis accommodare : [K] Quod „ legimus plerunque (ait ille) *Pugnandum esse* „ *pro aris & focis* , etsi de aris templorum , & „ privatis tectis , accipiendum plerunque vi- „ detur : tamen auctoritatem Maronis secu- „ tus interdum de fanis & delubris exponen- „ dum judico. Nam pars quædam *aræ* in qua „ accenditur ignis , *focus* dicebatur, ceu ignitabulum ; & *aræ* , *focus* imponebatur". Favet huic intelligentiæ, quòd Cicero lib. 3. de Natura Deorum cùm præmisisset : *Est mihi tanquam pro aris & focis certamen :* continuò velut seipsum explanans subdiderit , *Et pro Deorum templis atque delubris.* De Machabæis legimus, quòd confortati sermonibus Judæ , *Statuerunt dimicare & confligere fortiter, ut virtus de negotijs iudicaret : eò quòd civitas sancta & templum periclitaretur. Erat enim pro uxoribus , & filijs , itemque pro fratribus & cognatis , minor sollicitudo ; maximus verò & primus pro sanctitate timor erat templi.* Tanquam paucis diceretur , statuerunt dimicare pro Religione divina, statuerunt certare pro aris & focis ; statuerunt pugnare totis viribus , quia pro re præstantissima atque carissima pugnandum erat. Quò major est animorum alienatio , eò acrior solet esse concertatio. Nihil est autem quod animos magis alienat , quàm Religionis disparitas ; sicut & è contrario nihil magis coadunat, quàm Religionis unitas atque conformitas. Cujus rei locupletissimus testis est Gregorius Nazianzenus ubi ait : [L] Eos , qui sin- „ cero animi affectu Deum colunt , nihil „ æquè inter se conciliat , ac consentiens de „ Deo Doctrina ; quemadmodum contrà , ni- „ hil ad dissidium ita promptum ac paratum „ est, ut diversa in hac re animorum sententia. „ Hic enim etiam qui aliis in rebus æquissimus „ & facillimus est , ferventissimus existit ; ac „ mansuetus verè pugnax efficitur, cùm per le- „ nitatem se Dei jacturam facere , imò , ut re- „ ctiùs loquar, per prolapsionem suam , Deum, „ qui nos & pro divitiis habet & divites reddit, damno afficere conspicit".

H. August. Tract. 5. in Joan. Vide Hilar. lib. contra Constant. mortuum.

I. Stephan. Doletus Tomo 2. Comment. lin gua lat.

K. Turnebus lib. 10. Advers. c. 7.

Cicero.

2. Mac. 15. 17. & 18.

L. Greg. Nazian Orat. 12.

XXV. Eorundem dissidiorum diuturnitas indidem profluit unde immanitas, atque insuper ex duabus dissidentium affectionibus, pertinaciâ nimirum, atque constantiâ. Odia enim ac dissidia quò magis increverint, eò minùs sopiri queunt: atque adeò quanto fuerint immaniora , tanto evadunt diuturniora. Quis enim nesciat, faciliùs & citiùs extingui minutas scintillas , quàm ingentes flammas ? Undecunque igitur odia ac dissidia augentur intensione, indidem augeri nata sunt & duratione. Id cùm non ignoraret Jeroboam filius Nabat , servus quondam Regis Salomonis, postquam abduxisset decem tribus ab obedientia Roboam filij Salomonis , & constituisset novum regnum in Samaria ; diversam confestim invexit Religionem, quò separatorum contribulum odium accenderet, & reconciliationis spem longiùs submoveret. Qua de re sacer ait textus: *Dixit Ieroboam in corde suo: Nunc revertetur regnum ad domum David, si ascenderit populus iste ut faciat sacrificia in domo Domini in Hierusalem : & convertetur cor populi huius ad Dominum suum Roboam Regem Iuda , interficientque me , & revertentur ad eum. Et excogitato consilio fecit duos vitulos aureos , & dixit eis : Nolite ultrà ascendere in Hierusalem: Ecce Dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti. Posuitque unum in Bethel , & alterum in Dan.* Non fefellit sagacem apostatam conjectura sua : siquidem invectâ ac stabilitâ Religionis disparitate, intantum excrevit animorum alienatio, ut nunquam ampliùs subsecuta sit consolidatio. Etenim , ut eadem Scriptura alibi testatur, *Ambulaverunt filij Israel in universis peccatis Ieroboam quæ fecerat ; & non recesserunt ab eis, usquequò Dominus auferret Israel à facie sua, sicut locutus fuerat in manu omnium servorum suorum prophetarum : translatusque est Israel de terra sua in Assyrios, usque in diem hanc.* Patet igitur quantopere non solum ad immanitatem , sed ad diutur-

3. Reg. 12. 26. & seq.

Vide Hieron. Epist. 151. ad Algasiam q. 5.

4. Reg. 17. 22. & seq.

diuturnitatem quoque odii ac diſſidii conducat diſparitas cultûs ac Religionis. Auget porrò eandem diuturnitatem, ex una quidem parte pertinacia ſecedentium; ex altera item, conſtantia perſeverantium: Impedit quippe pertinacia ſecedentes ne redeant, impedit conſtantia perſeverantes ne abeant. Atque ita inter utroſque perpetuatur diſſidium, dum neutri alteris præbere volunt conſenſum. Ut enim Auguſtinus ait: M. Sicut conſtantia non finit hominem depravari, ſic pertinacia non finit corrigi". Manent proinde partes utrimque in acie, ſicut olim *Philiſthæi & Iſraelitæ,* quando *Goliath provocabat ad ſingulare certamen*, & *exprobrabat agminibus Iſraël.* Pertinacia enim non ſolùm coæquari conſtantiæ, ſed ſupergredi quoque eandem affectat: atque ideò tranſcendens mediocritatem aſſurgit in temeritatem: ſicut ſpurio illi Philiſthæo parum fuiſſet monomachiam acceptare, niſi ipſe primus ad eam provocaret: quaſi hoc eſſet indicium fortitudinis, ac non potiùs ſpecimen temeritatis. Quemadmodum enim Auguſtino authore, N. Pertinacia conſtantia dici affectat, & non eſt; quia illa eſt virtus, hæc vitium": ita temeritas affectat dici fortitudo, & non eſt; quia illa eſt virtus, hæc vitium: O. Vitia (ait Seneca) nobis ſub virtutum nomine obrepunt: temeritas ſub titulo fortitudinis latet, moderatio vocatur ignavia, pro cauto timidus accipitur. In his magno periculo erratur". Iſtud porrò periculum nuſquam eſt majus, quàm ubi de fundamento ſalutis æternæ diſceptatur: ubi ſi quid erratum fuerit, vita omnis evertitur: ubi nullus temeritati locus eſt, ſed in æternum ſtultitiæ pœna ſubeunda, ſi aut perſona inanis aut perſuaſio falſa deceperit. Fundamentum iſtud fides eſt, quam Apoſtolus deſcribit *Sperandarum ſubſtantiam rerum.* Quæ tametſi juxta veridicam ejuſdem Apoſtoli ſententiam *una ſit*, ſub ejus tamen nomine diverſi & adverſi errores ab ejus deſertoribus obtruduntur. Quâ de re Hilarius: P. Periculoſum nobis admodum (inquit) atque etiam miſerabile eſt, tot nunc fides exiſtere, quot voluntates; & tot nobis doctrinas eſſe, quot mores; & tot cauſas blaſphemiarum pullulare, quot vitia ſunt: dum aut ita fides ſcribuntur, ut volumus; aut ita ut volumus, intelliguntur. Et cùm ſecundùm *unum Deum & unum Dominũ, & unum Baptiſma, fides una ſit*, excidimus ab ipſa fide quæ ſola eſt; & dum plures fiunt, ad id cæperunt eſſe, ne ulla ſit". Habet quippe hoc hæreſis quæque ſibi familiare, ut omnem doctrinam ſibi contrariam reputet hæreticam. Unde quia nulla eſt doctrina religionis ſeu vera ſeu commentitia, cui non alia quæpiam adverſetur; nulla conſequenter eſt ejuſmodi doctrina, quæ non à quibuſdam hæreſis reputetur; atque adeò perfidia, & non fides: Q. Hæretici (inquit Salvianus) in tantùm ſe Catholicos eſſe judicant, ut nos ipſos titulo hæreticæ appellationis infament. Quod ergo illi nobis ſunt, hoc & nos illis". Hinc porrò conſectarium eſt, vitium eis ſub virtutis nomine obrepere, & virtutem ſub vitij nomine diſplodi: hoc eſt, perfidiam pro fide ſuſcipi, & fidem pro perfidia repudiari. Ex quo ulteriùs fit, ut pertinaciam ſuam reputent conſtantiam, & adverſantium ſibi conſtantiam reputent pertinaciam. Conſtantia enim & pertinacia in eo conveniunt, quòd utraque ſtabilitatem cordis in re quapiam importet: cum hoc tamen diſcrimine, quòd conſtantia dicat ſtabilitatem virtuoſam, pertinacia vitioſam: R. Quàm bonum eſt (ait quidam) eſſe ſtabilem in propoſito bono, tam malum eſt eſſe ſtabilem in propoſito malo. Illud eſt conſtantiæ, iſtud pertinaciæ". Ex harum itaque duarum affectionum compugnantiâ perennant Chriſtianorum de Religione diſſidia: juxta illud Hilarij ſuperiùs relatum: "Inter veri aſſertionem, & placiti defenſionem, pertinax pugna eſt; dum ſe & veritas tenet, & tuetur voluntas". Quibus ille verbis continuò hæc ſubdit: "Cæterùm ſi non præiret rationem voluntas, ſed per veri intelligentiam ad velle id quod verum eſt moveretur; nunquam doctrina voluntati quæreretur, ſed voluntatem omnem doctrinæ ratio commoveret: eſſetque omnis ſine contradictione veritatis ſermo, cùm unuſquiſque non quod vellet, id verum eſſe defenderet, ſed quod verum eſt, id velle cæpiſſet". Cui documento conſonum omninò eſt quod tradit Vincentius Lyrinenſis, cùm Stephanum Papam Africanis inducit reſcribentem, *Nihil novandum, niſi quod traditum eſt:* ac tum ſubjungit de eodem Stephano: S. Intelligebat enim vir ſanctus & prudens, nihil aliud rationem pietatis admittere, niſi ut omnia, quâ fide à Patribus ſuſcepta forent, eâdem fide filiis conſignarentur: noſque Religionem, non quà vellemus, ducere; ſed potiùs quà illa duceret, ſequi oportere: idque eſſe proprium Chriſtianæ modeſtiæ & gravitatis, non ſua poſteris tradere, ſed à Majoribus accepta ſervare". Hoc ſi ſemper obſervatum fuiſſet, nulla inter Chriſtianos de Religione diſſidia emerſiſſent, nedum adoleviſſent, aut perennaſſent.

M. Auguſt. Epiſt. 210.

1. Reg. 17. 3. & 8. & 10.

N. Auguſt. Epiſt. 29.

O. Seneca Epiſt. 45.

Vide Lactant. lib. 3. c. 7. & 13.

Heb. 11. 1.

Epheſ. 4. 5.

P. Hilar. lib. ad Conſtantium Auguſtum.

ibidem

Q. Salvian. l. 5 de Gubern. Dei, ſub init.

Vide Aug. lib 4. cont. Creſcon. cap. 54.

R. Richard. Victo. Tract. de differentia ſacrificii Abrahæ, & Mariæ.

Vide Hilar. ſuprà c. 5. §. 16. relatum.

Stephan. Papa.

S. Vincent. Lyrin. lib. cont. profanas hæreſeon Novationes c. 9.

CAPVT IX.

Diabolus dissensionum fax, ut olim in Scythismo & Græcismo, ita modò in Christianismo. Turris Babel *cum Philosophiâ Græcanicâ comparata: in illius extructione confusio facta est idiomatum, in huius excultione divaricatio dogmatum. Dispersionibus Philosophorum surrogatæ sunt Sectæ hæreticorum. An ut olim inter* Philosophos*, ita modò inter hæreticos reperiantur* Sceptici *vel* Academici*, disquiritur; & affirmativè deciditur. Pyrrhoniorum & Academicorum discerniculum ex Gellio. Quemadmodum* Philosophorum*, sic & hæreticorum Sectæ, aliæ à civitatibus, aliæ à stationibus, aliæ ab eventu, aliæ ab ignominia, aliæ à fastu, aliæ ab effectu, aliæ ab Auctoribus, aliæ ab errorum materijs, aliæ à regionibus, suas habent nomenclaturas.*

XXVI: MIrum est quàm latè ac validè dominatus fuerit diabolus humano generi, præsertim verò nationibus Gentium, antequam eis affulsisset Christi Euangelium, cùm adhuc verificaretur quod de Deo
Act.14.15. scriptum est sub initium Euangelicæ legis: *In præteritis generationibus dimisit omnes Gentes ingredi vias suas.* Quamvis enim ille, ut ibidem
Ib.v.16. subtexitur, *Non sine testimonio semetipsum reliquerit, benefaciens de cælo, dans pluvias & tempora fructifera, implens cibo & lætitia corda nostra:* nihil tamen horum eruebat homines à laqueis
2.Tim 2.26. diaboli, *à quo captivi tenebantur ad ipsius voluntatem.* Propter hujus dominatus amplitudinem diabolus ab ipso Christo dictus est in-
Luc.11.21 terdum *Fortis armatus custodiens atrium suum*,
Io. 12.31. interdum *Princeps huius Mundi*: ab Apostolo
Eph.6.12. Christi, modò *Rector tenebrarum harum*, mo-
2.Cor.4.4. dò *Deus huius sæculi*: sive quia pro Deo ab idololatris colebatur, sive quia ad instar quodammodò Dei suorum mancipiorum voluntatibus dominabatur. Ad priorem causam alludit Cyrillus Alexandrinus, quando dia-
T:Cyril. Alex. lib. 1. contra Iul. bolum appellat T· Supremæ gloriæ furem & Plagiarium". Ad posteriorem ipse Aposto-
Eph 2.2. lus, cùm eum dicit *Operari in filios diffidentiæ*:
V.Aug. Epist. 107. Vide Aug. in Ps. 77. v. 49. V· Regendo nimirùm eos ad arbitrium suum", prout Augustinus edisserit, & ipsemet Apostolus suprà hìc relatus evincit, in verbis, *A quo captivi tenentur ad ipsius voluntatem.* Quod enim Apostolo est, *Ad ipsius voluntatem*, hoc Augustino est, *Ad arbitrium suum*: & quod Apostolo est, *Captivos teneri*, hoc Augustino est, *Regi.* Sub tali regimine quid aliud expectari poterat, quàm quod reipsa secutum est, ut nimirum universitas Gentilitatis fieret quasi una civitas confusionis? Hinc namque apud sacros vates mundana ista civitas exprimitur interdum vocabulo *Babylonis*, & princeps ejus Isa.14.4
Diabolus nomine *Regis Babylonis.* Babylon enim interpretatur confusio: *Vocatum est nomen eius* BABEL, inquit Scriptura, *quia ibi* Gen.11.9
CONFUSUM *est labium universæ terræ.* Quod quamquam ad litteram de turri Sennaarica scriptum sit, mysticè tamen de Mundo gentili intelligendum esse haud dubium est; non solùm ob confusionem innumerarum superstitionum, sed etiam ob conflictionem tot Philosophicarum opinionum: quarum nonnullas cùm Augustinus aliquando commemorasset, subjunxit:
W· Has & alias penè innumerabiles dissensio- W. Aug. lib 18. de civit. cap 41.
„ nes Philosophorum, quis unquam populus, „ quis senatus, quæ potestas vel dignitas pu„ blica impiæ civitatis dijudicandas, & alias „ probandas ac recipiendas, alias improban„ das repudiandasque curavit; ac non passim „ sine ullo judicio, confuséque habuit in gre„ mio suo tot controversias hominum dissi„ dentium, non de agris, & domibus, vel „ quacunque pecuniaria ratione; sed de his „ rebus, quibus aut miserè vivitur, aut bea„ tè? Ubi etsi aliqua vera dicebantur, eâ„ dem licentiâ dicebantur & falsa: prorsus „ ut non frustrà talis civitas mysticum voca„ bulum BABYLONIS acceperit: BA„ BYLON quippe interpretatur *confusio.* Nec „ interest diaboli regis ejus, quàm contrariis „ inter se rixentur erroribus, quos meritò „ multæ variæque impietatis pariter possi„ det". Et superiùs lib. 16. cap. 17." In As„ syria (inquit) prævaluerat dominatus im„ piæ civitatis. Hujus caput erat illa *Babylon*, „ cujus terrigenæ civitatis nomen aptissi„ mum est, id est, *confusio*". Et vide non inelegantem comparationem confusionis illius primæ linguarum in extructione Babylonicæ turris, cum posteriori confusione ac confli-

ctione linguarum Philosophorum Mundi, *Ps. 72. 9.* *Ponentium in cælum os suum:* X. Dum in campo *X. Ioan. Sarisber. lib. 7 Policrat. c. 1* „Sennaar (ait quidam) fundamenta Babylonis jacit impietas, dum turris elationis „& contradictionis machina in cælum erigitur; de alto præcipitii à Deo facta est linguarum divisio: subtractoque impiis verbi „commercio, ex necessitate secuta est secessio „populorum. Sic & Philosophi, dum ingenii sui machinas, suo quodam Theomachiæ genere, in altum erexerunt; verè eis „incommutabilis & indeficientis veritatis „subtracta est unitas: & ignorantiæ nebulis „obvoluti eorum, quæ ab una & singulari „veritate vera sunt, maximam notitiam perdiderunt: ut in sensum reprobatum dati „esse convincerentur ab operibus suis; & tanquam recedente duce, Spiritu scilicet veritatis, dispergerentur in varias Sectas erroris, & insanias falsas".

XXVII. Expertus ergo diabolus in Philosophis diffidentibus, quantum conduceret ad eversionem veræ Religionis varietas opinionum; tentavit invehere in Christianismum, quod sibi ad votum successisse viderat in Gentilismo: *Y. Aug lib. 18. de civit. c. 51. Vide Cypr. lib. de unitate Ecclesiæ sub initium,* Y. Videns itaque templa dæmonum „deseri, & in nomen liberantis Mediatoris „currere genus humanum, hæreticos movit, qui sub vocabulo Christiano doctrinæ resisterent Christianæ: quasi possent „indifferenter sine ulla correptione haberi in „civitate Dei, sicut civitas confusionis indifferenter habuit Philosophos inter se diversa & adversa sentientes". Sperabat nimirum versipellis veterator Christianam Religionem mutuis eam profitentium diffidiis conficiendam, sicut ethnicam Philosophiam varietate Sectarum invicem repugnantium viderat jam confectam: diffidium quippe expeditissima via est ad excidium; &, prout cap. I. visum est, Discordiâ res maximæ dilabuntur; &, teste ipsa veritate, *Luc. 11. 17.* *Omne regnum in seipsum divisum desolabitur.* Quod quemadmodum in mundanæ Philosophiæ regno verificatum sit, Lactantius eruditè edisserit in eo libro quem *De falsa sapientia* evulgavit: *Z. Lactant. l. 3. cap. 4.* Z. Unaquæque enim Secta (inquiens) omnes alias evertit, ut se suaque confirmet: nec „ulli alteri sapere concedit, ne se desipere fateatur. Sed sicut alias tollit, sic ipsa quoque „ab aliis tollitur omnibus: Nihilo minùs enim „Philosophi sunt, qui eam stultitiæ accusant. „Quamcunque laudaveris, veramque dixeris; „à Philosophis vituperatur, ut falsa. Credemusne igitur uni, sese suamque doctrinam laudanti; an multis, unius alterius ignorantiam „culpantibus? Rectius sit necesse est, quod „plurimi sentiunt, quàm quod unus: Nemo „enim potest de se rectè judicare; quod nobilis „Poëta testatur: Ita enim comparatam esse „hominum naturam omnium, ut aliena „meliùs videant & dijudicent, quàm sua. „Cùm igitur omnia incerta sint; aut omnibus „credendum est, aut nemini. Si nemini: „sapientes ergo non sunt, quia singuli diversa „affirmantes, sapientes esse se putant. Si „omnibus: æquè non sunt sapientes, quia „singuli ab omnibus esse negantur sapientes. „Pereunt igitur universi hoc modo: & tanquam Spartiatæ illi Poëtarum, sic se „invicem jugulant, ut nemo ex omnibus restet. Quod eò fit, quia gladium „habent, scutum non habent. Si ergo „singulæ Sectæ, multarum Sectarum judicio, stultitiæ convincuntur: omnes igitur „vanæ atque inanes reperiuntur. Ita seipsam „Philosophia consumit, & conficit. Quod „cùm intelligeret Arcesilas, Academiæ conditor, reprehensiones omnium inter se collegit, confessionemque ignorantiæ clarorum Philosophorum; armavitque se adversùs omnes. Ita constituit novam non Philosophandi Philosophiam". Ad hunc igitur statum perducere voluit diabolus Philosophiam Christianam, ad quem jam perspexerat devolutam fuisse mundanam. Et quanquam Augustinus verissimè scripserit, civitatem *Vide Aug. lib. 19. de civit. c. 18.* Dei, id est, Ecclesiam Christi, detestari tanquam dementiam Academicorum novorum sententiam, seu potiùs dubitantiam: nihilominùs diabolus suscitando in ea hæreticos, non in totum frustratus est fine intento: nam quosdam ab Ecclesiæ uberibus avulsos, & in hæresim pellectos, eò tandem usque præcipiavit, ut nihil prorsùs credendum sentirent, atque etiam monumentis litterarijs consignarent. E quorum numero fuit Calvinista quidam, *Godefridus à valle* dictus, Parisijs anno 1571. publicè exustus, qui librum *De Arte nihil credendi* ediderat. De quo Maldonatus, cùm quædam de Calvinistis Arianismum reveentibus præmisisset, hæc subdidit: A. Non- *A. Maldonat. in c. 26. Matth. v. 26.* „nulli progressi sunt longiùs, ut nihil crederent. Quorum unus cùm libellum quendam „his annis *De Arte nihil credendi* composuisset, „nihil in eo, nisi hoc unum, verum dixit: „*Oportere priùs Calvinistam esse, qui atheus esse* „*volet.* Fuerat ille anteà Calvinista, fuit „postea atheus: & unicuique in sua arte „credendum est. Verissima sententia: nam „quisquis Calvinista est, si eâ, quam ingressus est, incredulitatis viâ ire pergat, ad nihil credendum perveniat necesse est".

XXVIII. Diabolus itaque ut olim author extitit diffidii Philosophorum, ita nunc author est diffidii Christianorum: utrobique in eundem collimans scopum, ut nimirum tenebras ignorantiæ hominibus offundat, & agnitionem veritatis aboleat: *B. Leo ser. 6. de Ephipha-* B. Malignitas „enim (ut præclarè ait Leo) longo usu propriæ

imbuta

nia cap. 3. „ imbuta nequitiæ, non deposuit odium, sed „ vertit ingenium: quò sibi mentes fidelium „ blandiùs subdat. Inflammat enim concupis- „ centiis, quos non potest vexare tormentis: „ serit discordias, accendit iras, incitat lin- „ guas; & ne ab illicitis dolis cautiora cor- „ da se revocent, consummandorum scelerum „ ingerit facultates: quia illi totius fraudis hic „ fructus est, ut qui immolatione pecudum & „ thuris incensione non colitur, quibuslibet ei criminibus serviatur". Quamvis autem ille quibuslibet promiscuè criminibus oblectetur, infidelitate tamen præ cæteris pascitur: prout notat Augustinus ad illum Apostoli locum

Eph. 2. 2. quo dicitur, *Princeps potestatis aëris operatur in*

C. August. Epist. 107. *filios diffidentiæ*: " Quid ergo (ait ille) ope- „ ratur hæc potestas in filiis diffidentiæ, nisi „ opera sua mala, & INPRIMIS MAXIME- „ QUE ipsam diffidentiam & infidelitatem, „ quâ sunt inimici fidei, per quam scit eos „ posse mundari, posse sanari, posse perfecti- „ ssimè liberos, quod eis vehementer invi- det, in æternitate regnare"? Et post paucula iterum: " Nihil sic agit hic Princeps, quàm „ ut non credatur in Deum; nec ad Mediato-

1. Io. 3. 8. „ rem, *A quo solvuntur opera eius*, credendo veniatur". An autem hactenùs prosecutionem suam eousque perduxerit, ut non solùm particularem aliquam personam aut personas, sed Sectam etiam quampiam invexerit nihil credentem, sed Academicorum vel Pyrrhoniorum more de omnibus dubitantem, non immeritò inquiritur. Apparet autem quòd sic: Primò quia Apostolus Paulus hæreticos

2. Tim. 3. 7. perstringens, ait inter alia: *Semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis pervenientes.*

Tertullianus. Secundò Tertullianus lib. de Præscriptionibus cap. 8. & aliquot sequentibus ex professo refutat quosdam hæreticos, qui abutentes illis

Matt. 7. 7. Christi verbis, *Quærite, & invenietis*, contendebant non esse in aliquo fidei dogmate sistendum, sed ulteriùs semper inquirendo progrediendum: quos meritò possemus appellare *Quæristas*, vel *Quæritantios*. Tertiò

Nazianzenus. Gregorius Nazianzenus Orat. 49. tractans de fide exclamat ad hæreticos, *A simplicitate Christianâ Academicus disputator abscedat*; innuens utique non defuisse inter hæreticos, qui Academicorum ritu nihil determinarent, sed de omnibus disputarent. Idem quoque superiùs Orat. 21. in laudem Athanasii habitâ, magnopere deplorat, *Sextos & Pyrrhones in Ecclesias nostras magno nostro malo irrepsisse.* Ubi hæreticos sui temporis carpit, qui Pyrrhoniorum Philosophorum more omnem prorsùs assensum suspendebant, adeoque nihil pro certo credendum censebant. Pyrrhonii enim

Laërtius. (qui & *Sceptici*, & *Ephectici*, & *Aporetici*, & *Zetetici* appellantur apud Laertium lib. 9. de vita Philosophorum) ampliùs adhuc dubitabant quàm vel Socrates vel novi Academici: nam hi dicebant se hoc saltem scire, quòd nihil scirent; Pyrrhonii verò nequidem id ipsum sciri contendebant: prout videre est apud Aulum Gellium lib. XI. cap. 5. Quartò Damascenus in catalogo hæresum recenset quandam Sectam hæreticorum, quos *Gnosimachos* appellat: *qui (ut ipse ibi ait) omni Christianorum cognitioni ac scientiæ adversabantur.* Gellius. Damascenus.

Quintò Lindanus in *Dubitantio* Dialogo 2. cap. 9. & ex ipso Prateolus in Elencho hæresum verbo, *Athei*, inter Sectas modernas constituunt unam *Atheorum* seu *Atheistarum*, Deum scilicet negantium. Ex quo planè consectarium est, eos omnem fidei divinæ assensum de medio tollere. Sublato enim Deo nulla superest divina revelatio, sine qua fides stare non potest. Sextò denique, ut olim defuerint ejusmodi Sectarii, profitentes nihil aut penè nihil esse credendum; hodie saltem non desunt Lindanus. Prateolus.

in Anglia, prout testatur Honorius Reggius in peculiari libello quem *De statu Ecclesiæ Britannicæ hodierno* inscriptum, à novennio jam evulgavit typis Dantiscanis. Nam pag. 2. dividens Sectam *Independentium* in varias subsectas, inter has recenset *Quærentes*, *Exspectantes*, *Scepticos*. Et mox infrà exponens quod dixerat: *Sceptici*, inquit, *sive Quæstionistæ*, *Quærentes*, *Expectantes*, *omnia Religionis capita in dubium vocant*; *nihil certi statuentes*, *nisi libertatem conscientiarum*, *& prophetiæ.* Quæ finalis exceptio haud absimilis est exceptioni Socraticorum & Academicorum, dicentium, se nihil scire, nisi hoc ipsum, quòd nihil sciant. Quemadmodum enim hi dicebant, omnia esse dubia, & hoc solùm esse certum, omnia nimirum esse dubia: ita novi illi Sectarij dicunt omnia Religionis capita esse dubia, præter hoc ipsum, quòd nimirum omnia sint dubia. Nam *libertas conscientiarum & prophetiæ*, quam excipiunt, in hoc consistit, quòd liberum sit unicuique sentire, prædicare, & exercere quicquid vel interna conscientia, vel instinctus extrinsecus instar prophetiæ immissus, dictaverit. Videri potest de ijsdem idem Author inferiùs pag. 57. & rursus pag. 59. Ubi de *Quærentibus* & *Expectantibus* loquens: *Angli*, inquit, *Seekers & VVaiters vocant*; *ac propriè Scepticorum propago sunt.* Et iterùm pag. 104. *Clemens VVrighter*, inquit, *Antiscripturista*, *Quæstionista*, *Scepticus*, *& Atheista*, *princeps est eorum*, *qui negant Scripturas esse verbum Dei.* Et rursùs pag. 108. *Ab uno lumine novo ad recentius*, *& sic in infinitum labuntur*, *dicentes*: *Diem dies docet.* Denique pag. 111. *Scripturam vocant vitulum aureum*, *& mendacem librum.* Reggius.

XXIX. Patet igitur ex jam dictis, diabolum non omninò frustratum esse suo intento, allaborantem eò perducere Sectas Christianorum,

norum, quò Sectas perduxerat Philosophorum. Nunc quia in comparationem hæreticorum & veterum Philosophorum incidimus, lubet ulteriùs progredi, & indagare, utrumne etiam aliæ varietates Sectarum Philosophicarum habeant locum in hæresibus Christianorum: ut vel hinc appareat quàm verè olim à Tertulliano scriptum fuerit: H. Philosophos esse hæreticorum Patriarchas": quàm item apposite Hieronymus induxerit hæreticos exclamantes: I. Filii sumus „ Regum antiquorum, qui appellantur Reges Philosophorum": quàm denique rectè scripserit Papa Leo jam suprà relatus: K. Ma- „ lignitas longo usu propriæ imbuta nequi- „ tiæ non deposuit odium, sed vertit ingenium". Tradit itaque Laertius in exordio primi libri de vita Philosophorum, Sectas veteris Philosophiæ multifariàm sortitas fuisse sua vocabula: ac imprimis Philosophos à modo profitendi vel docendi divisos generaliter fuisse in *Dogmaticos*, & *Ephecticos* sive *Scepticos*: quorum priores certam dogmatum scientiam, posteriores ignorantiam vel dubitantiam profitebantur. Secundò tradit, Philosophorum alios à civitatibus habuisse Sectarum suarum nomina: ut *Elienses*, *Megarenses*, *Ereticos*, *Cyrenaicos*: Alios à conventiculis seu stationum suarum locis: ut *Academicos*, *Stoicos*: Alios ab eventu, ut *Peripateticos*: Alios ab ignominia, ut *Cynicos*: Alios à fastu, ut *Philalethicos*: Alios ab effectu seu operatione, ut *Eudæmonicos*: Alios à Præceptoribus sive Sectarum institutoribus, ut *Socraticos*, *Platonicos*, *Pythagoricos*, *Pyrrhonios*, *Aristotelicos*: Alios à materiis quas potissimùm pertractabant, ut *Physicos*, *Ethicos*, *Dialecticos*: Alios denique à gente seu regione unde prodibant vel ubi maximè florebant, ut *Ionicos*, *Italicos*. Ad eundem prorsùs modum, hæretici Christianorum dividi inprimis generaliter possunt in *Dogmaticos* & *Scepticos*. Nam dari inter eos, qui dogmatum certitudinem profiteantur ac polliceantur, adeò notorium est, ut Augustinus non cunctatus sit scribere: L. Omnes hæretici generaliter Scientiæ pollicatione decipiunt": imitantes nimirum in hoc serpentem antiquum, qui pollicitatione *apertionis oculorum & scientiæ boni & mali*, primos humani generis parentes decepit, atque à paradisi felicitate dejecit. Augustino vetustior Tertullianus: M. Omnes (inquit) tument, omnes scientiam pollicentur". Et hinc factum videtur ut hæretici antonomasticè intelligi soleant vocabulo *Dogmatistarum*. Dari nihilominus inter eos etiam *Scepticos*, jam superiori §. ostensum est. De reliquis membris dicendum superest, & quidem eo ordine quo cæteras Philosophorum sectas jam dinumeravimus. Alij igitur hæretici, perinde ac eorum patriarchæ Philosophi, sua sortiti sunt vocabula à civitatibus è quibus ebullierunt vel in quibus potissimùm viguerunt, ut *Albigenses*, *Albanenses*, *Massilienses*, *Genevenses*, *Pauperes de Lugduno*: Alij à conventiculis seu stationū suarum locis, ut *Pepuziani*, *Peratici*, *Angelitæ*, *Contobabditæ*, *Thaboritæ*: Alij ab eventu, ut *Circumcelliones*, *Circuitores*, *Henotici*, *Acephali*, *Enthusiastæ*, *Protestantij*, *Remonstrantij*, *Confessionistæ*, *Separistæ*: Alij ab ignominia, ut *Borboritæ*, *Stercoristæ*: Alij à fastu, ut *Gnostici*, *Cathari*, *Angelici*, *Apostolici*, *Euangelici*, *Reformati*, *Puritani*: Alij ab effectu seu operatione, ut *Encratitæ*, *Eutychitæ*, *Flagellantes*, *Condormientes*, *Anabaptistæ*, *Sebaptistæ*: Alij à Præceptoribus seu Sectarum institutoribus, ut *Simoniani*, *Ariani*, *Pelagiani*, *Nestoriani*, *Eutychiani*, *VViclessistæ*, *Hussitæ*, *Lutherani*, *Zuingliani*, *Calviniani*, *Brentiani*, *Stancariani*, *Erastiani*, *Arminiani*, *Gummaristæ*, *Brunistæ*: Alij à materijs errorum suorum, ut *Trinitarij*, *Pneumatomachi*, *Monophysitæ*, *Monothelitæ*, *Anthropomorphitæ*, *Metamorphistæ*, *Theopaschitæ*, *Iconomachi*, *Gnosimachi*, *Agnoitæ*, *Impanistæ*, *Vbiquistæ*, *Patripassiani*: Alij denique à Gente vel Regione, ut *Cataphryges*, *Armeni*, *Arabici*, *Bulgarici*, *Græci*, *Bohemici*, *Picardici* &c. Illud præterea observandum, prædictas appellationes nequaquam inter se ita repugnare, quin plures eisdem competere queant. Quemadmodum enim quidam Philosophi à præceptore appellabantur *Platonici*, à modo profitendi *Sceptici*, à stationis loco *Academici*, à materia *Physici*, & sic de aliis: Ita iidem hæretici à præceptore dicti sunt *Montanistæ*, à Regione *Cathaphryges*, à stationis loco *Pepuziani*. Similiter qui à suo præceptore appellantur *Lutherani*, ab eventu dicti sunt *Protestantii* & *Confessionistæ*, à fastu *Euangelici* & *Reformati* &c.

H. Tertull. lib. adversùs Hermogenem cap. 8.
I. Hieron. in caput 19. Isaiæ v. 11.
K. Leo ser. 6. de Epiph. cap. 3.
L. Aug. lib. 2. de Genesi contra Manich. c. 25.
Gen. 3. 5.
M. Tertull. lib. de præscript. c. 41.
Vide Clemen. Alex. lib. 7. Strom. prope finem.
Vide Bernar. Serm. 66 in Cantica.
Vide Niceph. lib. 4. cap. 22.

CAPVT

CAPVT X.

Quanto tempore duraverit primæva Christianorum unanimitas, inimico nondum superseminante hæreticalium discordiarum zizania; utrimque discutitur; & conciliatus antilogiarum apparentijs determinatur. Thebutis *philotimia, Hierosolymitanum Episcopatum affectantis, & ob repulsam recalcitrantis, perstringitur ex Hegesippo. Qualiter intelligendum, quod diabolus dicitur primò oppugnasse Christianismum violentis & apertis persecutionibus, ad modum leonis; deinde fraudulentis & occultis machinationibus, instar draconis.*

XXX. QVàm arcta, quàmque Deo & hominibus placita fuerit primitivorum Christianorum unanimitas, vidimus. Qualiter eandem humani generis inimicus suscitando hæreses & Schismata interturbaverit, etiã vidimus. Nunc pro pleniori ejus intelligentia, circumstantiam durationis indagemus; eâdemque operâ occasiones & origines subintroductarum hæreseon investigemus. N. Vidit Satanas (ait Chrysologus) firmitatem fidei, stabilitatemque; vidit eam pietate dogmatum septam; vidit eam operum bonorum fructibus abundantem: & ideò pro omnibus ad insaniam venit, & rabie furoris exarsit, ut exscinderet concordiam, ut convelleret charitatem, ut disrumperet pacem". Tametsi verò ab initio statim Christianismi nascentis viderit, inviderit, & rabie furoris intra semetipsum exarserit; non tamen omninò liquet quanto temporis spatio ardorem illum suum vel intra se presserit, vel aliis adminiculis adhibendis impenderit, antequam hæresum zizania tanquam discordiarum semina superserere cæperit. Augustinus in expositione parabolæ zizaniorum innuere videtur, diabolum demùm post mortem Apostolorum superseminare cœpisse hæresum zizania. Quod enim scriptum est, *Inimicum superseminasse zizania in medio tritici, cùm dormirent homines*, ita ipse exponit: O. Cùm negligentiùs agerent Præpositi Ecclesiarum, aut cùm dormitionem mortis acciperent Apostoli, venit diabolus, & superseminavit eos, quos *malos filios* Dominus interpretatur". Idem rursùs Enarrat. in Psal. 39. item in Psal. 40. indicare videtur, hæreses tum demùm à diabolo suscitatas fuisse inter Christianos, quando expertus est se nihil violentis persecutionibus proficere adversùs Christianos. Unde ad illa verba Psalmi 90. 13. *Conculcabis leonem & draconem*: P Leo sævit apertè (inquit) draco occultè insidiatur. Utramque vim & potestatem habet diabolus. Quando Martyres occidebantur, leo erat sæviens: quando hæretici insidiantur, draco est surrepens. Vicisti leonem, vince & draconem: non te fregit leo, non te decipiat draco. Probemus quòd leo erat, quando apertè sæviebat. Exhortans Martyres Petrus ait: *Nescitis quia adversarius vester diabolus tanquam leo rugiens circumit, quærens quem devoret*. Apertè sæviens leo, quærebat quem devoraret: draco quomodo insidiatur? per hæreticos. Tales timens Paulus, ne ab illis corrumperetur Ecclesia à virginitate fidei, quam gestabat in corde, ait: *Despondi vos uni viro virginem castam exhibere Christo: & timeo, ne sicut serpens Evam seduxit astutiâ suâ; ita & mentes vestræ corrumpantur à castitate, quæ est in Christo*". Hegesippus quoque, author gravis & vetustus, Apostolorum ætati vicinus, exortum hæresum inter Christianos differt usque post decessum omnium Apostolorum. Extat ea de re fragmentum eius historicum apud Eusebium lib. 4. Hist. Eccles. cap. 22. ubi dicit Thebutem quendã cæpisse temerare castitatem Ecclesiæ, propterea quòd repulsus fuisset ab Episcopatu Hierosolymitano quem ambierat. Ambivit porrò ille eum Episcopatum vacantem per martyrium Symeonis, cujus martyrium Eusebius in Chronico statuit anno X. Trajani Cæsaris, qui fuit annus IX. à decessu Joannis Apostoli, omnium Apostolorum longævissimi. Jgitur juxta hunc gravissimum auctorem non nisi novennio, postquam dormitionem mortis accepissent Apostoli, sive Apostolorum omnium postremus, cæpit diabolus seminare in agro Dominico zizania hæresum, usus ambitioso Thebute tanquam instrumento: Q. Tunc Ecclesia (inquit Hegesippus) virgo vocabatur, quia nondum fuerat adulterini verbi subreptione corrupta. Sed Thebutes quidam, quia repulsam meruit Episcopatus, cæpit initio perturbare omnia atque corrumpere". Ad hunc Thebutis ausum alludere videtur Lactantius, quando primam hæreseon inter Christianos nascentiam commemorans: R. Fuerunt (inquit) quidam nostrorum vel minùs stabi-

N. Petrus Chrysolog. Serm. 149. in fine.
Mat. 13. 25.
O. August. qu. 11. in Matthæum.
Ibid. v. 39.
Psa. 90. 13.
P. Idem in Psalm. 90. v. 13. Vide eund. Homil. 35. inter 50.
1. Pet. 5. 8.
2. Cor. 11. 2. & 3.
Q. Hegesip. apud Euseb. lib. 4. Hist. cap. 22.
R. L. actant lib. 4. c. 30

„ ſtabilitâ fide, vel minùs docti, vel minùs cau- „ ti, qui diſſidium facerent unitatis, & Eccleſiam „ diſſiparent. Sed ij quorum fides fuit lubrica, „ cùm Deum noſſe ſe & colere ſimularent, au- „ gendis opibus, & honori ſtudentes, affecta- „ bant maximum ſacerdotium; & à potioribus „ victi, ſecedere cum ſuffragatoribus ſuis ma- „ luerunt, quàm eos ferre præpoſitos, quibus concupierant ipſi antè præponi". Affectabat nimirùm Thebutes maximum ſacerdotium Hieroſolymitanum, per obitum Symeonis Martyris vacans: & à potiori victus (à Juſto nimirùm, quem Euſebius loco Chronici proximè citato ſucceſſiſſe Symeoni teſtatur) maluit cum ſuis ſuffragatoribus (quos Hegeſippus ibidem innuit dictos fuiſſe *Thebuteanos*) ſecedere, quàm eum ferre præpoſitum, cui concupierat ipſe antè præponi. Clemens denique Alexandrinus, vetuſtus & ipſe Scriptor quanquam Hegeſippo aliquantulum recentior, exortum hæreſeon protrahit ad Adriani uſque Cæſaris imperium. Probans quippe ille, Catholicam fidem tempore antiquiorem fuiſſe cunctis hæreſibus, deſignat Romanos Imperatores ſub quibus illa incœpit ac duravit, Auguſtum ſcilicet, Tiberium, alioſque aliquot ſequentes. Ac tum ſubdit: [S] Inferiùs autem circa tempo- „ ra Adriani Imperatoris fuerunt, qui hæreſes „ excogitarunt: & pervenerunt uſque ad ætatem Antonini Senioris" Adrianus porrò imperare cœpit anno Chriſtianæ æræ CXIX. juxta Euſebii Chronicon, qui fuit à paſſione Domini annus LXXXVI. juxta idem Chronicon, & à deceſſu Joannis Apoſtolorum poſtremi annus XVIII. ex eodem Euſebii Chronico. Ex hujus proinde Auctoris ſententia, unanimitas illa primæva Chriſtianorum, ſine hæreticali ulla interturbatione, duravit uſque ad octuageſimum ſextum à paſſione Domini annum, quo Adrianus iniit imperium.

S Clemens Alex lib.7. Stromatum

XXXI. Ex adverſo autem, hæreſes citiùs incœpiſſe, atque adeò primævæ Chriſtianorum unanimitatis durationem tam diuturnam non fuiſſe quàm prædictis Patrum teſtimoniis innui videtur, multa ſunt quæ ſuadeant, imò perſuadeant. Nam inprimis ipſi Apoſtoli in Scripturis Canonicis, quas utique non poſt deceſſum ſuum ſed adhuc vivi ediderant, hæreticos quoſdam jam ſeminantes zizania in medio tritici memorant, reprehendunt, ac refellunt. Ioannes certè Apoſtolus de tempore Scriptionis ſuæ loquens: *Nunc*, inquit, *Antichriſti multi facti ſunt.* Ubi ne fortè ſuſpicio cuipiam oboriretur, ſermonem eſſe de Iudæis aut Ethnicis Chriſtiano nomini ac profeſſioni infeſtis, ac non potiùs de hæreticis ab Eccleſiæ unitate deſciſcentibus, protinùs ſubditur: *Ex nobis prodierunt.* Idem Ioannes alibi carpit *Tenentes doctrinam Nicolaitarum*, qui ſunt famoſa hæreticorum Secta. Præterea Hieronymus incunctanter aſſerit, eundem Joannem ſcripſiſſe ſuum Euangelium, [T] Adversùs Ce- „ rinthum, alioſque hæreticos, & maximè tunc Ebionitarum dogma conſurgens". Fuerunt igitur inter Chriſtianos hæretici, imò & hæreticorum Sectæ, priuſquam Apoſtolus Joannes ex hac vita demigraſſet. Quinimò & Paulus, qui duodecim circiter annis Joanni præmortuus fuerat, hæreticorum quorundam ſuo adhuc tempore exurgentium, aut à fide abſcedentium, meminit; ſubinde quidem innominatim, interdum etiam nominatim. Quæ omnia ex utraque ejus ad Timotheum Epiſtolâ patent: in quarum priori innominatim dicit, *Quoſdam bonam conſcientiam repellentes circa fidem naufragaſſe*; & item, *Quoſdam falſi nominis ſcientiam promittentes circa fidem excidiſſe*: in poſteriori nominatim modo *Phygellum & Hermogenem*, modo *Hymenæum & Philetum*; uti & in priori eundem *Hymenæum & Alexandrum*, hæreſeos redarguit. Tantùm verò abeſt, Auguſtinum huic ſententiæ refragari, ut è contrario aſſerat, canonicas Apoſtolorum Epiſtolas fuiſſe eo fine conſcriptas, ut abolerent hæreſim de fidei ſine operibus ſufficientiâ, tunc ſeminari cœptam: [V] Quoniam ergo (ait ille) hæc opi- „ nio fuerat tunc exorta, aliæ Apoſtolicæ Epi- „ ſtolæ, Petri, Joannis, Jacobi, Judæ, con- „ tra eam maximè dirigunt intentionem: ut „ vehementer aſtruant, fidem ſine operibus nihil prodeſſe". Sicut igitur ex prææallegatis Hieronymi verbis rectè colligitur, exortam fuiſſe hæreſim quandam eo tempore, quo Joannes ſuum ſcripſit Euangelium: ita ex jam citato Auguſtini loco rectè colligitur, exortam fuiſſe hæreſim contra neceſſitatem bonorum operum ultra fidem, eo tempore quo Petrus, Joannes, Jacobus, & Judas, ſuas ſcripſere Epiſtolas. Scripſere autem eas non jam vitâ defuncti, ſed prorsùs adhuc vivi. Non ergo Apoſtolorum mortem diabolus expectavit ut hæreſes ſereret, ſed ipſis adhuc ſuperſtitibus ſerere cœperat. Simonem certè Magum inchoaſſe ſuam hæreſim, inſtituiſſeque Sectam, ante Apoſtolorum deceſſum, nemini ignotum eſſe poteſt; ſiquidem ipſemet hæreſiarches & hæreſiarcharum cæterorum pater & antiſtes, à principibus Apoſtolorum adhuc tunc viventibus præcipitatus, interiit. Hieronymus Dialogo adverſus Luciferianos cap. 8. non ſolùm Simonianam, ſed alias quoque aliquot hæreſes ſub Apoſtolis exortas recenſet. Philaſtrius quoque, Epiphanius, & utroque vetuſtior Tertullianus lib. de Præſcript. cap. 46. & ſequentibus, idipſum faciunt: uti & Theodoretus in Præfatione libri 2. hæreticarum fabularum, necnon ſuperiùs in Præfatiuncula libri primi ejuſdem Operis, ita ſcribens [W] Sa- „ pientiſſimus univerſorum Deus, paucis viris, „ iiſque piſcatoribus & Publicanis, uniq; taber-

naculo-

1.Joan.2.18.

Apoc.2.15.

T. Hieron. lib.de Scrip. Eccleſ c. 9 alias 20.

1. Tim. 1. 19.

1. Tim. 6. 21.

2. Tim. 1. 15.

2 Tim. 2. 17

1. Tim. 1. 20.

V. Aug. lib. de Fide & Operib. c. 14

Hieronym.

Philaſtrius

Epiphanius

Tertullian.

W. Theodor. in Præfat. L. Hæret. Fab.

Vide Chryſ. Homil. 8. in poſteriorem ad Timoth. „ naculorum opifici, Orbem terræ colendum „ commiſit. Peſſimus autem dæmon, homi„ num pernicies, hos videns multorum Deo„ rum erroris ſpinas radicitus evellere, ſeque „ obedientium ſibi numero deſtitui: ut machi„ narum & improbitatis eſt artifex, alias inſi„ diandi rationes excogitavit. Cùm enim ho„ mines operatione ſuâ dignos elegiſſet, & „ Chriſtianorum his nomen velut perſonam „ quandam impoſuiſſet, & tanquam melle quo„ dam illiviſſet, exitiale mendacii venenum ho„ minibus porrexit. Cùmque hominum perni„ ciem ſitiret, non expectavit ut Apoſtolorum „ prædicatio invaleſceret, & fraudem tum in„ ferret: ſed cùm primùm illi terram colere, & „ pietatis ſemina ſpargere cæperunt, hic interim *Seminavit zizania*". Non igitur diſtulit dæmon (Mat. 13. 25.) ſerere hęreſes uſque ad deceſſum Apoſtolorum; ſed ſtatim ſub ipſum initium Apoſtolicæ prædicationis accinxit ſe operi, ſuſcitando hæreſiarchas, per quorum contrariam prædicationem ſpargeret hęreſes, exſcinderet concordiam, convelleret charitatem, diſrumperet pacem. Unde Epiphanius de Simone Mago, primo Novi Teſtamenti hæreſiarcha, loquens: X. Sta„ tim (inquit) poſt Chriſtum, prædicanti„ bus adhuc Apoſtolis apparuit: à quo *Simoniani* appellati ſunt".

X. Epiphan. in Anacephal.

XXXII. Videntur quidem prætactæ duæ ſententiæ primo intuitu ſibi invicem adverſari; dum prior exortum hæreſum, adeoque initium diſcordiæ Chriſtianorum, ultra ætatem Apoſtolorum retardat; poſterior ad ipſum Apoſtolicæ prædicationis tempus reducit: Sed conciliari utcunque poſſunt, ſi Hegeſippi Fragmenta hiſtorica, apud Euſebium extantia, penitius inſpiciantur, & perpendantur. Horum unum habetur libro 2. Euſebianæ Hiſtoriæ cap. 23. aliud jam ſuprà memoravimus ex libro 4. ejuſdem Hiſtoriæ cap. 22. tertium extat libro 3. ejuſdem Hiſtoriæ cap. 32. In primo refertur vita B. Jacobi Apoſtoli, electio ejuſdem in primum Hieroſolymorum Epiſcopum, ac deinde pro Chriſtianæ fidei confeſſione Martyrium. In ſecundo habentur ea, quæ de ſeceſſione Thebutis ob repulſam ab Epiſcopatu memoravimus. In tertio denique refertur Martyrium Symeonis Cleophæ, qui Jacobo Apoſtolo in Hieroſolymitano Epiſcopatu ſucceſſit, prout ſuprà inſinuatum eſt. Quâ relatione præmiſsâ, ſubdit ibi Hegeſippus: Y. Ad hæc „ uſque tempora permanſit Eccleſia virgo in„ tegra & incorrupta: corruptoribus veritatis „ & divini verbi temeratoribus, ſi qui fortè fue„ rant, in abdito & obſcuro deliteſcentibus. „ Poſtquam verò ſacer Apoſtolorum chorus va„ rium ſortitus eſt vitæ exitum, & tota illa „ generatio jam præteriit, quæ auribus ſuis „ Dei ſapientiam audire loquentem meruit; „ tum velut in vacuam domum impius falſæ „ doctrinæ furor in Eccleſiam inſiliit: & tan„ quam ubi nullus jam divini cenſus defenſor „ exiſteret, nudato vertice corripientes arma „ mendacij oppugnare Apoſtolicam veritatem aggreſſi ſunt". Non negat itaque Hegeſippus fuiſſe ullas hæreſes inter Chriſtianos etiam temporibus Apoſtolicæ prædicationis, vel antè Martyrium Symeonis, & ſeceſſionem Thebutis; ſed tales duntaxat fuiſſe intereà hæreſes negat, quæ apertâ fronte, aut *nudato*, ut ait, *vertice*, prodirent in certamen adverſus Apoſtolos vel Apoſtolicos Eccleſiarum Præſules. Fuerunt ergo ante ſeceſſionem Thebutis, imò & ante deceſſum Apoſtolorum, aliquot hæretici; ſed *in abdito & obſcuro deliteſcentes*, publicum cum Apoſtolis & Eccleſiarum Præſulibus congreſſum ſubterfugientes; occultè tamen *Penetrantes domos*, ſeminantes zizania; *Sagittantes in obſcuro rectos corde*. Ex quo enim notorium erat, Apoſtolos non ſolùm gratiâ verbi, ſed virtute quoque pollere miraculorum; ita ut ad verbum Petri corruerint exanimes *Ananias & Saphira*; ad vocem Pauli amitteret viſum *Elymas Magus*, & traderentur Satanæ *Hymenæus & Alexander*; reformidabant hæretici publicum tum eis congreſſum, & declinabant eorum conſpectum; ne aut palàm confunderentur, aut ſenſibili pœnâ plecterentur. Simon ipſe Magus, hæreſiarcharum primus & peſſimus, auditâ Apoſtolorum comminatoria denunciatione, vehementi terrore perculſus aiebat: *Precamini vos pro me ad Dominum, ut nihil veniat ſuper me horum quæ dixiſtis*. Teſtatur Philaſtrius, eundem hæreſiarcham fugiſſe Apoſtolum Petrum de Judæa uſque Romam, nec tamen ad extremum evaſiſſe pœnam inſequentem: Z. Cùm fuge„ ret (ait de eo Philaſtrius) Beatum Petrum „ Apoſtolum de Hieroſolymitana civitate, „ Romamque veniret; ibique pugnaret cum „ B. Apoſtolo apud Neronem Regem, devictus „ undique oratione Apoſtoli, atque percuſſus „ ab Angelo, ſic meruit interire, ut ejus magiæ „ evidens mendacium cunctis hominibus patefieret". Exinde proculdubiò major adhuc terror cæteros hæreſeôn ſatores inceſſit, ne apertâ fronte cum Apoſtolis congredi præſumerent, tametſi clanculariè ſeducere quos poſſent non deſiſterent. Prior itaque duarum ſententiarum ſuperiùs relatarum intelligenda eſt de hæreticis apertâ fronte prodeuntibus & aperto marte cum Apoſtolis aut aliis rectæ fidei propagatoribus ac propugnatoribus congredi audentibus: poſterior autem de hæreticis ſaltem clanculariis, vel certè iſtiuſmodi congreſſum ſubterfugientibus. Cæterùm quod in priori ſententia dictum eſt de diabolo, prius oppugnante Chriſtianiſmum violentis perſecutionibus ad inſtar *leonis*, poſtmodum autem fraudulentis ſubreptionibus inſtar

Y. Hegeſip. apud Euſeb. lib. 3. Hiſt. Eccleſ. c. 32.

2. Tim. 3. 6. Pſal. 10. 2. Act. 5. 5. & 10. Act. 13. 11. 1. Tim. 1. 20. Act. 8. 24. Z. Philaſtr. lib. de Hæreſib. p. 2. cap. 1.

D 2 draconis

draconis: non est intelligendum cum reciproca exclusione alterutrorum membrorum; quasi in principio *leonem* solum sese exhibuerit, aut posteà solum *draconem*. Nam sicut modò agens *draconem*, non omninò se cohibet à violentia leonina: ita olim agens *leonem*, non omninò se cohibebat à fraudulentia draconica. In ista proinde appropriatione attenditur ad potissimam diaboli pro diversis temporibus occupationem, sine exclusione tamen subsecivarum operarum vel machinationum.

CAPUT XI.

Quemadmodum diabolus seducendis & de paradiso exturbandis protoplastis intentus, colubrum, machinationi suæ ex innata indole præ cæteris animantibus congruum, delegit: ita supplantandis & de Ecclesiæ paradiso pellendis fidelibus intentus, eos præ cæteris deligit ministros, quos certis vitijs suo scopo congruis prævié dignoscit addictos. Quàm pronus sit humanus intellectus ad se conformandum inclinationi affectus sive in bonum sive in malum vergentis! Sectariorum pertinacia & insolentia perstringitur.

XXXIII. MIrum quibusdam videtur cur inter tot animantia, Paradisum cum primis hominibus inhabitantia, diabolus serpentem elegerit, cujus ministerio ad insidiarum suarum machinationem uteretur. Augustinus ad divinam aliquando permissionem recurrit: A. Cùm esset in illo (inquiens) propter perversam & invidam voluntatem decipiendi cupiditas, non nisi per illud animal potuit, per quod posse permissus est. Nocendi enim voluntas potest esse à suo quoque animo prava, *Non est autem potestas nisi à Deo*, & hoc abditâ altâque justitiâ, quoniã *Non est iniquitas apud Deum*". Alibi tamen idem Augustinus congruentiam quandam, sive illius diabolicæ electionis, sive hujus divinæ permissionis, in ipsa serpentis natura vel indole præfundatam agnoscit, ubi ait: B. Malesuadâ versutiâ in hominis sensum serpere affectans (cui utique stanti, quoniam ipse ceciderat, invidebat) colubrum in Paradiso corporali, ubi cum duobus illis hominibus, masculo & fœmina, animalia etiam terrestria cætera subdita & innoxia versabantur, animal scilicet LUBRICUM, & TORTUOSIS ANFRACTIBUS MOBILE, operi suo CONGRUUM, per quem loqueretur, elegit". Similia habet Chrysostomus Homil. 16 in Genesim. Consonat quoque Bernardus, cùm de diabolo ait: C Ille insatiabilis homicida primis parentibus nostris non ursos, non leones, non fortia terræ animalia delegavit; sed tortuosum & callidum serpentem, qui per sinuosa volumina nunc caput caudâ, nunc caudam capite tegere consuevit. Denique & *Serpens* non fortior, sed *callidior erat cunctis animantibus terræ*, ait Scriptura". Hugo denique Victorinus naturalem quandam astutiam serpenti inesse supponit, cùm de tentatione illa primi hominis tractans: D Nota (inquit) quod non est tentatus per aliquam simplicem bestiam, ut est columba, vel agnus: ne posset scilicet excusare transgressionem, dicens: Quis putaret dolum inesse in hujusmodi specie vel forma"? Diodorus apud Lippomanum in catena super caput 3. Geneseos, dicit serpentem dici *prudentem*, hoc est, ad decipiendum atque circumveniendum maximè accommodatum. Moyses Barcepha in suo Commentario de Paradiso, præmissæ interrogationi, *Cur præ cæteris bestijs anguem sibi Satanas in organum delegerit*? Respondet: E. Hujus rei causas multas esse dicimus: Primò enim nullum erat animal angue ad fallendum astutius: Id quod divinus quoque Moyses his verbis significat, *Serpens erat callidior omni bestiâ agri.* Nam animantium alia excellunt vafritie, ut vulpes; alia rudi simplicitate sunt, ut oves. Deinde, cum anguis læthali veneno plenum animal sit, consentaneum erat, ut vel propter naturæ congruentiam, mortiferum suum toxicum commisceret Satanas cum serpentis veneno". Beatus quoque Prosper ad illa Psalmographi verba, *Acuerunt linguas suas sicut serpentis*: F. Non est dubium (inquit) quales sint, qui serpentibus comparantur: Qui sine strepitu ac sono leniter serpunt, sed nocenter irrepunt". Et Theodoretus in eundem Psalmographi locum: G. Subdolam mentem (inquit) & occultum dolum, jure serpentium ferarum veneno comparavit". Isidorus Pelusiotes exponens quemadmodum idem Psaltes dixerit *Hominem esse comparatum iumentis insipientibus & factum eis similem*: H. Cùm enim (inquit) quispiam ut taurus subsultat, ut asinus calcitrat, ut salacissimus equus in fœminas hinnit

A. Aug. lib. 11. de Genesi ad litt. c. 3.

Rom. 13. 1.

Rom. 9. 14.

B. Id. lib. 14. de Civit. c. 11.

Chrysost.

C. Bern. ser. de Quadrup. debito.

Gen. 3. 1.

D. Hugo Victor. in c. 3. Genesis. Vide lib. 3. Bestiarii c. 40. & 53.

Diodorus.

E. Moyses Barcepha de Paradiso p. 1. c. 17. q. 7.

Psal. 139. 4.

F. Prosp. in Ps. 139. v. 4.

G. Theodoret. ibid.

Ps. 48. 13.

H. Isidorus Pelus. lib. 2. Epist. 135.

,, nit, ut ursus voracitati studet, ut mulus
,, corpus saginat, ut camelus injuriarum me-
,, moriam retinet, ut leo irascitur, ut lupus
,, rapit, ut scorpius ferit, UT SERPENS SUBDO
,, LUS EST, improbitatis venenum ut vipera
,, conservat; opes denique, vel, ut rectiùs lo-
,, quar, peccata cumulat ut scarabeus scarabeas:
,, quomodo quisquam hunc, belluino animo
,, præditum, inter homines recensere poterit,
,, cùm mitis ac placidæ naturæ lineamenta in
,, eo minimè perspiciat, sed Scyllæ cujusdam
,, ac chimeræ atque hydræ, juxta externas fa-
bulas, fætorem cernat"? Ubi dum ille variis
animantibus suas assignat proprietates ab ipsa
eis natura inditas, serpenti attribuit *subdolum
esse*. Cui attributioni favet inprimis quòd
Moyses serpentem perhibeat *callidiorem fuisse
cunctis animantibus terræ*: deinde quòd Christus
prudentiam serpentinam proponat in exemplum,
temperatam tamen *simplicitate columbina*: deni-
que quòd Ecclesiasticus disertè asseveret, *Non
esse caput nequius super caput colubri.*

Gen. 3. 1. Vide eund. Pelus lib. 2. Epist. 175. & lib. 4 Epist. 137. & Aug. l. 4. cont. Iulia 3. & lib. 2. de Doct. Chr. cap. 16 *Mat.* 10. 16. *Eccli.* 11. 33.

XXXIV. Hæc eò tendunt, ut planiùs per-
spiciamus, cujusmodi hominibus utatur diabo-
lus ad seminanda inter Christianos hæresum zi-
zania, atque inde pullulantia animorum dissi-
dia. Quemadmodum enim ad decipiendum ab
initio hominem delegit serpentem, suapte na-
turâ subdolum ac tortuosum: ita ad serendum
in Ecclesia hæreseon dissidium, homines com-
muniter deligit certis addictos vitiis, quibus
idonei reddantur excipiendis ac promovendis
suis insidiis: I. Multimodæ multiformesq; (in-
,, quit Basilius) sunt diaboli insidiæ, & alios
,, aliter decipit. Ad quod enim proniorem
,, conspexerit, ad id propriis utitur deliniments
atque illecebris". Et Isidorus Hispalensis:
K. Diabolus (inquit) quando decipere quem-
,, quam quærit, priùs naturam uniuscujusque
,, attendit: & inde se applicat, unde aptum
,, hominem ad peccandum inspexerit. Ex ea
,, parte homines tentat, qua eos per excrescen-
,, tem humorem facilè inclinari ad vitia
,, conspicit: ut secundùm humoris con-
,, spersionem adhibeat & tentationem. Le-
,, ge *Balaam*, qui in figura diaboli, contra
,, populum Dei ex ea parte præcipit per-
,, niciosos prætendere laqueos, ex qua sensit
,, eos faciliùs esse lapsuros. Nam & qui aquam
,, alicubi deducit, non eam per aliam partem
mittit, nisi ubi impetum ejus intendit". Pul-
chrè & appositè Augustinus in Sermone de
Monomachia, *Goliæ & Davidis*: L. Etsi diabo-
,, lus (inquit) aliquid suggerit, consen-
,, tientem tenet, non cogit invitum: Non
,, enim seducit ille aut trahit aliquem, nisi
,, quem invenerit ex aliqua parte jam sibi
,, similem. Invenit enim eum aliquid cu-
,, pientem, & cupiditas aperit janu-
,, am intranti suggestioni diaboli. Invenit

I. Basil. Homil. 21.

K. Isidor. lib. 3. Senten. c. 5.

Apoc. 2. 14.

L. Aug. Ser. 20. de divers. cap. 11.

,, illum aliquid timentem: monet ut fugiat,
,, quod illum invenit timere: monet ut adi-
,, piscatur, quod illum invenit cupere. Et per
,, has duas januas, cupiditatis & timoris,
,, intrat. Claude illas, & imples illud Apo-
,, stoli, *Non detis locum diabolo*. Ibi enim voluit
,, ostendere Apostolus, quia quamvis intret
,, & possideat diabolus, homo tamen illi lo-
cum dedit ut posset intrare". Sicut ergo ser-
pentem fecit esse idoneum diabolicæ machina-
tionis organum indoles sua naturalis, ita ho-
mines eisdem machinationibus suscipiendis ac
promovendis idoneos reddit affectio aliquà
moralis. Unde Beatus Leo, Seminatores hære-
sum, quoad diabolo impensum ministerium,
assimilat serpenti quo usus ille fuerat in paradi-
so: M. Inter opera pietatis (inquiens) quæ nos
,, Deo magis magisque commendant, dubium
,, non est, quin hostis noster, nocendi cupidus
,, & peritus, acrioribus invidiæ stimulis incite-
,, tur: ut quos apertis & cruentis persecutioni-
,, bus impugnare non finitur, sub falsa Chri-
,, stiani nominis professione corrumpat; ha-
,, bens hæreticos huic operi servientes, quos
,, à Catholica fide devios, sibique subjectos,
,, militare in castris suis sub diversis erroribus
,, fecit. Et sicut decipiendis primis homini-
,, bus ministerium sibi serpentis assumpsit,
,, ita horum linguas ad seducendos rectorum
,, animos, veneno suæ falsitatis armavit".
De variis item hominum affectionibus, qui-
bus idonei redduntur sive excipiendis sive
etiam promovendis diaboli machinationibus,
idem alibi loquens: N. Non desinit hostis an-
,, tiquus (inquit) *Transfigurans se in Angelum
,, lucis*, deceptionum laqueos ubique præten-
,, dere, & ut quoquo modo fidem creden-
,, tium corrumpat, instare. Novit, cui ad-
,, hibeat æstus cupiditatis, cui illecebras gu-
,, læ ingerat, cui apponat incitamenta luxu-
,, riæ, cui infundat virus invidiæ. No-
,, vit, quem mærore conturbet, quem
,, gaudio fallat, quem metu opprimat,
,, quem admiratione seducat. Omnium dis-
,, cutit consuetudines, ventilat curas, scruta-
,, tur affectus: & ibi causas quærit nocendi,
,, ubi quemque viderit curiosiùs occupari.
,, Habet etenim multos ex eis, quos tenaciùs
,, obligavit, aptos suis artibus; quorum ad
,, alios decipiendos ingeniis utatur & lin-
guis".

Ephes. 4. 27.

M. Leo Ser. 5. de Jejunio x. Mensis.

N. Idem Ser. 7. de Nativitate cap. 3. 2. *Cor.* 11, 14.

XXXV. Tanta est conspiratio intellectus
cum affectu, ut tametsi datus ei sit in ducem
& regulatorem, non rarò tamen ab eo vicis-
sim ducatur ac reguletur. Quod animadver-
tens philosophus: O. Non eadem (inquit)
,, Iudicibus videntur cùm diligunt, & cùm
,, oderint; nec iratis, & quietis: sed vel om-
,, nia diversa, vel inæqualia. Nam reus vel
,, nullam vel parvam injuriam commisisse vi-

O. Aristot. l. 2. Rethor. ad Theodecten. cap. 1.

,,detur amanti,contrà autem ei qui oderit:cu- ,,pienti item ac speranti si jucundum sit quod ,,futurum nunciatur,& fore,& bonum fore vi- ,,detur; contrà verò videtur ei, qui aspernatur atque desperat".Idem rursus lib.3.Politicorum cap. 12." Ægrotantes medici (inquit) alios ,, ad se medicos vocant, & magistri palæstræ ,, alios magistros : quasi nequeant verum dis- ,, cernere qui de propriis judicant, & in affe ,, ctu constituti sunt". Quapropter lib. 1. Rhetoricorum ad Theodecten c. 1. arcendos censet à tribunalibus causidicos qui inter perorandum evagationes faciant, quibus judicem ad commiserationem aut indignationem commoveant: " Non enim oportet (inquit) in ,, iram aut invidiam aut misericordiam impel- ,, lendo, à recto judicem flectere : ne similes ,, ei simus, qui eam quâ usurus sit regulam, prius inflectit". Quibus verbis innuit, humani intellectus judicium pro varietate affectionum voluntatis ita posse mutari,ut videatur imitari *regulam Lesbiam*; quæ in proverbium abiit,cujus ipse meminit lib.5. Ethicorum cap. 10.hisce verbis:" Indefinitæ rei indefinita est & re- ,, gula, quemadmodum plumbea lesbiæ ædi- ,, ficationis regula : ad lapidis enim figuram mutatur, & non manet regula". Mirum profectò est, & multis fortasse incredibile videbitur, quod ad exaggerandum imperium affectus in intellectum tradit vir doctrinâ ac pietate conspicuus Ruard. Tapperus,in Oratione Theologica quam de causis pertinaciæ hæreticorum elucubravit: [P.] Tanta est voluntatis ,, (inquiens)nostræque affectionis virtus & ef- ,, ficacia circa intellectus judicium, ut quidam ,, non incelebres Doctores probabiliter do- ,, ceant, quòd ex ejus imperio dissentire ,, possimus propositioni evidenti, & assen- ,, tire contrariæ : non quòd album, quod ,, coram videmus, non album sit, sed nigrum". Et quamvis juxta communiorem cæterorum Doctorum sententiam nequeat voluntas in rebus evidentibus detorquere sic intellectum : in obscuris tamen, quales sunt res opinabiles vel credibiles, certum est posse. In his enim homines plerunque taliter judicant, qualiter affecti sunt. Quod adeo verum est, ut etiam fideles ad credendum articulis divinitùs revelatis indigeant affectu piæ credulitatis ex parte voluntatis. Unde qui contrario affectu præoccupantur, non solùm non credunt, sed fidei credentium obluctantur. Nam, ut Beatus Hilarius ait: [Q.] Dissentientibus voluntatum motibus, ,, dissentiens quoque fit sensus animorum: ,, cùm, adversantium judiciorum affectione ,, compugnans, assertionibus his quibus offen- ,, ditur, contradicit. Quamvis enim omne ,, dictum veri ratione perfectum sit, tamen ,, dum aliud alijs aut videtur, aut complacet, ,, patet veritatis sermo adversantium respon- ,, sioni : quia contra veritatem aut non ,, intellectam, aut offendentem, vel stultæ ,, vel vitiosæ voluntatis error obnititur. ,, Immoderata enim est omnis susceptarum ,, voluntatum pertinacia, & indeflexo motu ,, adversandi studium persistit, ubi non rationi ,, voluntas subijcitur, nec studium doctrinæ ,, impenditur; sed his quæ volumus rationem ,, conquirimus, & his quæ studemus doctri- nam coaptamus". In hujus rei probationem adducit ibidem Hilarius testimonium Apostoli, prædicentis Timotheo futuros aliquando in Ecclesia quosdam, qui *Ad sua desideria coacervabunt sibi Magistros, prurientes auribus:* [R.] Apta scilicet cupiditatibus suis doctrina- ,, rum instituta cumulantes, neque doceri se ,, desiderantes, sed Doctores ad id quod de- ,, siderant congregantes : ut cumulus ipse ,, conquisitorum & coacervatorum Magistro- ,, rum, æstuantium desideriorum satisfaciat doctrinis". Horum in veteri Iudæorum Synagoga prodromi ac præcursores fuere. *Qui dicebant videntibus, Nolite videre: & aspicientibus, Nolite aspicere nobis ea quæ recta sunt : Loquimini nobis placentia, videte nobis errores.*

P. Ruardus Orat. 5. Theologica, in initio. Vide Bernar.Serm.66 in Cantica.

Q. Hilarius lib. 10. de Trinit. sub initium.

2. Tim. 4.3.

R. Idem ibid. infrà.

Isa. 30. 10.

XXXVI. Cùm igitur tanta sit intellectus cum affectu conspiratio,ut in rebus saltem subobscuris facillimè se ejus inclinationi accommodet, ut regula plumbea suo regulabili : diabolus eam conspirationem habens perspectam, eos homines deligit ad suscitandas quasque hæreses, quos earum materijs specialiter affectos & ab opposita fidei veritate aversos deprehendit. Sic quia fides prædicat virtutem castitatis, si quem ille deprehenderit luxuriæ deditum atque à castitate aversum, eum deligit ad invehendam hæresim fidei castitatis adversam : atque ita pariformiter in alijs virtutibus, & vitijs oppositis. Hac quippe ratione duo sibi gratissima & commodissima assequitur : primum, quòd absque magna hæreses suscitet difficultate : secundum, quòd semel suscitatæ magnâ propugnetur animositate. Quo enim quisque deditior est materiæ cujusque hæreseos,eò promptior est ad illam seminandum, & difficilior ad palinodiam cantandum. Et de priori quidem satis jam dictum est, ostendendo, quàm pronus sit humanus intellectus ad sequendum ductum blandientis affectus. Posterius quoque ex priori consectaneum est : Per quas enim causas res quæpiam ponitur, per easdem durantes eadem conservatur: & quantò delectabiliùs error imbibitur, tantò ardentiùs propugnatur. Unde & Gentiles eò difficiliùs Christianam Religionem sunt amplexi, quo delectabiliùs fuerant pristinis erroribus innutriti. Hinc Lactantius Fimianus in Opere adversùs eos, pro eadem Christiana Religione conscripto : [S.] Necessa- rium

S. Lactant. lib 7. cap. 1.

„rium puto (inquit) admonere Lectores, „quòd hæc nostra quæ tradimus, pravæ vitiosæque mentes aut omninò non intelligent (hebetatur enim acies eorum terrenis „cupiditatibus, quæ sensus omnes gravant, „imbecillesque reddunt) aut etiam si intelligent, dissimulabunt tamen, & hæc vera „esse nolent, quia trahuntur à vitiis, & scientes malis suis favent quorum suavitate capiuntur; & virtutis viam deserunt, cujus „acerbitate offenduntur. Nam qui avaritiâ, & „opum inexplebili quadam siti flagrant; quia „non possunt, venditis aut dilargitis quæ „amant, tenui cultu vitam degere; sine dubio malunt id esse fictum, quo desideriis „suis renuntiare coguntur. Item qui libidinum stimulis incitati, ut ait Poëta, *in furias ignemque ruunt*; utique incredibilia nos „afferre dicunt, quia vulnerant aures eorum „præcepta continentiæ, quæ illos à voluptatibus suis prohibent, quibus animam suam „cum corpore adjudicarunt. Qui verò ambitione inflati, aut amore potentiæ inflammati, omne studium suum ad honores acquirendos contulerunt; nec si solem quidem ipsum gestemus in manibus, fidem „commodabunt ei doctrinæ, quæ illos jubet, omni potentiâ & honore contempto, „humiles vivere; atque ita humiles, ut & „accipere injuriam possint, & referre nolint, „si acceperint. Ij sunt homines, qui contra veritatem clausis oculis canino modo latrant". Hæc quidem ille de Gentilibus, austeritatem Christianæ Religionis pristinis suis affectibus contrariam detestantibus, scripsit: nihilo tamen minùs quadrant in hæreticos; qui vitiosis suis affectibus indulgentes à Catholicæ fidei sinceritate recedunt, & adversùs eandem pro complacitorum errorum tuitione decertant. Quibus & illud non minùs appositè congruit, quod idem author ibidem inferiùs, cap. 7. addit: " Cùm aliquam Sectam probaverint, eique se addixerint, cæteras damnant tanquam falsas & inanes: armantque ad præliandum, nec quid defendere debeant scientes, nec quid refutare; „incursantque passim sine delectu omnia, quæ afferunt quicunque dissentiunt". Hoc quippe non minùs in Christianissimi, quàm in Gentilissimi Sectarios quadrare, satis indicat illud Augustini: T. Non est alius impius superbiæ „tumor apud omnes qui se à Christi unitate „discindunt, quàm se solos Christianos jactare, & damnare cæteros; non solùm quibus eorum lis nota est, verùm etiam quibus eorum nec nomen auditum est". T. Aug. lib 4. cont. Cresc. cap. 59.

CAPVT XII.

In quovis vitiorum genere captivari potest intellectus in obsequium pravi affectus. Hæretici idololatris similes; ut illi manibus, sic ipsi mentibus Deos sibi cudunt recentes. Nullus in Religione error vigesceret, nisi anima pro Deo suo animam, aut corpus, aut phantasma suum coleret. Vitiosi quidam affectus hæreticis familiariores memorantur. Apostoli locus, Erunt homines seipsos amantes *&c. elucidatur. Maiorum contemptus Novatoribus usitatus. Suus cuique fœtus, ut carnis, ita & mentis, alienis plerunque existit gratior, & apparet pulchrior. Philautia, Superbia, & generalis avaritia ad invicem conferuntur, & de vitiorum primatu contendentes inducuntur. Pastores gregem Christi non ut eius, sed ut suum pascentes redarguuntur.*

XXXVII Nulla est vitij species in cujus obsequium non possit captivari humanus intellectus, pelliciente affectu: adeoque cui non possit aliqua hæreticorum Secta deservire, eo scilicet genere servitutis de quo loquitur Apostolus cùm de quibusdam gulæ mancipijs ait: *Christo Domino nostro non serviunt, sed suo ventri.* Rom. 16 18. Ubi non qualemcunque servitutem, sed latriam signatè intelligi, apparet inprimis ex eo, quòd servitus debita Christo sit latria; illi autem propterea carpuntur, quòd servitutem impendendam Christo, detorquerent in obsequium ventris: Deinde quod idem Apostolus eosdem vel similes alibi reprehendens dicit inter alia, *Quorum Deus venter est.* Phil. 3. 19. Quem locum expendens Beatus Fulgentius, quatuor modis nomen *Dei* in Scripturis usurpari observat, Primò pro eo qui naturaliter Deus est, id est pro sanctissima Trinitate: Secundò pro eo qui per gratiam sublimatur in consortium divinæ naturæ, juxta illud, *Ego dixi Dij estis, & filij* Ps. 81. 6.

V. Fulg. lib. de Baptismo. Æthiopis. cap. 4.

& filij Excelsi omnes: V. Duo verò residui modi (subdit ille) quibus res aliqua vel persona nominatur *Deus*, magis inveniuntur „ digni vituperatione, quàm laude: & ideò „ in utroque manifesta invenitur culpa, quia „ nulli eorum vel naturâ potest deitas inesse, „ vel gratiâ. Unus quippe est secundùm affe„ ctum pravæ cupiditatis, alter secundùm „ opinionem erroris. Nam carnali cupiditati „ deditus animus, hoc sibi Deum facit esse, „ quod diligit præ omnibus. Hinc est quòd „ Beatus Apostolus, quorundam *Terrena sa„ pientium ventrem Deum esse*, sine dubitatione pronunciat. " Et post pauca rursùs ibidem: " *Terrena* ergo *sapiunt*, qui terrena diligunt: „ & *Deum sibi ventrem faciunt*, qui gulæ dele„ ctationibus illecebrosam sui cordis manci„ pant servitutem. Opinio verò humani erro„ ris dupliciter sibi Dei nomen mendaciter „ in suum finxit exitium. Quæ gemina erroris „ opinio non minùs sibi hæreticos vendicat, „ quàm paganos; dum & istos & illos eo sibi „ subijcit, quo simul omnes diversis vincu„ culis multimodæ falsitatis adstringit. Pa„ gani enim relicto vero Deo falsorum Deo„ rum superstitioni deserviunt, hæretici au„ tem de vero Deo falsum opinantes veritati „ sanctæ Religionis obsistunt. Manifestum „ est igitur hæreticos vinculo mortiferi erro„ ris obstringi, nec debere dici fideles, quos „ Ecclesia inimicos patitur pertinaces; quan„ doquidem infidelitatis reatus sit, vel falsa „ de Deo vero credere, nec cedere; vel fal„ sum Deum, sub nomine veri Dei, adorare". Breviter Hieronymus utrumque complexus: W. Gulosi venter (inquit) Deus est, „ avarus colit mammona, hæreticus dogma quod finxit". Qui rursùs in caput 44. Isaiæ v. 6. " Quidquid de idolis dictum est (in„ quit) potest referri, & ad hæreseon prin„ cipes, qui simulacra dogmatum suorum at„ que mendacii, artifici corde componunt, & „ venerantur ea quæ à se sciunt esse simulata. „ Nec sufficit eis error proprius, nisi simplices „ quosque eorum adoratione deceperint: *Qui* „ *quæstum putant esse pietatem*, & *Devorant domos* „ *viduarum*: abutentesque vulgi imperitiâ, „ ita arte Dialecticâ quasi asciâ, & terebro, „ limâ, & runcinâ formant Deum suum, & „ cudunt malleo, atque inaurant sermonis „ Rethorici venustate: *Quorum Deus venter est*, *& gloria in confusione eorum*". Tertullianus adversùs Praxeam, assimilat hæreticos Paganis manufactorum Deorum adoratoribus in eo, X. Quòd sicut illi manibus, ita isti verbis idola fabricantur". Et lib. de Præscriptionibus cap. 40. loquens de hæreticis: " Omne mendacium (inquit) quod de Deo „ dicunt, quodammodo genus est idololatriæ". Huc etiam spectat quòd Augustinus in suis

W. Hieron. in c. 14. Oseæ v. 4. Vide in c. 2. & 8. & XI. Oseæ, & in c. 3. Amos, & in cap. 3. Daniel. & in cap. 8. Ezechielis.

1. Tim. 6. 5. Luc. 20. 47.

Phil. 3. 19.

X. Tertul. lib. cont. Prax. c. 18. Vide Orig. Homil. 12. in Hieremiam.

Confessionibus, alludens ad tempus quo Manichæorum hæresi immersus fuerat, exclamet: Y. Vanum phantasma & error meus, erat Deus meus". Qui rursùs Enarrat. in Psal. 80. v. 10." Multi hæretici (inquit) „ cum paganis alios & alios Deos sibi ipsi finx„ erunt, sibi ipsi fecerunt: & eos, etiamsi non in „ templis, tamen, quod pejus est, in suo corde „ posuerunt; & falsorum ridendorumque simulacrorum templa ipsi facti sunt". Et post pauca iterum: " Faciunt sibi quique *Deos* „ *recentes*, quales volunt. Quid enim impe„ dit officinam decepti cordis, fabricare phantasma, quale voluerit"? Memorabilis in hanc rem est illa ejusdem asseveratio in libro de vera Religione cap. 10." Sit tibi ma„ nifestum atque perceptum, nullum errorem „ in Religione esse potuisse, si anima pro „ Deo suo non coleret animam, aut corpus, „ aut phantasmata sua, aut horum aliqua duo conjuncta, aut certè simul omnia". Et ibidem paulò infrà: " Non ergo (inquit) crea„ turæ potius quàm Creatori serviamus, nec „ evanescamus in cogitationibus nostris: & hæc perfecta Religio est".

Y Aug. l. 4. confess. c. 7. Vide Vincent. Lyrin. lib. cont. Prophan. Hæres. Novat. cap. 15.

Ps. 80. 10.

XXXVIII. Quanquam unaquæque vitii species aut materia, hæresibus suscitandis atque fovendis occasionem præbere queat; quædam tamen vitia præ aliis arctiorem cum hæresibus habent conjunctionem, & crebriorem eis invehendis subministrant obsecutionem. Hinc Beatus Petrus cùm futuras in Ecclesia hæreses prænuntiasset, dicens, *In vobis erunt Magistri mendaces, qui introducent Sectas perditionis*: mox infrà, quasi exprimens ejusmodi Magistrorum indolem, subdidit: *Audaces, sibi placentes, Sectas non metuunt introducere blasphemantes*. Ex quo patet, duo ista vitia, *Audaciam* & *Sui-placentiam*, plerunque intervenire in procreatione hæresum. Addit præterea idem Petrus inferiùs, *Venient in novissimis diebus in deceptione illusores, iuxta proprias concupiscentias ambulantes*. Unde & Paulus inter *opera carnis*, hoc est, inter fructus carnalium concupiscentiarum, connumerat *Sectas*, sive *hæreses*. Judas quoque Apostolus tria hæreticis familiaria vitia subindicat, cùm ait: *Væ illis, quia in via Cain abierunt, & errore Balaam mercede effusi sunt, & in contradictione Core perierunt*. Ubi, sicut cap. 6. §. 17. indicatum est, in *Cain* denotatur invidia, in *Balaam* avaritia, in *Core* superbia. Eisdem tribus vitijs connumeratur & luxuria, cùm præmittitur, *Dei nostri gratiam transferentes in luxuriam*. Inferiùs quoque omnia quatuor recapitulantur, cùm subditur: *Hi sunt murmuratores querulosi*: Ecce invidia. *Secundùm desideria sua ambulantes*: Ecce luxuria. *Et os eorum loquitur superba*: Ecce superbia. *Mirantes personas quæstus causâ*: Ecce avaritia. Pau-

2. Pet. 2. 1.

Ibid. v. 10.

2. Pet. 3. 3.

Gal. 5. 20.

Jude. v. 11.

Ibid. v. 4.

Ibid. v. 16.

lus

lus denique curioſitatem amoremve novitatis recenſet, dum Timotheum adjurat, ut *Devitet profanas vocum novitates, & oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ, quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt.* Unde Bernardus: Z. Curioſitas (inquit) periculoſa præſumptio eſt: „ curioſitas damnoſa peritia eſt: ad hæreſim „ provocat, in fabulas ſacrilegas mentem præcipitat". Sed communem hæreſibus omnibus radicem idem Paulus detexit; ubi cùm præmiſiſſet, *In noviſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa,* continuò rationem dicti ſui reddens adjecit: *Erunt homines ſeipſos amantes.* Ac deinde fructus peſſimæ hujus radicis denotans ſubjunxit: *Cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus non obedientes, ingrati, ſceleſti, ſine affectione, ſine pace, criminatores, incontinentes, immites, ſine benignitate, proditores, protervi, tumidi, & voluptatum amatores, magis quàm Dei.* Quem locum expendens Auguſtinus: A. Hæc „ omnia vitia (inquit) ab eo fonte manant, quem primum poſuit, *Seipſos amantes*". An fortè inter hæc vitia, de Philautiæ fonte manantia, non eſt commemorata hæreſis? Audi eundem ibidem poſt pauca ſubnectentem: " Non „ ſint ergo *Seipſos amantes*, qui paſcunt oves „ Chriſti, non tanquam ſuas, non tanquam ipſius „ eas paſcant: & velint ex illis ſua lucra con„quirere, ſicut *Amatores pecuniæ*: vel eis domi„nari, ſicut *Elati*: vel gloriari de honoribus, „ quos ab eis ſumunt, ſicut *Superbi*: vel in„tantum progredi ut etiam HÆRESES faciant, „ ſicut *Blaſphemi*: nec cedant ſanctis Patribus, „ ſicut *Parentibus non obedientes*: & eis qui illos „ corrigere volunt, quia perire nolunt, mala „ pro bonis reddant, ſicut *Ingrati*: & interfi„ciant animas ſuas & alienas, ſicut *Sceleſti*: & „ materna Eccleſiæ viſcera diſſipent, ſicut *Irreli„gioſi*: non compatiantur infirmis, ſicut *Sine „ affectione*: famam Sanctorum maculare conen„tur, ſicut *Detractores*: cupiditates peſſimas non „ refrænent, ſicut *Incontinentes*: exerceant li„tes, ſicut *Immites*: neſciant ſubvenire, ſicut „ *Sine benignitate*: indicent inimicis piorum quæ „ occultanda cognoverint, ſicut *Proditores*: hu„manam verecundiam inverecundâ exagita„tione perturbent, ſicut *Procaces*: non intelli„gant neque quæ loquuntur neque de quibus „ affirmant, ſicut *Cæcati*: lætitias carnales ſpiri„talibus gaudijs anteponant, ſicut *Voluptatum „ amatores magis quàm Dei.* Hæc enim atque hu„juſmodi vitia, ſive uni homini accidant „ omnia ſive his alia, illis alia dominentur; ex „ illa radice quodammodò pullulant, cùm ſunt homines *Seipſos amantes*". Non igitur, juxta Auguſtini interpretationem, prætermiſſæ ſunt hæreſes, quando enumeratæ ſunt ſegetes vitiorum, de philautiæ radice ubertim emanantium: ſed cùm hæreſum ſatores intelligantur *Blaſphemi*, ipſæ hæreſes innuuntur eſſe blaſphemiæ. Per aliam quoque clauſulam ibidem hæretici denotantur, cùm dicitur, *Parentibus non obedientes*: hoc eſt, ſanctis Patribus cedere dedignantes. Cujus dedignationis fundum detexit Apoſtolus Petrus, quando hæreticorum genium & indolem deſcribens, ait inter alia, *Sibi placentes*: hoc eſt, præfracti, ſui ſenſus, ſui capitis, ſui cerebri. De qualibus Caſſiodorus: B. Sunt nonnulli (inquit) qui putant eſſe lauda„bile, ſi quid contra antiquos ſapiant; & ali„quid novi, unde periti videantur, inveniant". Unde & Facundus Hermianenſis dicit, C. Hæreticis commune eſſe, ignominioſam de Majorum reprehenſione gloriam captare. Hoc enim eò fit, quòd ſibi ipſis nimioperè placeant, ſuoque ſenſui plus æquo deferant. Adversùs tales nonnemo inſurgens: D. Hoc tumoris vi„tium (inquit) hinc quibuſdam accidit, quòd „ ſuam ſcientiam nimis diligenter inſpiciunt; „ & cùm ſibi aliquid eſſe viſi fuerint, alios quos „ non noverunt, tales nec eſſe nec potuiſſe „ fieri putant. Hinc etiam ebullit, quòd nu„gigeruli nunc quidam, neſcio unde glorian„tes, priores Patres ſimplicitatis arguunt: & „ ſecum natam, ſecum morituram ſapientiam credunt". Idem Author lib. 1. Miſcellaneorum cap. 3. parobolicè deſcribens Philauticorum & Sibi-placentium indolem: " Fa„bula dicit (inquit) omnes beſtias fœtus „ ſuos Jovi probandos præſentaſſe: Inter quas „ ſimia, deformem natum trahens, riſu om„nium caſtigari non potuit, quin ſuum cæte„ris anteferret: Ingenitum ſiquidem eſt omni „ animanti, amare quod genuit. De corde ſen„ſus naſcitur, & amant corda fœtus ſuos, „ adeò ut ſæpè animus perverſus, in conſpectu „ ſummæ veritatis, tortuoſum, & pravum, & „ riſu omnium dignum ſenſum ſuum, commendare non erubeſcat".

XII. Ex dictis difficultas emergit non prætereunda, quomodò nimirùm philautia, ſive amor ſui, ſtatui poteſt radix prædictorum omnium vitiorum, ſignanter ſuperbiæ & avaritiæ ſeu cupiditatis; cùm Scriptura diſertè pronunciet, *Initium omnis peccati eſſe ſuperbiam*: & Apoſtolus *Radicem omnium malorum eſſe cupiditatem* aſſeveret? Pro deciſione prænotandum, Amorem ſui non in tota ſua amplitudine malum eſſe, ſed abſtrahere ab honeſto & perverſo. Moderatus quippe & ſuis limitibus conſtrictus amor ſui, menſura eſt amoris proximi, quem præcipimur *diligere ſicut nos ipſos*: Quod nullatenùs impleri poteſt ab eo qui non diligit ſeipſum. Immoderatus verò amor ſui bifariàm conſiderari poteſt: primò prout reſpicit præciſè ipſam naturam amantis, ſecundò prout ſe extendit etiam ad ea quæ naturæ adjacent vel adjacere ſaltem poſſunt ex apprehenſione amantis. Priori modo prior eſt reliquis omnibus vitiis, etiam

1. Tim. 6. 20 & 21.
Z. Bern. lib. de Modo benè vivendi c. 54.
2. Tim. 3. 1. & ſeqq.
A. Aug. Tract. 123. in Ioan.
2. Pet. 2. 10.
B. Caſſiod. lib. de Divinis lectionibus c. xi.
C. Facund. Hermian. lib. 10. de tribus Capitulis c. 5.
D. Hugo Vict. lib. 2. Didaſc. c. 14. Vide Richard. Vict. in Beniamin Majore lib. 2. cap. 2.
Eccli. 10. 15.
1. Tim. 6. 10.
Matt. 22. 39.

ipsâ superbiâ, quæ est inordinatus amor propriæ excellentiæ. Quemadmodùm enim natura prior est suâ excellentiâ, ita amor naturæ etiam immoderatus amore excellentiæ similiter immoderato. Posteriori modo non distinguitur à superbia, avaritia, & similibus vitiis, nisi ut totum à sua parte sive potentiali sive integrali. Quapropter Augustinus tametsi innumeris locis doceat, primum hominis peccatum fuisse superbiam, imò etiam lib. 14. de Civit. cap. 13. neget aliud initium malæ voluntatis esse potuisse, quàm superbiam: tamen inferiùs in eodem ipso libro ait: E. Fecerunt civitates „duas amores duo: terrenam scilicet AMOR „SVI usque ad contemptum Dei, cœlestem „verò amor Dei usque ad contemptum sui". Rursùs Serm. 47. de Diversis cap. 2. " Prima „hominis perditio (inquit) fuit AMOR SVI. „Si enim se non amaret, sed Deum sibi præ„poneret, Deo esse semper subditus vellet, „non autem converteretur ad negligendam „voluntatem illius, & faciendam voluntatem „suam: Hoc est enim amare se, velle facere voluntatem suam". Cùm igitur Augustinus primum hominis lapsum modò adscribat superbiæ, modò philautiæ; planum est, eum confundere superbiam & philautiam: prout etiam notavit D. Thomas 1.2.q.84. ar.2.ad 3. Quemadmodùm autem Augustinus superbiam confundit cum philautia, ita Prosper eandem confundit cum avaritia, ubi ait: F Sive in „lapsu diaboli, sive in prævaricatione homi„nis, *Initium peccati superbia est*: quæ congruen„ter & AVARITIA nominatur, quia utraque „appellatio eum significat appetitum, qui & „suam mensuram concupiscat excedere, „& non dignetur dives esse nisi propriis". Quinimò ipse Augustinus uno subinde contextu omnia tria ista vitia confusim per modum unius edisserit: G. Meritò (inquiens) „initium omnis peccati SVPERBIAM Scriptu„ra definivit, dicens: *Initium omnis peccati su„perbia*. Cui testimonio non inconvenienter „aptatur etiam illud quod Apostolus ait, *Ra„dix omnium malorum est avaritia*, si AVARI„TIAM GENERALEM intelligamus, quâ quis„que appetit aliquid ampliùs quàm oportet, „propter excellentiam suam, & quendam pro„priæ rei amorem: cui sapienter nomen la„tina lingua indidit, cùm appellavit *privatum*; „quod potiùs à detrimento, quàm ab incre„mento dictum elucet: Omnis enim privatio „minuit. Unde itaque vult eminere SVPER„BIA, in angustias egestatemque contruditur, „cùm ex communi ad proprium damnoso SVI „AMORE redigitur. Specialis est autem avari„tia, quæ usitatiùs appellatur *amor pecuniæ*: „cujus nomine Apostolus, per speciem genus „significans, universalem AVARITIAM vole„bat intelligi, dicendo: *Radix omnium malorum „est avaritia*. Hinc enim & diabolus cecidit, „qui utique non amavit pecuniam, sed potesta„tem propriam. Proinde PERVERSVS SVI „AMOR privat sanctâ societate turgidum spi„ritum, eumque coarctat miseriâ, jam per ini„quitatem satiari cupientem. Hinc alio loco „cùm dixisset Apostolus, *Erunt homines seipsos „amantes*, continuò subjecit, *Amatores pecuniæ*: „ab illa generali AVARITIA, cujus SVPERBIA „caput est, ad hanc specialem descendens, quæ „propria hominum est. Nec enim essent etiam „homines *amatores pecuniæ*, nisi eò se putarent „excellentiores, quò ditiores. Cui morbo „contraria charitas *Non quærit quæ sua sunt*, id „est, non privatâ excellentiâ lætatur. Meritò ergo *Non inflatur*". Hinc patet, tria ista vitia secundùm Augustini mentem, & inter se coincidere, & eosdem effectus proferre, & eidem charitatis virtuti repugnare. Quò spectat etiam quòd idem Augustinus alibi vitio philautiæ attribuat cupiditatem gloriæ, potentiæ, & opulentiæ; oppositæ autem charitatis virtuti affectum obediendi, subveniendi, & Deo placendi: H. Qui hoc animo (ait ille) pascunt oves Chri„sti, ut suas velint esse, non Christi; se con„vincuntur amare, non Christum: vel glorian„di, vel dominandi, vel acquirendi cupidi„tate; non obediendi, & subveniendi, & „Deo placendi charitate. Contra hos ergo vi„gilat toties inculcata vox ista Christi, quos „Apostolus gemit *sua quærere, non quæ Iesu „Christi*. Nam quid est aliud, *Si diligis me, pasce „oves meas*, quàm si diceretur: Si me diligis, „non te pascere cogita, sed oves meas; sicut „meas pasce, non sicut tuas; gloriam meam „in eis quære, non tuam; dominium meum, „non tuum; lucra mea, non tua: ne sis in eo„rum societate, qui pertinent ad tempora pe„riculosa, *Seipsos amantes*, & cætera quæ huic „malorum initio connectuntur? Cùm enim „dixisset Apostolus, *Erunt homines seipsos aman„tes*, secutus adjunxit: *Amatores pecuniæ, elati, „superbi, blasphemi*". &c.

E. Aug. lib. 14. de Civit. Dei cap. 28.

D. Thom.

F. Prosper Epist. ad Demetriad. cap. 9. Vide lib. 3. de Vita contempl. c. 4.

G. Aug. lib. 11. de Genesi ad lit. cap. 15.

Eccli. 10. 15

1. Tim. 6. 10.

2. Tim. 3. 2.

1. Cor. 13. 5.

Ibid. v. 4.

H. August. Tract. 123. in Ioan.

Phil 2. 21.

Io. 21. 17.

CAPVT

CAPVT XIII.

Ambitio hæresum promiscuè omnium si non genitrix, saltem obstetrix: monstrum ex Sarisberiensi biceps, ex Victorino & Gregorio quadriceps: mater hypocrisis ex Bernardo, simia Charitatis ex Blesensi: Ammonitici tyranni imitatrix mancipijs suis oculos eruit dextros: curiositatem ingenerat, singulartiatem affectat, clientes suos Bacchico furore agitat, indisciplinares & impatientes reddit. Contumelias quantascunque patienter potius esse perferendas, quam Ecclesiam deserendam, ostenditur à fortiori, exemplo Furij Camilli. Hæreseon aliquot per ambitionem suscitatarum elenchus. Subversio ambitiosæ Græciæ prænunciata.

XL. AMbitionis vitium tam crebrò intervenit in procreatione ac propagatione hæreseon, sive tanquam mater, sive tanquam obstetrix; ut Augustinus hæreticum regulari velut definitione descripserit, I. Qui alicujus temporalis commodi, & maximè gloriæ principatûsque sui gratiâ, falsas ac novas opiniones vel gignit, vel sequitur". Quapropter tametsi hæc seu mater, seu obstetrix hæresum, suo generali vel philautiæ, vel superbiæ, vel sui-placentiæ, vel avaritiæ vocabulo comprehendi, & tanquam sic comprehensa præteriri hìc potuisset: propter eam tamen quam dixi creberrimam interventionem visa est mereri specialem tractationem. Duos porrò ei ramos, de una superbiæ radice exurgentes attribuit Ioannes Sarisberiensis in Policratico, cupiditem scilicet potentiæ, & cupidinem honoris sive reverentiæ: K. De radice superbiæ (ait ille) surrepit ambitio, potentiæ scilicet cupiditas, & honoris: ut hinc vires quis habeat, ne prematur; hinc proveniat reverentia, ne vilescat. Nemo enim est qui non gaudeat libertate, & qui vires quibus eam tueatur non optet". Quadricipitem facit Richardus Victorinus, singulaque capita distinctim describit, dicens: L. Nihil est aliud ambitio, quàm honoris affectatio. Prima autem species hujus mali est affectatio libertatis, secunda affectatio dignitatis, tertia affectatio auctoritatis, quarta affectatio potestatis. Ecce quomodò ambitio in quatuor se capita dividit, cui omnis hypocritarum actio subservit! Libertatis affectatio est, quando quis subterfugit aliis subesse. Dignitatis affectatio est, superiora ambiendo semper de gradu in gradum anhelare. Auctoritatis affectatio est, cùm jam quis ambit magni consilii & sanctitatis vir omnibus apparere, & statuenda quæque vel diffinienda à suo consilio vel arbitrio pendere. Potestatis affectatio est, cùm jam ambit aliis præesse". Gregorius item in libris Moralium expendens quod scriptum est, *Spes hypocritæ peribit*, paulò aliter totidem ambitionis sive capita sive membra commemorat: M. Quid enim, (inquiens) in cunctis suis operibus hypocrita sperat, nisi honoris reverentiam, gloriam laudis, à melioribus metui, sanctus ab omnibus vocari"? Nec quicquam movere debet, quòd Gregorius non tam de ambitione, quàm de hypocrisi loqui videatur. Nam ex effectibus per eum memoratis perspicuum est, ambitionem includi sub velamento hypocrisis, uti matrem sub larva filiæ. Nam quòd ambitio hypocrisim pariat, testatur apertè Bernardus, cùm ait: N. Ambitio subtile malum, secretum virus, pestis occulta, doli artifex, MATER HYPOCRISIS, livoris parens". Cur autem talem pariat filiam, idem Bernardus exprimit Epist. 126. ad Episcopos Aquitaniæ: quia nimirum, "Si prorumperet in impudentiam, perderet efficaciam: Si improbus affectus sese aperiret, effectus periret". Hinc ergo, ut idem continuò ibidem subdit, "Ambitio mater hypocrisis latebras amat & tenebras, lucis impatiens est. Ambitio spurcum vitium, in imo jacet; videt tamen omne sublime; sed videri ipsa refugit. Nec mirum: Optato namque necesse est careat, nisi caveat arbitros. Quò enim gloria plus affectatur, eò minùs apprehenditur, ubi deprehenditur affectari". Ob hanc ergo rationem refugit ambitio in publicum prodire sub specie propria, paritque hypocrisim quâ possit induere alienam. Maximè autem studet supervestiri pallio charitatis. Vide quomodò: O. Cupienti animo (ait quidam) nihil grave videtur, nihil ambitioso difficile: ideoque ambitio est quædam simia charitatis. *Charitas* enim *patiens est* pro æternis, ambitio patitur omnia pro caducis: *Charitas benigna est* paupe-

I. Aug. lib. de Vtilitate credendi c. 1.

K. Io. Sarisber. lib. 7. Policr. c. 17.

L. Richard. Victor. l. 3. de Eruditione interioris hominis cap. 13.

Iob 8. 13.

M. Greg. lib. 8. Moral. cap. 24. aliàs 28. Vide Epiph. Hæresi 75. initio.

N. Bernard. Ser. 6 in Psal. 90.

O. Pet. Blesens. Epist. 14.

1 Cor. 13. 4. & seqq.

„ pauperibus, ambitio divitibus: *Charitas omnia ſuffert* pro veritate, ambitio pro vanitate: utraque *Omnia credit*, *omnia ſperat*; ſed longè diſſimili modo: hæc ad gloriam hujus vitæ, illa ad gloriam ſine fine: nam in igne aliter ſe habet aurum rutilans, & aliter palea fumans. *Charitas nunquam excidit*, ambitio nunquam ſurgit. Ambitio enim eſt ipſa *Iniquitas ſuper talentum plumbi*. Hæc eſt oculus omnium curialium, ſicut Zacharias dicit, *Hæc eſt oculus eorum in univerſa terra*; non dexter oculus, ſed ſiniſter: Omnes enim qui militant in caſtris ambitionis, capti ſunt à *Naas Ammonite, dextroſq; oculos amiſerunt*. Perſpicaces enim ſunt in acquiſitione temporalium, jacturam verò vitæ quæ præterit, & imminentia mortis æternæ ſupplicia non attendunt: cæcutientes ſunt ad bonum, ſed perſpicaces ad malum: *Sapientes ſunt*, dicit Propheta, *ut faciant mala, bona autem facere neſciunt*. Ipſi autem, tanquam *Lapides ſanctuarij, diſperſi ſunt in capite omnium platearum*. Rerum temporalium acquiſitioni impendunt quicquid ſciunt, quicquid loquuntur, quicquid faciunt".

Zach. 5. 7. — Ibid. v. 6. — 1. Reg. 11. 2. — Hier. 4. 22. — Thren. 4. 1.

XLI. Percurrat cui vacat & lubet omnes hæreſes ab exordio hactenùs Chriſtianiſmi in Eccleſia ſuſcitatas; nec facilè vel una occurret, cui non affectatio libertatis, aut dignitatis, aut authoritatis, aut poteſtatis, maternalem, vel certè obſtetricalem operam impenderit. Quod innuere volens Auguſtinus, hæreticum definivit prout initio hujus capitis memoravimus. Quem verbatim imitati ſunt Beda & Anſelmus in caput XI. prioris ad Corinthios: Favetque omninò Bernardus, cum ait: [P] Omnibus „ una intentio hæreticis ſemper fuit, captare gloriam de ſingularitate ſcientiæ". Hæc quippe gloriæ de ſingularitate ſcientiæ captatio, nihil eſt aliud quàm illa *Authoritatis affectatio*, quam ſuprà ex Victorino tertium ambitionis ramum ſtatueramus. Bernardo hac in re conſonat Gregorius cùm ait: [Q] Habent hoc hæretici proprium, ut de inani ſcientiæ ſuæ arrogantia inflentur, & rectè credentium ſimplicitatem ſæpè derideant". Et ſuperiùs lib. 5. ejuſdem Operis c. 18. " Verbum abſconditum „ (inquit) hæretici audire ſe ſimulant, ut Auditorum mentibus quandam prædicationis ſuæ reverentiam obducant. Unde & latenter prædicant, quatenùs eorum prædicatio tantò ſancta, quantò & occulta videatur. Commu„nem autem ſcientiam habere refugiunt, ne cæteris æquales æſtimentur: occulta vel nova ſemper exquirunt, quæ dum alij neſciunt, ipſi apud imperitorum mentes de ſcientiæ ſingularitate gloriantur: quam inſinuant occultam; quia ſcilicet, ut admirationem oſtendere valeant, hanc ſe latenter percepiſſe confirmant. Unde apud Salomonem mulier, ſpeciem hæreticorum tenens, dicit: *Aquæ furtivæ dulciores ſunt, & panis abſconditus ſuavior*." De hac muliere, & de hæreticorum per eam præfiguratorum ambitioſa indole, videri poteſt Auguſt. Tract. 97. in Joannem, & lib. 2 de Geneſi contra Manichæos c. 27 & Iſidorus comment. in Geneſin c. 4. & Beda cum Rabano partim in cap. 9. Prov. partim in cap. 3. Geneſeos Qui omnes hanc Mulierem comparant ſerpenti antiquo, qui primos parentes, ambitione arcanæ ſcientiæ pellectos, ſeduxit, & de Paradiſi amænitate abduxit. Ambitionem quippe ſcientiæ eis propinavit, dicendo: *Aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut Dij, ſcientes bonum & malum*. Eadem itaque ſcientiæ ambitio, quæ à ſerpente propinata & à protoplaſtis largiter hauſta ipſos de Paradiſo abduxit, etiam hæreticos pleroſque vel omnes, de Eccleſiæ Sanctuario in deſertum ſolitudinis evocavit. Præter hanc porro ſcientiæ ambitionem, ſive authoritatis affectationem, omnibus promiſcuè hæreticis communem, habent complures hæreſum ſatores ambitionem vel poteſtatis, vel dignitatis, vel libertatis. Quid enim aliud quàm libertatis ambitio abſtrahit hæreticos ab obedientiâ Eccleſiæ? [R] Neque enim aliunde (ait B. Cy„prianus) hæreſes obortæ ſunt, & nata ſchiſmata quàm inde, quòd ſacerdoti non obtemperatur, nec unus in Eccleſia ad tempus Sacerdos, & ad tempus judex vice Chriſti cogitatur" Et rursùs Epiſt. 65. ad Rogatianum:". „ Hæc ſunt (inquit) initia hæreticorum, & ortus atque conatus Schiſmaticorum malè cogitantium, ut ſibi placeant, ut Præpoſitum ſuperbo tumore contemnant. Sic de Eccleſia receditur, ſic altare profanum foris collocatur, ſic contra pacem Chriſti, & ordinationem atque unitatem Dei, rebellatur". Hoc ipſum diſertè perhibet Iſidorus Peluſiotes, cùm ait: [S] Aut ex ambitione, aut ex anticipata „ aliqua opinione, duabus expugnatu difficillimis affectionibus, hæreſes & Sectas natas eſſe arbitror. Nam qui in ſubditorum claſſe vivere æquo animo non potuerunt, neque imperium excipere; novæ doctrinæ ſementem ſparſerunt, in his quæ conſtituta eſſent permanere dedignati". Et iterum Epiſt. proximè ſequenti, poſtquam variis exemplis oſtendiſſet quanta fuiſſent diſſidia inter antiquos Philoſophos, ambitione invicem prævenientes: " Quid miraris (ſubdit) ſi nunc quoque, circa „ divinum & humanâ ratione ſublimius Chriſtianæ Religionis negotium, contentiones affectant, & animis diſſident homines, ab „ AMBITIONE, TANQVAM FVRORE BACCHICO, agitati"? Ad eandem hanc libertatis ambitionem, tanquam ad matrem filia, referri poteſt indiſciplinaritatis vitium, ſive diſciplinæ faſtidium: quod utique non aliunde quàm ex libertatis inordinato amore proficiſci-

Augustinus — Beda. Anſelmus. — P. Bernard. ſerm. 65. in Cantica. — Q. Greg. lib. 14. Moral. cap. 12.

Prov. 9. 17. — Auguſtinus. — Iſidorus. — Beda. Rabanus. — Gen. 3. 5. — R. Cyprian. Epiſt. 55. Vide Epiſt. 69. — S. Iſid. Peluſ. lib. 4. Epiſt. 56. Vide lib. 5. Epiſt. 239.

sciscitur, dicente de hæreticis ac Schismaticis Gregorio Papâ: T. Non ob aliud „in ignorantiæ suæ cæcitate hactenùs volvuntur, nisi ut Ecclesiasticam fugiant „disciplinam,& perversè habeant ut voluerint vivendi licentiam". Ad eandem similiter referenda est impatientia; de qua Martyr Cyprianus: V. Impatientia (inquit) in Ecclesia „hæreticos facit, & ad Judæorum similitu„dinem, contra Christi pacem & charitatem „rebelles, ad hostilia & furiosa odia compellit". Cujus rei exemplum apprimè luctuosum in sua persona præbuit Tertullianus, quem Cyprianus antonomasticè *Magistrum* appellitabat: W. Hic quippe (ut ait Hierony„mus) cùm usque ad mediam ætatem pres„byter Ecclesiæ permansisset, invidiâ posteà „& contumeliis clericorum Romanæ Eccle„siæ ad Montani dogma delapsus est": Stultè nimirùm præeligens in hostilia castra secedere, quàm illatas contumelias æquanimiter sufferre: cùm potiùs qualecunque & quantumcunque temporale incommodum aut opprobrium patienter debuisset concoquere, quàm semetipsum à corporis Christi communione ac societate divellere: X. Si Furius Camillus (in„quit Augustinus) etiam ingratam patriam, „à cujus cervicibus acerrimorum hostium „Veientium jugum depulerat, damnatusque „ab æmulis fuerat, à Gallis iterùm libera„vit, quia non habebat potiorem ubi pos„set vivere gloriosiùs: cur extollatur, velut „grande aliquid fecerit, qui fortè in Eccle„sia ab inimicis carnalibus gravissimam ex„honorationis passus injuriam, non se ad „ejus hostes hæreticos transtulit, aut aliquam „contra illam ipse hæresim condidit, sed „eam potiùs quantum valuit ab hæreticorum „perniciosissima pravitate defendit; cùm alia „non sit, non ubi vivatur in hominum glo„ria, sed ubi vita acquiratur æterna"? Verùm impatientiæ furor modum nescit, & homines nec Dei memores nec sui compotes esse sinit. Nimis id luculentè patuit in Tertulliano, qui impatientiâ victus ab Ecclesia descivit, nec solùm ad ejus hostes Cataphryges hæreticos se transtulit, sed novam quoque adversùs eam ipse hæresim condidit: Y. Transiens ad Cataphryges (ait de ipso „idem Augustinus) quos antè destruxerat, „cæpit secundas nuptias contra Apostoli„cam doctrinam tanquam stupra damnare: „Et postmodum etiam ab ipsis divisus, sua „conventicula propagavit". In hujusmodi homines non malè quadrat illud: *Maledictus furor eorum, quia pertinax; & indignatio eorum, quia dura.*

T. Greg. l. 7. Registri Epist. 5.

V. Cyprian. lib. de Bono Patientiæ, post medium.

W Hieron. lib. de Scriptor. Eccles. cap. 53. aliàs 64. Vide Niceph. lib. 4. c. 34.

X Aug. l. 5. de civit. c. 18.

Y Aug. lib. de hæresibus cap. 86.

Gen. 49. 7.

XLII. Supersunt adhuc bini de quatuor ambitionis ramis ex Victorino memoratis, affectatio nimirum dignitatis & affectatio potestatis: quas idcirco explicatione conjungere lubuit, quòd vix altera absque alterius consortio reperiatur: prout ex earum descriptionibus ab eodem Victorino traditis & suprà item relatis apparet. Præesse enim alijs, dignitas quædam videtur; & gradus dignitatis speciem præfert potestatis. Utramque per modum unius perstringit, & hæreticalium dissensionum matrem vel obstetricem statuit Pelusiotes, cùm ait: Z. Ambitio & imperandi „cupiditas, omnium causa malorum, quæ „etiam benè constituta evertere conatur, gra„via bella non solùm nostrâ memoriâ,sed an„tiquis etiam temporibus invexit in res huma„nas". Quod cùm pro antiquis ille temporibus demonstrasset, exemplis Philosophorum, Medicorum, Oratorum, Poëtarum, aliorumque similium invicem insectantium, refutantium, proscindentium, de primatu acerrimè contendentium; ad extremum ita Epistolam conclusit: " Quis igitur eorum, qui „Paganismum amplectuntur, audit nobis ob„jicere, multas apud Christianos natas esse „hæreses; cùm tam multas videat etiam „apud ipsos Græcos, propter ambitionem & „imperandi libidinem, natas esse? Si verò „hæc expelleretur è rebus humanis, spes „bona esset, fore, ut omnes in divinum „Euangelii præconium unanimi & ortho„doxo consensu convenirent". Ex hujus igitur Authoris mente, ambitio & imperandi libido tam arctam cum hæresibus habent connexionem, ut sicut eis ortum dederunt, ita & occasum darent si & ipsæ occiderent. Et quidem ortum eis dedisse, indicat Lactantius superiùs cap. 10. §. 30. relatus, in verbis: " Quorum fides fuit lubrica, cùm „Deum nosse se & colere simularent, augen„dis opibus, & honori studentes, affectabant „maximum sacerdotium: & à potioribus „victi, secedere cum suffragatoribus suis „maluerunt,quàm eos ferre præpositos,quibus concupierant ipsi antè præponi". Ambitio enim frustrata parit zelum amarum, & livorem; quibus tanquam satellitibus utitur ad seminandas dissensiones,ad rumpendam unionem, & faciendam secessionem. Quantò enim avidiùs res quæque affectatur, tanto invitiùs ejus frustratio toleratur: A. Ambitionem ze„lus excitat (inquit Cyprianus) dum cer„nit quis alium in honoribus auctiorem. Zelo „excæcante sensus nostros, atque in ditio„nem suam mentis arcana redigente, Dei ti„mor spernitur, magisterium Christi negli„gitur, judicii dies non providetur: Inflat „superbia, exacerbat sævitia, perfidia præ„varicatur, impatientia concutit, furit dis„cordia, ira fervescit; nec se jam potest „cohibere vel regere, qui factus est pote„statis alienæ. Hinc Dominicæ pacis vin-

Z Isidor. Pelus. lib. 4. Epist. 55. Vide Chrysost. Homil. 11. ad Ephesios, Morali.

Vide Clem. Alex. lib 7. Stromat.

Lactantius

A. Cyprian. lib. de zelo & livore.

Vide Iustinum. Mart. q. 4. ad

 culum

Orthodoxos.

„ culum rumpitur, hinc charitas fraterna violatur, hinc adulteratur veritas, unitas ſcinditur, ad HÆRESES atque SCHISMATA „ proſilitur; dum obtrectatur Sacerdotibus, „ dum Epiſcopis invidetur, dum quis aut „ queritur non ſe potiùs ordinatum, aut dedignatur alterum ferre præpoſitum. Hinc „ recalcitrat, hinc rebellat, de zelo ſuperbus, „ de æmulatione perverſus; animoſitate & livore, non hominis, ſed honoris inimicus."

XLIII. Exempla hujus rei ſuppetunt innumera, è quibus pauca ſeligemus, quibus fidem dictis conciliemus: Primum ſit *Simonis Magi*, quem ut hæreſiarcharum Novi Teſtamenti anteſignanum Beatus Ignatius Martyr B. *Primogenitum Satanæ filium* appellat: Quemque ambitionis æſtro percitum, voluiſſe Epiſcopalem dignitatem ſeu largiendorum chariſmatum poteſtatem, pecuniis adipiſci, teſtantur eloquia divina, quibus perhibetur *Obtuliſſe Apoſtolis pecuniam, dicens: Date & mihi hanc poteſtatem* &c. C. Etiam in ſinu Sa„ cerdotum (ait Cyprianus) ambitio dor„ mit, ibi ſub umbra recubat, in ſecreto „ thalami ſe fraudulenter occultat. Simon, „ Apoſtolorum temporibus, venalem pu„ tans Spiritum ſanctum, Petrum donis ag„ greditur, & tentat emere poteſtatem, per „ quam plura lucretur. Hæc ſacrilegii forma „ per omnia officia graduſque diſcurrit, & „ nihil intentatum AMBITIO prætermittit". Huc ſpectat & canon ille inter Apoſtolicos trigeſimus": Si quis Epiſcopus, aut „ Præsbyter, aut diaconus, per pecunias „ hanc obtinuerit DIGNITATEM, deji„ ciatur & ipſe & ordinator ejus, & à com„ munione modis omnibus abſcindatur: SICUT SIMON MAGUS à Petro". Ex quo perſpicuè patet, Simonem Magum idcircò à Petro fuiſſe abſciſſum, quòd Eccleſiaſticam dignitatem pecuniis adipiſcendam ambierit: Hinc Chryſoſtomus Homil. 18. in Acta Apoſtolorum, loquens de hac ejus ambitione: "Volebat (inquit) Philippo eſſe clarior, qui inter diſcipulos erat". Philippus cùm tantùm diaconus eſſet, Spiritum ſanctum per impoſitionem manuum conferre non poterat, quod Epiſcopis eſt proprium. Voluit ergo Simon in hoc præcellere, quòd Epiſcopali dignitate decoratus Spiritum ſanctum impoſitione manuum conferret. Scio in Simone culpari avaritiam, cujus etiam Cyprianus meminit in verbis iſtis mox citatis: *Tentat emere poteſtatem, per quam plura lucretur.* Sed avaritia uſque adeò ambitionem non excludit, ut Auguſtinus, hìc ſuprà cap. 12. §. 39. relatus, non dubitaverit dicere: *Non eſſent homines amatores pecuniæ, niſi eò ſe putarent excellentiores, quò ditiores.* Non longè ante Simonis Magi tempora cecinerat Ovidius: D. *In pretio pretium nunc eſt: dat cenſus honores, cenſus amicitias: pauper ubique iacet.* Non itaque propter ſeipſas concupivit ille pecunias, ex ſacrilega chariſmatum negotiatione ſperatas; ſed propter honorificum aliquem dignitatis aut poteſtatis gradum, quem principaliùs affectabat. Prodiiſſe hunc nonnulli perhibent è ſchola *Doſithei*, ejuſque ut errorem, ita & ambitionem imbibiſſe: de quo Epiphanius in Panario: E. Hic (inquit) à Iudęis ori„ ginem ducens, Samaritarum gentibus per„ mixtus eſt: & cùm in doctrina legis proceſ„ ſiſſet, & in expoſitionibus apud ipſos PRI„ MAS VENATUS ESSET, IPSASQUE ASSE„ CUTUS NON ESSET, & in nulla æſtima„ tione apud Judæos haberetur, declinavit „ ad Samariticum genus, & SECTAM SUAM CONDIDIT". Ecce alterum exemplum hæreſeos ex ambitione procedentis; niſi quòd Doſitheus à Tertulliano, Philaſtrio, Epiphanio, & Hieronymo, magis inter Iudæorum, quàm Chriſtianorum hæreſiarchas cenſeatur. Secundum igitur exemplum ſit *Diotrephe*, *Qui* teſte Joanne Apoſtolo, *amabat primatum gerere.* Tertium *Thebutis*, cujus ambitionem & ſeceſſionem ex Hegeſippo memoravimus cap. 10. §. 30. Quartum ſit hæreſiarchæ Valentini, de quo Tertullianus ſic ſcribit: F. Speraverat Epiſ„ copatum Valentinus, quia & ingenio po„ terat & eloquio. Sed alium ex martyrii „ prærogativa loci potitum indignatus, de „ Eccleſia authenticæ regulæ abrupit (ut ſo„ lent animi pro prioratu exciti, præſump„ tione ultionis accendi) ad expugnandam converſus veritatem". Quintum ſit Marcionis, de quo Epiphanius: G. Æmulatione ela„ tus (inquit) ubi non accepit PRÆSIDEN„ TIAM & Eccleſiæ ingreſſum, excogitavit „ ſibi ipſi conſilium, & ad impoſtoris Cerdonis Sectam confugit". Et iterum poſt pauca ibidem:" Æmulatione commotus, & ad mag„ nam indignationem ac ſuperbiam elatus, „ fiſſuram effecit ſibi ipſi, hæreſim erigens, „ ac dicens: *Ego findam Eccleſiam veſtram, & mittam fiſſuram in ipſam in æternum*". Sextum ſit Montani, de quo Theodoretus: H Hic (in„ quit) DOMINANDI CUPIDITATE motus, „ Paracletum ſeipſum appellavit, & Prophe„ tiſſas duas fecit, Priſcillam & Maximillam; „ harumque ſcripta libros Propheticos appel„ lavit, & Pepuzæ vico nomen Hieruſalem dedit". Septimum ſit Novatiani, de quo Ambroſius: I. Epiſcopatus amiſſi dolore (inquit) „ ſucenſus Novatianus, Schiſma compoſuit". Octavum ſit Florini & Blaſti, K. Qui & ipſi „ (ut refert Nicephorus) opiniones de vero „ veritatis Verbo novas induxerunt. Et Flo„ rinus quidem, quòd Præsbyteratus Eccle„ ſiæ gradu abdicatus eſſet: Blaſtus quoque non

B. Ignatius Epiſt. ad Trallianos.
Act. 8. 18.
C. Cyprian. ſer. de ieiunio & tentatione Chriſti Vide Niceph. l. 2. cap. 6.
Canon Apoſt.
Chryſoſtomus.
Cyprianus ſuprà.
Auguſtinus ſuprà.
D. Ovid l. 1. Faſtorum.
E. Epiphan. Hæreſi. 3.
3. Io. v. 9.
F. Tertull. l. contra Valentinian. cap. 4.
G. Epiph. Hæreſi 42.
H. Theodoret. l. 3. Hæretic. Fab. cap. 2. De Tertullian. vide §. 41.
I. Ambroſ. l. 1. de Pœnit. cap. 15.
K. Niceph. l. 4. Hiſt. Eccleſ. c. 20.

,, non ob dissimilem lapsum. Quilibet verò
,, eorum, officinâ seorsim contra veram pie-
,, tatem institutâ, permultos ex Ecclesia in
errorem suum pertraxit". Et inferiùs ibidem
cap. 30. de iisdem:" Ob aliquem lapsum
,, (inquit) Præsbyterii gradu abdicati, zelo-
,, typiâ quadam & æmulationis studio, Mar-
,, cionis errori involuti, Ecclesiasticas san-
ctiones depravare conati sunt". Nonum sit
Arii, de quo Theodoretus: L. Mendacii
,, pater diabolus (inquit) Arium nactus
,, humanæ gloriæ cupidum, arrogantiæ mor-
,, bum in eo inflammavit, & hæresis errorem
,, indidit. Hic enim cùm Alexandrinæ Ec-
,, clesiæ Presbyter esset, & magnum Alexan-
,, drum in Pontificali Cathedra sedentem vi-
,, deret, invidiæ stimulo percitus est; pugnæ-
,, que cum eo conserendæ materiam quærens,
,, occasionem adinvenit dogmatum impieta-
tem". Decimum sit Eudoxii, qui, teste eo-
dem Theodoreto, M. Cùm germanicæ urbis
,, propè Taurum Episcopus esset, contem-
,, pto oppidulo, cùm Leontii mortem audis-
,, set, Antiochiam profectus est, & sedem
,, præter Ecclesiasticas leges arripuit. Impera-
,, toriis porrò litteris illinc ejectus, & ad
,, Synodum Seleuciæ in Isauria coactam ire
,, jussus, accessit quidem ut fuerat imperatum,
,, sed consessum ingredi non est ausus: Con-
,, stantinopolimque properè contendens, &
,, Imperatoriis cubiculariis blandiens. persua-
,, sit ut ibi synodus cogeretur. Ac, ne omni-
,, bus dicendis sim longior, illius quoque
,, Civitatis Sedem invadere, & Prædicatori-
bus veritatis Ecclesias orbare potuit". Unde-
cimum sit Aerii, N. Qui (teste Augustino)
,, cùm esset Præsbyter, doluisse fertur quòd
,, Episcopus non potuit ordinari: & in Aria-
,, norum hæresim lapsus, propria quoque dog-
mata addidisse nonnulla". Duodecimum
sit Meletianorum, qui ambitionis & avari-
tiæ studio Arianis se adversùs Catholicos
sociabant, & ambo in unam veritatis perni-
ciem conspirabant: O. Cùm antea (ait de
,, utrisque Athanasius) inter se contentiosi
,, essent, nunc ut Herodes & Pontius in blas-
,, phemias adversùs Christum consentiunt.
,, Quapropter meritò quis eos habeat exosos,
,, quòd cùm de privatis rebus inter se simul-
,, tates gerant, odio tamen inimicitiâque
,, communi adversùs veritatem conspirent, &
,, in impietate adversùs Dominum fœdera
,, conglutinent, seseque mutuò amplexentur;
,, securi quidvis & facere & pati, modò id
,, quod semel animo conceperint tueantur.
,, Meletiani quidem AMBITIONE, ET UT
,, REBUS PRÆSINT, necnon insano avaritiæ
,, studio: Ariomanitæ verò suâ ipsorum im-
,, pietate ultrò incitantur, ut hujusmodi con-
,, spirationibus mutuò invicem pravitatem ani-

L. Theodor. l. 4 Hæretic. fab. cap. 1.

M. Theodor. ibid. c. 2.

N. Aug. lib. de Hæresibus cap. 53. Vide Epip. Hæresi 75. & in Anacephaleosi. & Damascenum lib. de Hæresibus.

O. Athanas. Orat. 1. contra Arianos, in fine.

mi sui promoveant". Decimum tertium sit
Græcorum, qui ambitionis spiritu inflati
Constantinopolitanum suum Patriarcham
non solùm toti Orienti, sed Apostolico
quoque Romanæ Sedis Præsuli anteferre,
& œcumenici Episcopi titulo insignire
gestierunt. Quam insolentiam Gregorius
quidem Papa nonnihil repressit; sed evel-
lere penitus è cordibus ambitiosorum non
potuit. Vnde Leo IX. qui quingentis prope-
modum annis Gregorio posterior extitit,
plurimùm laboris impendit, ut dictum Græco-
rum errorem unà cum alijs extirparet: P. Græ-
,, cis (ait Sigebertus) in hæresim multifor-
,, mem declinantibus, auctore Michaele Pa-
,, triarcha Constantinopolitano, & Leone
,, Archidiacono Bulgarorum Episcopo; Leo
,, Papa errores eorum redarguens, scripsit con-
,, tra eos librum firmis Scripturarum testimo-
,, nijs roboratum". Quinam porrò fuerint ij
Græcorum errores, commemorat idem Sige-
bertus ibidem ad annum proximè sequen-
tem, referens, eundem Leonem misisse
Constantinopolim Apocrysarios suos, Q. Ad
,, confutandas Græcorum hæreses: qui ut Si-
,, moniaci, donum Dei vendebant: ut Valesij,
,, eunuchos suos castratos etiam ad Episcopa-
,, tum promovebant: ut Ariani, rebapti-
,, zabant latinos in nomine Sanctæ Trinitatis
,, baptizatos: ut Donatistæ, in sola Græcia
,, orthodoxam esse Ecclesiam jactabant: ut
,, Nicolaitæ, nuptias Sacerdotibus concede-
,, bant: ut Severiani, maledictam dicebant
,, legem Moysis: ut Pneumatomachi, pro-
,, fessionem Spiritus Sancti à Symbolo abscin-
,, debant: ut Nazareni, Judaismum obser-
,, vabant; parvulos morientes ante octavum
,, à nativitate diem baptizari, mulieres in
,, partu vel menstruo periclitantes communi-
,, cari, vel, si paganæ essent, baptizari, pro-
,, hibebant: latinos vocabant AZYMITAS;
,, & eos nimis persequentes, eorum Ecclesias
,, claudebant: de fermentato sacrificabant:
,, in Synodis suis Romanam Ecclesiam ana-
,, thematizabant, EIQUE ECCLESIAM CON-
,, STANTINOPOLITANAM PRÆPONEBANT".
Post quadringentos penè annos in Florentina
Synodo, consentientibus ipsis Græcorum pri-
moribus, quæstio ista de primatu decisa est
contra veterem Græcorum prætensionem pro
Apostolico Præsule: Sed ambitione recru-
descente, denuò apud Græcos revixit; nec
priùs sedata, quàm Græcia à Turcis subacta
est. Prædixerat eam Constantinopolitanæ
Sedis ruinam Beatus Papa Gregorius in Epi-
stola quam contra Patriarchæ insolentiam
scripsit ad Imperatorem Mauritium. Ubi
postquam Imperatorem rogasset ut Patriar-
chæ ambitionem compescere satageret, sub-
junxit: R. Si judicio pietatis vestræ justissi-
mo, vel

Vide Gregor. l. 4. Registri Epist. 32. 34. 36. & 38.

P. Sigebert. in Chronico ad annum 1053.

Q. Ibid. ad annum 1054.

R. Greg. l. 4. Registri Epist. 34.

„ mo, vel clementibus admonitionibus cesserit, omnipotenti Deo gratias referimus, atque de concessa per vos omni Ecclesiæ pace gaudemus. Sin autem in eadem diutiùs contentione perstiterit, hac de re jam veritatis sententiam certam tenemus, quâ

Luc. 14. 11. „ ait: *Omnis qui se exaltat, humiliabitur.* Et

Prov. 16. 18. „ rursùs scriptum est: *Ante ruinam exaltatur cor*". Et iterùm post paucula:" Si me (inquit) audire voluerit, habet devotum fratrem: Si verò in superbia persistit, jam quid assequatur aspicio: quia illum sibi adversarium invenit, de quo scriptum est:

Iac. 4. 6. „ *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam*". Unicum modò exemplum prædictis tredecim addam, ne præsens paragraphus ultra modum excrescat. Decimum quartum igitur sit Wicleffi, de quo Harpsfeldius: [S.] Sunt „ qui scribunt (inquit) importunam ambitionem desiderati Episcopatus *VVigorniensis*, has scelerum quasi faces Wicleffo vehementiùs accendisse; eumque, cùm prædæ expetitæ spe excidisset, privatum dolorem ad contumeliã & vexationem Ecclesiæ (ut olim, ob similem Episcopatus repulsam, *Aerium*, ut *Tertullianum*, atque *Arium* & alios) convertisse". De quo item Polidorus Virgilius: [T.] Is, ut fama est (inquit) primò indignatus, quòd non potuisset ad summos Sacerdotalis ordinis aspirare honores, factus inde de Sacerdotibus cunctis inimicior, cæpit divina Scripta perversè interpretari, atque novam instituere Sectam: usque eò, ut in nobili Oxoniensi Gymnasio publicè sit in Sacerdotes, ut legis eversores, debacchatus".

S. Harpsfeld. in Hist. Wicleff. cap. 1.

Vide Waldensem Tomo 1. l. 3. c. 66.

T. Polidor. Virgil. l. 19. Hist. Anglicæ in fin.

De Luthero Vide infrà c. 15. §. 50. & de Tertull. suprà c. 13. §. 41.

CAPVT XIV.

***Babelitarum symbolum*, Celebremus nomen nostrum, *quàm latè diffusum, & altè hominibus impressum! Quidam desperantes famam bonam, satagunt adipisci vel malam. Christiani ex fide spiritaliter viventes, & Deum inhabitantem habentes, Reges sunt, & templa Dei. Hæretici eorundem fidem subruendo, & sanctitatem abolendo, Regicidii & Sacrilegii reatum incurrunt; & quidem immaniorem, quàm vel Pausanias interfector Regis Macedonici, vel Erostratus incensor fani Ephesini. Helvidii cum Erostrato comparatio. Hæresiarchæ legis mysticæ transgressores, non Christo, sed sibi propaginem suscitant*; vocantes nomina sua in terris suis.**

XLIV. IN Genesi scriptum est, Posteros Noë, inter deliberandum de extruenda turre confusionis in campo Sennaar, dixisse ad invicem, *Celebremus nomen nostrum*: hoc est, Monumentum aliquod insigne erigamus, perenniter duraturum, & nominis nostri memoriam apud posteros perpetuaturum: [V.] Ecce radicem mali (inquit Chrysostomus) ut perpetuam, aiunt, memoriam consequamur, ut nostri perpetuò memores sint posteri: tale erit nostrum opus, ut nunquam oblivioni tradatur". Et rursùs post paucula:" Sunt multi etiam hodie (inquit) qui illos imitantur, & talibus operibus celebrari volunt; qui splendidas domos ædificant, & lavacra, & porticus, & deambulacra: quorum si quempiam rogaveris, quare ita laboret, tam miser sit, tantos pecuniarum faciat sumptus, eosque inutiles? nihil aliud audies, quàm hæc verba, ut immortalem servet memoriam, & audiat quòd illius est hæc domus, illius hic ager". Quàm vicina est honori fama, tam vicina est ambitioni, seu honoris affectationi, cupiditas famæ: & hæc perinde ac illa hæreticos proritat: [W.] Animus enim perditus (ut Augustinus ait) & expers bonarum artium, atque à justitiæ lumine alienus, malis artibus sibi aditum molitur ad famam, tam diuturnam, ut apud posteros etiam celebretur. Et qui non possunt benè innotescere, cupiunt vel malè de se homines loqui, dummodò nomen eorum latissimè pervagetur". Bina hujus perversissimæ cupiditatis exempla profert Ioannes Sarisberiensis in Policratico, primum ex ausu Pausaniæ Macedonis Regicidæ sumptum, alterum ex facinore Erostrati Ephesii, incensoris templi Dianæ: [X.] Licèt appetitus gloriæ (ait ille ibi) semper videatur in culpa, error eorum perniciosior est, qui vel sceleribus innotescere magni duxerunt. Pausanias, cùm ex Hermoclea percontatus esset, quonam modo clarus evadere subitò posset? atque is respondisset, si occidisset aliquem virum illustrem, futurum ut in gloriam ejus ipsum

Gen. 11. 4.

V. Chrisost. Hom. 30. in Genesim. Vide eundem in Psal. 48.

W. Aug. in Ps. 9. v. 27. Vide de Luthero infrà c. 16. §. 54.

X. Io. Sarisb. lib 8. Policrat. cap. 5.

„ ipsum redundaret: continuò Philippum interemit. Et quidem quod petierat assecutus est: Nam & se parricidio notum posteris reddidit, & celebri supplicio patibuli cui affixus est: Coronâ aureâ, quam Myrtalis, quæ & Olympias dicta est, capiti ejus pendentis, imposuit, nullum dante solatium". Hæc de primo Pausaniæ exemplo: sequitur alterum Erostrati facinus: "Inventus est, qui Dianæ Ephesinæ templum vellet incendere, ut pulcherrimo opere consumpto nomen ejus per totum terrarum Orbem diffunderetur. Furoremque suum detexit impositus equuleo: & nisi Theopompi magnæ facundiæ ingenium suis eum comprehendisset historiis, benè consuluerant Ephesii, Decreto communi statuentes, ut teterrimi hominis memoria aboleretur silentio". Meminit hujus Decreti Aulus Gellius in Noctibus Atticis, agens de significatu vocis, *Illaudatus*: [Y] In actionibus civibus (inquit) *laudari* id dicitur, quod est nominari: *Illaudatus* enim est, quasi illaudabilis: qui neque mentione aut memoriâ ullâ dignus sit, neque unquam nominandus est. Sicuti quondam à communi Concilio Asiæ decretum est, ut nomen ejus qui templum Dianæ Ephesiæ incenderat, ne quis ullo tempore nominaret". Rectè, ut quem nominis sui pervulgandi ac perpetuandi libido ad tantum facinus perpetrandum impulerat, probrosa innominationis pœna feriret: [Z] Erostratus (ait Volaterranus) templum Dianæ Ephesiæ incendit, nominis ac famæ libidine: ex quo cautum, ne quis eum posteà nominaret, aut scriptis traderet". Providè quidem id cautum, sed ab exteris non servatum; prout ex Sarisberiensi jam audivimus, qui divulgationis authorem statuit Theopompum historicum. Sive interim is, sive quis alius divulgationis author primus extiterit, verum est quod idem Volaterranus superiùs lib. 10. præmiserat: "Celeberrimi templi incensor Erostratus, quanquam cautum fuerit ne quis eum nominaret, finem tamen cujus gratiâ flagitium perpetravit videtur assecutus, ejus nomine ad nos usque per tot sæcula deducto".

Y Aulus Gellius lib. 1. cap. 6.

Z Volater. lib. 15. Antrop. Vide Valer. Max. lib. 8. c. 15. & Solinum l. 43. & Strabonē lib. 14. & Alexan. ab Alex. lib 4. dierum gen. c. 20. & Tiraq. ibi in Notis.

XLV. Observat venerabilis Beda in commentariis super Lucam, quòd quos Lucas appellat *Reges*, Matthæus vocet *Iustos*: [A] Ipsi sunt enim (ait ille) Reges magni, quia tentationum suarum motibus non consentiendo succumbere, sed regendo præesse noverunt". Hujus spiritalis regni basis est fides, sicut scriptum est, *Iustus ex fide vivit*. Ac per hoc quisquis hæreticus aut hæresiarcha ad comparandam sibi nominis celebritatem seminat hæresim & seducit à fide justos, tot Reges spiritaliter interimit, quot ejusmodi justos in suam Sectam traducit. Atq; ita non modò imitator, sed supergressor est Pausaniæ, qui ut sibi nomen faceret, Macedoniæ Regem corporaliter interfecit. Justis item ex fide viventibus aiebat Apostolus, *Vos estis templum Dei vivi*. Et alibi, *Templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis*. Quanto itaque major est Deus Christianorum, quàm Diana Ephesiorum, & templum ipsius spiritale, quàm fanum istius materiale; tanto scelerosior est seductor Christianorum, incensore fani Ephesiorum. Unde rectè Sarisberiensis præallegatis de Erostrato verbis subjungit: [B] Simili videntur gloriam affectare imò majori insaniâ: qui non Ephesinæ Dianæ templum religiosis moribus excidendum, sed templum Spiritus Sancti, homines totos, animas scilicet & corpora, ut per hoc hominibus innotescant, luxuriæ vastant incendiis". Luxuria quædam spiritalis est omnis recessus à fide Christi, veri sponsi fidelium animarum, ad quecunque errorem fidei contrarium. Hoc luxuriæ genere luxuriantur hæretici, & seductitios suos faciunt luxuriari. De carnali præterea eorundem luxuria apertè ait Hieronymus: [C] Difficile est hæreticū reperire, qui diligat castitatem". Si aves audire ejus rei exempla, accipe ab eodem in Epistola ad Ctesiphontem: "Simon Magus hæresim condidit, *Helenæ* meretricis adjutus auxilio: *Nicolaus Antiochenus*, omnium immunditiarum repertor, choros duxit *femineos*: *Marcion* Romam præmisit *mulierem*, quæ decipiendos sibi animos præpararet: *Apelles*, *Philomenen*, suarum comitem habuit doctrinarum: *Montanus* immundi Spiritus prædicator, multas Ecclesias per *Priscam* & *Maximillam*, nobiles & opulentas fœminas, primùm auro corrupit, deinde hæresi polluit. Dimittam vetera, ad viciniora transcendam. *Arius*, ut Orbem deciperet, *Sororem Principis* antè decepit. *Donatus* per Africam, ut infelices quosque fœtentibus pollueret aquis, *Lucillæ* opibus adjutus est. In Hispania *Agape Elpidium*, mulier virum, cæca cæcum duxit in foveam: Successoremque sui *Priscillianum* habuit, Zoroastris Magi studiosissimum, & ex Mago Episcopum; cui juncta *Galla* (non gente, sed nomine) germanam huc illucque currentem alterius & vicinæ hæreseos reliquit hæredem. Nunc quoque mysterium operatur iniquitatis: duplex sexus utrumque supplantat". Hujusmodi luxuriantium apostasiam perstrinxit Ecclesiasticus, ubi ait: *Vinum & mulieres apostatare faciunt sapientes*. Optimè copulavit *vinum & mulieres*, gulam scilicet & libidinem: quia ut preclarè Tertullianus ait: [D] Veneri & Libero convenit: duo ista dæmonia conspirata & conjurata inter se sunt, ebrietatis, & libidinis". Consonat quoque Hieronymus: [E] Dixisse sufficiat (inquiens) quòd secundùm Apostolum, *In vino luxuria est*: & ubicunque saturitas atque ebrietas fuerint, ibi libido dominetur. Specta ventrem & genitalia: pro

A Beda lib. 3. in caput 10. Lucæ v. 24.

Rom. 1. 17.

1. Cor. 6. 16.

1. Cor. 3. 16.

B Ioan. Sarisb lib. 8. Policrat. cap. 5.

C Hieron. in cap. 9. Oseæ.

Eccli. 19. 2.

D Tertull. lib. de Spectaculis c. 10.

E Hieron. in cap 1. ad Titum v 7. Vide Epist. 147. & Epist 22. c. 4.

Eph. 5. 18.

,, pro qualitate vitiorum, ordo membrorum". Quid de hujus temporis hæreticis diceret Sarisberiensis; qui & per spiritalem luxuriam animas vastant, & virgines sanctimoniales in conjuges assumunt; ac per hoc ipsum, gloriam captare, & hominibus innotescere satagunt? Planè, quòd Erostrato Ephesini templi incensore, insaniores sint. Quid si & ipsi castitatis voto obstricti fuissent; & excusso jugo, matrimonia cum sanctimonialibus iniissent? Profectò exclamaret cum Ambrosio: [F] Nonne de his ,, pulchrè dicitur, *Quia effusi sunt gressus eorum*; ,, quorum spes lapsa, in vanum effusus labor, ,, vota sunt destituta? Considera enim aliquem ,, per aliquot annos habuisse studium probitatis, castitatis custodiam, vitæ attentioris affe- ,, ctum, piæ propositum servitutis, sedulæ observationis officium; subitoque eum esse mutatum, discessisse de monasterio, valedixisse ,, jejuniis, continentiæ renuntiasse, indulgere ,, deliciis, studere luxuriæ: dudum de monasteriis exierunt, & nunc luxuriæ sunt magistri, ,, disseminatores innocentiæ, incentores petulantiæ, obtrectatores pudoris: Nonne de his ,, pulchrè dixeris, *Effusi sunt gressus eorum*, quos ,, benè vixisse pœnituit? Egerunt itaque novi ,, generis pœnitentiam pro virtutibus, & non ,, agunt pro delictis. Sed hi *Ex nobis exierunt*, ,, dicit Ioannes, *sed non erant ex nobis: si enim ex* ,, *nobis fuissent, nobiscum perseverassent*. Hi ergo ,, viam suam condemnaverunt, quibus convenit dici: *O qui dereliquistis semitas rectas, abeundo in vias tenebrarum*".

F. Ambros. in Ps. 36. v. 23. Ps. 72. 2.

1. Io. 2. 19.

Prov. 2. 13.

XLVI. Quanquam omnes sine exceptione justi & justæ ex fide viventes templa sint Dei & habitacula Spiritus sancti, atque adeò eorum temeratoribus & eversoribus gravius immineat supplicium quàm Erostrato incensori templi Dianæ Ephesinæ, dicente Apostolo, *Si quis templum Dei violaverit, disperdet illum Deus*: Nihilominus peculiari præ reliquis modo ac ratione Virgo Maria, eâ præpollet dignitate ac prærogativâ, ex quo in ejus virginali utero *Verbum caro factum est*. Quapropter *Antidicomarianitæ* hæretici, qui ejus dignitati quoquo modo derogant aut obstrepunt, peculiari ratione obnoxii sunt prædictæ comminationi, *Si quis templum Dei violaverit, disperdet illum Deus*. Tales sunt Helvidiani, quorum Patriarcham Helvidium Hieronymus incensori templi Dianæ Ephesinæ comparans: [G] Toto (ait ei) Scri- ,, pturarum pelago derelicto, ad injuriam Virginis tuam rabiem contulisti; in exemplum ,, ejus, quem fabulæ ferunt, cùm vulgo esset ,, ignotus & nihil boni posset facinoris ex- ,, cogitare quo nobilis fieret, Dianæ in- ,, cendisse templum, & nullo prodente sacrilegium, fertur ipse in medium processisse, clami- ,, tans sese incendium subjecisse: sciscitantibus ,, Ephesi Principibus quam ob causam hoc ,, facere voluisset, respondisse: *Vt quia benè non* ,, *poteram, malè omnibus innotescerem*: & hoc quidem Græca narrat Historia. Tu verò tem- ,, plum Dominici corporis succendisti, tu con- ,, taminasti Sacrarium Spiritûs Sancti, ex quo ,, vis quadrijugam fratrum & sororum processisse congeriem". Et sanè nemo hodie Helvidium vel de nomine novisset, nisi in sacrilegum illum ausum prosiliisset. Unde & idem post paucula ibidem subdit ad ipsum: " Quis ,, te, oro, ante hanc blasphemiam noverat? Quis ,, dupondii supputabat? Consecutus es quod ,, volebas, nobilis es factus in scelere. Ego ipse ,, qui contra te scribo, cùm in eadem tecum ,, urbe consistam, albus, ut aiunt, aterve sis, nescio". Plures quoque alios percenset Theodoretus, qui ad imitationem Erostrati vel Pausaniæ, famam sibi sceleribus comparare voluerunt: [H] Sunt nonnulli (ait ille) qui cùm ex ,, genere, vel eruditione, vel rebus præclarè ,, gestis, laude dignam claritatem non habeant, ,, improbis studiis insignes evadere contendunt. Talis erat *Alexander* ille *faber ærarius*, ,, qui nihil in se habens suspiciendum, non generis nobilitatem, non dicendi facultatem, ,, non regendi populi, aut ducendi exercitus ,, peritiam, non bellicorum facinorum commendationem, sed illiberalem tantùm & sordidam exercens artem, ex solâ adversùs divinissimum Paulum insaniâ notus extitit. *Semei* quoque, homo planè obscurus, & servili ,, ingenio, ex sua adversùs divinum Davidem ,, insolentia celeberrimus evasit. Sed & *Manichæorum hæresis inventorem*, servum ferunt ,, fuisse mastigiam: & gloriæ cupiditate incensum, execrandam illam superstitionem excogitasse. Hoc ipsum nonnulli nunc quoque faciunt: qui expetendam virtutis gloriam, ,, propter labores præmittendos, fugientes, turpissimam sibi ac miserrimam famam pepere. ,, Cùm enim novorum dogmatum auctores esse ,, cuperent, ex multis Sectis impietatem emendicarunt, & perniciosissimam hæresim conflarunt".

1. Cor. 3. 17.

Io. 1. 14.

G. Hieron. lib. contra Helvid. cap. 8.

H. Theodoret. Præfat. in Polymorphum seu Eranistem.

2. Tim. 4. 14

2. Reg. 16. 13.

Vide eund. l. 1. Hæret. Fabul. c. 26.

XLVII. Mirum profectò ac penè incredibile dictu est, quantâ libidine pervulgandi ac perpetuandi sui nominis ardescant ambitionis mancipia; & quàm multiformia excogitent media, quibus ad concupitam famæ, si non æternitatem, saltem diuturnitatem quoquo modo pervenire queant. Hinc quippe parentes prolibus sua nomina imponere consuescunt; ut qui in seipsis perennare non possunt, in posteris suis utcunque superstent. Hinc rursùs qui naturali propagine carent, extraneas personas, quibus vocabula indant, adoptant. Non defuere insuper plurimi, qui picturis, sculpturis, fusuris seipsos effigiarent aut effigiari curarent, ut sibi aliquantisper superviverent. Multi prætereà herbis, floribus, pratis, agris, montibus, vallibus,

vallibus, arboribus, ſylvis, ſtagnis, paludibus, puteis, fontibus, fluminibus, fretis, ſinubus, ſcopulis, rupibus, inſulis, iſthmis, portubus, foris, vicis, plateis, domibus, theatris, turribus, gymnaſiis, pontibus, navibus, aquæductibus, piſcinis, balneis, vivariis, viridariis, hortis, vineis, obeliſcis, porticubus, machinis, telis, gemmis, metallis, veſtimentis, medicamentis, eſculentis, poculentis, armentis, ſodalitiis, diebus, menſibus, annis, annorum periodis; ipſis denique cæli ſtellis ac conſtellationibus tanquam interitui minùs obnoxiis, ſua nomina vel cognomina indiderunt: [I] Sydus (inquit Auguſtinus) quod appellamus *Luciferum*, honori „ac nomini Cæſaris dicare conati ſunt Romani. Et fortaſsè factum fuiſſet, atque iiſet in „ vetuſtatem, niſi avia ejus *Venus* præoccupaſſet hoc nominis prædium, neque jure ullo ad „hæredes trajiceret, quod nunquam viva poſſederat aut poſſidendum petiverat. Nam ubi „ vacabat locus, neque alicujus priorum mortuorum honore tenebatur, factum eſt quod „ in rebus talibus fieri ſolet: Pro *Quintili* enim „ & *Sextili* menſibus, *Iulium* atque *Auguſtum* vo„camus, de honoribus Julii Cæſaris & Auguſti *Cæſaris* nuncupatos". Verùm ſive cæleſtibus ſive ſublunaribus rebus ſua vocabula perpetuanda imponant, conſimili imaginariæ æternitatis cupidine æſtuant, nec illam Pſalmographi irriſionem effugiunt, dicentis de talibus, *Vocaverunt nomina ſua in terris ſuis*: [K] Nonne vi„des (ait Baſilius) eos qui fora & gymnaſia „in civitatibus ædificarunt, muros excitarunt, „ aquæductus conſtituerunt, ut nomina ipſo„rum ſuper hiſce terrenis operibus vocata „ ſint? Quin & equorum armentis eadem non„ nulli inſuſſerunt, ſepulchris quoque ac magni„ ficis monumentis titulos ſuos inſcriptos re„ liquerunt, ut ſui memoriam in longum tem„poris ſpatium prorogarent. Hi ſunt qui terre„ na, præſentiſque temporis gloriam ſapiunt, ac „ per hominum ora volitare tantùm ſtudent, „ atque iſta ſufficere ad felicitatem putant". Sive itaque cæleſtibus ſive terreſtribus rebus ſua nomina conſervanda indant, non aliud quàm per ora hominum volitare affectant, adeoque uni eidemque ambitionis vanitati inſerviunt. Addit porrò Baſilius continuò ibidem quod noſtro hîc ſcopo aptiſſimè congruit, dicens: " Quòd ſi videas quoſdam, in pravorum „ dogmatum notitia ſeſe jactantes, ac vanam „ præ ſe ſcientiam ferentes, proque Chriſtiani „ nominis appellatione, ab aliquo hæreſiarcha „ ſeipſos nominantes, ut à *Marcione* aut *Valen„ tino*, aut alio quopiam eorum qui nunc illu„ ſtres habentur: Scito quod & ipſi *Vocaverunt nomina ſua in terris ſuis*". Eidem propoſito accommodat Hieronymus illud Oſeæ, *Diviſum eſt cor eorum, nunc interibunt: ipſe confringet ſimulacbra eorum, & depopulabitur aras eorum.* [L] Hæ„reticorum inter ſe corda diviſa (ait ille) con„ trariis repugnare ſententiis, etiam ipſi non „ negant, dum diverſa ſentiunt. Unde diſper„ dentur; & confringet ſive ſuffodiet Domi„ nus ſimulachra vel altaria eorum, quæ de „ ſuo corde finxerunt: & vaſtabit titulos, „ quibus ſinguli ſuis appellantur nominibus; „ & *Vocaverunt nomina ſuper terras ſuas*; ut ne„ quaquam Chriſti Eccleſiæ, ſed illius vel illius eſſe dicantur". Quid porrò ex hujuſmodi nomenclationibus colligendum cenſeat Hieronymus, planiùs ipſe exprimit in fine Dialogi adversùs Luciferianos, dicens ſuo collocutori: " Brevem tibi apertamque animi mei „ ſententiam proferam: In illa eſſe Eccleſia „ permanendum, quæ ab Apoſtolis fundata, „ uſque ad hanc diem durat. Sicubi audieris, „ eos qui dicuntur Chriſti, non à Domino „ Jeſu Chriſto, ſed à quoquam alio nuncu„ pari, ut puta *Marcionitas*, *Valentinianos*, *Mon„ tenſes* ſeu *Campitas*: ſcito, non Eccleſiam „ Chriſti, ſed Antichriſti eſſe Synagogam. Ex „ hoc enim ipſo, quòd poſteà inſtituti ſunt, „ eos ſe eſſe indicant, quos futuros Apoſtolus „ prænunciavit. Nec ſibi blandiantur, ſi de „ Scripturarum capitulis videntur ſibi affirma„ re quod dicunt: cùm & diabolus de Scriptu„ ris aliqua ſit locutus, & Scripturæ non in le„ gendo conſiſtant, ſed in intelligendo".

XLVIII. In lege Moyſaica conſtitutum fuit, ut defuncti ſine prole fratris viduam frater ſuperſtes duceret uxorem, ſemenque ex ea ſuſcitandum non ſibi, ſed defuncto adſcriberet. Cujus conſtitutionis myſticam rationem Auguſtinus aſſignat iſtam: [M] Quia unuſquiſque „ Euangelii prædicator ita debet in Eccleſia „ laborare, ut *Defuncto fratri*, hoc eſt, Chriſto, „ *Suſcitet ſemen*, qui pro nobis mortuus eſt; *Et* „*quod ſuſcitatum fuerit, eius nomen accipiat.* Deni„ que hoc implens Apoſtolus, non jam carnali„ ter in præmiſſa ſignificatione, ſed ſpiritaliter „ in completa veritate, quos *In Chriſto Ieſu per* „ *Euangelium ſe genuiſſe* commemorat, ſuccenſet „ eis, & eos increpans corrigit volentes eſſe „ Pauli: *Nunquid Paulus*, inquit, *pro vobis crucifixus* „ *eſt, aut in nomine Pauli baptizati eſtis*? Tanquam „ diceret, Defuncto fratri vos genui, *Chriſtiani* vocamini, non *Pauliani*". Et rursùs Enarrat. in Pſal. 44. " Mortuus eſt Chriſtus (inquit) reſur„ rexit, aſcendit, abſentavit ſe corpore; ſuſce„ perunt fratres uxorem ejus, prædicatione „ Euangelii filios generaturi, non per ſemetip„ ſos, ſed per Euangelium, propter nomen fra„ tris: *In Chriſto enim Ieſu*, inquit, *per Euangelium*, „ propter nomen fratris, *ego vos genui*. Itaque „ ſuſcitantes propter nomen fratris ſemen fratri „ ſuo, quotquot genuerunt, non *Paulianos* aut *Petrianos*, ſed *Chriſtianos* nominaverunt". Et iterum poſt pauca ibidem: " Oſtendatur mihi „ Romæ in honore tanto templum Romuli,

I. Aug. lib. 2. de Doctrina Chriſt. c. 21.

De Commodo Imperatore, ſuum nomen imponente Menſi Septemb. vide Euſebium in Chronico Anno Chriſti 185.

Pſ. 48. 12.

K. Baſil. in Pſ. 48. v. 12.

Vide Hoſiū lib. 1 de Hæreſibus noſtri tempor.

Oſee 10, 2.

L. Hieron. in cap. 10. Oſeæ v. 2.

Vide Hilar. in 3. libello ad Conſtantium.

M. Aug. lib. 32. contra Fauſt. c. 10.

Vide Iſidor. Comment. in Deuter. cap. 14.

Deut. 25. 5. & 6.

1. Cor. 4. 15.

1. Cor. 1. 13.

,, in quanto ibi ostendo memoriam Petri. In ,, Petro quis honoratur, nisi ille defunctus pro ,, nobis? Sumus enim *Christiani*, non *Petriani*: ,, etsi nati per fratrem defuncti, tamen cogno- ,, minati nomine defuncti: per illum nati, sed illi nati". Gregorius similiter Nazianzenus:

N. Gregor. Naz. Orat. 31.

N. Petrum honore prosequor (inquit) nec tamen ,, *Petrianus* vocor: & Paulum, nec tamen *Pau-* ,, *lianus* nominor. Non fero me ab hominibus ,, nomen ducere, qui à Deo procreatus sum". Quò spectat item & illud Augustini adversùs Donatistas:

O. Aug lib. post collat. cum Donatist. c. 35.

O. Quid nobis per hominum nomi- ,, na dividi? Qui nos creavit unus est Deus, ,, qui nos redemit unus est Christus, qui nos ,, sociare debet unus est Spiritus: jam nomen Domini honoretur". Censuerunt nimirum sancti Patres inhonorari Christum, & ipsâ professione deseri Christianismum assumptione nominum extra nomen Christi. Patet id ex Hieronymo § præcedenti relato: Item ex Cypriano, ad Novatianos exclamante:

Hieronym.

P. Cyprian. lib. ad Novatian.

P. Qui aliquan- ,, do *Christiani* nunc *Novatiani*, jam non *Chri-* ,, *stiani*: primam fidem vestram perfidiâ poste- ,, riore per nominis appellationem mutastis! Et Epist. 76. "Si (inquit) qui Ecclesiam con- ,, temnunt, ethnici & publicani habentur; ,, multò magis utique rebelles & hostes, falsa ,, altaria, & illicita sacerdotia, & sacrificia sa- ,, crilega, & NOMINA ADULTERATA fingentes, ,, inter ethnicos & publicanos necesse est com- putentur". Item ex Lactantio, qui generaliter de hæreticis loquens, inter cætera ait:

Q. Lactan. lib. 4. c. 30.

Q. Divi- ,, num nomen & cultum per imprudentiam ,, perdiderunt: cùm enim *Phryges*, aut *Novatiani*, ,, aut *Valentiniani*, aut *Marcionitæ*, aut *Anthropiani*, ,, *aut Ariani*, seu quilibet alii nominantur *Christi-* ,, *ani* esse desierunt, qui Christi nomine amisso, humana & externa vocabula induerunt". Item ex Justino Martyre, qui de eis similiter loquens:

R. Iustinus Martyr Dialog. cum Tryphone. Vide Paciā. Epist. 2. & 3. ad Sympron.

R. Sunt distincti apud nos (inquit) suis ,, cognominibus, de nomine eorum, qui no- ,, væ cujusque sententiæ authores extiterant, denominati". Et mox infrà: "Christianos ,, se eo modo dicunt, quo plerique omnes ,, in Gentibus nomen DEI inscribunt statuis ,, manufactis, & iniquis se impiisque pol- ,, luunt dæmoniorum sacris. Eorum qui- ,, dam vocantur *Marcionitæ*, quidam verò *Va-* ,, *lentiniani*, *Basilidiani*, *Saturniniani*, & alii alio ,, prædìti nomine, à principe quisque sententiæ suæ". Item ex Origene, qui Megethio Marcionistæ dicenti se esse Christianum, respondit:

S. Orig. Dialog. de Recta in Deum fide.

S. Quomodo es Christianus, qui ne nomen ,, quidem Christiani ferre æquum censuisti? ,, Neque enim *Christianus* nominaris, sed *Marcionianus*". Item ex Antiocho Abbate, qui planissimè ait:

T. Antioch. Homil. 30.

T. Omnes Sectæ quæ à nomine ali- ,, cujus hominis appellationem sortitæ sunt, ut ,, *Ariani*, *Nestoriani*, *Severiani*, & aliæ similiter, ,, diaboli Sectæ sunt. Nam Ecclesia Catho- ,, lica non jam hominis nomine appellatur, sed ,, omnes nomine Domini Jesu Christi *Christiani* nominamur". Et rursus in Appendice ejusdem Homiliæ, postquam hæresum catalogum texuisset, subdidit: "Unaquæque ,, harum hæreseon, ab uno aliquo homine no- ,, menclaturam cognominem sortita, docet, ,, ejusmodi virum desertorem esse ac refugam Christi". Item ex Optato Milevitano, qui loquens de Donato, Donatistarum Patriarcha:

V. Optatus lib. 3 cont. Parmenian.

V. Cùm ante ipsius superbiam (inquit) om- ,, nes qui in Christo crediderant, *Christiani* vo- ,, carentur, ausus est populum cum Deo divi- ,, dere: ut qui illum secuti sunt, jam non *Chri-* *stiani* vocarentur, sed *Donatistæ*". Item ex Chrysostomo, qui ut ostenderet se cum sibi cohærentibus genuinos esse Christianos:

W. Chrysost. Homil. 33. in Act. Apostol. Vide Bern. Ser. 66. in Cantic.

W. Nun- ,, quid (inquit) scindimur ab Ecclesia? Num ,, hæresiarchas habemus? Num ab hominibus ,, cognomen habemus? Nunquid nobis dux ,, quidam est, sicut illi *Marcion*, & illi *Manichæus*, ,, huic *Arius*, alteri verò alius hæreseos dux"? Tanquam diceret, Quandoquidem nihil horum apud nos est, genuinus Christianismus penes nos est. Quod nequaquam esset, si illa apud nos essent. Patet denique idipsum, ut aliis percensendis supersedeam, ex Athanasio, qui ait:

X. Athan. Oratione 2. contra Arianos sub initium.

X. Nunquam populus ab Episcopis suis, ,, sed à Domino, in quem creditum fuit, no- ,, men accepit. Certè nec ab Apostolis quidem ,, præceptoribus nostris, ministrisque Euan- ,, gelii Salvatoris nostri, appellationes adepti ,, sumus: sed à Christo Domino, *Christiani* & ,, sumus, & nuncupamur. Qui verò aliunde ,, originem suæ fidei deducunt, meritò Au- ,, ctorum suorum, ut ad quos pertineant, ,, cognomenta præ se ferunt. Quapropter cùm ,, omnes à Christo diceremur essemusq; *Chri-* ,, *stiani*, explosus est *Marcion*, minister hære- ,, seos; reliqui autem, qui cum explosore ,, *Marcionis* remansere, *Christiani* titulum reti- ,, nuerunt; qui verò secuti sunt *Marcionem*, inde ,, jam non *Christiani*, sed *Marcionistæ* appellati ,, sunt. Ita quoque *Valentinus*, *Basilides*, *Manichæus*, ,, & *Simon Magus*, Sectatoribus sua vocabula im- ,, pertierunt: indeque factum, ut alii *Valenti-* ,, *niani*, alii *Basilidiani*, alii *Manichæi*, alii *Si-* ,, *moniani*, alii *Cataphryges* à Phrygia, alii à ,, *Novato* appellati sint *Novatiani*. Ita Mele- ,, tius à Petro Episcopo & Martyre ejectus, ,, sequaces suos non *Christianos* posteà, sed ,, *Meletianos* denominavit: quemadmodum & ,, Beato Alexandro *Arium* ejiciente, ii, qui ,, Alexandro adhæserunt, remansere *Christiani*; ,, qui verò cum *Ario* recesserunt, nomen Salva- ,, toris nostri relinquentes, *Ariani* deinceps ap- ,, pellati sunt. Quinimò etiam jam post mortem ,, Alexandri, qui ejusdem cõmunionis sunt cum ,, Athanasio ejus successore, & quibus ipse Atha- ,, nasius communione conjunctus est, omnes

eundem

„ eundem pariter characterem habent; neque „ ille suis nomen indit, aut à suis recipit; „ sed omnes, ut antè, consueto more *Chri-* „ *stiani* nominantur. Nam quamvis Magistri „ invicem sibi succedant, nosque illorum „ discipuli ab illis acceperimus quæ sunt „ Christianæ fidei, nihil tamen inde obsta- „ culi nascitur quo minus & titulo & re *Chri-* „ *stiani* appellemur. Contrà, qui hæreticos „ sequuntur, tametsi millies mille successo- „ res habeant, omnes tamen nomen ejus qui „ primus hæresim adinvenit referunt. Certè „ è vita exempto *Ario*, cùm multi è grege „ illo vices ejus successionemque susciperent, „ tamen omnes qui ejusdem cum eo sententiæ „ fuerunt, ex ipso notas suas insigniaque ha- „ bentes, *Ariani* nuncupantur: quod revera „ eximium & admirabile argumentum est. „ Nam qui etiam nunc ex Gentilibus omissâ „ idolorum superstitione, ad Ecclesiam veni- „ unt, non catechizantium fideique rudimen- „ ta tradentium nomina, sed Salvatoris in se „ nomen transferunt, & pro Gentilibus *Chri-* „ *stiani* incipiunt appellari: qui verò ex eo- „ dem genere ad istos abeunt, aut ab Eccle- „ sia ad hæresim transeunt, nomen Christi „ derelinquunt, & *Arianorum* vocabulo indu- „ untur; quasi qui non ampliùs fidem Chri- „ sti retineant, sed Arianæ insaniæ gregales „ habentur. Quomodo igitur Christiani sint, „ qui non *Christiani*, sed *Ariomanitæ* appel- „ lantur? Aut quomodo de numero Ecclesiæ „ Catholicæ habeantur, qui Apostolicam fi- „ dem excusserunt, & novarum pestium in- ventores se præbent"? Quemadmodum ita- que, teste superiùs Basilio, mundani homi- nes opibus ac potentiâ pollentes, proro- gandæ famæ gratiâ, *armentis equorum* sua no- mina vel insignia inurunt: ita hæresum con- ditores ingenio ac facundiâ valentes, consi- mili ambitione inflati, sua nomina gregibus hominum quos seducere potuerint impo- nunt; malentes suscitare sibi semen, quàm Christo: pascentes Christi oves ut suas, non ut Christi; *Celebrantes* cum ædificatoribus Babel *nomen suum*, non cum Apostolis no- men Christi. Se proinde ipsos convincuntur amare, non Christum; gloriam suam quæ- rere, non Christi; dominium suum, non Chri- sti; lucra sua, non Christi. Dixi, *Ingenio ac facundiâ valentes*: quia juxta Augustinum, Y. Non est putandum hæreses potuisse fieri „ per aliquas parvas animas: non fecerunt „ hæreses, nisi magni homines; sed quantum „ magni, tantum mali montes. Non enim „ *Montes* erant tales qui *susciperent pacem*, *ut* „ *colles susciperent justitiam*: sed illi dissensio- nem susceperunt à diabolo patre suo". Ex- empla subjungit aliquot hæresiarcharum, ut *Donati*, *Maximiniani*, *Photini*, & *Arii*. Qui- bus ex Vincentio Lyrinensi addi possunt *Apollinaris* & *Nestorius*; item *Origenes*, & *Ter- tullianus*. Hieronymus præterea idipsum asse- rit, & aliquot exemplis illustrat, sic scri- bens: Z. Hæreticorum terra fæcunda est: qui „ à Deo acumen sensus & ingenii percipi- „ entes, ut bona naturæ in Dei cultum ver- „ terent, fecerunt sibi ex his idola. Nullus „ enim potest hæresim struere, nisi qui arden- „ tis ingenij est, & habet dona naturæ, quæ „ à Deo Artifice sunt creata. Talis fuit *Valen- tinus*, talis *Marcion*, quos doctissimos legimus: „ talis *Bardesanes*, cujus etiam Philosophi ad- „ mirantur ingenium. Isti ergo terræ suæ „ bona verterunt in titulos mortuorum: quia „ omnis doctrina eorum non ad viventes re- „ fertur, sed ad mortuos, tam eos quos co- „ lunt, quàm illos quos decipiunt".

[Marginal notes: Vide Isidor. lib. 1. sen- tent. cap. 16. — Vide Basil. suprà §. 47. — *Gen.* 11. 4. — Y. Aug. in Ps. 124 v. 2. Vide Naz. Orat 26. sub initium. — *Ps.* 71. 3. — Vide Vin- cent. Lyrin. cap. 16. 23 & 24. — Z. Hieron. in cap. 10. Oseæ v. 1.]

CAPVT XV.

Ad Germanicæ Nationis seditiones descenditur: Christianorum in fide unanimitas sub initium superioris sæculi perstringitur: Discordiarum fax per Lutherum accensa memoratur: Accensor Avaritiæ & Philotimiæ insimulatur: Lutheranismi ebullientis tempus, locus, occasio signatur: Lutheri erga Apostolicum Præsulem ficta vel fluxa devotio notatur: Romam ille citatus tergiversatur: Augustæ coram Cardinale Caietano Legato comparet: Palinodiam nisi generalem canere detrectat: A Legato ad legantem appellat: Eius dogmata ab Academijs Catholicis reprobantur, à Præsulibus Apostolicis censurantur, à Cæsare in Comitiis Imperialibus cum Authore proscribuntur, à Synodis damnantur.

IL. EXplicatis in generali causis violati inter Christianos juris fraternæ unanimitatis per Christum invectæ, commendatæ, & primitus impertitæ; descendendum est particulariùs ad dissidia Nationis Germanicæ, quorum occasione præsentem scribendi laborem suscepimus. Sub initium igitur superioris sæculi, sopito quadantenus Hussitarum dissidio: [A.] Is fuit (Hosio teste) „ Orbis universi status, quàm latè patet in „ eo nomen Christianum, ut rectè de eo dici „ potuerit, quod in Genesi scriptum legi- „ mus, *Erat terra labii unius & sermonum eorundem*: quodque scribitur in Actis Apo- „ stolorum de iis qui primi in Christum „ credere cæperunt, *Multitudinis credentium erat cor unum & anima una.* Sicut unus Deus „ ab omnibus colebatur, ita fides una retineba- „ tur, una fuit & eadem administrandorum „ Sacramentorum ratio, unus & idem propè „ cæremoniarum ubique ritus. Idipsum dice- „ bant, idipsum sentiebant, idem sapiebant „ omnes: ut facilè *Civitatem* illam agnosceres, „ *cuius participatio in idipsum.* Quamobrem, „ quum unâ & eâdem essent omnes mente „ præditi, nomine quoque non nisi uno & „ eodem censeri volebant. Non vocabantur „ alij *Gnostici*, alij *Apostolici*, alij *Evangelici*, non „ alijs quibuscunque nominibus censebantur; „ sed à *Christo*, quem unanimiter profitebantur „ omnes, in quo sibi solo fas esse gloriari „ persuasum habebant, fideles, *Christiani* cuncti „ nominabantur: quo nomine nullum sibi „ dari posse gloriosius nomen existimabant". Ecce quemadmodum iuxta illustrissimi hujus Præsulis attestatione effigies quædam primævæ Christianorum unanimitatis redijsse in Ecclesiam, quoad negotium saltem Religionis, videatur! Scribebat quidem ista Hosius paulò post medium sæculi illius sub cujus initium rediviva Christianorum unanimitas, Luthero turbante, dirupta est: sed alludebat ad tempus rupturæ prævium, quo necdum hæresiarcha facem dissensionis accenderat. Præmiserat quippe verbis iam transcriptis hanc temporis notam, *Ante quadraginta hos annos.* Subjunxit quoque aliquanto inferius: " An- „ nus nunc agitur quadragesimus, cùm in „ lucem prodijt Martinus Lutherus, à quo „ primùm nostro hoc infelici sæculo fax est in Ecclesia Dei discordiarum accensa". Annum Scriptionis suæ ad calcem Epistolæ dedicatoriæ denotaverat millesimum quingentesimum quinquagesimum septimum: à quo si antrorsum percurras annos quadraginta, pervenies ad annum ejusdem sæculi decimum septimum, quo Lutherus suam facem discordiarum accendit. Ad quem annum cùm Christophorus Helvicus, Lutheranæ factionis Chronologus, in *Theatri Historici* tabulis pervenisset; in columna cui titulus, DOCTORES ECCLESIÆ, subnotavit: *Martinus Lutherus scribit contra Indulgentias anno* 1517. Rursùs cùm ad annum inde centesimū, hujusque sæculi decimum septimum, progrediendo pertigisset, hæc annotavit: *Iubilæus Euangelicorum primus à Reformatione per B. Lutherum factâ, & ante annos centum; Kalendis Novembris per Disputationem publicam VVitteberga captâ.* Ex quo illud obiter notandum, nihil eorum trium in Lutheranismo desiderari, quæ Vincentius Lyrinensis ait in qualibet hæresi reperiri: [B.] Revera (inquiens) „ quæ unquam hæresis, nisi sub certo No- „ MINE, certo LOCO, certo TEMPORE ebullivit"? Lutheranismus nimirum ebullivit sub nomine LUTHERI, ebullivit WITTEBERGÆ in Saxonia, ebullivit labente anno Christianæ Æræ millesimo quingentesimo decimo septimo, & quidem Kalendis Novembris; vel certè, ut alii plerique perhibent,

A. Cardinalis Hosius in Confutatione Prolegom, Brentij lib. 1. sub initium. Vide Lindā. in Dubitantio Dialog. 1. c. 6.
Gen. 11. 1.
Act. 4. 32.
Ps. 121. 3.
Helvicus Lutheranus
B. Vincent. Lyrin. c. 34.

bent, pridie Kalendas Novembris: nisi malis utrosque hac ratione conciliare, ut hi posteriores locuti intelligantur de publica Thesium affixione pridie ad Ecclesiæ valvas factâ, Helvicus de Disputatione postridie affixionis secutâ.

L. Quid verò Lutherum in *Indulgentias* commoverit, ut ab earum impugnatione auspicium secessionis suæ sumeret, fusè prosequitur Cochlæus lib. de Actis & Scriptis Lutheri, ad Annum 1517. & Surius ad eundem Annum, Lindanus item in Dubitantio Dial. 1. cap. 6. & ex ipso Prateolus in Elencho hæresum lib. 10. cap. 15. Breviter rem perstringit Hosius loco mox citato: " Ex

Cochlæus. Surius Lindanus. Prateolus. Hosius.

„ quàm parvâ autem scintillâ (inquiens) quæ „ non difficulter opprimi nascens poterat, „ quantus ignis exarsit! Initio non alia de „ re quàm de peccatorum condonationibus, „ vulgò vocant *Indulgentias*, disputari cæ„ ptum est. Eas Lutherus oppugnabat, non „ quòd legitimum earum usum prorsus dam„ naret, sed quòd abusum ferendum non esse „ putaret. Ut autem in hanc arenam descen„ deret, non recti zeli fervore, neque stu„ dio pietatis adductus est: sed cùm permo„ lestè ferret, quod sui Ordinis Fratribus „ prædicandarum Indulgentiarum munus an„ tea mandatum erat, quâ ex re non parum „ etiam emolumenti capiebant, id ad Do„ minicanos translatum fuisse, sicque suis „ commodum illud interversum: hæc illi cau„ sa fuit in certamen istud prodeundi. Quam„ obrem non aliò prima hæc illius velitatio, quàm ad *Deum ventrem* referebatur". Aliam præterea recalcitrationis ejus ansam commemorat Natalis Talapied in ipsius vita, ex Fontano & Sleidano excerptâ, & Lutetiæ Parisiorum Gallico idiomate ante annos circiter octoginta excusâ: repulsam nimirum à dignitate Cardinalitia, quam pridem ambierat, cùm Romæ negotia quorundam monasteriorum sui Ordinis procuraret: C· *Il va à Rome*, ait ille, *traicter les affaires des siens de telle sorte, quil faict appoinctement entre les parties à leur contentement. Il s'attendoit de lors avoir un chappeau de Cardinal. Mais le Pape Leon luy fit dire, qu'il estoit encore assez temps, & quil se contentast de l'habit de sainct Augustin. Luy qui estoit trop coleré, se partit de Rome, & revient à VVittenberg.* Ex quo apparet, in procreatione Lutheranismi intervenisse affectum commodi temporalis, & simul ambitionem principatus & gloriæ, de quibus Augustinus, cùm hæreticum describit, D· Qui alicujus TEM„ PORALIS COMMODI, & maximè GLO„ RIÆ PRINCIPATUSQUE sui gratiâ, fal„ sas ac novas opiniones, vel gignit, vel sequitur". Temporali namque commodo de Indulgentiarum promulgatione percipiendo

Phil. 3. 19.

C. Talapied in vita Lutheri sub initium.

D. Aug. lib. de utilitate credendi cap. 1.

Lutherus, cum suo incentore Staupitio, Provinciali vel Commissario, inhiarat: gloriam quoque principatumque sui ex Cardinalitia dignitate affectarat. Votis utrobique frustratus, indignatione conceptâ, falsas ac novas opiniones partim ipse genuit, partim à priscis hæresiarchis olim genitas, atque ab Ecclesia subsequenter extinctas, resuscitavit, & secutus est. Ex hac ergo indignatione odium concepit, non solum in Pontificem, dignitatis ambitæ denegatorem; sed in ipsos quoque Cardinales eadem dignitate splendentes, non tam personarum, quàm honoris inimicus: in Archiepiscopum item Moguntinum, qui Indulgentiale lucrum Augustinianis ademit; necnon in Dominicanos, in quos istud fuit derivatum; in ipsas denique Indulgentias, contra quas evulgavit præmemoratas suas Theses, nonaginta quinque assertionibus constantes; eodemque die, ut Lindanus loco citato refert, quo Theses Wittebergæ evulgavit, litteras ad Moguntinum destinavit, in quibus, mox post captatam præfatione benevolentiam, in hæc verba prorupit, prout est apud Cochlæum in Actis anni 1517. E· *Circumferuntur Indulgentiæ Papales, sub tuo præclarissimo titulo, ad fabricam sancti Petri. In quibus non adeò accuso Prædicatorum exclamationes, quas non audivi, sed doleo falsissimas intelligentias populi ex illis conceptas, quas vulgo undique iactant: videlicet quòd credant infelices animæ, si litteras Indulgentiarum redemerint, se securas esse de salute sua: item quòd animæ de purgatorio statim evolent, ubi contributionem in cistam coniecerint.* Et post pauca: *Idcirco tacere hæc ampliùs non potui: Non enim fit homo per ullum munus Episcopi securus de salute; cùm nec per gratiam Dei infusam fiat securus, sed semper in timore & tremore iubet nos operari salutem nostram Apostolus: & Iustus, inquit Petrus, vix salvabitur. Denique tam arcta est via quæ ducit ad vitam, ut Dominus per Prophetas Amos & Zachariam, salvandos appellet Torres raptos de incendio, & ubique Dominus difficultatem salutis denunciet. Cur ergo per illas falsas veniarum fabulas & promissiones, prædicatores earùm faciunt populum securum & sine timore: cùm Indulgentiæ nihil prorsus boni conferant animabus ad salutem aut sanctitatem, sed tantummodò pœnam externam, olim canonicè imponi solitam, auferant?*

Vide Lindan. in Dubitant Dial. 1. cap. 6.

E. Luther. in Epist. ad Moguntinum.

Phil. 2. 12. 1. Pet. 4. 18.

Mat. 7. 14. Amos 4. 11. Zach. 3. 2.

LI. Hisce Lutheranismi initijs mox sese opposuere PP. Prædicatores, signanterque inter eos Tetzelius: qui Francofordię ad Oderam sex supra centum conclusiones Luthericis contrarias evulgavit propugnandas. Quam ansam nactus Lutherus Apologiam pro suis Thesibus edidit, *Resolutiones Disputationum de Indulgentiarum virtute* inscriptam, & Leoni X. Summo Pontifici nuncupatam: in cuius præfatione, invidiam in æmulos suos derivare

Tetzelius.

Lutherus.

Vide Cochlæum in Actis anni 1518.

derivare studens, nonnisi coactum se in arenam prosilire profitetur: *Invitus*, inquiens, *venio in publicum, præsertim ego indoctus, stupidus ingenio, vacuus eruditione: sed cogit necessitas me anserem strepere inter olores. Itaque quo & ipsos adversarios mitigem, & multorum desideria expleam, emitto ecce nugas meas.* Converso deinde ad Pontificem Leonem Sermone: *Quare*, subdit infrà, *Beatissime Pater, prostratum me pedibus tuæ Beatitudinis offero, cum omnibus quæ sum & habeo: vivifica, occide; voca, revoca; approba, reproba, ut placuerit. Vocem tuam, vocem Christi in te præsidentis & loquentis agnoscam. Si mortem merui, mori non recusabo.* Romam tamen paulò pòst vocatus, ut coram judicibus à Papa delegatis, Auditore nimirum Cameræ Apostolicæ, & Magistro Sacri Palatii, causam diceret; varios prætextus obtendens, & Electoris Saxonici authoritatem interponens, tandem impetravit ut causæ cognitio committeretur in partibus. Commissa itaque est Cardinali Caietano Augustæ tunc Vindelicorum legatione fungenti. Constitutus igitur coram novo hoc Commissario Reus, atque ab eodem examinatus, tria jussus est de Papæ mandato præstare: Primum, ut ad cor rediret, erratorumque palinodiam caneret: Secundum, ut ab eisdem se imposterùm abstenturum promitteret: Tertium, ut ab aliis etiam quibuslibet Ecclesiæ turbativis caveret. Detrectavit ille mordicùs errata ulla agnoscere: cùm tamen impendentem pœnam pertimesceret, deliberandi spatium postulavit, impetravitque. Postridie reversus legit ex schedula manibus tentâ, coram Cardinale & quatuor Cæsareanis proceribus, protestationem submissionis hisce verbis à se conceptam: *Ego frater Martinus Luther Augustinianus, protestor, me colere & sequi Sanctam Romanam Ecclesiam in omnibus meis dictis & factis, præsentibus, præteritis, & futuris. Quod si quid contrà vel aliter dictum fuit, vel fuerit, pro non dicto haberi & habere volo.* Et quanquam in particulari noluerit errorem ullum suum agnoscere, vel revocare; addidit tamen, se suam doctrinam submittere judicio non solùm Ecclesiæ, sed quorumlibet meliùs sentientium; nominatimque Theologorum Academiæ Basiliensis, Friburgensis, Lovaniensis, aut Parisiensis. Sed cùm Cardinalis sub interminatione censuræ urgeret ut particulatim ac punctuatim satisfaceret tribus prædictis postulatis, à Pontifice præscriptis; subtraxit se examini, & impetrato à Cæsareis quibusdam Consiliariis salvo conductu, clam abscessit; relictâ tamen penes confidentes suos scedulâ appellationis à Cardinale ad Pontificem, post abitum suum publicè affigendâ. Anno sequenti sub exitum Iunii disputavit Lipsiæ cum Joanne Eckio, succedens Carolstadio qui disputationem inchoaverat, præsentibus

Cardin. Caiet.

Eckius.

Consiliariis Georgii Ducis: à quibus aliquando admonitus, ut in causa Dei & Religionis debitam servaret modestiam: *Non propter Deum*, respondit, *hæc causa capta est, nec propter Deum finietur.* Mense Novembri ejusdem Anni 1519. Facultas Theologica Lovaniensis Articulos aliquot doctrinæ ipsius censuravit, omnium Academiarum prima: quam paulò pòst imitata est Coloniensis. Leo demum Papa, cernens hominem in peius continuò proficientem, & sermones eius instar cancri serpentes, non ultrà connivendum ratus, quadraginta circiter ipsius Articulos Papali censurâ proscripsit, per Bullam die 15. Iunij 1520. expeditam. Anno exinde proximo, die 15. Aprilis, Facultas Theologica Parisiensis suam quoque Censuram adjecit. Sub initium Maij proximè sequentis Carolus V. Imperator, exequendo Papæ Leonis Diploma, evulgavit Edictum Wormaciense, in quo universos sibi quovis titulo subditos alloquens: [F] Ex Imperiali (inquit) & Regia authoritate, nec non consilio & assensu Electorum, & omnium Sacri Romani Imperij Principum, Ordinum & Statuum in hac celeberrima & frequentissima Imperiali dieta Wormaciæ congregatorum; ad perpetuam rei memoriam, exequendo S.mi D. N. Papæ, veri hac in parte Iudicis, Sententiam, Decretum, & Condemnationem, in literis Apostolicis ad Nos directis contentam; *Martinum Lutherum*, ut membrum ab Ecclesia Dei abalienatum, ut obstinatum Schismaticum, & notorium hæreticum, à nobis haberi declaramus: & ut talem à vobis omnibus habendum Decernimus, & Edicimus". Adrianus VI. Leoni X. in Pontificatu datus Successor, Constitutionem Prædecessoris novo iterum Decreto firmavit Anno 1522. misso eam in rem Apostolico diplomate ad Fredericum Saxoniæ Ducem, præcipuum Lutheri protectorem, & Lutheranismi fautorem. Vbi postquam Lutherum suis coloribus tanquam pestilentissimum Antichristi Apostolum vivaciter depinxisset, tandem hac ad Saxoniæ Ducem & Populum apostrophe finiit: [G] Revertimini ad cor & resipiscite Tu tuique miserè seducti Saxones, nisi utrumque gladium, Apostolicum simul & Cæsareum, olim velitis experiri". Et de Cæsareo quidem gladio, notum est toti Orbi Christiano, quemadmodum eum experti sint Saxones cum suo Duce Joanne Frederico, prædicti Frederici nepote ex fratre, non plenè elapsis viginti quinque annis ab hac comminatoria Adriani prædictione. Apostolicum denique gladium quotannis experiuntur, si experiendi spiritalem habeant ullum sensum, & experientur quamdiu Bulla Cænæ repetetur; in cujus primo paragrapho habetur:

Lutherus.

Lovanienses.

Colonienses.

Leo X. Papa.

Parisienses.

F. Carol. V. in Edicto Wormaciensi, die 8. Maii, 1521.

G. Adrianus VI. in Dipl. ad Saxoniæ Ducem.

Excommu-

H.Bull. Cænæ §. 1. " Excommunicamus & anathematizamus, ex „ parte Dei Omnipotentis, Patris, & Filii, & „ Spiritûs Sancti, authoritate quoque Beato- „ rum Apostolorum Petri & Pauli, ac Nostrâ, „ quoscunque Hussitas, Wicleffistas, LVTHERANOS" &c. Habitæ præterea fuere diversis in Provinciis ac Regionibus Ecclesiasticæ Synodi adversùs ebullientem & sese diffundentem Lutheri perfidiam : ut Senonensis in Gallia Anno 1528. Moguntina in Germania Anno 1549. Trevirensis eodem anno: Coloniensis eodem Anno : Petricoviensis in Polonia Anno 1551. quam Cardinalis Hosius mirificè illustravit & solidis probationum fulcris constabilivit. Tridentina denique Oecumenica in confinio Italiæ ac Germaniæ, inchoata quidem sub Paulo III. Summo Pontifice Anno 1545. sollicitante potissimùm Carolo V. Cæsare cum Germaniæ Principibus & Imperii Proceribus: terminata demùm Anno 1563. sub Pio IV. Summo Pontifice, atque ab eodem confirmata die 26. Januarii 1564. postulantibus universis Synodalibus Patribus; Romanum Imperium moderante Ferdinando Cæsare ejus nominis primo, Caroli V. germano fratre.

CAPVT XVI.

Lutheri in pejus proficientis inconstantia, insolentia, impudentia, maledicentia perstringitur. Genio Ismaëlitico percitus linguam exerit, & calamum stringit in omnes sibi adversantes. Quibus pridem se submittebat, insultat; & quos se suspicere profitebatur, incessit. Cajetanum Cardinalem irridet, Academias damnatrices suas proscindit, Pontifici retalians Ius Canonicum exurit; nihil minùs facturus Cæsareo, nisi plus timuisset gladium sæculi, quàm Petri. Pontificem proclamat Antichristum, & Turcâ deteriorem; Episcopos Antichristi Apostolos, Academias lupanaria, Romanam Curiam Sodomæ colluviem, Apostolicam Sedem cathedram pestilentiæ, Antichristianam, diabolicam. Synodis auctoritatem detrahit: Dominationem spernit: Majestatem tam Regiam quàm Cæsaream blasphemat, Comitia Imperialia fœdè dilacerat, totum Mundum lacessit. Protestantici nominis origo. Confessionis Augustanæ *exhibitio, ridicula ex nomine ominatio, blasphema cum Niceno & Athanasiano Symbolis per Lutheranos excogitata comparatio.*

LII. SUperiori capite vidimus quemadmodum Lutherus suam ab Ecclesia secessionem inchoaverit, & qualiter Orthodoxi Ecclesiæ ac sæculi Principes, Academiæ item, & Ecclesiasticæ Synodi, Comitiaque Imperialia, secessioni ejus obviare obsistereque fategerint: videamus porrò quemadmodum in pejus perpetuò profecerit, errando, & in errorem mittendo, quoadusque insipientia eius nota fieret omnibus. Quamvis igitur Augustæ Vindelicorum coram Cardinale Cajetano constitutus, eundem submississimè suspexerit, quin etiam domum reversus ad eum officiosissimè rescripserit, [1] Extollens ejus clementiam, humanitatem, & sapientiam; „ quòd qui vi agere potuisset, per Staupitium „ agere maluerit; qui talis ac tantus apud ipsum „ sit, ut nullus sit in Mundo, cui libentiùs auscultet & consentiat". Quamvis, inquam, ita se tunc erga Cardinalem gesserit; tamen in Actis de sua conferentia Augustana conscriptis, longè secùs eundem depinxit: *Video*, inquiens, *libellos edi, & rumores varios spargi de Actis meis Augustensibus: quanquam verè nihil ibi egerim, quàm quòd & tempus & sumptus perdidi; nisi id satis abundè fuerit operis, quòd novam audivi linguam latinam; scilicet, quòd veritatem docere, idem sit, quòd Ecclesiam perturbare: adulari verò, & Christum negare, id est Ecclesiam pacificare & exaltare.* (Lutherus.) Plura alia ejusdem in Cardinalem scommata & convitia commemorat Cochlæus in Actis istius Anni: uti & in Eckium & Emserũ in Actis anni sequentis. Et licèt corã Cardinale constitutus, Academicorum Doctorum judicium subire obtulerit, tamen ut primùm se à Lovaniensibus & Coloniensibus censurâ notatum intellexit, irâ percitus librum edidit,

1. Apud Cochlæum in Actis Anni 1518.

Responsionis ad condemnationem Coloniensium & Lovaniensium, titulo prænotatum : in quo hæc inter alia ait : *Fiducia pronunciandi Magistris nostris , sive veris sive personatis , adimenda est: ostendendumque, quantis opus est firmamentis ut credatur ijs , qui rarò pronunciaverunt benè , frequenter autem ac ferè semper pronuntiaverunt malè. Quin cùm semel malus semper præsumatur malus , iuxta Iuris Regulam ; nusquam , nunquam, in nulla re credendum erit Magistris nostris quibuslibet. Quorum iudicium constat iam à multis annis non modò inconstans & præceps , sed & erroneum, hæreticum , temerarium , & cæcum : cui nemo debeat fidere tutò , nisi quem Deus iratus operationibus erroris mandet illudi* . Atque ut binas illas Facultates, primas condemnatrices Articulorum suorum majori , ludibrio exponeret , & in communem contemptum adduceret; in aliis quoque Opusculis suis crebrò eas explodebat & lædoriis irridebat: annotans ad marginem locorum, quibus aliquid suo judicio ridiculum ineptumvé referebatur, hæc adverbia abs se excogitata, *Lovanialiter, Colonialiter, Magistraliter, Nostraliter.* Inter cæteras item Facultates , quarum judicio pariturum se promiserat, Parisiensem extulit ; tanquam *Studiorum parentem , & ab antiquo semper Christianissimam , ac in Theologia florentissimam:* Postquam verò censuram ejus in se latam perspexisset, tantò petulantiùs eam præ cæteris incessit, quantò adulantiùs pridem dilaudaverat. Pupugerunt quippe & abalienarunt ejus animum hæc Parisiensium ibi verba: [K]Sollicitiùs „ per nos examinatâ ac maturiùs universâ do„ ctrinâ Lutheriano adscriptâ nomini, & ad „ plenum discussâ : execrandis illam erroribus „ scatere certò deprehendimus, & judicavimus, „ fidem potissimùm contingentibus & mores: „ quódque simplicis populi seductiva sit,omni„ bus Doctoribus injuria, Potestati Ecclesiasti„ cæ & Ordini hierarchico impiè derogativa; „ apertè schismatica, sacræ Scripturæ adversa, „ & ejus depravativa , atque in Spiritum san„ ctum blasphema. Et ideò velut Reipublicæ „ Christianę perniciosam censemus omninò ex„ terminandam, ac palàm ultricibus flammis „ committendam: Authorem verò ad publicam „ abjurationem modis omnibus juridicis compellendum ". Scripsit mox Apologiam contra hanc Censuram non Lutherus ipse , sed ejus Achates Philippus Melanchton , inscriptam: *Adversus furiosum Parisiensium Theologastrorum Decretum* &c. Eam posteà Lutherus ipse in Teutonicum vertit , suumque de Censoribus judicium hoc tenore interposuit : *Academia Parisiensis, in parte suprema , quæ Facultas Theologiæ nuncupatur , est à vertice usque ad plantam mera , & ut nix alba, lepra vera novissima Antichristianaq́; & capitalis hæreseos : Mater omnium errorum in Christianitate , maxima meretrix Spiritalis quam Sol unquam vidit, & vera postica Inferni.* Quis hìc non usurpet illud Hieronymi de Ruffino : [L] Versò stylo , quem prædica„ veras, quia consortem putabas; accusas, quia „ perfidiæ tuæ cernis inimicum " ? Et illud item Basilii de quibusdam sui ævi Sectariis: [M] Unus „ illis scopus est, ubique quæ sua sunt ipsorum „ quærere , & pro amico habere , si quis desi„ deriis eorum cooperetur; hostem verò duce„ re, nec ab ulla se adversùs illum calumnia „ cohibere , qui desideriis ipsorum resistat"? Nimirum, sicut idem paulò infrà subdit: " Ho„ mines similes sunt nubeculis , pro ventorum „ immutatione in aliam atque aliam aëris partem jactatis".

K.Censura Parisiēsis in Lutheri doct. lata 15 April. 1521.

Melanchton.

Lutherus.

L.Hieron. lib.3 contra Ruffin. cap 4.

M. Basil. Epist.82.

LIII. Quantam reverentiam erga Ecclesiam Romanam & ejus Præsulem Lutherus ante emanationem Leoninæ Censuræ præ se tulerit, patet partim ex ejus protestationibus ac submissionibus præcedenti capite §.51. relatis, partim ex alia protestatione quam libro *Resolutionum* ibidem memorato subjunxit , quâ declarabat, *Se deferre non solùm sacris litteris , verùm etiam sacris Canonibus , Decretalibusq́; Pontificijs , & Ecclesiasticis Patribus.* Verùm ubi intellexit, se à Pontifice anathemati subjectum, doctrinam suam articulatim proscriptam, librosque exustos , primò *Assertionem Articulorum per Papam damnatorum* edidit , & à Papa ad Concilium appellavit. Deinde [N] Factus auda„ cior (ut ait Cochlæus) facinus attentavit, „ atque etiam perpetravit sanè audacissimum, „ & omnibus retrò sæculis inauditum.Quippe „ sacros Canones , & Sanctorum Patrum De„ creta, totumque Jus Pontificium, simul cùm „ Bullis Papalibus,litterisque & Sigillis Indul„ gentiarum, aliorumque Indultorum Papa„ lium,publicè damnavit ad ignem,& combus„ sit". De quo ejus facto Christianus Mathiæ è Lutheri Gregalibus Historicus , ita scribit ex Mathesio,Ghytræo,ipsoque Luthero: [O] Lu„ therus,cùm hactenùs Papæ authoritatem ne„ quaquam violare voluisset, arbitratus, ipso „ inscio quæstores Indulgentiarios abuti sacrâ „ potestate; postquam se anathemate ab eo peti, „ librosque suos exuri intellexit ; tanto zelo „ est inflammatus , ut LEONEM prædicaret „ esse Antichristum ; ac diploma ejus , Jus„ sque ipsum Pontificium, Wittebergæ die 10. „ Decembris , projiceret in flammas , addens „ illud dictum Samsonis heroicum, *Quemadmodum fecerunt mihi, ita feci eis*". Cùm præterea intellexisset,se unà cum complicibus & fautoribus suis nominatum fuisse per Papam Leonem in Bulla Cænæ, nominatimque cum hęreticis excommunicatum , librum edidit contra eandem Bullam , hujusmodi utens exordio : *Martinus Lutherus S.mæ Sedi Romæ , & toti eius parlamento , Meam gratiam & salutem inprimis: S.ma Sedes crepa , & non frangere , ob hanc novam saluta-*

Lutherus.

N Cochlęus in Actis anni 1520. Vide Lindanum in Dubitantio, Dialogo 1. cap. 6.

O. Christ. Mathiæ in Theatro Histor. lib. 4. pag. 718.

Iud. 15. 11

Lutherus.

salutationem, in qua nomen meum primo & supremo loco pono, osculandorumq; pedum obliviscor. Rursùs in Refutatione sexti paragraphi Bullæ, quo excommunicantur vendentes, vel apportantes arma bellica Turcis aut Saracenis: *Quid mali,* inquit, *facit Turca? Occupat Provincias, & gubernat temporaliter. At hoc ipsum à Papâ quoque nos pati oportet, qui & corpus & vitam nobis excoriat, quod Turca non facit. Ad hæc permittit Turca unumquemque in fide sua permanere, quod Papa non facit; sed cogit universum Mundum à fide Christi ad sua diabolica mendacia: ut regimen Papæ in corpore, bonis & anima, decies nimirum pejus sit, quàm Turcæ: & si Turcam expugnare velimus, à Papa incipiendum nobis esset.* Nec mirari oportet Lutherum æquiparare vel postponere Turcæ Papam, quem contendit esse Antichristum. In Præfatione quippe libri *de abroganda Missa,* jactat, *se unum fuisse ausum contradicere Papæ, & credere eum esse Antichristum: Episcopos esse eius Apostolos: Academias esse eius lupanaria.* In libro item *contra Epitomen Sylvestri,* Principes quosque hortatur ut Papam cum Cardinalibus & tota sua curia funditùs deleant: *Quid enim ballant perditi homines,* inquit, *etiam communi sensu privati, quàm id quod Antichristus prædicitur facturus? Si fures furcâ, si latrones gladio, si hæreticos igne plectimus: cur non magis hos magistros perditionis, hos Cardinales, hos Papas, & totam istam Romanæ Sodomæ colluviem, quæ Ecclesiam Dei sine fine corrumpit, omnibus armis impetimus, & manus nostras in sanguine istorum lavamus?* In Adrianum quoque Sextum, qui adversùs ipsum miserat Apostolicum Breve ad Fredericum Saxoniæ Ducem, prout superiori capite dictum est; peculiarem scripsit libellum, convitijs refertissimum. Nec hoc contentus, etiam in alio libello post obitum Adriani edito adversùs Canonizationem Sancti Bennonis, cui titulus, *Adversùs novum Idolum & antiquum diabolum Misniæ exaltandum,* in eundem Adrianum ferocissimè debacchatur, dicens inter alia: *Quanquam audio de illo Adriano, quòd fuerit splendidæ ac laudatæ vitæ: fuit tamen, ut hujusmodi hypocritæ solent, pessimus hostis Dei, & ejus verbi.* Nimirum pessimus Dei hostis Luthero est, quisquis ipsius Lutheri furori obsistit. Obstitit autem Adrianus & ante Pontificatum, & in Pontificatu. Præterquam enim quòd Lutheranos quosdam exuri Bruxellæ curaverit, prout Lutherus ibidem conqueritur; ante Pontificatum, Cardinalis existens Derthusensis, Censuram Facultatis Lovaniensis in Lutherum sibi communicatam comprobavit, promulgandamque censuit: prout patet ex ipsius Epistola Censuræ præfixa, & ex Latomo in Præfatione Operum suorum adversus Lutherum pro defensione ejusdem Censuræ. Quæ Censura quantoperè vexaverit Lutherum, perspici facilè potest ex dictis paragrapho præcedenti: quantoperè autem ex adverso complacuerit Apostolicæ Sedi ejusque Præsuli Leoni X. perspici similiter potest ex Bulla ejusdem Leonis adversus Lutherum, ubi & Facultatem ipsam appellat, *Agri Dominici piissimam religiosissimamq; cultricem:* ipsamque Censuram vocat, *Non minus doctam, quàm veram ac Sanctam.* In Pontificatu denique Adrianus Lutherico furori obstitit, dum Apostolicum Breve suprà memoratum expedivit: in quo de Luthero ipso hæc inter alia scribit: "Illumne esse Antichristi Apostolum, cuiquam obscurum esse poterit? Qui non modò Sacerdotes Dei, sed & Principem Sacerdotum, Petri Successorem, Jesu Christi in terris Vicarium, tam nefandis infamibusque nominibus, tam inauditis contumeliis, conviciis, ac blasphemiis nusquam non lacerat, discerpit, & insectatur, ut ea commemorare pudica lingua refugiat, audire castæ aures horreant. Qui Apostolicam Cathedram, in qua præsedit caput Apostolorum Petrus, cui præfuerunt tot Sancti Pontifices, quam *Ecclesiam principalem unde sit exorta unitas Sacerdotalis,* Sanctus ille & gloriosus Martyr Cyprianus non dubitat asserere, impio ac pestilenti ore *Cathedram pestilentiæ, Antichristianam, diabolicam,* & si quæ potuit excogitare nefandiora, toties appellare non cessat. Qui scholas Christianas, quæ tam multos doctissimos sanctissimosque viros, tam egregias in Ecclesia Dei columnas nobis protulerunt, impudicâ linguâ suâ, *Lupanaria, Sodomas, & Gomorrhas,* ubique vocare non verecundatur" &c. Ob has ergo causas in Adrianum ita debacchatus est Lutherus, ut eum *Dei & verbi eius pessimum hostem* in prædicto suo libello appellârit. In quo etiam libello bilem quoque suam in Dominicanos, primos utique æmulos suos in causa indulgentiarum, evomuit, signanter in Beatum Thomam Aquinatem præcipuum eorum Magistrum, de quo ibi ait: *Thomas Aquinas, fons est & sentina omnis hæreseos, errorisq;, & extinctionis Euangelij, sicut indicant eius libri.* In libro item contra Regem Angliæ Dominicanos passim appellat *Thomisticos porcos, insulsissimos asinos* &c. Quamvis autem Ecclesiasticis Conciliis deferre aliquando videri vellet, ut cùm à Papa ad Concilium provocavit: nihilominus antequam ullius adhuc Synodi Decreto damnatus fuisset, quàm parum eis reipsâ deferret indicavit. Nam Articulus ejus vigesimus nonus, à Leone X. Anno 1520. damnatus, ita sonat: *Via nobis facta est enervandi authoritatem Conciliorum, & liberè contradicendi eorum gestis, & iudicandi eorum Decreta, & confidenter confitendi quicquid verum videtur, sive probatum fuerit sive reprobatum à* QUOCUNQUE CONCILIO. In Assertione hujus Articuli contra Pontificiam Censuram contendit quidem, Pontificem

Vide Concilium in Actis Anni 1523. & 1524.

Adrianus VI.

Leo X.

P. Adrianus VI. in Brevi ad Saxoniæ Ducē cont. Lutheranos.

Lutherus.

tificem *Malignanter & insidiose captasse sua verba sic ponendo Articulum, ac si ipse voluisset, Conciliis resisti pro cuiusque libidine*: verumtamen in hac cavillatione adeò dedignatur persistere, ut post pauca ibidem subjungat: *Quod si etiam nunc dicerem, cuilibet pro libidine licere Conciliis resistere, recte dicerem.* Non solùm igitur eos à quibus damnatus jam fuerat, sed quorum etiam futuram damnationem prætimebat, Lutherus vel conviciis incessit, vel contemptu preoccupavit. Hinc Carolus V. Cęsar in Edicto Wormaciensi de eo loquens, inter cætera ait. Q. Concilium ipsum generale, si quod fieret, „ suspectum se habere protestatus est: Et, ut „ certissimo & omni exceptione majori testi„monio nobis constat, pollutissimo & sceleratis„ simo ore profari non est veritus, *Res Euangelij „ & Catholicæ fidei nunquam fuisse in Conciliis gene„ ralibus benè tractatas.* Unde non injuriâ pluri„ mùm Nobis mirari subiret, curnàm à Summi „ Pontificis sententiâ ad generale Concilium „ nuper provocârit, cùm tam impiè de Con„ ciliis ipsis loquatur & scribat; nisi manifestè „ sciremus, ut nihil est hæreticis æquè formi„ dabile atque œcumenicum Concilium, ita „ nihil illis iisdem magis proprium esse, quàm „ ut dictis factisque & scriptis secum ipsi dissi„ deant. Quod si usquam alibi, præcipuè in „ Lutheri libris, divinâ providentiâ sic ope„ rante quò ipsius vana ædificia per se ruant, passim legere & videre est".

Q. Carolus V. in Edicto Wormaciensi adversùs Lutherum.

LIV. Inter hæreticorum notas ab Apostolo Juda commemoratas una est, quòd *Dominationem spernant, Maiestatem blasphement.* Cui non absimile est quod de eis ait Petrus Apostolus, *Dominationem contemnunt, audaces, sibi placentes, Sectas non metuunt introducere blasphemantes.* Quapropter cùm hactenùs in decursu hujus capitis ostenderimus quemadmodùm Lutherus Ecclesiasticos Proceres cætusque contempserit, ostendendum superest qualiter se erga civiles Potestates Majestatesque gesserit. Cùm itaque Anno 1521. Henricus VIII. Anglorum Rex, librum suo nomine contra Lutheri *Captivitatem Babylonicam* edidisset, summoque Pontifici Leoni X. Lutheri damnatori dedicasset, atque ab eodem per Diploma Apostolicum, V. Idus Octobris ejusdem Anni expeditum, *Defensoris fidei* gloriosissimum titulum reportasset: Lutherus in rabiem actus, Regiam Majestatem nihil omninò reveritus, tot tantisque conviciis librum suum Regio libro oppositum inferſit, ut non abs re Thomas Morus, Angliæ postmodum Cancellarius, cùm commemorasset qualiter Lutherus suis gregalibus injunxisset, ut undique conquirerent sibi rescribendi materiam, subdiderit de iisdem gregalibus: R. Abeunt illi, alius aliò, quò quemque „ tulit animus: & se per omnia plaustra, vehi„ cula, cymbas, thermas, ganea, tonstrinas, „ tabernas, lustra, pistrina, latrinas, lupanaria „ diffundunt; illic observant sedulò, atque in „ tabellas referunt, quicquid aut auriga sordidè, aut servus verniliter, aut Portitor im„ probè, aut Parasitus scurriliter, aut meretrix „ petulanter, aut leno turpiter, aut balneator „ spurcè, aut cacator obscænè locutus sit. Atque „ hæc cùm aliquot fecissent menses, tum de„ mum quicquid undecunque collegissent con„ viciorum, iurgiorum, scurrilium scommatum, „ petulantiæ, spurcitiæ, sordium, luti, cæni, ster„ corum, omnem hanc colluviem in fœdissi„ mam cloacam Lutheri pectus infarciunt. Quâ „ ille totam, in libellum istum suum convicia„ torium, per os illud impurum, velut comesam „ merdam revomuit. Inde acervus ille spurcis„ simorum latratuum, quibus solis stultissimus libellus impletur". Rursùs in finali Peroratione, annumerans Lutherum eis qui improbis factis aut dictis memoriam sui nominis perpetuare studuerunt, quales suprà aliquot memoravimus cap. 14." Eo modo rem tractat (ait de „ ipso) ut planè se declaret meditari secum im„ mortalitatis quoddam genus absurdissimum, „ eâque jam cępisse perfrui, & totus esse, ver„ sari, vivere in hujusmodi sensu & titillatione „ gloriolæ, quòd futurum præsumat post ali„ quot adhuc ætatum myriadas, ut recordentur „ & loquantur homines, fuisse olim aliquando „ apud sæculum prius nebulonem quendam, „ cui nomen *Luthero* fuerit; qui cùm cacodæ„ mones impietate vicisset, ut dignis emblema„ tis ornaret suam Sectam, picas garrulitate, le„ nones improbitate, prostibula obscænitate, „ scurras omnes scurrilitate superarit: qui id stu„ duerit, curarit, effecerit, ut velut Philoso„ phorum Sectæ ex ipsis habent vocabula, & „ *Gnato* meditatus sit parasiti itidem ut *Gnato„ nici* vocentur: sic absurdissimum genus hære„ ticorum, impietatis, scelerum, spurcitiæque colluvies, appellentur *Lutherani*". Atque ut specimen aliquod Luthericæ immodestiæ perspiciat Lector, unum alterumve ejus locum describam, quibus Regiam Majestatem petulantissimè blasphemat: S. *Stipulâ & fœno*, ait de Rege, *contra rupem verbi Dei pugnat: ut nescias, an ipsa mania sic insanire possit, aut ipsa stoliditas tam stolida sit, quàm est caput hoc Henrici nostri; forte ut verùm faciat proverbium,* AVT REGEM AVT FATVVM NASCI OPORTVIT. Inferiùs item apud eundem c. 7. & 8. hisce conviciis Regem impetit: *Stolidum caput, Stolidus Rex, Stipes intractabilis, Truncus, lethargicus Thomista &c.* Superiùs quoque c. 6. *Ego*, inquit, *sine larva sed apertè dico Regem Angliæ Henricum istum planè mentiri, & scurram levissimum mendaciis suis magis referre, quàm Regem. Hoc crimine Ego Lutherus Thomistam hunc virulentum palam accuso, & testibus tum libellis tum Lectoribus meis per Orbem convinco. Facessat mihi hac in re Maiestas Regia, & mea*

Iude v. 8.

2. Pet. 2. 10.

Vide exemplar hujus Dipl. apud Sander. lib. 1. de schis. Anglicano.

R. Thom. Mor. lib. 1. contra Luther. c. 5.

S. Lutherus apud Morum lib. 1. cap. 3.

& mea humilitas : cum mendace scurrâ loquor, Regiis titulis velato, de rebus divinis ; quarum iniuriam adversus mendacia tueri pertinet ad quemlibet Christianum. Si stultus Rex sic Regiæ Maiestatis obliviscitur, ut mendaciis apertis in publicum audeat prodire, idque dum sacra tractat; cur mihi non pulchrum sit, mendacia eius rursus in os eius regerere? His tamen & innumeris aliis ejusdem vel pejoris furfuris blasphemiis non obstantibus, Lutherus in Epilogo libri sui ait : *A virulentia & mendaciis abstinui, quibus liber Regis refertissimus est.* Nimirum aut oblitus est Lutherus dictorum suorum, aut certè ea omnia quæ recitavimus, ei non sunt *virulentia*; nedum *mendacia*: sicut nec illud quod proximè ibidem suprà præmiserat : *Si quem offenderit mea in Regem asperitas, hoc sibi responsum habeat: cum* INSENSATIS MONSTRIS *me hoc libro agere.* Sed benè habet, quòd è Lutheranis ipsis plerique modestiores vehementiam Patriarchæ sui hac in re approbare nequiverint. Cujus rei testem habemus Christianum Mathiæ nuperum *Theatri Historici* Scriptorem, è Secta ipsa Lutheri. Qui hac de re loquens, cùm præmisisset de Luthero : T. *Henrico Regi Angliæ respondit calamo asperiore*, continuò subdidit : *Cujus Scripti vehementiam non omnes amici Lutheri probarunt.* Quid porrò Morus ad prædicta Lutheri verba reponat, audiamus : V. *A mendaciis & virulentiâ* (ait ,,ille de Luthero) *prorsus abstinuisse se* testatur ,, ipse, cui nihil est aliud in calamo, quàm ,, calumniæ, mendacia, sycophantiæ : cui ,, nihil est aliud in animo, quàm virus, tu- ,, mor, invidia : qui nihil in capite concipit, ,, præter stultitias, furores, amentias : qui ,, nihil habet in ore, præter latrinas, mer- ,, das, stercora; quibus fœdiùs & spurciùs, ,, quàm ullus unquam scurra scurratur, quo- ,, rum nemo repertus est unquam, præter ,, istum, tam stolidus plagepatida, ut sibi ,, stercus in os conjiceret, quod aliis spueret in sinum". Qui rursùs superiùs lib. 1. cap. 7. respondens quibusdam ejusdem Lutheri conviciis in Regem, & jactantiis de seipso : "Quis non rideat (inquit) nebulonem miser- ,, rimum, tam furiosas efflantem glorias, ,, quasi lederet in Christi pectore, cùm clau- ,, sus jacet in culo diaboli? inde crepat ac ,, buccinat magnificas ipse de se victorias. ,, Inde sese jactat vicisse Papam, Episcopos, ,, Monachos, Moniales, Missas; ac se pro- ,, basse, nihil aliud illa esse omnia, quàm ,, mera portenta, idola, larvas, mendacia, & ,, ipsissimam *Abominationem stantem in loco sancto*".

T. Christian. Mathiæ l. 4. Theatri Historici. Pag. 739.

V. Thomas Mor. lib. 2. contra Luther. cap. 2.

Mat. 24. 15.

LV. Sed quia Henricus VIII. Anglorum fuit Rex, non Germanorum Imperator aut Princeps, adeoque nec Lutheri, in Germania nati & enutriti, Superior; non deerit fortè qui Luthero sufficere debere contendat, quòd *Dominationem* cui suberat non *spreverit*, nec *Maiestatem* sibi præsidentem *blasphemarit*. Nolo ego impræsentiarùm discutere, qualem quantamve reverentiam exhibere quis teneatur Regibus aut Principibus ratione solius dignitatis, seclusâ jurisdictione ac superioritate respectivâ. Supervacanea quippe foret ista discussio, ubi argumenta suppetunt, quibus clareat, Lutherum etiam Germanicam suam *Dominationem sprevisse*, *Maiestatem blasphemasse*. Quanquam itaque priusquam à Carolo V. Cæsare in Comitiis Wormaciensibus Anno 1521. damnaretur, ad Cæsaream ejus protectionem recurrisset, multisque blanditiis favorem ipsius implorasset, scriptis in eam rem litteris ad ipsum recenter electum Anno 1519. tamen ubi se Edicto ejus Wormaciensi proscriptum, hæreticumque declaratum animadvertit, non solùm ad ejus contemptum, sed ad blasphematum quoque se convertit. Etenim in Epistolâ præliminari ad librum contra Regem Angliæ, ita scribit : *VVormaciam ingressus sum, etiam cùm scirem mihi violatam esse à* CÆSARE *fidem publicam : Nam didicerunt Principes Germaniæ, olim de fide laudatissimæ gentis, nunc in obsequium Idoli Romani nihil magis quàm fidem contemnere, in perpetuam Nationis ignominiam. Sic ausus est fugitivus & meticulosus Lutherus in gyrum dentium* BEHEMOT *insilire.* Rursùs in libello contra duo Mandata Cæsaris: *Mendaces*, inquit, *& obstinati sunt Principes nostri; nec homines ratione præditi, sed* GERMANICÆ BESTIÆ. *Oro cunctos pios Christianos, dignentur simul rogare Deum pro huiusmodi* MISERIS EXCÆCATIS *Principibus, quibus nos Deus proculdubio magno iræ suæ furore corripuit, ne ullo pacto obsequamur vel in militiam ire, vel dare aliquid contra Turcas. Turca* DECIES PROBIOR EST PRUDENTIORQVE QVAM NOSTRI PRINCIPES. *Quid* TALIBVS FATVIS *contra Turcas prosperi eveniet?* Et in libro de sæculari potestate : *Mundani*, inquit, *sunt Principes : Mundus autem inimicus est Deo : Idcirco & ipsos quoque facere oportet, quod Deo contrarium, Mundo autem consentaneum sit : ut scilicet non fiant infames, sed Principes Mundani permaneant. Ne mireris igitur si contra Evangelium furunt, & fatuè agunt : Oportet ipsos titulo nominique suo satisfacere. Et scire debes, quòd ab initio Mundi admodum rara avis est Princeps prudens, adhuc multò rarior Princeps probus. Sunt communiter maximi fatui, aut pessimi nebulones super terram.* Ex quibus perspicuum est, Lutherum non admodum curasse utrum proprius vel extraneus esset Princeps quem insectaretur, si quidem suis conatibus obluctaretur. Unde Saxoniæ Dux Georgius, in Epistola ad Anglorum Regem, apud Coch-

chlæum, consolatur seipsum, convicijs Lutheri incessitum, exemplo Caroli V. Imperatoris Germanici, & ipsius Anglorum Regis, eâdem sepiâ denigratorum: W. Non mediocriter (inquiens) animum meum levat, quòd cùm præ cæteris Germaniæ Proceribus, in Lutheri Scriptis ac Concionibus nunc apertiùs, nunc obscuriùs impetar; accidat hoc mihi commune cum Heroibus alioqui laudatissimis, CAROLO CÆSARE ejus nominis Quinto, in cujus verba jurasse gloriosum mihi duco; & HENRICO VIII. Potentissimo Anglorum Rege: Cum quibus equidem vituperari malim, quàm cum Lutherana colluvie laudari". Quàm fastuosè item & insolenter Imperatoriam Majestatem in suis Legibus & Edictis spreverit Lutherus, non facto duntaxat suo sed variis etiam Dictis ac Scriptis manifestavit. Quò spectat quod de ipso Carolus Cæsar in Edicto Wormaciensi ait: X. Obedientiam & regimen omne prorsùs tollit: unde Populi ad defectionem & rebellionem à suis tam spiritualibus quàm temporalibus Dominis faciendam, ad rapinas, cædes, incendia, cum magno & manifesto Christianæ Reipublicæ discrimine provocentur. Quinimò cùm vitam quandam solutam, licentiosam, atque ab omni lege explicitam, & verè ferinam inducere conetur, ita exlex homo leges ipsas omnes damnat & contemnit, ut Decreta Sanctorum Patrum, & sacros Canones, publico igni comburere non formidaverit: FACTURUS PEIORA CIVILI JURI, si non magis sæculi gladium, quàm Pontificis excommunicationes & censuras metuisset". In libro quippe suo *De captivitate Babylonica* paulò anteà edito scripserat Lutherus, omnes prorsùs hominum leges simul & semel abolendas esse, purumque Euangelium pro vivendi norma tenendum: *Nulla est alia* (inquiens) *remedii spes, nisi ut revocato libertatis Euangelio, secundùm ipsum*, SEMEL EXTINCTIS OMNIUM HOMINUM LEGIBUS, *omnia iudicemus & regamus: Amen.* Eodem collimat in alio suo libro, *De libertate Christiana* inscripto. Cùm verò duos istos libros ediderit ante evulgatum adversùs se Edictum Wormaciense, facile est conjicere quo animo fuerit erga leges Cæsareas post suam condemnationem, qui tantopere eas despexerat & extinguendas suaserat ante eandem condemnationem. Adeò enim condemnationi isti suæ non acquievit, ut post triennii circiter intervallum ediderit librum *Contra duo Cæsaris mandata* inscriptum: contra Edictum scilicet Wormaciense, & aliud posterius Edictum Norembergense. In cujus libri præfatione: *Turpe quidem est*, inquit, *Cæsarem & Principes manifestè mendaciis niti: at turpius est eos simul ac semel contraria edere mandata, sicut hic vides.* Cùm iterum Anno 1529. novum cuderetur in Comitiis Spirensibus Edictum, quo cautum fuit ne in Wormaciensi Edicto quidquam immutaretur, Lutherani à suo Patriarcha instigati protestationem solemnem interposuerunt, qua se minimè parituros denunciaverunt. Exinde *Protestantium* nomen assumpserunt, quo se Lutherani passim omnes usque modò, velut glorioso titulo compellant. Anno proximè sequenti celebrata sunt Comitia Augustana, præsente ipso Cæsare, recenter Bononiæ per Papam coronato. In his Comitijs exhibita est per Protestantes ea Lutheranicæ professionis norma, quam vocant *Augustanam Confessionem.* Quam nuperrimus quidam Lutheranus *Niceno Symbolo & Athanasiano* comparare non erubuit, & ex ipso nomine omen quæsivit, tanquam Y. *Voluerit Deus eo insinuare, quòd Religio Lutherana, in Augustana confessione comprehensa, sit verè Augusta, perq; totum terrarum Orbem admirabili incremento propagata.* Sed inprimis quod ad admirabilitatem incrementi attinet, satis dictum est superiùs cap. 7. §. 21. & 22. Ad ominationem denique ex nomine conquisitam reponi potest, quod Hieronymus cuidam similiter ominanti vel potiùs desipienti olim reposuit: Z. An ideò (inquiens) tibi bellus videris, quia fausto vocaris nomine? Quasi non & LVCVS ideò dicatur, quòd MINIME LVCEAT: & PARCÆ, quòd NEQUAQUAM PARCANT: & EUMENIDES furiæ, quòd NON SINT BENIGNÆ: & vulgo Æthiopes vocentur ARGENTEI". Sed hæc obiter occasione præfati ominatoris. Interim quod ad *Augustanæ Confessionis* exhibitionem attinet, ea non cohibuit Cæsarem, quominus cum orthodoxis Comitiorum Augustanorum Proceribus Edictum Augustanum conderet, Wormaciani ante novennium conditi confirmatorium. Lutherus verò, in sua persistens obstinatione, consurrexit in hoc Edictum, edidítque librum contra ipsum, quem inscripsit *Glossam.* Ibi pro sua modestia non veretur celeberrimum illum cætum, Imperatore & Proceribus constantem, porcorum gregi comparare: *Nostri docti*, inquiens, *& illustres porci, Augustæ tam sapienter agunt, & interea blasphemant Dei veritatem.* Tractans item ibidem de suo illo famoso articulo, *Fides sola iustificat*, ita scribit secundùm suam Lutherinam humilitatem: *Cùm videam, quòd hunc præcipuum Articulum diabolus semper blasphemat per suos porcinos Doctores, neque quiescere aut cessare potest: Dico Ego Doctor* MARTINUS LUTHERUS, *Domini Nostri Iesu Christi indignus Euangelista, quòd hunc Articulum*

(fides

W. Georg. Saxoniæ Dux apud Cochl. in Act. Luther. Anno 1523.

X. Carolus V. in Edicto Wormaciensi Anni 1521.

Lutherus.

Y. Christian. Mathiæ l. 4. Theat. Hist. pag. 105.

Z. Hieron. Epist. 100. ad Bonafacium. Vide Epist. 127. Mansione. 33.

Lutherus.

(fides sola, absque omni opere ; justificat coram Deo) *firmum atque inconcussum permittere debet* ROMANUS IMPERATOR, *Turcicus Imperator, Tartaricus Imperator, Persicus Imperator, Papa, omnes Cardinales, Episcopi, Sacerdotes, Monachi, Moniales, Reges, Principes, Domini, totus Mundus, simul cum omnibus dæmoniis: & debent insuper habere ignem Infernalem super capita sua, & nullam gratiarum actionem. Hic esto meus Doctoris Lutheri instinctus à Spiritu sancto, verumque ac sanctum Evangelium.*

CAPUT XVII.

Confessionistæ *Orthodoxos, à quibus secessêre, lacessunt: contempto quod benè fuerant geniti, ut rudes fallerent; de se nasci voluerunt. Hæresis veritate posterior. Ecclesiæ æmuli in Spiritum sanctum iniurii. Romanæ Ecclesiæ prærogativa. Lutheri in eam odium vatinianum, indeque eructatum falsum vaticinium, quod in eos detorquetur qui Lutheranismo impendêre patrocinium. Ut olim inter Philosophos, sic nunc inter hæreticos discipuli in magistros recalcitrant; malentes haberi propriæ sententiæ inventores, quàm alienæ sectatores. Familia* Heber; & Regnum Juda, *quatenus Ecclesiæ Catholicæ gessere figuram?*

LVI. QUæ Lutherus ab anno 1530. quo *Augustana Confessio* Cæsareæ Majestati porrecta est, usque ad annum 1546. quo ipse sub medium Februarij extinctus est, egit aut edidit; hoc loco commemorare superfluum foret. Causa namque hujus nostræ Scriptionis est illa provocatio, quâ *Augustanæ Confessionis* Professores, per libellum Comitijs Imperialibus superiori anno porrectum, Catholicos ad publicam disputationem, super Articulis ejusdem *Confessionis*, & *Canonibus Tridentinis* respectivè instituendam, & Cæsareâ authoritate indicendam, sollicitant. Satis igitur fuerit, originem Lutheranismi evolvisse, ejusque progressum ad exhibitionem usque *Confessionis* istius perstrinxisse; ut Lectori constare possit, Scissionem Germaniæ in Factiones adhuc durantes, Luthero & ejus sequacibus adscribendam esse. Neque enim nos (ut in simili ait Optatus de Donatistis) exivimus à Luthero aut Lutheranis, sed illi à nobis: nec nos recessimus à Cathedra Petri, sed illi. In Germania, sicut & in cæteris Provincijs, una erat Ecclesia, antequam divideretur à Luthero, cujus hæreditario dogmati insistunt adhuc Lutherani. Attendendum est, quinam in radice cum toto Orbe manserint: quinam foras exierint; qui cathedram sederint alteram quæ antè non fuerat; qui altare contra altare erexerint, qui vetera altaria everterint, qui subjaceant sententię Ioannis Apostoli, dicentis: *Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis: nam si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum.* His atque similibus notis ostendit Optatus Donatistas esse Antichristos à Ioanne prænunciatos; quæ profectò non minùs aptè quadrant in Lutheranos: uti & illud, quod idem ibidem interserit: " Hæretici, veritatis exules, sani & verissimi Symboli desertores, de sinu Ecclesiæ sanctæ; impiis sensibus depravati, contempto quod benè fuerant geniti, ut ignorantes & rudes deciperent, de se nasci voluerunt: Et qui jam dudum vitalibus pasti fuerant cibis, corruptelâ malæ digestionis, in perniciem miserorum, disputationibus impiis venena mortifera vomuerunt". Lutherum in gremio Romanæ Ecclesiæ vixisse priusquam suam Sectam condidisset, neminem latet; & ipse non solùm frequenter agnoscit, sed sub initium quoque secessionis suæ, & Pontificis judicio, & Ecclesiæ ejusdem magisterio seipsum & sua omnia dicta & facta humillimè submittebat: prout patet ex ejus dictis cap. 15. §. 51. relatis. Quapropter licebit nobis in eum torquere illud Tertulliani de Marcione Hæresiarcha: A. Non negabunt discipuli ejus, primam illi fidem nobiscum fuisse, ipsius litteris testibus: ut hinc jam destinari possit hæreticus, qui deserto quod priùs fuerat, id postea sibi elegerit, quod retrò non erat. Intantum enim hæresis deputabitur, quod postea inducitur; inquantum veritas habebitur, quod retrò & à primordio traditum est". Et lib. de Præscript. c. 30. probat idem Author, Marcionem & Valentinum deputandos esse hæreticos, quia eam deseruere doctrinam, *In quam primò crediderant apud Ecclesiam Romanensem.* Verùm Lutherani se hujus Romanensis Ecclesiæ *Reformatores* jactitant, suamque Religionem

Vide Optatum Milevit. lib. 1. cont. Parmen. ante medium & Chrysost. Hom. 33. in Acta Apost. prope finem, & Cyprian. lib de unit. Ecclesiæ, post mediũ.

1. Io. 2. 19.

Optatus.

A. Tertul. lib 1. cont. Marc c. 1. Vide lib. 4. c. 4. & lib. de carne Christi c. 2.

nem

nem appellant *Reformatam*; & sibi cohærentes, *Reformatæ Religionis homines*. Unde Helvicus suprà c. 15. §. 49. *Iubilæus Euangelicorum*, inquit, *primus à* REFORMATIONE *per B. Lutherum factâ* &c. Sed hanc cavillationem præoccupavit Tertullianus ibidem capite XXVIII. præmittens:" Ecquid verisimile „ est, ut tot ac tantæ Ecclesiæ in unam fidem „erraverint? Nullus inter multos eventus est „unus exitus: variasse debuerat error doctri„ næ Ecclesiarum. Cæterùm quod apud „ multos unum invenitur, non est erratum, „ sed traditum. Audeat ergo aliquis dicere, „ illos errasse, qui tradiderunt? Quoquo mo„ do sit erratum, tam diu utique regnavit „ error, quamdiu hæreses non erant. Aliquos „ Marcionitas & Valentinianos (*Lutheranos*) „ liberanda veritas expectabat: intereà per„ peràm euangelizabatur, perperam credebatur" &c. Optimè quoque observat superiùs ibidem proximè idem Tertullianus, eos qui Ecclesiam erroris insimulant, Spiritum sanctum negligentiæ arguere, quasi officio ac muneri suo defuerit, " Sinens Ecclesias ali„ ter interim intelligere, aliter credere, quàm ipse per Apostolos prædicabat". Nec movere quemquam debet, quòd Tertullianus *Ecclesias* pluraliter, non signatè Romanensem nominet Ecclesiam. Certum enim est, eo tempore quo Lutherus Romanensem Ecclesiam deseruit, reliquas Christi Ecclesias cum ea in credendo Euangelizandoque consensisse: adeoque eas pariter errasse, si ipsa tunc perperàm crediderit, perperàm Euangelizaverit. Neque verò putandum est, eam cæterarum Ecclesiarum cum Romanâ consensionem præter aut citra ordinem accidisse. Nam, ut Irenæus, Tertulliano adhuc vetustior, de eadem Romana Ecclesia disserens, ait: B. Ad hanc Ecclesiam, propter potentiorem „ principalitatem, NECESSE EST OM„NEM CONVENIRE ECCLESIAM, hoc est, eos qui sunt undique fideles". Non ait, contingens est, aut contingere potest; sed, *Necesse est*: quia nimirum, Ecclesiæ aut fideles esse nequeunt, nisi ad hanc principalem Ecclesiam conveniant. Unde Beatus Hieronymus, de longinquissima Syria Præsulem Romanæ Ecclesiæ per litteras alloquens: C. Ego (ait) nullum primum nisi Christum „ sequens, Beatitudini Tuæ, id est, Ca„ thedræ Petri, communione consocior. Su„ per illam Petram ædificatam Ecclesiam scio: „ Quicunque extra hanc domum agnum co„ mederit, profanus est: si quis in arca Noë non fuerit, peribit regnante diluvio". Peribit utique non ut malus fidelis, sed ut prorsus infidelis: nec ut improbus Christianus, sed prorsùs ut Antichristianus. Sequitur enim ibidem inferiùs:" Quicunque tecum non „ colligit, spargit: hoc est, qui Christi non est, Antichristi est".

Vide Vincent. Lyrin. cap. 33.

Vide suprà hic cap. 15. §. 49.

B. Iren. l. 3. cap. 3.

C. Hieron. Epist. 57. ad Damas. Papa

Vide Cypr. Epist. 40.

LVII. Hanc mysticam arcam Noë, hanc spiritalem domum Domini, hanc Petri Cathedram, hanc Ecclesiam principalem ad quam necesse est omnē convenire Ecclesiam: Et D Ad „ quam (teste Cypriano) perfidia habere non potest accessum": Et E. Quæ (Hieronymo „ teste) Pauli authoritate munita non potest „ mutari, etiamsi Angelus de cælo aliter annunciet quàm prædicatum est": Et F. In qua „(teste Ruffino) nulla hęresis sumpsit exordiū". Et G. Cui (ut ait Tertullianus) totam „ doctrinam Apostoli cum suo sanguine profuderunt": Et H. In qua (ut Augustinus „ perhibet) sēper Apostolicæ Cathedræ viguit principatus": Et I Quæ (teste Prospero) Pasto„ ralis honoris facta caput Mundo, quicquid non possidet armis Relligione tenet". Hanc, inquam, Ecclesiam Lutherus deseruit, reformare tentavit; aut potius dissipare, dilacerare, disperdere allaboravit. Tanto enim odio in eam exarsit, K. Ut quicquid scriberet (prout „ ait Hosius) quicquid diceret, quicquid face„ ret, omnia in odium & despectum Papæ, „ Conciliorum, & Episcoporum faceret. „ Fatetur hoc ipse in quadam Epistola ad „ Argentinenses, ad quos in hæc verba scripsit: „ *Diffiteri nec possum nec volo, quòd si Carol„ stadius, aut alius quispiam, ante quinquen„ nium persuadere potuisset, in Sacramento præ„ ter panem & vinum esse nihil, magno me ille „ sibi beneficio devinxisset. Gravibus enim curis „ anxius in hac decutienda materia multùm desu„ dabam, omnibusq; nervis extensis extricare me „ & expedire conatus sum; cùm probè perspi„ cerem, hac re Papatui me valdè incommodare posse*" His addi possunt quæ in eandem rem ex eodem Luthero descripsimus superiùs cap. 16. §. 53. & illud item ejusdem in libro adversùs Angliæ Regem: *Christus me hic posuit, ut torquearem Papistica monstra, dum nihil invenire in me possunt quod iactare vellent in suæ incredibilis invidiæ respectaculum.* Et mox infra ibidem rursùs: *Expecto igitur eos hic, & expectabo; impotentissimam eorum invidiam egregiè irritaturus, & torturus donec vixero: Si autem me occiderint, multò maximè cruciaturus. Sic enim datus sum illis in portentum à Domino meo Christo, ut sive me vivificent, sive occidant, nihil gratiæ, nihil pacis, nihil solatii habitura sit furialis eorum conscientia: ut duplici contritione conterantur, & præsentis invidiæ cruce æternam mereantur gehennæ torturam. Instat enim mors Papatus abominabilis, urgetq; eum inelictabile suum fatum; & ut Daniel ait, ad finem sui venit, & nemo auxiliabitur ei.* Dan. xr. 45 Et item in eodem ipso libro: *Vivens*, inquit, *Papatus hostis ero, exustus bis hostis ero. Facite porci Thomistæ, quod potestis: Lutherum habebitis ursam in via, & leanam in semita. Vndique*

D. Cyprian. Epist. 55.

E. Hier. l. ... cont. Ruf. cap. 4.

F. Ruffin. in Expos. Symb.

G. Tertul. lib. de Præscr. c. 30

H. Aug. Epist. 16...

I. Prosp. lib. de ingrat. cap. ...

K. Cardinal. Hosius l. ... de hæresibus nostri temporis.

Vide Cochl. in Actis anni 1522.

que vobis occurret, & pacem habere non sinet, donec ferreas vestras cervices & æreas frontes contriverit, vel in salutem, vel in perditionem. Huc denique spectat versiculus ille, quem in ore semper habuisse memoratur: *Pestis eram vivens, moriens ero mors tua, Papa.* De quo Pomeranus in Oratione funebri de ipso, & Lindanus in Dubitantio Dialogo 3.cap.10.& Prateolus in Elencho Hæresum lib.10. cap.15.& Cochlæus in Actis anni 1546. & Cardinalis Hosius in Censura de Judicio Ministrorum Tigurinorum & Heidelbergensium. "Fuit "illius odium(inquiens)erga Papam & Papatū, "plusquam Vatinianum, de quo ne moriens "quidem quicquam remisit: quod etiam versiculus ille testatur, quem in ore semper habuisse fertur: *Pestis eram vivens, moriens ero mors tua, Papa*". Epitaphii loco eum sibi versiculum illum composuisse testatur Pomeranus in Oratione funebri jam memoratâ. Sed rectè monet Lindanus loco mox indicato, Pseudopropheticum istud Epitaphium unicâ voculâ commutatâ, aptiùs & veriùs quadrare in discipulos ipsius Pseudoprophetæ, signanterque in Saxonem Electorem Joannem Fredericum, quem Lutherus vivens pestifero hæreseos toxico infecit, & mortuus ad capitalem sententiam & Electoralis dignitatis amissionem perduxit, prout cap. 15. §. 51. insinuavimus: [L.] Si suos in discipulos (inquit Lindanus)Lutherus suam convertat Prophetiam, hoc modo, *Pestis eram vivus, moriens ero mors tua,* SAXO: verissimè jam Balaam novum prophetasse dixeris, maximumque istum Prophetam justo elogio exornaveris. Nulli enim ille aut pestis atrocior, aut mors acerbior fuit, quàm illis quos à Catholicæ Ecclesiæ unitate abstractos, in suos errores & privatas opiniones pertraxit. Illud etiam Pseudoprophetam Lutherum omni Solis luce clariùs demonstrat, quòd, Prophetandi Spiritum sibi superbissimè arrogans, in alios interpretari est ausus, quod suis usu venit, ab ipso malè persuasis. Cùm enim Anno 1545. ex Belgio in Germaniam esset allatum numisma, nescio cujus arte aut jussu cusum; ubi inter *Columnas*, quas victor Carolus V. Augustus pro insignibus gestat, erant compedes, atque in orbiculo legebatur, *Ad alligandos Reges eorum in compedibus*: ille, tertius Elias, de Henrico Duce Brunswicensi interpretari non ambigebat: sed rei eventus posteà, longè alium, & proprium docuit sensum: cùm tamen ex sui Spiritus mendacis Prophetia affirmasset, suos neutiquam captivos fore". Mortuus est Pseudopropheta Mense Februario anni proximè sequentis, & pòst quatuordecim exinde Menses, primarii ejus patroni, Saxo & Hessus, qui Lutheranismum cruentis armis adversùs Cæsarem propugnare præsumpserunt, in victoris potestatem redacti funestæ captivitatis jugum subierunt. Ubi obiter notandum, Lutheri asseclas ex præceptoris sui documentis imbibisse spiritum non solùm rebellandi, sed etiam convitiandi, adversùs superiores suos. Unde & Carolum Cæsarem per contemptum appellitabant *Carolum Gandensem*, nec eum nomine Cæsaris, sed *Pro Cæsare se gerentis* dignabantur. Qua de re Thuanus, captivitatem Saxonis memorans: [M.] In conspectum Cæsaris adductus (inquit) "chirothecam exuere, ut more gentis manum "victoris contingeret, & ex equo descendere "voluit. Quod cùm renueret Cæsar: *Quando "ita fortuna tulit*, inquit Saxo, *ecce me tibi, Clementissime & potentissime Cæsar, captivum sisto.* "Dicturum plura interfatus Cæsar: *Ergonè tibi "nunc ego* CÆSAR? *Quem nuper in sermonibus "vestris, & publicis etiam Scriptis, modò* CAROLUM GANDENSEM, *modò* SE PRO CÆSARE GERENTEM, *vocabatis*". Proximo Maio capitalis in eum lata sententia est: quæ tamen Cæsaris benignitate in mitiorem est pœnam commutata: Septemviratus nimirum privationem perpetuam, & arbitrariam captivitatem; cum renunciatione fœderis Smalcaldici, & amissione quarundam Civitatum, inter quas Witteberga Lutheranismi nidus. Ei post septennium defuncto Lutherani solemnissimè parentarunt, ejusque sepulchro epitaphium hujusmodi inscripserunt: *Ioannes Fredericus Dei gratiâ electus* MARTYR *Iesu Christi, Dux afflictorum, Princeps Confessorum fidei, Comes veritatis, Signifer sanctæ Crucis, exemplum patientiæ & constantiæ, hæres vitæ æternæ, moritur Mense Martio* 1554. Fuerat is Joannis Electoris filius, Frederici ex fratre nepos: qui, ut tam Patris quàm Patrui reatum in se transferret, utriusque prænomine combinato *Ioannes Fredericus* est dictus. Fredericus primum Luthero patrocinium impenderat: Joannes *Protestationi Spirensi, & Confessioni Augustanæ* primus inter Proceres subscripsit, uti & *Fœderi Smalcaldico.* Joannes denique Fredericus cruentum bellum pro Lutheranismo tuendo initum, funesto exitu, secùs quàm Pseudopropheta Lutherus præsagierat, terminavit. Atque inde Lindanus occasionem arripuit variandi, necnon in contrarium scopum torquendi Pseudopropheticum Lutheri versiculum, dicendo: *Pestis eram vivens, moriens ero mors tua*, SAXO.

LVIII. Ea est hæresum natura, ut non diu in eodem statu perseverent, sed aut diversam faciem induant, aut novas hæreses tam sibi quàm inter se dissonas pariant: [N.] Habent hæretici hoc proprium (inquit Gregorius) quòd in eo gradu, in quo ab Ecclesia exeunt, diu stare non possunt: sed ad deteriora quotidie ruunt, & sentiendo pejora in multis se partibus scindunt; atque à semetipsis plerunque longiùs confusionis suæ altercatione divi-

Pomeranus. Lindanus. Prateolus. Cochlæus. Hosius. L. Lindan. in Dubitantio Dial. 3. c. 10. Psal. 149. 8. M. Thuanus lib. 4. histor. N. Gregor. lib. 3. moralium c. 14 alias 19.

dividuntur". Et ante Gregorium Hieronymus: O. Semper errantium fluctuant pedes (ait) „ nec sunt solida vestigia quæ contra veritatem „ sunt; sed huc illucque discurrunt, & *Circum-* „ *feruntur omni vento doctrinæ*, dum de falsitate „ transeunt ad aliam falsitatem : & cùm inpri- „mis frustrà se sudasse cognoverint,ad secunda tertiaque transcendunt". Et ante utrumque Cyrillus Hierosolymitanus : P. Cùm quis (in- „quit) ab unica recta excidit via,tum sæpenumero delabitur in præcipitia". Cui consonans Octavius apud Minutium: Q. Cui non est veri „ (inquit) stabile judicium, prout infida suspi- „ cio spargitur , ita ejus dubia opinio dissipatur". Pulchrè & apposite Tertullianus, de hæreticis ex professo disserens : R. Cæterum (in- „ quit) nec suis præsidibus reverentiam noverunt". Et mox infrà : " Mentior (subdit) si „ non etiam à regulis suis variant inter se,dum „ unusquisque proinde suo arbitrio modulatur „ quæ accepit, quemadmodum de suo arbitrio „ ea composuit ille qui tradidit. Agnoscit na- „ turam suam, & originis suæ morem , profe- „ ctus rei. Idem licuit Valentinianis, quod „ Valentino; idem Marcionitis,quod Marcio- „ ni, de arbitrio suo fidem innovare. Denique „ penitùs inspectæ hæreses omnes , in multis „ cum Auctoribus suis dissentientes deprehenduntur". Et omnibus prædictis vetustior Irenæus : S. Jam multæ propagines (inquit) mul- „ tarum hæresum factæ sunt, eò quòd multi ex „ ipsis, imò omnes velint Doctores esse, & ab- „ scedere quidem ab hæresi in qua fuerunt. „ Aliud autem dogma ab alia sententia, & de- „ inceps alterum ab altera componentes , nova „ docere insistunt ; semetipsos adinventores „ sententiæ , quamcunque compegerint , venditantes". Et superiùs ibidem c. 15. "Quotidie „(inquit)adinvenit unusquisque eorum,quem- „ admodum potest , aliquid novi : Perfectus „ enim apud eos nemo, nisi qui maxima fructificaverit mendacia". Et iterùm cap. 18. " Dis- „ crepant ad invicem(inquit) & doctrinâ, & „ traditione : & qui recentiores eorum agnos- „cuntur, affectant per singulos dies novum „ aliquid adinvenire, & fructificare quod nunquam quisquam excogitavit". Cæterùm , ut hæc, quæ de hæresum natura & hæreticorum inter se dissensionibus diximus, planiùs perspiciantur ; recolendum est ex dictis c. 9. hæreticos in Ecclesia à diabolo fuisse suscitatos ad imitationem veterum Philosophorum:ut nimirum sicut per illos ingentem confusionem invexit in Gentilismum, ita per istos similem confusionem inveheret in Christianismum: T. Pulchrè (inquit Hieronymus) quidam no- „strorum ait: Philosophi Patriarchæ hæretico- „rum,Ecclesiæ puritatem perversâ maculavere doctrinâ". Si quis igitur consideret veterum dissidia Philosophorum in Gentilismo, desinet mirari hæreticorum dissidia in Christianismo. Circa Philosophorum porrò dissidia animadversum à variis est, non solùm Magistros Magistris, aut unius Magistri discipulos alterius Magistri discipulis, sed discipulos suis quoque propriis Magistris promiscuè contradixisse: V. Neque enim (ut Theodoretus ait) discendæ „ veritatis studio tenebantur ; sed inani glo- „ riæ ambitionique servientes ; novorum do- „ gmatum inventores vocari concupierunt.Ex „ quo factum est , ut in errores multos incide- „ rint , dum ii qui posteriùs succedebant , an- „tiquiorum opiniones everterent. Anaximan- „ der enim, Thalete jam mortuo , contraria ei „ dogmata professus est : Et Anaximenes, post „ Anaximandri mortem , idipsum fecit : idem „ similiter Anaxagoras. Aristoteles autem Pla- „ toni adhuc viventi manifestè adversatus est, „ bellumque contra Academiam suscepit: ne- „ que doctrinæ illi honorem habuit, quam cu- „ pidissimè perceperat ; neque celeberrimi viri „ gloriam est reveritus , neque Platonicæ elo- „ quentiæ vim pertimuit , sed licenter illi ad- „ versarium se præbuit: cùm haud sanè melio- „ rum , sed multò pejorum dogmatum author „ extiterit. Nam cùm ille Animam dixerit im- „ mortalem esse, hic mortalem dixit : & cùm „ ille Deum res omnes providentiâ complecti „ docuerit,hic,quantum ejus verba sonant, ter- „ ram divinæ providentiæ exortem fecit : ad „ lunam enim usque Dei gubernationem per- „ tingere ait, cætera fato esse subjecta. Plurima „ quoque alia innovavit , quæ nunc recensere „ supervacaneum duxi. Illi ergo mutuas invicè „demoliti sunt meritò opiniones:Falsitas enim „ non solùm veritati , sed & sibi ipsi contraria „ est; veritas autem sibi concors,unam tantummodò falsitatem habet infestam". Hanc Philosophorum promiscuam inter sese dissensionem eodem c. 9. comparavimus primæ linguarum in extructione Babylonicæ turris confusioni. Quapropter cùm Philosophi sint hæreticorum Patriarchæ, mirum videri non debet si eidem Babylonicæ idiomatum confusioni comparentur dissensiones hæreticorum , perinde ac Philosophorum. In qua quidem comparatione illud peculiari observatu dignum est, primævum totius humani generis idioma perseverasse illibatum in una familia *Heber*, dispersis cæterarum familiarum loquelis : sicut modò primæva Christianorum fides, fideique professio, perseverat in sola Catholica Ecclesia , per familiam *Heber* figuratâ , confusis quarumlibet hæreticalium Sectarum loquelis: W. Sicut ergo „ illi (ait de ædificatoribus *Babel* Isidorus)per „ superbiam ab una lingua in multas divisi „ sunt ; ita & hæretici ab unita fidei confes- „ sione segregati , inter se diversitate erroris „quasi per dissonantiam linguæ,invicem sece- „nuntur: & quos armat adversùs Deum elatæ consp-

O. Hier. l. 5. in c. 16. Ezech. v. 44.

Eph. 4. 14.

P. Cyrill. Hierosolymit. Catech. 6.

Q. Octavius apud Minutium Felicè.

R. Tertull. lib. de Præscript. cap. 42.

S. Iren. lib. 1. cap. 30.

T. Hieron. Epist. ad Ctesiph. c. 1. Vide Tertul. lib. cont. Hermog. cap. 8.

V. Theodoret. de Græcanic. affect. curat. ser. 5. Vide Basil. Homil. 1. & 3. Hexa.

W. Isidor. Comment. in Genesim cap. 9. Vide Rabanum, Eucherium, & Bedam in c. 11. Genesis, & August. Tract. 6 in Ioan. & lib. 16. de Civit. c. 4. & 11.

„conspirationis perniciosa consensio, rursùs in-„tercedente dogmatum discordiâ dividit ob-„orta repentè confusio. Quos quidem ipsa Tri-„nitas damnat, in quam offendunt: ipsa eos „dispergit, dum dicit: *Venite, & confundamus* Gen. 11. 7. „*linguas eorum*, in varietate utique erroris sive „schismatum. Eo autem tempore, quo lin-„guarum facta est varietas, in sola domo *Heber*, „quæ anteà fuit, lingua remansit: nunc quo-„que in sola Ecclesia, quæ domus est Christi, „unitam esse confessionis & fidei pacem, divi-„sis omnibus reprobis atque dispersis agnosci-„mus". Hoc postremum aliis verbis tradit idem Isidorus in libello Allegoriarum veteris Testamenti, sic scribens: "*Heber*, in cujus domo „propria loquela remansit, cæteris linguis di-„spersis; Redemptorem nostrum insinuat, in „cujus Ecclesia unitas fidei sine schismate per-„severat". Ad hunc itaque modum, qui in Ecclesiæ Catholicæ communione perseverant, primitivam Christianorum loquelam retinent, & Catholicè suam fidem proferunt: qui verò de Ecclesia exeunt, primitivi idiomatis obliti, aut Simonicè, aut Marcionicè, aut Basilidicè, aut Arianicè, aut Luthericè, aut Calvinicè, aut alio modo juxta Sectæ, quam vel instituunt vel arripiunt, professionem, loqui incipiunt.

Huc denique referri potest, quod in secessione decem tribuum Israël à domo David sub Apostata Jeroboam, quotquot permanserunt in pristina obedientia Regum Juda & familiæ Davidis, *una tribus* appellantur; tametsi, præter Levitas servitio templi deputatos, fuerint integræ duæ tribus, *Iuda* & *Beniamin*, atque insuper alii sparsim aliqui, ex reliquis tribubus sub Jeroboam secedentibus, de quibus lib. 3. Regum cap 12. v. 17. cùm tamen ex adverso qui secesserunt, non una tribus, sed *Decem tribus* nominentur, dicente Domino 3. Reg. 11. & 12. per Ahiam Prophetam ad Jeroboam: *Ecce ego scindam regnum de manu Salomonis, & dabo tibi* DECEM TRIBVS: *porrò* VNA TRIBVS *remanebit ei*: X. Quare unam tantùm tribum (inquit X. Rupert. lib. 3. in libros Reg. cap. 5. „Rupertus) residuam dixit? Nonne regnavit „Roboam super Judam & Benjamin? Imò & „de cæteris tribubus plerosque sub regno suo „habuit, sicut postmodùm scriptum est, *Super* 3. Reg. 12. 17. „*filios autem Israël quicunque habitabant in Civi-*„*tatibus Iuda, regnavit Roboam.* Ergo hìc my-„sticè intelligendum, quia *Exeuntibus ex no-* 1. Io. 2. 19. „*bis*, hæreticis, *qui non erant ex nobis*, quot-„quot in Ecclesiastica pace manemus, rectè „*tribus una* dicimur, quia per Schismata non „dividimur".

CAPVT XVIII.

Lutherus, divinâ eum insequente vindictâ, per quæ peccaverat torquetur. De lege talionis *ex sacris ac profanis litteris differitur, & quatenùs ea per Christum abolita vel stabilita sit disquiritur. Hæretici à Psalmographo cur* vicini nostri *dicti, & Septuplæ ultioni subiecti? Septenarij numeri perfectio. De sinu Ecclesiæ, & sinu hæresiarchiæ: Lutherus Ecclesiasticæ temerator hierarchiæ, primum schisma passus est à suis super mysterio Eucharistiæ.* Sacramentariorum *origo, & in Subsectas multipartitio: Similiter &* Anabaptistarum: *necnon &* Confessionistarum, *quorum alij* Rigidi, *alij* Molles, *alij* Extravagantes. *Britannia quàm ferax errorum*: Hutchinsoniæ *fecunditas tam in hæresibus, quàm in monstrosis fœtibus pariendis. Sectarij quantumlibet inter se dissideant, in Ecclesia oppugnanda conspirant. Articuli aliquot omnibus communes, & à Luthero communi* Didascalo *hausti recensentur. Eorum dispersiones per Regiones commemorantur.*

LIX. PAtet ex hactenùs per tria capita dictis ac deductis, qualiter Lutherus Christianę concordię vinculum diruperit, ab unitate discesserit, à veritate desciverit, Ecclesiam matrem Io. 19. 23. suam viperinè discerpserit, *Inconsutilem Christi tunicam* ferociâ plus quàm Judaicâ disciderit, Germaniam patriam suam adversùs seipsam diviserit, altare contra altare erexerit. Nunc operæ pretium fuerit advertere, qualiter ipse vicissim, aliorum hæresiarcharum more, divinâ eum insequente vindictâ, condignam facinoris sui talionem receperit: ut etiam de ipso verificaretur, & in ipso impleretur, quod adagia-

adagialiter scriptum est in Sapientia Salomonis, *Per quæ peccat quis, per hæc & torquetur.* [Sap. 11.17.] Meminerat ipse hujus adagii, sed in perversum, quando in vindictam exustorum authoritate Pontificiâ librorum suorum, ipse vicissim authoritate Luthericiâ Pontificium Jus cum Bullis exussit, usurpans illud Sampsonis, *Sicut fecerunt mihi, sic feci eis.* [Vide suprà c. 16 § 53. & 55. Iud. 15.11.] Sed meminisse simul debuerat, magnam inprimis subesse inæqualitatem inter sacros Canones, & suas hæreses: deinde disparem esse conditionem summi Præsulis, & imi Monachi: Y. Si quis Magistratum gerens (inquit Philosophus) percusserit quempiam, non decet eum repercuti: si quis verò eum qui Magistratum gerit percusserit, is non solùm repercutiendus, verùm etiam supplicio afficiendus est". [Y. Aristot. lib. 5. Ethic. ad Nicomachum c. 5.] Meminisse prætereà debuerat, quod præsentem nostrum scopum propiùs concernit, hæresiarchas communiter, uti & Philosophicarum Sectarum Patriarchas, idipsum pati à suis discipulis, quod ipsi fecerant suis Magistris. Contempserat Lutherus Ecclesiæ magisterium, contempserunt Lutherani Lutheri magisterium: diviserat Lutherus Ecclesiam, diviserunt Lutherani Lutheri Sectam: invexerat Lutherus novum Schisma in Ecclesiam, invexerunt Lutherani nova Schismata in Lutheri Sectam. Ecce in Luthero verificatum Sapientis adagium, *Per quæ peccat quis, per hæc & torquetur!* Hoc talionis genus veteres proverbialiter exprimere consueverunt hisce & similibus Phrasibus, *Termerium malum*, item *Neoptolemica vindicta*: [Termerium malum. Neoptolemica vindicta.] de quibus videri potest Erasmus in Adagiis Chiliade 1. Cent. 1. cap. 89. & 90. post Plutarchum in Theseo, & Pausaniam in Messeniacis. Quemadmodum autem Luthero Jus Pontificium cremanti in mentem & linguam venit dictum Sampsonis jam memoratum: ita credibile est, eidem, recalcitrationem quorundam assectarum suorum contuenti, venisse in mentem etsi non in linguam, illud dictum Sapientis mox item relatum, *Per quæ peccat quis, per hæc & torquetur*: [Adonibezec Iud. 1. 7.] & illud item Adonibezec, in ipso Judicum libro celebratum: *Sicut feci, ita reddidit mihi Deus.* In Levitico scriptum est, [Levit. 24. 19.] dictante ipso Deo: *Qui irrogaverit maculam cuilibet civium suorum; sicut fecit, sic fiet ei.* Et mox [Ibid. v. 20.] infrà rursus: *Qualem inflixerit maculam, talem sustinere cogetur.* Apud ipsos Ethnicos, rationis ductu illustratos, lex erat una XII. Tabul. quam Phavorinus apud Gellium his memorat verbis: Z. *Si membrum rupit meum, è pacto talio esto.* [Z. Phavor. apud Gelliũ lib. 20. c. 1. Lex XII. Tabularum. Cujacius.] Alii sic: *Si membrum rupit meum, ni cum eo pacit, talio esto.* Ubi vetus verbum, *Pacit*, poni pro *paciscitur*, observat Cujacius in Notis ad lib. 4. Institut. de Injuriis. Rhadamanto Inferorum Judici eam legem tribuit Seneca, [Seneca.] post Aristotelem loco suprà citato, ubi eam [Aristoteles.] hocce pervulgato versiculo ornat: *Si quod quis fecit, patitur, iustissima lex est.* Hinc illud Nasonis: A. *Neque enim lex æquior ulla est, quam necis artifices arte perire sua.* [A Ovid l. 1 Art. amatoriæ.] Et illud item Senecæ senioris in Declamat. apud Delrium in Adagial. p. 2. Adagio 30. *Sunt Dii immortales lenti quidem, sed certi vindices generis humani: & magna exempla in caput invenientium regesserunt; ut iustissima patiendi vice, quod quisque alieno excogitarit supplicio, sæpe recipiat suo.* [Seneca senior. Vide Lorin. in c. 11 Sapientiæ v. 9. & 17.] Et Augustinus de veteri Dei lege disserens: B. Lex (inquit) justum modum figens, pœnam talionis instituit: hoc est, ut qualem quisque intulit injuriam, tale supplicium pendat". [B. Aug. l. 19. cont. Faust. cap. 25.] Et lib. 21. de civit. cap. XI." Id agit talio (inquit) ut hoc patiatur quisque, quod fecit". Christus Novæ legis Author ita rigorem talionis quoad litteralem sensum abolevit, ut secundùm tropologiam firmasse eandem videatur, dicendo: *In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis.* [Mat. 7. 2.] Additur apud Marcum, *Et adjicietur vobis.* [Mar. 4. 24.] Cui consonum est quod apud Lucam legitur, de recipienda *Mensura bona, & conferta, & coagitata, & supereffluente.* [Luc. 6. 38.] Quæ loca non de præmiatione duntaxat bonorum, sed de punitione quoque malorum intelligi commodè posse, patet ex illo Psalmographi de Deo: *Retribuet* ABUNDANTER *facientibus superbiam.* [Ps. 30 24.] Atque ut omittam illud Lamechi, *Septuplum ultio dabitur de Cain, de Lamech verò septuagies septies*: [Gen. 4. 24.] nota est illa Ecclesiastici Parænesis, *Non semines mala in sulcis iniustitiæ; & non metes ea in septuplum*: [Eccli. 7. 3.] messurus utique si semines. Eandem numeralem proportionem expressit Psaltes, ubi ait: *Redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum, improperium ipsorum quod exprobraverunt tibi Domine.* [Ps. 78. 12.]

Hæresiarchæ priusquam ab Ecclesia secedant, in sinu seu gremio ejusdem Ecclesiæ, cum reliquis Christianis tanquam fratres cum fratribus in sinu communis matris, conquiescunt: factâ autem secessione, & deserto gremio materno, aperiunt sinum suum suscipiendis seductitiis suis; fingentes sibi viritim de eis dici à Deo, quod Moyses sibi de filiis Israel dictum commemorat; *Porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulum*: [Num. 11. 12.] vel certè de se similiter viritim prophetatum fuisse illud Isaiæ, *Sicut Pastor, gregem suum pascet, in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo levabit.* [Isa. 40. 11.] Hoc igitur cernens propheticis oculis Regius Psaltes, ait de eis Deo: *Redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum.* [Ps. 78. 12.] Vicinos vocat tum propter baptismalem characterem nobiscum communem; tum quia non usque ad Gentilismum aut Judaismum excurrunt, sed Christiano vocabulo sese palliant; tum denique quia in multis Christianæ fidei mysteriis nobiscum consentiunt. Unde Augustinus de eis intelligendum censet illud ejusdem Psalmographi, *Redimet in pace animam meam ab his qui* APPRO- [Vide sup. c. 7. § 20. Ps. 54. 19.]

PINQUANT

PINQUANT MIHI. Quid est autem aliud *appropinquare*, quàm vicinos esse? Et ob hanc ipsam vicinitatem præfigurati fuerunt in *Cham*, medio filiorum Noë: prout idem Augustinus indicat lib. 16. de civit. cap. 2. Quod enim inter duo extrema mediat, utrique vicinius est, quàm ipsa sibi extrema. His ergo *Vicinis* imprecatur Psaltes *septuplam* talionem *in sinu eorum*, vel potiùs prævidet reddendam approbatque prævisam. C· Non mala ,, optat (inquit Augustinus) sed justa præ- ,, nunciat, & futura prophetat. Septenario ,, autem numero, id est, septuplâ retributione, ,, perfectionem pœnæ vult intelligi, quia ,, isto numero plenitudo significari solet". Sed quare addit Psaltes, *In sinu eorum*? Utique propter talionem: quia sicut scriptum est, *Per quæ peccat quis, per hæc & torquetur*: ut possit hæresiarcha quisque dicere cum Adonibezec, *Sicut feci, ita reddidit mihi Deus*. Peccat Hæresiarches secedendo è sinu Ecclesiæ, & aperiendo sinum suum iis quos sevocaverit de eodem sinu Ecclesiæ. Reddit autem ei Deus in sinu ejus sicut fecerat, quando secessione eorum quos suo sinu complectebatur eum plectit; & in ipso implet propheticam illam comminationem: *Væ qui prædaris, nonne & ipse prædaberis? & qui spernis, nonne & ipse sperneris?* Illam item; *Sicut fecisti, fiet tibi: retributio tua convertetur in caput tuum*. Ac si diceretur: Quemadmodum tu ab Ecclesia secessisti, & schisma invexisti: ita à te vicissim secedent, quos foves in sinu tuo; novas Sectas invehent, quos aggregasti Sectæ tuæ: *Seminasti mala in sulcis injustitiæ, metes eâ in septuplum*: tunicam Christi inconsutilem discidisti simpliciter, tunica tua consutilis discindetur septempliciter: *In qua mensura mensus fuisti, remetietur tibi, & adiicietur tibi*: tu Ecclesiæ Dei illusisti, & adversùs eam invaluisti, tametsi, Deo eandem protegente, prævalere non potuisti; *Tibi vicissim illudent viri fœderis tui; invalescent adversum te viri pacis tuæ, qui comedunt tecum ponent insidias subter te*. Hæc si in ullo unquam hæresiarcha, certè in Luthero vel maximè completa esse perspicuum est: D· Lu- ,, theri Sectam (inquit Lindanus) esse circi- ,, ter in *triginta quatuor* Sectas divisam ait ,, Bredenbachius in Psalmum 67. quæ se mu- ,, tuò editis libris oppugnant, præter eas quæ ,, in indoctâ plebe latent. Plura enim Luthe- ,, ranorum deprehendes genera, si, ut ait Cle- ,, inwitzius, supputes varias præsentis cor- ,, poris Domini in Eucharistia sententias. Alii ,, enim adesse, alii inesse, alii subesse, alii ,, esse cum pane, alii circa panem, alii denique ,, aliter novum Lutheri figmentum effinxerunt". Et vide divinæ animadversionis admirabilem æquitatem! Sciderat jam Lutherus Ecclesiam, hoc est, mysticum Christi corpus invecto schismate dilaceravit: primam ipse vicissim Sectæ suæ scissuram passus est super corpore Christi vero, existente in Eucharistico mysterio; quod juxta veridicam Augustini sententiam est E· Sacramentum pietatis, signum unitatis; vinculum charitatis". Qua de re Apostolus, *Quoniam unus panis*, inquit, *unum corpus multi sumus, omnes qui de uno pane participamus*. Docuerat quippe Lutherus inter alia perversitatis suæ dogmata, panis & vini substantiam in Eucharistia post consecrationem remanere. Cui dogmati cùm ejus etiam asseclæ aliquantisper auscultassent, eorum posteà præcipuus Andreas Carolstadius, Archidiaconus Wittebergensis, contra novum dogmatisten levavit calcaneum; & resuscitato ex Inferis dogmate Berengarii Archidiaconi Andegavensis ante quadringentos & amplius annos sepulto; Sacramentariorum Sectam instauravit; quem deinde secuti Zwinglius & Calvinus, copiosam Lutheranorum turbam de Lutheri sinu avulsam sibi aggregarunt. Carolstadii secessio hæc incidit in annum 1521. qui fuit quintus à secessione ipsius Lutheri. Discrepant porrò Sacramentarii à Luthero, additione voculæ, *Sola*, ad prædictum Lutheri dogma. Cùm enim Lutherus dogmatizasset, Panis & vini substantiam sub speciebus Eucharisticis existere; dogmatizare cœperunt isti, *Solam* panis & vini substantiam eisdem speciebus subesse, excluso nimirum corpore ac sanguine Christi. Hæc porro Sacramentariorum factio in varias Subsectas paulatim dissecta est, quarum novem præcipuas recenset Staphylus in libro de Lutheranorum discordia, nimirum *Significativorum*, *Tropistarum*, *Energicorum*, *Arrhabonariorum*, *Adessenariorum*, *Metamorphistarum*, *Iscariotistarum*, *Neutralistarum*, *Iconoclastarum*. Vix triennio post Carolstadii secessionem expleto, alius novus bufo è Lutheri sinu erepsit, Bernardus Rotmannus, qui Anabaptistarum Sectæ initium dedit anno 1524. ex qua subinde prodiere, teste ibidem Staphylo, *Muntzeriani*, *Adamitæ*, *Stebleri*, *Sabbatarii*, *Clancularii*, *Manifestarii*, *Dæmoniaci*, *Communia habentes*, *Condormientes*, *Eiulantes*, *Georgiandavidici*, *Mennonitæ*, *Polygamistæ*. Sexennio post istos cœperunt *Confessionistæ*, à Confessione Augustanâ, per Melanchtonem præcipuè concinnatâ, denominati: qui & ipsi in tres principales Sectas, sed in triginta & ampliùs Subsectas dispersi sunt. Principalium trium Sectarum prima est *Rigidorum Confessionistarum*, qui omnium Lutheranorum Lutheranissimi videri volunt: Secunda est *Mollium Confessionistarum*: tertia denique *Extravagantium Confessionistarum*. Prima in quatuordecim Subsectas, secunda in decem, tertia in septem est dispersa. De quibus singulatim Staphylus ibidem, & ex ipso Prateolus

Augustinus. — Ps. 78. 12. — C. Aug. in Ps. 78. v. 12. — Eccl. 21. 17. Iud. 1. 7. — Isa. 33. 1. Abdiæ v. 15. — Eccli. 7. 3. — Marc. 4. 24. — Abdiæ v. 7. — D. Lindan. in Dubitant. Dial. 2. c. 4. — E. Aug. Tract. 26. in Ioan. — 1. Cor. 10. v. 17. — Carolstadius Sacramentar. instaurator. — Vide Staphyl. lib. de Lutheranorum discordia, & Lindanum ad calcem Panopliæ Tabulâ 3. — Rotmannus Anabaptisticæ Sectæ conditor. — Melanchton Confessionist. Primipilus.

teolus in Præludio sui Elenchi Hæresum, sparsimque per ipsius Operis corpus, sub variis titulis. Qui item in eodem suo Præludio, ex Lindani *Dubitantio*, Euangelicos universim per tres classes distribuit: primam nimirum *Lutheranorum*, in qua undecim collocat Sectas: Secundam *Semilutheranorum*, in qua totidem: Tertiam denique *Antilutheranorum*, in qua quinquaginta sex: universim septuaginta octo. Lindanus quoque ipse in eodem suo *Dubitantio* comparans Lutherum cum Mahumeto Turcico: F. Ut Mahumeti Alcoranum (inquit) mox peperit Sectas septuaginta, ita & nos ad septuaginta amplius Euangelicorum recensuimus Sectas". Et superiùs ibidem cap. 4. "Euangelicorum (inquit) qui Euangelii istius novi, quod jactitant, doctrinam, per Lutherum aliosque adulteratam sectantur, Sectas, in tres distinguas commodissimè classes; tametsi tanta sit varietas, confusio, & doctrinæ inconstantia, ut tot existant ferè factiones, quot capita; tot propè hæresiarchæ, quot Sectarii. Alii namque sunt Lutherani, alii Semilutherani, alii Antilutherani: de quorum nobilioribus tantùm dicemus factionibus: nam si quis omnes hujus fermentati sæculi errores (ait Hedio Epist. ad Melanchtonem) numeret, de fide Trinitatis, de Christo Deo, Sacramentis &c. ferè totidem inveniet, quot ætas habuit Augustini, id est, centum viginti octo". Hæc Lindanus ante annos nonaginta perscripsit: quibus si reliquas exinde in hoc usque tempus exortas Sectas adjeceris, in immensum summa excrescet. Anno nuper 1647. prodiit libellus, *De statu Ecclesiæ Britannicæ hodierno* inscriptus, Auctore Honorio Reggio Calvinista Batavo: ubi Pag. 84. & sequentibus recensentur hæreses centum octoginta, spatio vix quinquennii in sola Anglia exortæ: quas ille singulatim describit ex libro Thomæ Edoardi Ministelli Londinensis, *Gangrena* inscripto. Refert præterea ibidem superiùs pag. 43. & seq. quandam mulierculam nomine *Hutchinsoniam*, in nova Anglia peperisse triginta circiter monstrosas hæreses, quas ibi ipse recenset. Quæ tandem impprægnata, totidem penè monstra, Deo perfidiam ulciscente, uno puerperio enixa sit: G. *Hutchinsonia*, ait ille, *summa novæ Religionis Sacerdos, & Dux hæreticorum, uno tempore triginta monstrosos partus enixa est: quot ferè monstrosas opiniones fovebat. Quidam maiores, alii minores erant: nulli humanam formam retulerunt.* Addit quoque consequenter Reggius de quadam alia fæmina Hutchinsoniæ cooperatrice, sive in pariendis hæresibus obstetrice: *Alia fæmina Hutchinsoniæ socia, nomine* DIER, *partum fæmineum monstrosissimum edidit. Carebat capite, facies in pectore erat, aures ex humeris, oculi & os latè prominebant, nasus sursum spectabat, pectus ac tergum plenum acutis stimulis; umbilicus, venter, & natura in dorso: pro digitis pedum tres ungues avium: in dorso supra ventrem duo magna foramina hiabant, & ex quovis massa carnea prominebat: supra oculos, loco frontis, quatuor acuta & dura cornua.*

F. Lindan. in Dubitantio Dial. 2. cap. 7.

Vide ibid. Dial. 3. c. XI.

G. Reggius pag. 45.

LXI. Dicent fortè Lutherani, nihil sibi aut Patriarchæ suo Luthero commune esse cum novis hisce Sectis dietim ebullientibus, aut fungorum instar per regiones crebrescentibus. Quasi verò nihil ei qui januam primus aperuit commune sit cum eis qui per eandem subintrant prædaturi. Ecclesia domus Dei est, cujus janua prædones repellens, meritò dici potest authoritas Præsulum divinitùs constituta. Hanc verò, etiam synodaliter collectam, reserasse se jactat archiprædo Lutherus in verbis istis superiùs cap. 16. §. 53. relatis: *Via nobis facta est enervandi authoritatem Conciliorum, & liberè contradicendi eorum gestis* &c. Nulla porrò à diebus Lutheri in hanc usque diem Secta ebullivit, quæ non per hanc januam prædatura subintroierit, aut quæ libertatem illam à Luthero præsumptam non usurparit. Quamvis proinde istud solum subsequentibus omnibus Sectariis Lutherus præstitisset, jure sanè optimo Patriarchatum sibi vendicasset. Sunt tamen & alii non pauci articuli à Luthero & Lutheranis effutiri cæpti, atque à sequentibus omnibus Sectis hæreditariè recepti; quos accuratè recitat in sua Apologia Fredericus Staphylus, & ex ipso transcribit Gabriël Prateolus, Elenchi hæresum libro 17. cap. 20. verbo, *Sectarii.* Primus horum Articulorum apud Staphylum & Prateolum est, *Quòd Sectæ omnes velint vocari homines Euangelici.* Cui Articulo uti primario accessorii sunt tres alii: Primò, *Quòd omnes glorientur se purum amplecti verbum Dei & Euangeliũ, unàque Symbola Apostolicum & Athanasianum:* Secundò, *Quòd verbum Dei sit per se satis clarum atque apertum, nec ulla egeat interpretatione:* Tertiò, *Quòd licitum sit mulieribus perinde ac viris, laicis non minùs quàm Sacerdotibus, tractare verbum Dei: & quicunque Scripturæ sensus cuique placuerit, eum pro ipso Dei verbo habere atque defendere.* Secundus Articulus principalis apud eosdem est, *Quòd pari studio atque odio Catholicam oppugnent Ecclesiam.* Cui Articulo accessorii sunt alii quinque: Primò, *Nullum admittendum esse Catholicum Scripturæ Sacræ sensum:* Secundò, *Romanum Pontificem esse Antichristum, Episcopos & Prælatos & Sacerdotes ei cohærentes esse Satanæ membra:* Tertiò, *Nullam Ecclesiæ Catholicæ constitutionem, nullam cæremoniam esse ferendam:* Quartò, *Sacrificium Missæ agnoscendum non esse:* Quintò, *Sacerdotium omne de Ecclesia profligandum esse.* Tertius Articulus principalis apud eosdem est, Catho-

Evasio præclusa.

Lutherus.

Staphylus. Prateolus.

Catholicos complurium hæresum extremè suis placitis oppositarum reos esse. Cujus generis exempla plusquàm quadraginta refert ac refellit Thomas Stapletonus in Oratione Quodlibetica quæ extat Tomo 2. Operum ejus, sub hoc titulo: *Vtrùm hæreticorum maior sit nequitia, quàm astutia?* & ante Stapletonum nonnulla ex Confessione Augustana & ejus Apologia commemoraverat Lindanus in Præfatione Tomi primi Apologetici ad Germanos. Unum exemplum recitant Staphylus & Prateolus supra: *Comminiscuntur* (aientes) *Papistas docere, quòd homines possint gratiam Dei iustificationisque beneficium mereri suis bonis operibus.* Sed non est nova, nec modernis Sectariis propria hæc calumniandi praxis: nam omnibus ab antiquo hæreticis à recto fidei tramite in alterutram extremitatem declinantibus solemne semper fuit, affingere Catholicis eundem tramitem insistentibus errores oppositæ extremitatis: H. Falsitas enim (ut Augustinus „olim aiebat) quæ nudari & redargui me„tuit, eorum vitiorum nomine quæ veritas damnat, diligentiam veritatis accusat". Sic enim Ariani Catholicos accusabant Sabellianismi, & Sabelliani vicissim Arianismi: Similiter Nestoriani eosdē accusabant Eutychianismi, & Eutychiani Nestorianismi: Pelagiani item Manichæismi, & Manichæi Pelagianismi. Unde Facundus Hermianensis, quasi nos præmuniens ne modernorum Sectariorum calumnias miremur aut formidemus: I. Ista (inquit) „nec expavescamus, nec quasi nova miremur: „quoniam sic aliquando etiam Patres nostros „Ariani velut Sabellianos, Sabelliani velut Arianos mendaciter infamabant". Pulchrè Augustinus, adversùs Lutheranorum prodromos, solâ fide sine operibus hominem salvari contendentes, ait: K. Errant homines „non servantes modum: & cùm in unam partem procliviter ire cæperint, non respi„ciunt divinæ authoritatis alia testimonia, „quibus possint ab illa intentione revocari, „& in eâ quæ ex utrisque temperata est veritate ac moderatione consistere". Verùm de tertio isto Sectariorum communi Articulo nunc satis. Quartus itaque Sectariorum communis & principalis Articulus apud eosdem est, *Papisticam esse carnificinam & impietatem, peccata enumerare & confiteri: ullam satisfactionem tanquam pœnæ temporariæ mitigatoriam suscipere: bonis operibus ex divinæ gratiæ & meritorum Christi virtute profectis vitam æternam velle mereri.* Cui Articulo accessoriè subnectuntur alii tres: Primò, *Confirmationem, Matrimonium, Extremamque Vnctionem, humana esse inventa, non Ecclesiæ Sacramenta:* Secundò, *Neminem posse continere, ne minus quidem quàm salivam non expuere, ut Lutherus ipse ait:* Tertiò denique, *Certis diebus ex Ecclesiæ præscripto ieiunare, nihil aliud esse quàm dæmoniis cultum impendere.*

Stapletonus.

Lindanus.

H. Aug l. 1. contra Crescon. c. 6.

I. Facund. Hermian. l. 1. de tribus Capitulis ad Iustin. c. 2.

K. Aug. lib. de fide & operibus cap. 4.

Quanquam igitur hodierni Sectarii in multis sibi Articulis adversentur, & singulæ Sectæ proprio quopiam discerniculo ab aliis singulis separentur: plurima tamen habent promiscuè communia, per Lutherum adinventa, & hæreditariè transmissa; non in eam duntaxat Sectam quam primitùs ipse conflavit, sed in Sectas quoque Sectarum, & quæ natæ hactenus sunt, aut indies adhuc nascuntur ex illis. Quæ profectò tanta sunt, & tam fundamentalia, ut iis subtractis universa Sectarum illarum machina corrueret. Quid enim aliud est quod omnes in sua obstinatione indurat, quàm quòd nec Papali nec Synodali authoritati deferant? Cui si deferrent, cæteros certè errores suos authoritate illâ damnatos abjurarent, & ad Ecclesiæ sinum unde exierunt redirent: Sicut exeundo imitatæ fuerant superbam Agar, ancillam Saræ typum Ecclesiæ gerentis; ita redeundo eandem imitarentur, ad Angeli hortamentum resipiscentem: *Revertere*, ait ei Angelus, *ad Dominam tuam, & humiliare sub manu illius.* Si illa acquievit monitioni Angeli, cur illæ non timent ejus comminationem qui dictus est *Magni Consilii Angelus*, quâ *Ecclesiam non audienti, ethnicismi & publicanismi* execrationem indicit? Sed non timent, vel certè non sic timent ut timori suo cedant: & idcircò scissuram à Luthero cæptam non modò non resarciunt, sed quantùm possunt ampliant, aliasque subscissuras ei incessanter subinducunt. Qualis fuerit earum dispersio quando suam Apologiam Staphylus elucubrabat, indicat ibi ipse, & ex ipso Prateolus dicto capite 20. libri 17." Lo„ca (inquiens) in quibus aut palàm habi„tant, aut clàm versantur supradicti Sectarii, „sunt hæc: *Anabaptistæ* inprimis liberè habi„tant, in manifesto quidem in Orientali & „Occidentali *Frisia*, in *Prussia*, maximèque „circa *Gedanum* vel *Dantiscum*, *Elbingam* & „*Regiomontem*: item in *Moravia* & *Bohemia*; „quanquam hìc rariores, illic frequentiores. „Sparsim tamen & clàm, prætextu Luthera„nicæ Religionis, *ad Rhenum*, *in Belgio*, *Hollandiâ*, *& VVestphaliâ*: & jam *ad Danubium*, „& *in Silesia* frequentes versantur. *Zuinglianorum* verò latè patet regnum, & ultra Se„ctas omnes sanè latissimè. *In Helvetijs* enim „sex potiores pagos occupaverunt, & partem „quandam *Sabaudiæ*, & *Genevam*; *Angliam* „quoque & *Scotiam* non minima ex parte te„nent. Quin & *Palatinatum Rhenensem* cæ„perunt nunc clàm invadere, & *VVirtembergensem Ducatum*. *Augustæ Vindelicorum* si„mulatur Lutherus quidem, sed reipsa re„gnat & vivit Zuinglius & Calvinus: qui „etiam in *Polonia* & *Gallijs*, & in nonnullis „*Hungariæ* locis potens est, & Satellites

Gen. 16. 9.

Isa. 9. 6. iuxta 70.

Matt. 18. 17.

Prateolus ex Staphylo

Anabaptistæ

Zuingliani

habet

„ habet : Nec *VVitteberga* prorsùs, aut *Lipſiâ* [Confeſſioniſtæ Rigidi.] „ exulat Zuinglianiſmus. *Rigidi & Stoici Confeſſioniſtæ VVimarienſe* territorium obtinu- „ erunt,& maximam *Saxoniæ* partem, *Magde-* „ *burgum*, *Brunſvicum*, *Luneburgum*, *Lubecam*, „ *Hamburgum*, *Bremam*, & *Daniam* penè uni- „ verſam, & *Holſatiam*, maximamque par- „ tem *Megaloburgenſis Ducatus*, & in Bavaria [Confeſſ. Moll.] „ *Vrbem Ratiſponenſem*. *Molles* verò & *Melan-* „ *chtonici* manifeſtò dominantur in *Miſnia*, „ in potiore parte *Franconiæ*, & *Noremberga*, „ tum in *Palatinatu* ſuperiori & inferiori, tum „ in alicua etiam parte *Sueviæ*, *Vlmæ*, & in „ *Ducatu VVirtembergenſi & Marchia* : ſed mix- [Flacciani.] „ tim in his; alii enim *Flacciani* eſſe malunt, „ alii *Melanchtonii*, atque *Adiophoriſtæ*. [Melanchtonii Adiophoriſtæ.] In *Si-* „ *leſia* autem, præſertim, *Vratiſlaviæ* & *Brigæ* „ potiores partes terent *VVittebergenſis* „ [Suenckfeld.] *Suenckfeldiani* ſanè in *Suevia*, & *Auguſtæ* „ *Vindelicorum*, clàm illi quidem, ſed frequen- „ tes tamen deliteſcunt : in *Sileſia* inter No- „ biles manifeſtò, nec obſcurè *Suidniciæ*, nec „ occultè *Glogoviæ*. Caput extulerunt [Oſiandriani] *Oſian-* „ *driani* in ea *Pruſſiæ* parte, quam Albertus „ Marchio habet, aguntque ibi palam, clàm „ *Norenbergæ*. [Stancariani.] *Stancariani in Minori Polonia*, & „ *Tranſylvania*. Pullulant enim hæ [Extravagant.] *Extrava-* „ *gantes*, tanquam adhuc minorum Gentium „ familiæ, mox caput prolaturæ, cùm incendium fuerit vulgi flatibus expoſitum".

CAPVT XIX.

Quanquam ſollicitiùs curandum ſit quomodò Germania ſanari queat, quàm indagandum quomodo in morbum inciderit: non tamen ſilenda fuit occaſio vel ſtatus morbi, quippe cujus notitia eſt initium remedii: hæreſes ſiquidem prodidiſſe, refutaſſe eſt. Methodus deponendi expeditè errorem & eruendi veritatem, per canalem Traditionis, à Cypriano ſuggeſta, ab Auguſtino deprædicata, à Hieronymo & aliis uſurpata & inculcata. Antiquitas Chriſtianæ fidei apud Germanos ex Irenæo. Soli Catholici poſſunt veraciter & perenniter dicere : Ita & nobis Majores noſtri, & illis ſui tradidere Majores. ***Cypriani collegæ eam methodum amplexi reſipuerunt, & novum Decretum priſtino contrarium emiſerunt.***

LXII. CUm Auguſtinus in Epiſtolâ 28. ad Hieronymum fusè & operosè originem animarum diſquiſiſſet, eaque occaſione de traduce peccati originalis diſſeruiſſet : mox Epiſtolâ proximè ſequenti, aliam tractaturus atque eidem Hieronymo propoſiturus quæſtionem, nonnulla de priori replicavit, in- [L. Auguſt. Epiſt. 29. ſub initium.] terque alia ait : L. Eleganter dictum eſſe nar- „ ratur, quod huic rei ſatis aptè convenit. „ Cùm quidam ruiſſet in puteum, ubi aqua „ tanta erat, ut eum magis exciperet ne mo- „ reretur, quàm ſuffocaret ne loqueretur, „ acceſſit alius, & eo viſo admirans ait : „ Quomodò huc cecidiſti? At ille : Obſe- „ cro, inquit, cogita quomodò hinc me li- „ beres, non quomodò huc ceciderim quæ- „ ras. Ita, quoniam fatemur, & fide Ca- „ tholicâ tenemus, de reatu peccati, tan- „ quam de puteo, etiam parvuli infantis „ animam gratiâ Chriſti liberandam, ſatis „ eſt ei, quòd modum quo ſalva fiat novi- „ mus, etiamſi nunquam quomodo in malum illud devenerit noverimus". Exemplum iſtud hominis in puteum delapſi, & ſine diſquiſitionis remora poſtulantis extrahi, non minùs præſenti ſcopo noſtro, quàm illi Auguſtiniano appoſitè congruere videtur. Ruit quippe Germania ante unum jam ſæculum in puteum vel barathrum diſcordiarum ſuper negotio Chriſtianæ Religionis, indidemque profluentium variarum ærumnarum in bonis etiam politicis humanæ converſationis. Interrogantibus igitur quomodo illuc ceciderit? reſpondet ipſa de putei profundo : Obſecro, cogitate potiùs quomodò hinc me liberetis, quàm quomodò huc ceciderim indagetis : non tam ſitis curioſi ſuper incurſione morbi, quàm ſtudioſi ſuper proviſione remedii : ſufficiat vobis ſcire quàm afflicta ſim, & quomodò redintegrari queam; etſi vos lateat unde afflicta ſim, ut redintegratione egeam. Hoc quidem illa proculdubio reſponderet, ſi plenam ſui lapſus notitiam haberet, ſicut ille quem in exemplum Auguſtinus proponit. Verùm quia pro ea ſui parte qua periculoſiſſimè ac pernicioſiſſimè ægrotat, ſanam ſe putat; & pro ea parte qua abjectiſſimè in limo pro-

profundi jacet, amœna piorum Concilia Elysiumque colere se existimat: eapropter repræsentandum ei inprimis fuit, qualis ante Lutheri secessionem extiterit, & qualiter ipse eam in puteum pro parte præcipitaverit, & morbo pestilentissimo infecerit: ut memor unde exciderit, & quò devenerit, reparari deposcat, nec pro sanitate habeat quòd ægrotare se nesciat. Prima ergo hæc medela conferenda fuerat ægrotæ, ut constituta ante faciem suam incipiat nosse quàm langueat: ne tanquam phrenetica curationem respuat, & opitulari volentem auscultare recuset: initium quippe sanitatis agnitio est infirmitatis, & qui ignorat suum morbum aspernatur remedium. Laodiceno quondam Antistiti apud semetipsum dicenti, *Dives sum, & locupletatus, & nullius egeo*: responsum est divinitùs, *Nescis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus.* Huic similes sunt per Germaniam, qui Lutherum imitantes jactant se Spiritu Sancto afflatos, & ejus charismatibus largiter ditatos: cùm tamen separati à communione corporis Christi, penitùs vacui sint Spiritu Christi. De qualibus Augustinus: M. Innumerabiles sunt (inquit) qui se „ videntes non solùm jactant, sed à Christo „ illuminatos videri volunt: sunt autem hæretici". Qua de re inspiciantur quæ superiùs cap. 5. §. 15. dicta sunt. Hieronymus verò eos non solùm Spiritu Sancto vacuos, sed insuper spiritu dæmoniaco agitatos perhibet: N. Aperiunt quasi fontes scientiæ (inquiens) qui „ aquam non habent doctrinarum: promittunt „ imbrem, velut nubes Propheticæ ad quas „ perveniat veritas Dei; & turbinibus exagitantur dæmonum, atque vitiorum". Ingens sanè est ista deceptio, & nisi auferatur, frustrà medicina talibus porrigetur. Dicent enim: *Sani sumus, opus medelâ non habemus.* Ob hanc ergo causam, priusquam de remedio Germanicorum dissidiorum disserere inciperemus, initium & progressum morbi ob oculos proponendum censuimus. Quod enim Pelagianis aiebat pridem Hieronymus, pari certè jure à nobis dici potest Lutheranis: O. Sententias vestras „ prodidisse, superasse est: patet primâ fronte „ blasphemia: non necesse habet convinci, „ quod suâ statim professione blasphemum est". Cæterùm, ut apertiùs perspiciatur, quàm congruo ordine manifestationem morbi præmiserimus discussioni remedii, animadvertendum, Divinam Sapientiam in sanando humano genere miserabiliter jacente consimilem servasse ordinem: P. Medicus noster (inquit „ B. Fulgentius) peritus & bonus, gratis ad „ vitam reducturus mortuos, & sanitati red„ diturus ægrotos, ipse languentium salus & „ resurrectio mortuorum, in eo vivificandis & „ sanandis hominibus insuperabili bonitate „ consuluit, in quo medicinam se nobis idem „ medicus fecit. Sed ut ordinem suæ cura„ tionis Sapientia Dei sapienter expleret, „ priùs præceptum dedit per legem justitiæ, „ quo suam infirmitatem ægrotus agnosceret; „ daturus effectum per gratiam, quo infirmus „ suæ infirmitatis salubriter conscius, non jam „ confidens in virtute sua tumesceret, sed „ ipsum fontem vitæ salutisque cognoscens, ab „ ipso sibi sanitatis beneficium postularet: nec „ suam jactans superbo corde justitiam, sic se „ putaret alienum à morbo, tanquam non ege„ ret curationis auxilio, unde illa vox Phari„ sæi est: *Deus, gratias tibi ago, quia non sum sicut* „ *cæteri homines, raptores, injusti, adulteri, sicut &* „ *publicanus iste*: sed vulnera sua contriti cordis „ humilitate respiciens, veraciter exclamaret, „ *Ego dixi, Domine miserere mei: sana animam meam, quia peccavi tibi*". Quod igitur Augustinus de lege divina Veteris Testamenti dicit ad Asellicum, Q. Hæc est (inquiens) utilitas „ legis, quia ostendit hominem sibi ipsi, ut sciat infirmitatem suam": hoc & nos de Lutheranismi exorientis & in Sectas evanescentis historiolâ, superioribus quatuor capitibus perstrictâ, dicere possumus Lutheranis: nimirum, Hæc est istius Historiæ utilitas, quia ostendit unumquemque Lutheri Sectatorem sibi ipsi, ut sciat infirmitatem suam. Quòd si neglexerit, & comparationem jam factam explodere maluerit, audiat saltem illud Apocalypticum sibi insonari: *Memor esto unde excideris, & age pœnitentiam.*

LXIII. His ita præmissis, de remedio ipso videamus. Et sanè si ex me remedium sibi assignari petiissent *Augustanæ Confessionis* professores, statim eis suggererem compendiosum illud & efficax, omnibus erronibus corrigendis idoneum, quod Martyr olim Cyprianus his verbis expresserat: R. In compendio est apud religio„ sas & simplices mentes, & errorem deponere, „ & invenire atque eruere veritatem. Nam si „ ad divinæ traditionis caput & originem re„ vertamur, cessat error humanus; & Sacra„ mentorum cælestium ratione perspectâ, quic„ quid sub caligine ac nube tenebrarum obscu„ rum latebat, in lucem veritatis aperitur Si ca„ nalis aquam ducens, qui copiosè priùs & lar„ giter profluebat, subitò deficiat; nonne ad fon„ tem pergitur, ut illic defectionis ratio nosca„ tur, utrumne arescentibus venis in caput unda „ siccaverit, an verò integra inde & plena pro„ currens in medio itinere destiterit? Ut si vitio „ interrupti aut bibuli canalis effectum est, quò „ minùs aqua continua perseveranter ac jugiter „ flueret, refecto & confirmato canali ad usum „ atque ad potum civitatis aqua collecta eâdem „ ubertate atque integritate repræsentetur, „ quâ de fonte proficiscitur. Quod & nunc „ facere oportet Dei Sacerdotes præcepta „ divina servantes, ut si in aliquo nutaverit & vacilla-

Apoc. 3. 17.

M. Aug. Tract. 45. in Ioan. Vide Cyp. Epist. 76.

N. Hieron. lib. 2. cont. Iovin. cap. 2.

O. Idem Epistol. ad Ctesiphont. cap. 3. Vide Iren. l. 1. c. 35. & Ber. Ser. 64. in Cant.

P. Fulgent. lib. 2. de Verit. Prædest. c. 5.

Luc. 18. 11.

Psa. 40. 5.

Q. Aug. Epist. 200.

Apoc. 2. 5.

R. Cyp. Epist. 74. ad Pomp.

„ vacillaverit veritas, ad originem Dominicam „ & Euangelicam, & Apostolicam traditionem „ revertamur; & inde surgat actus nostri ratio, unde ordo & origo surrexit". Hoc, inquam, compendiosum remedium eis suggererem: Et si forte contra illam Cypriani Epistolam exciperent, propter Authoris errorem de invaliditate Baptismatis per hæreticos ministrati, cui tunc adhærebat atque in illa ipsa Epistola favebat; Augustini calculum adjungerem: qui cùm illum Cypriani errorem in Donatistis operose refutasset, ut peritus trapezita pretiosum à vili secernens, methodum illam deponendi errorem & inveniendi eruendique veritatem ab eodem Cypriano suggestam collaudavit, dicens: S. Quod autem nos Cyprianus „ admonet, *Vt ad fontem revertamur, id est, Ad* „ *Apostolicam traditionem, & inde canalem in nostra* „ *tempora dirigamus*: optimum est, & SINE DVBITATIONE faciendum". Amplectantur ergo Lutherani methodum istam, si non propter authoritatem Cypriani suggerentis, saltem propter authoritatem Augustini laudantis & commendantis. Faciant, quod Augustinus suadet *Sine dubitatione* faciendum. Ponant sibi ob oculos dogmata per Lutherum invecta, & dispiciant utrumne eis adhærendo possint sincero corde usurpare illud Hieronymi: T *Ita & nobis Maiores nostri, & illis sui tradidere Maiores*. Cùmque se non posse deprehenderint, ad divinæ traditionis caput & originem recurrant, ut ubi, & quando, & quo violatore fluxus aquæ salutaris per canalem, interruptus sit, dignoscant. Inquirant sedulò quænam dogmata per Germaniam seminaverint, qui Christum illic primitùs euangelizarunt. Quindecim propemodùm sæcula jam elapsa sunt, ex quo Irenæus Martyr observavit, & litteris consignavit, Christi fideles per Germaniam constitutos eandem fidem corde tenuisse & ore prompsisse, quam universa per Orbem Ecclesia prædicabat: V. Et si in Mundo (ait ille) „ loquelæ dissimiles sint, virtus tamen tradi- „ tionis una eademque est. Neque hæ quæ in „ GERMANIA fundatæ sunt Ecclesiæ, aliter „ credunt, aut aliter tradunt; neque hæ quæ „ in Hiberis sunt, neque hæ quæ in Celtis, „ neque hæ quæ in Oriente, neque hæ quæ in „ Ægypto, neque hæ quæ in Lybia, neque hæ „ quæ in medio Mundi sunt constitutæ: Sed „ sicut Sol creatura Dei in universo Mundo „ unus & idem est, sic lumen & prædicatio ve- „ ritatis ubique lucet, & illuminat omnes ho- „ mines qui volunt ad agnitionem veritatis venire". Et ne forte quis ambigeret quænam fuerit illa veritatis traditio ac prædicatio, cunctis tunc Ecclesiis per Orbem communis, idem Irenæus lib. 3. ejusdem Operis cap. 3. compendio utens, his verbis manifestat: "Quoniam „ valdè longum est, in hoc volumine omnium „ Ecclesiarum enumerare successiones; maxi- „ mæ, & antiquissimæ, & omnibus cognitæ, à „ gloriosissimis duobus Apostolis Petro & „ Paulo ROMÆ fundatæ & constitutæ Eccle- „ siæ, eam quam habet ab Apostolis traditio- „ nem, & annunciatam hominibus fidem, per „ successiones Episcoporum pervenientem usq; „ ad nos, indicantes, confundimus omnes eos, „ qui quoquo modo vel per sui-placentiam „ malam, vel vanam gloriam, vel per cæcitatem „ & pravam sententiam, præterquàm oportet, „ colligunt. Ad hanc enim Ecclesiam, propter „ potentiorem principalitatem, necesse est omnem convenire Ecclesiam, hoc est, eos qui „ sunt undique fideles; in qua semper ab his qui „ sunt undique conservata est ea quæ ab Apostolis est traditio". Hinc planum evadit, fidem & professionem Germanorum, in Christo tunc regeneratorum, & nullâ eatenùs hæresi infectorum, eandem omninò fuisse cum fide ac professione Romanorum. Quapropter cùm ab exortu Lutheranismi, Germania, pro ea parte qua Protestantismum profitetur à Romana Ecclesia in fide discordet, cui anteà semper in eadem consonabat: perspicuum fit, Lutheranos aut Romanos tempore Lutheri à communi pridem utrisque fide descivisse: atque adeò alterutros illud Hieronymi usurpare non posse: *Ita & nobis Maiores nostri, & illis sui tradidere Maiores*. Sed nec minùs perspicuum illud est, non Romanos à Lutheranis, sed Lutheranos à Romanis secessionem fecisse, & propterea suam secessionem *Reformationis* vocabulo palliasse; quo aperte profitentur se à Majorum suorum fide descivisse: neque enim ritus duntaxàt novos, salvâ Religionis substantiâ, invexerunt; sed nova quoque dogmata Religioni substantialia, & non solùm Patribus suis, sed sibi etiam ipsis pridem inaudita, procuderunt. Unde non reformatorum rituum, sed *Reformatæ Religionis* homines se vocitant, & vocitari affectant. Ex propria proinde ipsorum confessione ac nomenclatione conficitur, non posse eos veraciter usurpare illud Hieronymi: *Ita & nobis Maiores nostri, & illis sui tradidere Maiores*.

LXIV. Porrò ut pleniùs ac planiùs Hieronymianæ hujus sententiæ vis percipiatur, & consonantia cum Cyprianiana methodo superiùs relatâ atque ab Augustino tam vehementer commendata perspiciatur; observandum est, Hieronymum eo loco errorem Cypriani mox memoratum refellere, & suâ illâ sententiâ methodum auctoris in ipsum tacite retorquere. Luciferiani etenim, contra quos ibi Hieronymus disputat, Cypriani authoritatem pro sua praxi baptizandi resipiscentes hæreticos obtendebant: Hieronymus autem huic eorum obtentioni obvians, inter alia dicebat: W. Cyprianus contritos lacus fugere conatus

Præoccupatio.

Vide Aug. lib. 2. Retract. c. 18.

S. Aug l. 5. de Baptis. conta Donat. c. 26.

T. Hieron. Dialog. contra Lucif. cap. 8.

V. Iren. l. 1. cap. 3.

De Christi fide apud Germanos propagata meminit Tertull. lib. contra Iudæos c. 7 & Arnob. l. 1. advers. Gentes. Vide etiam Aventinum apud Feuardent. in Notis ad Iren. l. 1. c. 3. ubi & primi Germanorũ Apostoli memorantur: de iis etiam videri potest Ioannes Fabri in Ioëlem pag. 27. & 105. edit. 2.

Vide supr. c. 17. § 56

W. Hieron. suprà.

„conatus est, nec bibere de aqua aliena: & idcircò hæreticorum Baptisma reprobans, ad „Stephanum, tunc Romanæ Urbis Episcopum, „qui à B. Petro vigesimus sextus fuit, super „hac re Africanam Synodum direxit: sed conatus ejus frustrà fuit. Denique illi ipsi Episcopi, qui rebaptizandos hæreticos cum eo „statuerant, ad antiquam consuetudinem revo„luti, novum emisere Decretum. Quid faci„mus? ITA ET NOBIS MAIORES NOSTRI, ET ILLIS SVI TRADIDERE MAIORES". Tanquam diceret, Idcircò & Cypriani conatus frustrà fuit, & Coëpiscopi ejusdem resipiscere debuerunt; quia obstabat eis antiqua traditio, per succedentes sibi generationes, quasi per longũ canalem, in illud usq; tempus transmissa. Quamvis enim Agrippinus Cypriani Antecessor canalem traditionis luxare ac torquere tentaverit, prævalere tamen invictissimę consuetudini, Romanæ, aliarumque Ecclesiarum, nequivit. Unde post ipsum, qui secuti eum fuerant, ad pristinam consuetudinem postliminio redierunt; prout Augustinus lib. 3. de Baptismo contra Donatistas c. 2. memorat. Illud nihilominùs incommodum ex Agrippini conatu secutum est, quòd Cypriano Successori, & collegis ejus nonnullis, errandi occasionem præbuerit. At que ut turbationis istius historia, simulque antiquitatis de novitate victoria manifestiùs perspiciatur, operæ pretium fuerit seriem negotii ex Vincentio Lyrinensi audire, qui Hieronymo penè synchronus fuit: X. Mos iste (ait ille) sem„per in Ecclesia viguit, ut quò quisque foret „religiosior, eò promptiùs novellis adinven„tionibus contrairet. Exemplis talibus plena „sunt omnia: sed ne longum fiat, unum ali„quod, & hoc ab Apostolica potissimùm Sede „sumemus: ut omnes luce clariùs videant Bea„torum Apostolorum beata successio quantâ „vi semper, quanto studio, quantâ contentione „defenderit susceptæ semel Religionis integri„tatem. Quondam igitur venerabilis memoriæ „Agrippinus Carthaginensis Episcopus, primus „omnium mortalium contra divinum cano„nem, contra universalis Ecclesiæ regulam, „contra sensum omnium consacerdotum, con„tra morem ac instituta Majorum, rebaptizan„dum esse censebat. Quæ præsumptio tantum „mali invexit, ut non solùm hæreticis omnibus „formam sacrilegii, sed etiam quibusdam Ca„tholicis occasionem præbuerit erroris. Cùm „ergo undique ad novitatem rei cuncti recla„marent, atque omnes quaquaversùm Sacerdo„tes pro suo quisque studio reniterentur; tunc „beatæ memoriæ Papa Stephanus, Apostolicæ „Sedis Antistes, cum cæteris quidem Collegis „suis, sed tamen præ cæteris, restitit: dignum, „ut opinor, existimans, si reliquos omnes „tantum fidei devotione vinceret, quantum „loci authoritate superabat. Denique in Epi„stola, quæ tunc ad Africam missa est, idem „his verbis sanxit, *Nihil novandum, nisi quod „traditum est.* Intelligebat etenim vir Sanctus „& prudens, nihil aliud rationem pietatis ad„mittere, nisi ut omnia, quâ fide à Patribus „suscepta forent, eâdem fide filiis consignaren„tur: nosque Religionem, non quà vellemus, „ducere, sed potiùs quà illa duceret, sequi „oportere: idque esse proprium Christianæ „modestiæ & gravitatis, non sua posteris tra„dere, sed à Majoribus accepta servare. Quis „ergo tunc universi negotii exitus? Quis uti„que, nisi usitatus & solitus? Retenta scilicet „est Antiquitas, explosa Novitas. Sed fortè „tunc ipsi novitiæ adinventioni patrocinia de„fuerunt? Imò verò tanta vis ingenii adfuit, „tanta eloquentiæ flumina, tantus Assertorum „numerus, tanta veri similitudo, tanta divinæ „legis oracula, sed planè novo ac malo more „intellecta; ut mihi omnis illa conspiratio nullo „modo destrui potuisse videatur, nisi sola tanti „moliminis causam illa ipsa suscepta, ipsa de„fensa, ipsa laudata Novitatis professio desti„tuisset". Quoniam igitur Papa Stephanus, & ei cohærentes Antiquitatis Assertores, ad fontem recurrerunt, & inde canalem in sua usque tempora direxerunt; insurgentem Novitatem, etsi magnis alioqui patrociniis fultam, debellaverunt. Neque enim sicut ipsi, ita & adversæ Novitatis patroni potuerunt usurpare illud toties memoratum Hieronymi dictum: *Ita & nobis Maiores nostri, & illis sui tradidere Maiores.* Et quia non potuerunt, veritati tandem cesserunt, errorem deposuerunt; ad canalem, quem ad se dirigere nequierunt, resipiscentes transierunt: atque ita, ut ex Hieronymo memoravimus, *ad antiquam consuetudinem revoluti, novum Decretum emiserunt.* An Cyprianus, vel cum eis, vel seorsim ab eis, errorem correxerit; Hieronymus ibi tacet, Augustinus sub dubio relinquit Epist. 48. & lib. 2. de Baptismo contra Donat. cap. 4. Illud saltem ex utroque constat, Cyprianum in errore illo pertinacem non fuisse, atque adeò materialiter duntaxat errasse, nec ad hæresim aut schisma prosiliisse, sed in communione Ecclesiæ Catholicæ Apostolicæque perstitisse, in eaque gloriosum Martyrii agonem consummasse. Habent itaque Lutherani Cyprianum, resipiscendi methodum sibi suggerentem, & exemplum non obdurescendi præbentem: Habent, si non ipsum, saltem ipsius collegas *ad antiquam consuetudinem* (quam pridem oppugnaverant) *revolutos, novum Decretum* (priori utique contrarium) *emittentes.* Si sapiant, amplectantur Cypriani methodum, imitentur exemplum: Et, cùm clarè videant se non posse usurpare præmemoratum Hieronymi Dictum, Collegarum Cypriani docilitatem æmulantes *Ad antiquam revoluti consuetudinem, novum emittant Decretum.*

Margin notes: Agrippinus. — Augustinus. — X. Vincent Lyrin. c. 9. & 10. — Vide Euseb. l. 7. Hist. Eccles. cap. 8. — Vide Athan. Epist. pro Decretis Nicænis, post medium. — Vide Hier. Dial. contr. Lucif. c. 9. & August. Epist. 48. & lib. 2. de Baptis. cont. Donat. c. 4.

CAPVT XX.

Obviatur tergiversationi Confessionistarum, *obtendentium sufficientiam divinarum Scripturarum, sine recursu ad canalem Traditionis. Scriptura, non in legendo, sed in intelligendo consistit; quæ alioqui secundùm litteræ corticem cunctis promiscuè hæresibus adaptari queat. Indidem sumendus Scripturæ sensus, unde & Canon. Non minùs veritati obstrepit adultera interpretatio, quàm ipsius textûs mutilatio vel depravatio. Spiritûs Sancti jugis assistentia Christianæ Ecclesiæ promissa, ac præstita. Vetus Testamentum in tabulis lapideis, Novum in cordibus credentium primariò scriptum. Non scripto, sed verbo Euangelium fuit consignatum primitùs plerisque Gentibus, signanterque Germanis, quippe litterarum tunc ignaris. Vt in veteri Iudæorum templo quædam exponebantur, quædam intra Sanctum Sanctorum abdebantur: sic in Ecclesia Christi quædam Scripto produntur, quædam arcanò traduntur: & cur? Scripturæ recta intelligentia sine clave Ecclesiasticæ Traditionis quàm ardua, ostenditur exemplo Acroaticorum Aristotelis librorum, quadantenùs editorum, quadantenùs ineditorum. Sectarij, clave scientiæ destituti, ducentas unius sententiolæ,* Hoc est corpus meum, *interpretationes sunt commenti.*

LXV. ECce quid *Confessionistis* suggesturus fuissem, si per me remedium suo morbo curando, & Germanico dissidio terminando, assignari petiissent. Quòd si regererent, se minimè indigere aquis per *canalem Traditionis* fluentibus, contentos esse aquis de *Scripturæ* fonte manantibus: inducerem Sanctos Patres præcedenti capite relatos, Cyprianum, Augustinum, Hieronymum, Irenæum, Lyrinensem, mihi de eis insonantes: *Non te abiecerunt, sed nos.* (1. Reg. 8. 7.) Neque enim ego ex meo capite remedium prædictum excogitavi, sed ab illis Patribus vel suggestum, vel approbatum, vel inculcatum, vel applicatum, vel propugnatum indicavi. Sed inquiunt, (Objectio.) *Cùm sit perfectus Scripturarum Canon, sibique ad omnia satis superque sufficiat; quid opus est, ut ei Ecclesiasticæ intelligentiæ iungatur authoritas?* Antiqua profectò, atque à Lyrinensi ante mille ducentos annos non solùm relata, sed diluta (Dilutio.) quoque objectio: (V. Vinc. Lyrin. cap. 2. Vide ibid. cap. 35.) "Quia videlicet (respon-„dit ille pro me) Scripturam Sacram, pro „ipsa sua altitudine, non uno eodemque sen-„su universi accipiunt; sed ejusdem eloquia „aliter atque aliter alius atque alius interpre-„tatur, ut penè quot homines sunt, tot illinc „sententiæ erui posse videantur. Aliter nam-„que illam Novatianus, aliter Photinus, aliter „Sabellius, aliter Donatus exponit: aliter „Arius, Eunomius, Macedonius, aliter Apol-„linaris, Priscillianus, aliter Jovinianus, Pela-„gius, Celestius; aliter postremò Nestorius. „Atque idcircò multùm necesse est, propter „tantos tanti erroris anfractus, ut Propheticæ „& Apostolicæ interpretationis linea, secun-„dùm Ecclesiastici & Catholici sensûs nor-„mam dirigatur". Eadem repetit idem Auctor inferiùs c. 41. sive in principio secundi Commonitorii. Ante ipsum quoque Hilarius Pictaviensis in libello ad Constantium Augustum: (Hilarius.) " Fidem (inquit) Imperator quæris: audi eam „non de novis chartulis, sed de Dei libris: „Scito eam posse etiam in Occidente donari, „*Vnde venientes, in regno Dei cum Abraham, & Isaac, & Iacob recumbent*: (Mat. 8. 11.) Memento, eam non „in quæstione Philosophiæ esse, sed in Euan-„gelii doctrina. Non tam mihi rogo audientiã, „quàm tibi, atque Ecclesiæ Dei: Ego enim „penès me habeo fidem, exteriore non egeo: (Vide Aug. lib. 2. de Nupt. & concup. cap. 11.) „Quod accepi, teneo; nec demuto quod Dei „est. Sed memento tamen, neminem hæreti-„corum esse, qui se nunc non secundùm Scri-„pturas prædicare ea, quibus blasphemat, men-„tiatur. Hinc enim *Marcellus*, verbum Dei „dum legit, nescit: Hinc *Photinus*, hominem „Jesum Christum cùm loquitur, ignorat: Hinc „& *Sabellius*, dum quòd *Ego & Pater unum sumus*, (Io. 10. 30.) „non intelligit, sine Deo Patre & sine Deo Fi-„lio est: Hinc *Montanus* per insanas fæminas Pa-„racletum alium defendit: Hinc & *Manichæus* &

2.Cor.3.6. Io.12.31.

„ *Marcion* Legem odit, quia *Littera occidit*, & „ *Mundi Princeps diabolus est.* Omnes, Scriptu„ras sine sensu loquuntur, fidem sine fide „ prætendunt : Scripturæ enim non in legendo sunt, sed in intelligendo". Et verò quid mirum, hæreticos uti Scripturis secundùm corticem litteræ, sed vacuum medullâ intelligentiæ; cùm & ipse diabolus eisdem abusus fuerit in ea disceptatione quam cum Christo habuit in deserto? Hinc Hieronymus superiùs cap. 14. §. 47. relatus : " Nec sibi „ blandiantur (aiebat de hæreticis) si de Scri„pturarum capitulis videntur sibi affirmare „ quod dicunt : cùm & diabolus de Scriptu„ris aliqua sit locutus; & Scripturæ non in legendo consistant, sed in intelligendo". Hoc ipsum fusiùs & ex professo prosequitur Lyrinensis cap. 35. & duobus sequentibus. Ac tum cap. 38. quæstionem proponit : *Si divinis eloquiis, sententiis, promissionibus, & diabolus, & discipuli eius utuntur, quorum alii sunt Pseudoapostoli, Pseudoprophetæ, & Pseudomagistri, & omnes ex toto hæretici: quid facient Catholici homines, & matris Ecclesiæ filii? quonam modo in Scripturis sanctis veritatem à falsitate discernent?* Ecce quæstionem : audi decisionem. Sequitur ibidem continuò : " Hoc scilicet fa„cere magnopere curabunt, quod in princi„pio Commonitorii istius sanctos & doctos „ viros nobis tradidisse scripsimus : ut divi„num Canonem secundùm universalis Eccle„siæ traditiones, & juxta Catholici dogmatis regulas interpretentur". Verba porrò Auctoris in illo principio Commonitorii, ad quæ hic alludit, sunt ista capitis primi : " Sæpè magno studio & summâ attentione „ perquirens à quamplurimis sanctitate & „ doctrinâ præstantibus viris, quonam modo „ possim certâ quâdam & quasi generali ac re„gulari viâ, Catholicæ fidei veritatem ab „ hæreticæ pravitatis falsitate discernere ; „ hujusmodi semper responsum ab omnibus „ ferè retuli : Quòd sive ego, sive quis alius „ vellet exurgentium hæreticorum fraudes „ deprehendere, laqueosque vitare, & in fi„de sanâ sanus atque integer permanere; du„plici modo munire fidem suam, Domino „ adjuvante, deberet : Primò scilicet divinæ „ Legis auctoritate, tum denique Ecclesiæ Catholicæ traditione". Ubi cernere licet, non ex suo cerebro Vincentium necessitatem istam Traditionis finxisse, sed ab aliis, quos numerosè desuper consuluerat, hausisse : ut proinde non ipsius solius, sed aliorum quoque *Quamplurimorum sanctitate & doctrinâ præstantium virorum*, ea sententia censeri debeat: qui nimirum, ut in simili Augustinus ait, Z. Quod invenerunt in Ecclesia, tenuerunt; „ quod didicerunt, docuerunt; quod à Pa„tribus acceperunt, hoc filiis tradiderunt":

Hierony. mus. Vide Ambr. lib. 4. in c. 4. Luc.

Vincent. Lyrinensis.

Z. Aug. lib 2. contra Iulian. cap. 10.

ut filii eorum possint veraciter usurpare illud Hieronymi toties superiori capite repetitum: *Ita & nobis Maiores nostri, & illis sui tradidere Maiores.*

Hierony. mus.

LXVI. Sicut nemo Catholicorum ambigit, divinas Scripturas, juxta sensum à Spiritu sancto eas dictante intentum intellectas, omnimodam habere authoritatis certitudinem : ita nemo ignorat, universas passim Pseudochristianorum hæreses ex prava earundem intelligentia procreari. Testatur Apostolus Petrus, in Epistolis Coapostoli sui Pauli *Esse quædam difficilia intellectu, quæ indocti & instabiles depravant, sicut & cæteras Scripturas, ad suam ipsorum perditionem.* Nullam prorsus partem divinarum Scripturarum excepit, qui sine ulla prorsus limitatione *cæteras Scripturas* expressit. Hinc mirum videri non debet scripsisse Tertullianum : A. Nulla vox divi„na ita dissoluta est & diffusa, ut verba „ tantùm defendantur, & ratio verborum non constituatur". Rursùs ibidem cap. 39. cùm ostendisset, quemadmodum profana quorundam scripta ab aliis Scriptoribus in alienum sensum detorqueantur : " Et utique (subdit) „ fecundior divina litteratura est ad facultatem cujuscunque materiæ". Hinc nimirum colligendum relinquens, tanto faciliùs torqueri divinam litteraturam ad alienas quascunque materias, quanto ipsa fœcundior est profanis quibuscunque litteraturis. Et vide quid ibidem protinùs subnectat: " Nec periclitor (in„quit) dicere, ipsas quoque Scripturas sic „ esse ex Dei voluntate dispositas, ut hæreticis „materias subministrarent; cùm legam, *Oportere* „ *hæreses esse*, quæ sine Scripturis esse nō possent". Et ne fortè quis autumaret, hâc sententiâ derogari dignitati sacrarum Scripturarum, superiùs cap. 36. ostenderat exemplis ex naturali rerum cursu petitis, nihil derogare præstantiæ causarum quòd ex eis per accidens prodeant degeneres quidam effectus. Postquam igitur ibi præmisisset," Hæc est institutio non „ dico jam quæ futuras hæreses prænuntiabat, „ sed de qua hæreses prodierunt : sed non „ fuerunt ex illa, ex quo factæ sunt adversus illam": Continuò subdit unde nunc agitur :" „ Etiam de olivæ nucleo mitis & opimæ & „ necessariæ, asper oleaster exoritur : etiam „ de papavere fici gratissimæ & suavissimæ, „ ventosa & vana caprificus exurgit. Ita & „ hæreses de nostro fructificaverunt, non „ nostræ : degeneres veritatis grano, & mendacio sylvestres". Tanquam diceret, Quemadmodum non derogat præstantiæ olivæ, quòd ex ejus nucleo oriatur oleaster; aut fici, quòd ex ejus papavere caprificus exurgat: ita nihil derogat dignitati vel authoritati divinarum Scripturarum, quòd ex earum laciniis perperàm intellectis, aut pravè detortis, hæreses

2.Pet. 3. 16.

A. Tertull. lib. de Præscript. c. 38.

Vide eund. in Apologet. c. 47.

1. Cor. 11. 19.

reſes veritatis degeneres & mendacio ſylveſtres prognaſcantur. Ut enim præclarè Nazianzenus advertit, B. Non ſimplicitas verborum, „ ſed mali intellectus obſtinatio, culpam olet". Et Vigilius adversùs Eutychen: C. Cardo peſſimus (inquit) & origo malorum, „ quæ ex ſeſe cunctarum impietatum occaſiones peperit, hæc eſt, dum cæleſtium „ dictorum virtus, vitio malè intelligentium „ temerata, non ſecundùm ſui qualitatem „ ſenſus perpenditur, ſed in alias res pro arbitrio & voluntate legentis, ſecùs quàm „ veri ratio poſtulat, derivatur. Et hoc ex „ omnium hæreticorum commentis cuique deprehendere perfacile eſt". Et his antiquior Hilarius Pictavienſis: D. Negari non poteſt „ (inquit) ex vitio malæ intelligentiæ extitiſſe fidei diſſidium; dum quod legitur, „ ſenſui potiùs coaptatur, quàm lectioni ſenſus obtemperat". Qui item ſuperiùs lib. 4. poſtquam Arianorum hæreſim deſcripſiſſet: " Hic (inquit) eorum error eſt, hæc mortifera inſtitutio: ad cujus confirmationem „ corrupto intelligentiæ ſenſu, divinorum „ dictorum teſtimonia uſurpant, & de his „ ſub occaſione humanæ ignorantiæ mentiuntur". Et generaliùs de hæreticis indefinitè loquens ſuperiùs ſub initium libri 2. " Extiterunt plures (inquit) qui cæleſtium verborum ſimplicitatem, pro voluntatis ſuæ „ ſenſu, non pro veritatis ipſius abſolutione ſuſciperent; aliter interpretantes, quàm „ dictorum virtus poſtularet. De intelligentia enim hæreſis, non de Scriptura eſt: & ſenſus, non ſermo fit crimen". Immane haud dubiè crimen eſt, ipſa Scripturæ verba truncare, aut quoquo modo mutilare: & tamen ejuſmodi truncationi Tertullianus æquiparat ſenſus adulterationem: E. Tantum (inquiens) „ veritati obſtrepit adulter ſenſus, quantum corruptor ſtylus". Et inferiùs cap. 38. comparans Valentinum adulteratorem ſenſus, cum Marcione corruptore textus: " Alius manu „ Scripturas (inquit) alius ſenſu expoſitiones „ intervertit. Neque enim ſi Valentinus integro inſtrumento uti videtur, non callidiore „ ingenio quàm Marcion manus intulit veritati". Similem comparationem Priſcillianiſtarum cum Manichæis inſtituit Auguſtinus libro de Hæreſibus ad Quodvultdeum cap. 70. Hieronymus præterea de iſtiuſmodi adulteratoribus Scripturiſtici ſenſus loquens: F. Omnis (inquit) qui Euangelium alio interpretatur ſpiritu & mente quàm ſcriptum „ eſt, credentes turbat, & convertit Euangelium Chriſti: ut id quod in facie eſt, „ poſt tergum faciat; & ea quæ poſt tergum ſunt, vertat in faciem". Aliquantò item inferiùs ibidem negat eos habere Scripturam divinam, qui ejuſdem Scripturæ intelligentiam pervertunt: " Marcion & Baſilides (inquiens) & cæteræ hæreticorum peſtes, non „ habent Dei Euangelium, quia non habent „ Spiritum ſanctum; ſine quo humanum fit „ Euangelium quod docetur. Nec putemus, „ in verbis Scripturarum eſſe Euangelium, „ ſed in ſenſu; non in ſuperficie, ſed in medulla; non in ſermonum foliis, ſed in radice rationis. Dicitur in Propheta de Deo, „ *Sermones eius boni ſunt cum eo.* Tunc Scriptura utilis eſt audientibus, cùm abſque „ Chriſto non dicitur, cùm abſque Patre non „ profertur, cùm ſine Spiritu non eam inſinuat ille qui prædicat. Alioquin & diabolus, qui loquitur de Scripturis, & omnes „ hæreſes, ſecundùm Ezechielem, inde ſibi „ *conſuunt cervicalia, quæ ponant ſub cubito univerſæ ætatis*".

B. Nazianz. Orat. 49.

C. Vigil. l. 2 contra Eutychen in principio.

D. Hilar. l. 7. de Trinit.

E. Tertul. lib. de Præſcript. c. 17.

Auguſtinus.

F. Hieron. in c. 1. Epiſtolæ ad Galatas.

Mich. 2. 7

Ezech. 13. 18.

LXVII. Africani certè Epiſcopi, qui cum B. Cypriano circa hæreticorum baptiſma erraruut, plurima Scripturarum teſtimonia pro ſuo errore perſuadendo allegabant, ut videre licet ex ipſorum ſubſcriptionibus, ad calcem Tomi ſecundi Operum Cypriani editionis Pamelianæ relatis: ſed quia Scripturarum vis non in foliis verborum, ſed in medulla ſenſus conſiſtit; cedere debuerunt veteri conſuetudini, per canalem traditionis ab Apoſtolis tranſmiſſæ: G. Apoſtoli autem (inquit „ Auguſtinus) nihil quidem exinde præceperunt (*In ſuis nimirum ſcriptis*) ſed conſuetudo illa quæ opponebatur Cypriano, ab „ eorum traditione exordium ſumpſiſſe credenda eſt: ſicut ſunt multa, quæ univerſa „ tenet Eccleſia, & ob hoc ab Apoſtolis præcepta benè creduntur, quanquam ſcripta non reperiantur". Inter hæc multa, quæ Eccleſia tanquam ab Apoſtolis tradita tenet, eſt ipſe divinarum Scripturarum canon: prout idem Auguſtinus lib. 2. de Doctrina Chriſtiana cap. 8. indicat. Unde & in libro contra Epiſtolam Manichæi, quam vocant Fundamenti, diſertè cap. 5. ait: " Ego verò „ Euangelio non crederem, niſi me Catholicæ Eccleſiæ commoveret authoritas. Quibus ergo obtemperavi dicentibus, *Credite* „ *Euangelio*; cur eis non obtemperem dicentibus mihi, *Noli credere Manichæo*"? Ubi advertendum, nihil veritati deperiturum, ſi pro *Manichæo* ſubſtituas *Lutherum*, vel *Calvinum*, vel quemvis alium hæreſiarcham ab Eccleſia pariter anathematizatum. Rejiciebant Manichæi è ſacro canone librum Actuum Apoſtolicorum. Sed Auguſtinus ibidem de eo loquens: " Cui libro (inquit) neceſſe eſt „ me credere, ſi credo Euangelio: quoniam „ utramque Scripturam ſimiliter mihi Catholica commendat authoritas". Et vide quemadmodum in hoc ipſo puncto Canonis Scripturiſtici perſuadendo Auguſtinus recurrat ad

G. Aug. lib. 5. de Bapt. contra Donat. c. 2. Vide ibid. lib. 2. c. & lib. 4. c.

canalem

canalem Apoſtolicæ traditionis. Negabant Manichæi ea quæ de nativitate Chriſti memorantur in Euangelio Matthæi: Auguſtinus verò contrarium aſtruens, ita alloquitur Fauſtum eorum coryphæum: H Cùm cæpero „ Matthæi Euangelium recitare Apoſtoli „ Chriſti, ubi narratio nativitatis ejus tota „ contexitur; continuò dices, illam narra- „ tionem non eſſe Matthæi: quam Matthæi „ eſſe dicit univerſa Eccleſia, ab Apoſtoli- „ cis Sedibus uſque ad præſentes Epiſcopos certâ ſucceſſione perductâ". Et paulò infrà iterum: " Iſtum librum credite eſſe Mat- „ thæi, quem ex illo tempore, quo Mat- „ thæus ipſe in carne vixit, non interruptâ „ ſerie temporum, Eccleſia, certâ connexio- „ nis ſucceſſione, uſque ad tempora iſta perduxit". Scribit Euangeliſta Lucas, Chriſtum ex Inferis redivivum *Aperuiſſe* Apoſtolis ac diſcipulis ſuis *ſenſum, ut intelligerent Scripturas.* I. Non ergo (ſubinfert Hilarius) „ ex nobis eſt quòd intelligimus, ſed ex eo „ qui quæ innoſcibilia erant fecit intelligi. „ Itaque ab eo ſperanda intelligentia eſt, qui „ & *Pulſantibus aperiet, & quærentibus demonſtrabit, & petentibus non negabit*". Quod obiter notandum eſt, contra Sectarios, qui Scripturę intelligentiam fingunt eſſe omnibus obviam. Ad præſentem porrò ſcopum noſtrum optimè prædictum Lucæ locum applicat inſignis Theologus Melchior Canus, ita ſcribens: K. Quòd autem Apoſtolis Chriſtus *Aperuit* „ *ſenſum, ut intelligerent Scripturas*, non id pro- „ pter illos tantùm, ſed multò etiam magis „ propter Eccleſiam fecit. Ex quo intelligi- „ mus, Chriſtum Eccleſiæ ſuæ *Librum ſignatum* perpetuò aperuiſſe. Scripturæ inſuper „ intelligentiam Apoſtoli Eccleſijs tradide- „ runt: Nam ſi non ſenſum, ſed verba dun- „ taxat tradidiſſent, non utique prædicaſſent „ Euangelium omni creaturæ, nec docuiſſent „ omnes Gentes ſervare quæcunque illis à „ Chriſto fuiſſent demandata. Qualis enim „ Euangelii prædicatio, qualiſve doctrina, „ abſque intelligentia eſſet? Nempe, qualis „ aut puerorum, aut pſitacorum eſt, qui ſine „ mente dant accipiuntque ſonum. At Apo- „ ſtolicæ traditionis certior teſtis nemo eſt, „ quàm Eccleſia. Nam quid acceperit, ec- „ quis clariùs evidentiùſque teſtabitur, quàm „ ipſa, quæ accepit? Scripturæ igitur ſenſus „ ab Apoſtolis Eccleſiæ traditus, penes Eccleſiam eſt". Quemadmodum igitur Eccleſia libros Scripturæ ſibi traditos, ita & intelligentiam Scripturæ ſibi pariter concreditam ſedulò ſemper cuſtodivit & conſervavit; atque de Parentibus ad filios, certâ connexionis ſucceſſione, tranſmiſit: aſſiſtente ſemper ac dirigente Spiritu ſancto, quem nefas eſt arguere alicujus negligentiæ, L. Quaſi ſinen- „ tem Eccleſias aliter interim intelligere, „ aliter credere, quàm ipſe per Apoſtolos prędicabat". Neque enim ad tempus duntaxat, aſſiſtentiam Spiritus ſancti vel Chriſtus Eccleſiæ ſuæ à Patre petivit, vel Pater ab ipſo exoratus impertivit, ſed *In æternum*: ſicut ipſe Chriſtus aiebat diſcipulis, Eccleſiam uſque ad conſummationem ſæculi duraturam repræſentantibus: *Ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiſcum* IN ÆTERNUM, *Spiritum veritatis.* De quo Spiritu apud Iſaiam loquens Pater, qui eum largiturus fuerat, ad Chriſtum, qui eum impetraturus erat credentibus in ſe: *Spiritus meus*, inquit, *qui eſt in te, & verba mea quæ poſui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore ſeminis tui, & de ore ſeminis ſeminis tui, amodo & uſque in ſempiternum.* Semen iſtud Chriſti, cætus eſt fidelium, Chriſti ſanguine redemptorum, & in unam Eccleſiam convocatorum. Quod ſemen Chriſto repromiſſum eſt apud eundem Prophetam, ſub conditione ponendi pro peccato animam ſuam, cùm de eo dicitur: *Si poſuerit pro peccato animam ſuam, videbit ſemen longævum.* Verba proinde, quæ Deus poſuit in ore Chriſti, non recedent de ore Chriſtianæ Eccleſiæ in ſempiternum: & ut non recedant, Spiritus Chriſti datus eſt eidem Eccleſiæ, non receſſurus ab ea in ſempiternum.

LXVIII. Datus porrò eſt Eccleſiæ Chriſti Spiritus Chriſti, non ſolùm ut Scripturas divinas, & genuinam earum intelligentiam illibatè conſervaret ac cuſtodiret; ſed ut Traditiones quoque divinas, ſive per Chriſtum immediatè, ſive per diſcipulos ipſius conſignatas, eâdem ſinceritate & integritate retineret, & earum adminiculo errores quandocunque irrepentes confoderet. Neque enim dictum eſt, ſcripta mea quæ poſui in manu tua: ſed, *Verba mea quæ poſui in ore tuo, non recedent de ore tuo* &c. Verba autem, uti hominis, ita & Dei, latiùs patere quàm ſcripta ejuſdem, neminem latere poteſt, qui norit, Deum non ſolùm Angelis ſine ullo ſcripto locutum, ſed primis etiam hominibus tam ante quàm poſt lapſum, & eorum poſteris tam ante quàm poſt diluvium, nondum datâ per Moyſem lege, multifariàm multiſque modis veritatem propalaſſe, & judicia ſua manifeſtaſſe. Chriſtum Novæ Legis Authorem *Digito ſcripſiſſe* aliquando legimus, ſed *In terra*, non in charta. Dominus per Hieremiam promittens Euangelicam legem, non atramentum expreſſit, aut chartam: ſed, *Dabo legem meam*, inquit, *in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam.* Unde & Apoſtolus, Corinthios Euangelicæ legis præceptis jam imbutos alloquens: *Epiſtola eſtis Chriſti*, inquit, *miniſtrata à nobis & ſcripta non atramento*,

H. Aug. l. 28. contra Fauſt. c. 2.
Luc. 24. 45.
I. Hilar. in Pſal. 125.
Mat. 7. 8.
K. Canus lib. 12. de locis Theolog. c. 6.
Apoc. 5. 1.
L. Tertull. lib. de præſcript. c. 28.
Io. 14. 16.
Vide Canum lib. 4. de locis Theol. c. 4.
Iſa. 59. 21.
Iſa. 53. 10.
Iſa. 59. 21.
Io. 8. 6.
Hier. 31. 33.
Vide Euſeb. lib. 1 de Demonſt. Euang. c. 7.
2. Cor. 3. 3.

atramento, *sed Spiritu Dei vivi*; *non in tabulis lapideis*, *sed in tabulis cordis carnalibus*. Primi Christiani per aliquot annos sine ulla Euangelica vel Apostolica Scriptura Christianissimè vixerunt, & fidelissimè crediderunt, solâ Euangelica Traditione contenti: & multi etiamnùm perfectè ac salubriter credunt, qui ne vel unum jota aut apicem legere norunt. Quid si omnes Christiani illiterati essent? Nunquid idcircò Christiani non essent?

M. Iren. l. 3. cap. 4.

M. Quid autem (ait B. Irenæus) si neque „ Apostoli quidem Scripturas nobis reliquissent, nonne oportebat ordinem sequi Traditionis, quam tradiderunt iis quibus Ecclesias committebant? Cui ordinationi assentiunt multæ gentes Barbarorum, eorum qui in Christum credunt, sine charta & atramento scriptam habentes per Spiritum in cordibus suis salutem, & veterem Traditionem diligenter custodientes, in unum Deum credentes fabricatorem cæli & terræ & omnium quæ in eis sunt, per Christum Jesum Dei Filium". Et consequenter perstrictis aliquot Christianæ Religionis primariis articulis:" Hanc fidem (subdit) qui „ sine litteris crediderunt, quantùm ad sermonem nostrum, Barbari sunt; quantùm autem ad sententiam, & consuetudinem, & conversationem, propter fidem perquàm sapientissimi sunt, & placent Deo, conversantes in omni justitia, & castitate, & sapientia. Quibus si quispiam annunciaverit ea quæ ab hæreticis adinventa sunt, proprio eorum sermone colloquens, statim concludentes aures, longo longiùs fugient, ne audire quidem sustinentes blasphemum colloquium. Sic per veterem illam Apostolorum Traditionem, ne in conceptionem quidem mentis admittunt quodcunque eorum portentiloquium". Sub hisce illiteratis Christianis, solius Traditionis adminiculo credentibus, verisimile omnino est Germanos ab Irenæo comprehendi. Nam superiùs lib. 1. cap. 3. eos nominatim inter Christianos unius Traditionis observatores recenset: & Cornelius Tacitus, qui non diu ante Irenæum, post dilatatum jam Christi Euangelium, floruit, Germanos litterarum ignaros facit: N. Litterarum secreta (ait ille in descriptione Germaniæ) viri pariter ac fœminæ ignorant". Ex quibus Taciti verbis subinfert Cluverius: O. Leges igitur scriptas habuere nullas: interim tamen suis sibi consuetudinibus eos vixisse, juraque ac justitiam in bonos juxtà ac malos exercuisse, certum est". Quòd si adeò litterarum inertes fuerunt, ut ne suas quidem patrias leges scribere, vel ex tabulis legere potuerint, atque idcircò solâ eas traditione tenuerint executionique mandaverint: profectò incredibile

Vide suprà hic c. 19. §. 61.

N. Corn. Tacitus lib. de Germania.

O. Philip. Cluver. l. 1. Germaniæ antiquæ cap. 19.

est, eos legem Euangelicam aliter, quàm vivæ vocis ministerio percepisse, perceptamque memoriæ seu tabulis cordis insculpsisse, ac sic de generatione in generationem sollicitè transmisisse. Nec verò modus iste percipiendi ac transmittendi Euangelicam doctrinam alienus est à Christi institutione, aut ab Apostolorum praxi; sed maximè congruus: prout jam dictum est suprà, & confirmatur authoritate Eusebij Cæsariensis, qui Moysen & Christum conferens: P. Ille quidem (inquit) in tabulis inanimatis, „ Hic autem in mentibus vitâ præditis perfecta Novi Testamenti documenta describit: ejus verò discipuli, ad Magistri sui nutum, auribus multorum doctrinam suam commodantes, quæcunque quidem veluti ultra habitum progressis, à perfecto ipsorum Magistro præcepta fuerant, ea ijs qui capere poterant tradiderunt: quæcunq; verò ijs convenire arbitrabantur, qui animas adhuc affectibus obnoxias gererent curationisque indigentes, ea ipsi, ad imbecillitatē multorum se demittentes, partim litteris, partim sine litteris, quasi jure quodam non scripto, servanda commendarunt". Et revera mirum est, Germanicam Gentem solius Traditionis regulâ primitùs nixam, eòusque potuisse præstigijs Lutheranicis iam perduci, ut Traditione universim abdicatâ, Scripturas solas, pro ea parte quâ Lutherum sequitur, obtenderet: quæ nec ipsas quidem Scripturas, nisi iuxta prævię Traditionis normam susceperat. Respondisset potiùs novis istis Pseudoapostolis nova dogmata Antiquitati contraria invehentibus: *Non ita nobis Maiores nostri*, *aut illis sui tradidere Maiores*. Diceret cum Athanasio: Q. Sufficit respondere, Ea orthodoxę Ecclesię non esse, neq; Majores nostros ita sensisse". Quòd si nihilominus Lutherus aut Asseclarum ejus quispiā instaret, & clamosis disputationibus persuadere sua commenta satageret: respondendum ei fuisset cum Tertulliano: R. Et „ quamdiu per hanc lineam, Serram reciprocabimus, habentes observationem inveteratam, quæ præveniendo statum fecit? Hanc si nulla Scriptura determinavit, certè consuetudo corroboravit, quę sine dubio de Traditione manavit". Qui cùm ibidem subsequenter aliquot exempla non scriptarum sed traditarum observantiarum percensuisset, adjunxit capite proximè sequenti:" Harum & aliarum ejusmodi disciplinarum si legem expostules Scripturarum, nullam invenies: Traditio tibi prętenditur auctrix, consuetudo confirmatrix, & fides observatrix". Et verò quâ frônte Traditiones abdicantur prætextu Scripturæ, cùm eas commendet ipsa Scriptura? Thessalonicensibus ait Apostolus, *Tenete traditiones quas didicistis*, *sive per sermonem*, *sive per Epistolam nostram*. S. Hinc perspicuum est

P. Euseb. lib. 1. D[...] monst. Euang. c.

Vide Hieron. supr[...] §. 63. & seqq.

Q. Athan[...] Epist. ad Epictet. Vide in Epist. pro Decretis Nicen.

R. Tertull[...] lib. de Co[...]rona milit[...] cap. 3.

2. Thes. 2. S. Chris[...] Homil. 4

„ est (ait in eum locum Chrysostomus; quòd „ non omnia tradiderunt per Epistolam, sed „ multa etiam sine scriptis: & ea quoque sunt „ fide digna. Quamobrem Ecclesiæ quoque „ Traditionem censeamus esse fide dignam. Est Traditio: nihil quærat amplius". Quisquis proinde veraciter credit Scripturæ divinæ, non potest fidem abrogare Traditioni; quam commendat ipsa Scriptura divina. Et vicissim quisquis derogat Traditioni, derogat Scripturæ, non solùm commendanti Traditionem, verumetiam nitenti Traditione. T. Dogmata quæ in Ecclesia prædicantur (inquit „ Basilius) quædam habemus è doctrinâ Scri„ pto proditâ; quædam rursus ex Apostolo„ rum Traditione in mysterio, id est, in oc„ culto tradita recepimus: quorum utraque „ parem vim habent ad pietatem, nec his quis„ quam contradicit quisquis sanè vel tenuiter „ expertus est quę sint Iura Ecclesiastica. Nam „ si consuetudines scripto non proditas, tan„ quam haud multum habentes momenti, co„ nemur rejicere, imprudentes gravissimum „ Euangelio detrimentum inferemus: Imò po„ tiùs ipsam fidei prædicationem ad nudum nomen contrahemus". Quòd si quis aveat scire cur Apostoli non omnia Christianæ Religionis mysteria scripto prodiderint, sed quædam Ecclesiæ voce tenus tradiderint: respondebit ei Basilius ibidem inferiùs: ob eandem rationem id factum esse, ob quam in veteri lege non omnia quæ in templo erant omnibus patebant; ob majorem nimirum eorum reverentiam, quam legislator ipsâ occultatione conciliare eis intendebat:" Probè sciens (ait ibi Basilius) pro „ sua sapientia, res usu tritas & undecunque pa„ rabiles, expositas esse contemptui: ei verò „ quod sepositum est, & rarum, conjunctam esse „ à natura summam admirationem ac studiū". Quibus ille de rebus veteris templi præmissis, subdit: " Ad eundem profectò modum, qui in „ primordiis Ecclesiæ certos ritus præscripse„ runt Apostoli & Patres, in occulto & silentio „ suam mysteriis servavere dignitatem. Neque „ enim omninò mysterium est, quod ad popu„ lares & vulgares aures effertur. Hæc est ra„ tio cur quædam citra scriptum tradita sunt, „ ne dogmatum cognitio propter assuetudinem vulgo veniret in contemptum". Ecce quemadmodum juxta præclarissimum hunc Ecclesiæ Doctorem, idcircò quædam Religionis mysteria scripto prodita non sunt, ut ipsa sui non scriptione majorem reverentiam acquirerent! Quid ergo, inquies: ea quæ scripta sunt, majorine idcircò contemptui exposita sunt? Respondet ibidem inferiùs Basilius: " Est au„ tem silentii species etiam obscuritas quâ uti„ tur Scriptura, intellectu difficilem reddens dogmatum sententiam". Tanquam diceret, obviatum utcunque est periculo irreverentiæ

T. Basil. lib. de Spir. S. c. 27.

Præoccupatio.

ex scriptione timendo, per obscuritatem ipsius Scripturæ: in qua nimirum ita obscurè mysteria Religionis describuntur, ut sine adminiculo Traditionum, studiosè suppressarum, nequaquàm penetrentur. Cujus responsionis occasione mihi in mentem venit similis responsio Aristotelis Philosophi ad Alexandrum Magnum, conquerentem de evulgatione librorum Auscultatoriorum. Utriusque Epistolium ex Aulo Gellio transcriptum exhibebo, ut qui Philosophi responsum laudant, Basilii responso obstrepere caveant. Alexander igitur Aristoteli hunc in modum scripsit: V. *Non rectè fecisti quod Acroaticos libros edideris. Nam quâ alia re præstare cæteris ampliùs poterimus, si ea quæ abs te accepimus omnium prorsus fiant communia? Ego verò malim doctrinâ anteire, quàm copijs.* Cui Philosophus hoc tenore rescripsit: W. *Acroaticos libros, quos editos quereris, & non perinde ut arcana absconditos, scito neque editos esse, neque non editos. Cognobiles enim ijs tantùm erunt, qui nos utique audierint.* Tanquam diceret: libros quidem edidi; sed clavem non omnibus Lectoribus communicavi; quâ destituti tametsi legere verba possint, intelligere tamen quod legerint non poterunt. Ad hunc ergo modum Apostoli dogmata multa Christianæ Religionis scripto evulgarunt; clavem tamen scientiæ non omnibus Lectoribus communicarunt; sed in Traditionum sacrario, penes Ecclesiam reservato, collocarunt. Hinc qui extra Ecclesiam sunt, & Ecclesiæ magisterium respuunt, genuinum Scripturæ sensum non assequuntur; atque adeò inter se interminabiliter digladiantur. In toto Bibliorum corpore quid brevius aut apertius secundùm litteræ corticem dici potuit, quàm illud quod Christus ore proprio ait; *Hoc est corpus meum?* Et tamen moderni Sectarii adeò sunt in comminiscendis interpretationibus varii, ut primo decennio post Lutheri secessionem ducentas & fortè ampliùs excogitaverint. X. Nuper „ (inquit Bellarminus) Anno 1527. prodiit „ libellus, in quo ducentæ numerantur hære„ ticorum vel expositiones vel depravationes „ horum paucorum verborum, *Hoc est corpus meum*". Liceat proinde nobis de eis usurpare illud, quod de Gnosticis olim similiter dissidentibus aiebat Martyr Irenæus: Y. Non be„ nè sentientes semetipsos arguunt, de iisdem verbis non consentientes". Quid igitur restat, nisi ut si non alienis disputationibus revicti, suis saltem dissensionibus arguti, deposito tandem contentionis studio mitescere cogitent, & Cyprianum sibi insonantem auscultent: Z. In compendio est apud religiosas „ & simplices mentes, & errorem depone„ re, & invenire atque eruere veritatem. „ Nam si ad divinæ Traditionis caput & „ originem revertamur, cessat error humanus:

V. Alexan. Mag. apud Gellium l. 20. c. 4.

W. Aristot. apud Gell. ibid.

Vide Greg. lib. 11. Moral. cap. 11. alias 9. & Isidor. lib. 3. Sent. c. 12.

Mat. 26. 26.

X. Bellarm. lib. 1. de Eucharistia c. 8

Y. Iren. l. 4. cap. 69.

Z. Cyprian. Epist. 74. sup. hic c. 19. § 61.

„ & Sacramentorum cæleſtium ratione per-„ ſpectâ, quicquid ſub caligine ac nube tene-„ brarum obſcurum latebat, in lucem veritatis aperitur".

CAPVT XXI.

Confeſſioniſtas *non correctionis, ſed contentionis ſtudio flagitare adhuc audientiam, cùm toties damnati debeant agere pœnitentiam. Vt ſubditi Dominorum, ſic diſcipuli Magiſtrorum non ſolùm opiniones, ſed mores quoque procliviter imbibunt. Auguſtinus exprobrando contentioſitatem* Semipelagianis, *à fortiori indicat quid cenſendum de* Lutheranis. Confeſſioniſtarum *cum* Maximianiſtis, *Donatiſtarum Sectarijs, comparatio. Faciliùs Ethnici convertuntur, quàm hæretici reducuntur. Vt olim* Donatiſtæ, *ſic modò* Confeſſioniſtæ *diabolum imperſuaſibilitate imitantur, ſi non ſupergrediuntur. Cum eis nunc agendum, ſicut quondam cum Pelagianis eſt actum; contra quos à Pontificibus & Epiſcopalibus Synodis prædamnatos, Papa Bonifacius non ſolùm Apoſtolicis, ſed etiam Cæſareis utebatur Edictis: & quos Papa Celeſtinus, quaſi non diſcuſſo negotio audientiam poſtulantes, totius Italiæ finibus juſſit extrudi; nequaquam permittens retractari, quod ſemel meruerat abſcindi. Sufficit abſciſſio facta per Eccleſiam Occidentalem, inconſultâ etiam Orientali. Quid in Epheſina Synodo contra Pelagianos actum? Qualiter item poſt Synodum Papa Sixtus Iulianum correctionis ſpem præferentem repulit?*

LXIX. SI rationi perſpicuæ veritatis infirmus humanæ conſuetudinis ſenſus non auderet obſiſtere, ſed doctrinæ ſalubri languorem ſuum tanquam medicinæ ſubderet, donec divino adjutorio integritati ſanitatis reſtitueretur; non multo ſermone opus eſſet ad ſopiendas quaſlibet inter Chriſtianos de Religione controverſias, & terminandas indidem ſubortas civiles diſcordias. Sufficeret quippe illa tam compendioſa, quàm facilis & expedita methodus, per Martyrem Cyprianum pridem præſcripta, per ſubſequentes Eccleſiæ Patres approbata, per Synodos in reducendis aut reſcindendis erronibus adhibita, & ſuperioribus duobus capitibus à nobis utcunque explanata. Sed quoniam Lutherani, quibuſcum nunc diſceptamus, malo more, cæteris etiam hæreticis ſolemni, non correctioni ſed contentioni ſtudent; idcircò quaſi præoccupando adverſarios pacificationi intentos, methodum aliam ipſi præſcribunt, quam ſuo ſcopo magis congruere veriſimiliter cenſent. A. Contentioſorum ſtudium (inquit Iſidorus) non pro veritate, ſed proappetitu laudis certat: tantaque eſt in iis perverſitas, ut veritati cedere neſciant, ipſamque rectam doctrinam evacuare contendant". Contentioſos eſſe Lutheranos, conſequens eſſe arbitror ex iis, quæ generaliter de Eccleſiaſticæ communionis deſertoribus dicta ſunt cap. 5. & 6. & ſpecialiter de Luthero ipſorum Patriarcha cap. 16. Conſentaneum quippe eſt, ut cujus amplexi ſunt opiniones, imitentur & mores: B. Dignum eſt „ (ait de ſimilibus Proſper) ut quorum ſequuntur ſententiam, imitentur inſaniam". Et Leo Papa, loquens de Sectis & Sectariis Philoſophorum, quibus ut cap. 9. viſum eſt, ſimiles ſunt Sectæ hæreticorum: C. Mundana „ ſapientia (inquit) ita in ſuis gloriatur erroribus, ut quem ſibi quiſque Ducem elegerit, ejus opiniones, & mores, atque omnia inſtituta ſectetur". Notum eſt illud Claudiani Poëtæ, D. *Totus componitur Orbis Regis ad exemplum: nec ſic inflectere ſenſus humanos edicta valent, ut vita regentis. Mobile mutatur ſemper cum Principe vulgus.* Quod cùm de ſæculari Principe & populo ei ſubdito verum eſſe certum ſit, multò profectò certiùs in Eccleſiaſticis Principibus ſeu Chriſtiani gregis Præfectis, qualem ſe Lutherus fecit, locum habet. Qua de re Nazianzenus: E. Cùm „ homini (inquit) difficile ſit noſſe parêre, multò tamen difficilius videtur, noſſe hominibus imperare; ac præſertim in hoc noſtro imperio, quod in lege divina ſitum eſt, & ad Deum

A. Iſidor. lib. 3. ſent. cap. 14.

B. Proſper lib contra Collat. c. 4[…]

C. Leo Se[…] 2. de Reſu[…] rect. Domi[…]ni c. 1.

D. Claudi[…]nus in Honor.

E. Nazian[…] Orat. 1.

„ Deum ducit: cujus quo majus est fastigium „ majorque dignitas, eo etiam majus periculum „ est, prudenti utique homini ac cordato: quippe cui primum illud curandum erit, ut argen- „ ti aurique instar, omni ex parte versatus, at- „ que in omnibus temporibus & rebus, nusquã „ adulterinum aut subæratum quiddam tin- „ niat, nihilque deterioris materiæ, flammâ „ acriori dignæ, in ipso gestet. Nam alioqui „ tanto gravius malum fuerit, quanto pluribus „ imperarit: siquidem major est ea improbitas „ quæ ad multos serpit, quàm quæ in uno de- „ fixa hæret. Neque enim vel indelebilem tin- „ cturam pannus, vel fœtidum aut suavem odo- „ rem res admotæ ita facilè contrahunt, vel exi- „ tialis vapor, quem dicimus pestem, tam facilè „ in aërem diffunditur ac per aërem animantia „ occupat, quàm subditi improbitate Antistitis „ celerrimè impleri solent: & quidem multò faciliùs, quàm virtute". Minùs sonat *Pædagogi* nomen, quàm *Antistitis*, quàm *Patriarchæ*, quàm *Dogmatistæ*, quàm *Hæresiarchæ*, quàm *Institutoris Sectæ*: & tamen, ut B. scribit Hieronymus:

F. Hieron. Epist. 7.

F. Græca narrat Historia, Alexandrum, poten- „ tissimum Regem, Orbisque domitorem, & „ in moribus, & in incessu, Leonidis PÆDA- „ GOGI sui non potuisse carere vitiis, quibus „ parvulus fuerat infectus: Proclivis est enim malorum æmulatio". Quibus ritè perpensis, facilè quisque conjiciet, quàm proni ad contentiones debeant esse ij, qui Lutherum superiùs descriptum sequuntur ut gregarii *Antistitem*, ut tribules *Patriarcham*, ut discipuli *Dogmatisten*, ut hæretici *Hæresiarcham*, ut Sectarii *Institutorem Sectæ*. Si autem proni ad contentiones sunt, proculdubio contentiosi sunt; nec mirum, cùm ex quo Lutherum secuti Ecclesiam deseruerunt, Spiritum pacis ac tranquillitatis in Ecclesia residentem, repulerint: propter cujus Spiritus perpetuam residentiam, & superintendentiam ait Apostolus de ipsa Ecclesia: *Si quis videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei.* Contentiosorum porrò quale sit studium, jam suprà ex Isidoro audivimus. Qui & alibi de hæreticis generaliter, quorum communis proprietas dignoscitur esse contentiositas, ait: G. Hæ- „ retici ingenti studio mendacia sua discunt; „ & labore vehementi, ne ad unitatem Eccle- „ siæ veniant, decertant. De quibus per Pro- „ phetam congruè dicitur: *Docuerunt linguam* „ *suam loqui mendacium, & ut iniquè agerent laboraverunt.*

2. Cor. 11 16.

G. Isid. lib. 1 Sentent. cap. 16.

Hier. 9. 5.

LXX. Cùm Augustinus doctrinam de gratuita Dei prædestinatione, adversùs Semipelagianos recenter tunc exortos, compluribus argumentis per duos penè libros copiosè asseruisset, & trium Orthodoxorum Patrum, Cypriani, Ambrosii, & Nazianzeni suffragiis corroborasset, non dubitavit subinferre: H. Nimiæ „ igitur contentionis est, Prædestinationi con- „ tradicere vel de prædestinatione dubitare". Quanto potiori jure nos jam de tota illa doctrina, quam adversùs Lutherum & partiarios ejus, tot Academiæ, tot Pontifices, tot Synodi particulares, ipsaque demùm Tridentina generalis concorditer stabilierunt, dicere possumus: Nimiæ contentionis est, doctrinæ isti contradicere, vel de ea dubitare? Contradicunt tamen Lutherani; nec modò de ea dubitant, sed, quod contentiosius adhuc est, eam tanquam verbo Dei adversam, adeoque nihilò meliorem hæreticâ, damnant. Contentiosi igitur sunt, & quidem nimis. I. Contentionis por- „ rò mater (ut Augustinus rectè advertit) superbia est, & humanæ laudis aviditas". Cui consonat illud ex Isidoro superiùs relatum: K. Contentiosorum studium non pro veritate, sed pro appetitu laudis certat". Cujus rei exemplum patuit in Maximianistis, Donatistarum Sectariis: L. Qui (teste Augustino) cu- „ pientes exiguitatem suam nomine saltem cer- „ taminis consolari, & ideò videri aliquid apud „ eos quibus contemptibiles erant, quia inire „ cum Catholicis sinerentur examen; dato li- „ bello, collationem postulabant. Sed Catholici „ eos contempserunt: quia magis de certamine „ nominari desiderabant, quàm formidabant „ in certamine superari: nec sperabant victo- „ riæ gloriam, sed famam requirebant collationis, quia multitudinis non habebant". Itaque sicut tunc *Maximianistæ*, ita nunc *Confessionistæ*, humanæ laudis aviditate prurientes, ad certamen provocant Orthodoxos; non correctionis, sed contentionis studio: ut si Orthodoxi certamen recusent, arripiant ipsi inde ansam gloriandi apud suos de ipsa sua provocatione, & resumendi illud Goliæ viritim: *Ego exprobravi agminibus Israel hodie: Date mihi virum, & ineat mecum singulare certamen:* si verò Orthodoxi certamen acceptent, & ineant, ipsi post certamen apud suos jactent vel se jure superiores fuisse, vel saltem ab Adversariis superari non potuisse. Nemo enim hæreticæ eorum indolis gnarus ignorat, multò faciliùs superari eos jure posse, quàm reapsè persuaderi. Neque enim minoris contumaciæ sunt quàm fuere olim Luciferiani; è quorum numero quispiam, ad saniorem mentem per Hieronymum reductus, aiebat eidem Hieronymo: M. Unum „ tibi confiteor, quia mores meorum apprimè „ novi, faciliùs eos vinci posse, quàm persuaderi". Et ipse Hieronymus in commentario super Abdiam, loquens generaliter de hæreticis: "Quis hæreticorum (inquit) non „ despicit Ecclesiasticos? Quis non exultat „ in malis eorum? Siquando propter peccata „ populi persecutioni traditi fuerint, & multi „ vel infirmâ fide, vel supra petrosa seminati, in „ negationem corruerint; videas illos exultare, gaudere

H. August. lib. de Bono persev. cap. 11.

I. August. Epist. 64. Vide Basil. in Regula 289 inter breviores. K. Isidor. sup. §. 69.

L. Aug. lib. 3. cont. Iul. cap. 1.

1. Reg. 17. 10.

M. Apud Hieron in Dialogo cont. Lucif. cap. 9.

„ gaudere, nostram ruinam suam putare victo-„ riam; intantum, ut jungantur Gentibus, & „ persecutio sævior vel ex Judæis, vel ex his „ fiat, qui fratres nostros se simulant, & eodem „ censentur nomine. Cùmque aliquis vel fugâ „ vel pœnitentiâ elapsus fuerit, stant in diver-„ ticulis, & proponunt sophismata, & testimo-„ nia quasi de Scripturis proferunt: ut lassis at-„ que confectis *Consuta offerant cervicalia, & po-„ nant ea sub omni cubito manus.* Atque ita fit, ut „ qui forsitan persecutionem aut virtute supe-„ rarint, aut timore effugerint, decepti pravis „ dogmatibus rursum in carcere teneantur er-„ rorum, & multò fiat pejor tribulatio quàm „ fuit ex Gentibus: FACILIVS ENIM AB ETH-„ NICIS CAPTVM LIBERES, QVAM HÆRE-TICORVM PRÆSTIGIIS IRRETITVM". Parumne tibi istud videtur? Accipe aliud ex Nazianzeno, qui non periclitatur dicere, N. Hæ-„ reticos judicii perversitate Judæos, & incredulitate dæmones superare". Cùm Donatistæ nollent acquiescere sententiæ Judicis, ad quem ipsi ultrò provocaverant: O. Puto (inquit „ Augustinus) quòd ipse diabolus, si authori-„ tate Judicis quem ultrò elegerat, toties vin-„ ceretur, non esset tam impudens, ut in ea causa persisteret". Provocavit Lutherus à Cardinale Legato ad Pontificem, obtulit se paratum stare Iudicio Academiarum Catholicarum: verùm ubi se ab eis damnatum intellexit, diabolicâ impudentiâ recalcitravit. Provocavit item à Pontifice ad Synodum universalem: verùm priusquàm Synodus congregaretur, authoritatem ei omnem detrahere conatus est. P *Provocarunt Protestantij ab Edicto Spirensi, ad Cæsarem, ad futurum Concilium sive generale sive nationale, ad omnes denique non suspectos Iudices.* Sed adeò nec Cæsareæ sententiæ, sequenti mox anno in ipsos latæ; nec decisioni Concilii generalis Tridentini, post sedecim exinde annos cæpti & post triginta quatuor annos finiti ac confirmati, paruerunt: ut (quemadmodũ de Pelagianis memorat Augustinus) Q. Execrabilia „ dogmata tenentes & seminantes adhuc insu-„ per flagitent audientiam, cùm damnati debeant agere pœnitentiam". Nunquid ergo idem Augustinus, si hodie viveret, & hanc eorum exorbitantiam conspiceret, illud suum dictum iure optimo resumeret: *Puto quòd ipse diabolus, si authoritate Iudicis quem ultrò elegerat, toties vinceretur; non esset tam impudens, ut in ea causa persisteret?* Resumeret prorsùs: atque ad ipsos exclamaret, sicut unà cum aliis Episcopis de Synodo Cirtensi ad Donatistas, toties jam victos, sed non persuasos, exclamavit: R. Noli-„ te esse ingrati tantæ misericordiæ Dei, quæ „ per istam diligentiam vobis ministrata est. „ Nulla excusatio jam remansit: nimiùm du-„ ra, nimiùm diabolica sunt hominum corda, „ quæ adhuc tantæ manifestationi veritatis obsistunt". Attendant quàm incunctanter ibidem inferiùs asseveret cum Synodalibus reliquis Patribus: "Quisquis ab hac Catholica Ecclesia „ fuerit separatus, quantumlibet laudabiliter se „ vivere existimet, HOC SOLO SCELERE „ QVOD A CHRISTI UNITATE DISIUNCTUS „ est, non habebit vitam, sed ira Dei manet super eum". Attendant ista, & audiant ad se exclamantem eundem ipsum: S. Expergiscimi-„ ni aliquando, non vos tartareus obliget som-„ nus, non in profundum sacrilegi erroris ad-„ huc impia consuetudo demergat. Jam con-„ sonate paci, cohærete unitati, acquiescite charitati, cedite veritati".

Ezech. 13. 18

N. Nazianz. Orat. 42. Vide Ambr. lib. 3. cap. 1. & lib. 5. c. 8. de Fide ad Gratian.

O. August. Epist. 167.

Vide sup. c. 15. & 16.

P. Christianus Mathiæ in Theatro Hist. lib. 4. ad An. 1529

Q. Aug. l. 1. ad Bonif. c. 24.

Vide Aug. hic suprà. Vide Ambr. Serm. 5 aliàs 91. & Epist. 85.

R. August. Epist. 152.

S. August. lib. post Collat. cum Donat. c. 18.

LXXI. Postquàm Pelagiana hæresis à duabus in Africa Synodis, non quidem œcumenicis, sed duntaxàt particularibus, ab Apostolica tamen Sede per Rescripta probatis, damnata fuisset; Augustinus non dubitavit causam pro finita esse habendam. Eapropter in quodam Sermone ad Catholicæ communionis plebem ea de re habito, admonet ut quoscunque deprehenderint dogmatis illius Sectatores aut assertores, deferre ad Episcopos non tardent: T. Fra-„ tres mei (inquiens) compatimini mecum ubi „ tales inveneritis, occultare nolite. Non fit „ vobis perversa misericordia. Prorsùs ubi ta-„ les inveneritis, occultare nolite. Redarguite „ contradicentes, & resistentes ad nos perduci-„ te. Jam enim de hac causa duo Concilia mis-„ sa sunt ad Sedem Apostolicam: inde etiam „ Rescripta venerunt. CAUSA FINITA EST: „ error utinam aliquando finiatur. Ergo ut ad-„ vertant monemus, ut instruantur docemus, ut mutentur oremus". Verum quidem est, ante duo ista Africana Concilia damnatam fuisse Pelagianam hæresim non solùm in provinciali Synodo Palæstina, sed ab Innocentio quoque Apostolico Præsule, quando, ut canit Prosper, V *Pestem subeuntem, prima recidit Sedes Roma Petri, quæ pastoralis honoris facta caput Mundo, quicquid non possidet armis Relligione tenet: Nec segnior inde Orientis Rectorum cura emicuit, captumq; nefandi dogmatis authorem constrinxit lege benignâ, Commentum damnare suum.* Verum, inquam, istud est: Sed nunquid Lutherana hæresis non similiter ab Apostolico Præsule jam toties damnata est? Nunquid item à provincialibus Synodis & Academiis Catholicis censurata? Nunquid à Cæsare Augusto in Comitiis Imperialibus iteratò proscripta? Nunquid denique ab œcumenicâ Synodo Tridentinâ anathematizata, & in Bulla Cœnæ quotannis diris devota est? Si ergo Pelagianismi causam pro finita habendam censuit eo tempore Augustinus, quanto potiori jure nos modò pro finita habere debemus causam Lutheranismi? Neque enim vivente Augustino hæresis Pelagiana ab ullo œcumenico Concilio discussa aut damnata fuerat; etsi demùm, cum Nesto-

T. August. Serm. 2. de Verb. Apost. cap. 10.

V. Prosper Poemate de Ingratis c. 2. Vide Facund. Hermian. l. 7. c. 3.

Vide suprà c. 15. & 16.

Prosper.

Nestorianâ, post Augustini decessum damnata sit in Concilio Ephesino. Qua de re Prosper lib. contra Collat. c. 41. & in Epitaphio utriusque illius hæreseos, quod præfixum extat poëmati de Ingratis. Postularunt quidem Pelagiani, vivente adhuc Augustino, generalem Synodum pro sua causa congregari; prout Augustinus, Epistolis eorum respondens, scribit ad Papam Bonifacium: W An „ verò (inquiens) congregatione Synodi „ opus erat, ut aperta pernicies damnaretur? „ Quasi nulla hæresis aliquando nisi Synodi „ congregatione damnata sit: cùm potiùs „ rarissimæ inveniantur, propter quas damnandas necessitas talis extiterit; multòque „ sint atque incomparabiliter plures, quæ ubi „ extiterunt, illic improbari damnarique „ meruerunt, atque inde per cæteras terras „ devitandæ innotescere potuerunt. Verùm „ ISTORUM superbia, quæ tantum se extollit adversùs Deum ut non in illo velit, „ sed in libero arbitrio gloriari, hanc etiam „ gloriam captare intelligitur, ut propter illos Orientis & Occidentis Synodus congregetur. Orbem quippe Catholicum, quoniam Domino eis resistente pervertere nequeunt, saltem commovere conantur: Cùm „ potiùs vigilantiâ & diligentiâ pastorali, post „ factum illis competens sufficiensque judicium, ubicunque isti lupi apparuerint, conterendi sint; sive ut sanentur atque mutentur, sive ut ab aliorum salute atque integritate vitentur". Quid hìc egit Papa Bonifacius, ad quem Augustinus ista scribebat? Planè quòd de eo memorat Prosper: X. Piissimorum Imperatorum Catholicâ devotione „ gavisus, contra inimicos gratiæ Dei non solùm Apostolicis, sed etiam Regiis utebatur Edictis". Non tamen idcircò inquietissimi Adversarii spem ulterioris audientiæ à Successore Bonifacii impetrandæ abjecerunt: Eapropter *Celestium* antesignanum suum ad Papam Celestinum recens electum ablegarunt. Quid verò ille?" Sciens (respondet ibidem „ Prosper) damnatis non examen judicii, „ sed solum pœnitentiæ remedium esse præstandum: *Celestium*, quasi non discusso negotio audientiam postulantem, totius Italiæ finibus jussit extrudi: adeò & præcessorum suorum Statuta, & Decreta Synodalia „ inviolabiliter servanda censebat, ut QUOD „ SEMEL MERUERAT ABSCINDI, NEQUAQUAM ADMITTERET RETRACTARI". Causatus subinde est Julianus Pelagianista, à sola Occidentali Ecclesia discussam fuisse Pelagianorum suorum doctrinam: innuens utique, liberum sibi ac suis esse, ad generalem synodum Orientis & Occidentis finaliter provocare. Sed quid huic causationi Augustinus reposuerit, jam suprà memoravimus.

W. Aug. l. 4. ad Bonif. c. 12.

X. Prosp. lib. cont. Collat. c. 41.

Alibi quoque idem ipse Augustinus Iuliano eandem causationem obtendenti respondet: Y. Puto tibi eam partem Orbis sufficere „ debere, in qua primum Apostolorum suorum voluit Dominus gloriosissimo martyrio coronare. Cui Ecclesiæ præsidentem „ B. Innocentium si audire voluisses, jam „ tunc periculosam juventutem tuam Pelagianis laqueis exuisses". Hanc quippe Orbis partem propter cohærentiam & in fide consonantiam cum Ecclesia Romana: Z. *In qua semper Apostolicæ Cathedræ viguit principatus*, idem Augustinus inferiùs lib. 3. adversùs eundem Iulianum cap. 1. non dubitat vocare *Ecclesiam Catholicam*. Ait quippe ibi Pelagianis: " Dedit vobis *Ecclesia Catholica* judicium, quale debuit: ubi causa vestra finita est". Et rursùs post paucula:" Vobis sufficiat (subdit) quòd vos *Ecclesiâ Catholicâ* & maternâ lenitate sustinuit, & judiciariâ severitate, vel potiùs medicinali necessitate damnavit". Porrò quia Supremi Ecclesiæ Præsules contra damnatos abs se Pelagianismi Patronos, *non solùm Apostolicis*; teste suprà Prospero, *sed etiam Regiis utebantur Edictis*; Iulianus, id molestissimè ferens, exclamabat contra Catholicos apud Augustinum in novissimo suo Scripto: A. *Omnibus opibus negationem examinis à Mundi potestatibus comparatis: intelligitis enim sic agendum vobis, cùm deserimini rationis auxilio.* Verùm Augustinus pro Catholicis ei respondit ibidem continuò:" *Vis non timere „ potestatem? Bonum fac.* Non est autem bonum, „ contra Apostolicum sensum exerere & asserere hæreticum sensum. Quid adhuc quæris „ examen, quod jam factum est apud Apostolicam Sedem? quod denique jam factum „ est in Episcopali judicio Palestino? Ubi Pelagius, vestri auctor erroris, proculdubio „ damnatus esset, nisi ista quæ tu defendis dogmata damnasset. Ergo hæresis ab Episcopis NON ADHUC EXAMINANDA, „ SED COERCENDA EST POTESTATIBUS CHRISTIANIS".

Y. Aug. l. 1. cont. Iul. cap. 4.

Z. Idem Epist. 162.

A. Iulian. lib. 2. Operis imperf. cap. 103. Rom. 13. 3. Augustinus.

LXXII. Hæc omnia ab Augustino scripta sunt in causa Pelagianorum, nondum tunc ullius œcumenici Concilii auctoritate damnatorum. Quæ proculdubio fortiùs militant in causa Lutheranorum, post Episcopalium Synodorum Sententias & Apostolicæ Sedis præjudicationes, à Tridentino demum Concilio œcumenicè damnatorum. Cæterùm ne fortè quis suspicetur Augustinum mutasse postea suam sententiam, & censuisse annuendam esse hæreticis ulteriorem audientiam; noverit eum Operi isti adversùs Iulianum scribendo immortuum fuisse, atque adeò istam suam sententiam quasi testamentum morte firmasse: B. Augustinus Episcopus „ (ait Prosper) per omnia excellentissimus moritur

Præoccupatio.

B. Prosp. in Chronico ad annum 7.

„ moritur quinto Calendas Septembris, Li„ bris IULIANI inter impetum obſidentium Vandalorum, in ipſo dierum ſuorum fine reſpondens". Quòd ſi quis objiciat, datam fuiſſe Pelagianis in Epheſina Synodo audientiam, non obſtante jam relatâ Auguſtini ſententiâ. Reſpondetur inprimis, ut ita ſit, nihil inde accreſcere prætenſioni Lutheranorum: quorum in eo deterior cauſa eſt, quòd ab œcumenica Synodo Tridentina, damnata jam pridem ſit. Non ergo Pelagianis ante, ſed poſt Epheſinam condemnationem conferendi ſunt. Secundò reſpondetur, Epheſinam Synodum non propter Pelagianos, ſed propter Neſtorianos fuiſſe congregatam: adeoque non fuiſſe ipſis propter ipſos ullam ulteriorem audientiam poſt Auguſtini obitum datam. Tertiò denique reſpondetur, Pelagianorum cauſam in Epheſina Synodo non fuiſſe per novum examen diſcuſſam, ſed ex anteriorum Actorum ſerie damnatam. Cùm enim Papa Celeſtinus intellexiſſet, eos Epheſum ultrò excurriſſe, & Neſtorianis ſeſe ibi junxiſſe, tranſmiſit eò Commentaria Actorum adversùs eos Romæ exaratorum: quibus perlectis, ſine aliâ audientiâ, prolata eſt in eos Synodalis ſententia. Verba ipſius Synodi ad Papam Celeſtinum, huc ſpectantia, ſunt iſta: [C.] Perlectis in Sancta Synodo Commentariis Actorum in depoſitione impiorum Pelagianorum & Celeſtianorum, Celeſtii, Pelagii, Iuliani, Perſidii, Flori, Marcellini, Orentii, & eadem cum illis ſentientium: quæ à Pietate Tua de ipſis decreta & conſtituta ſunt, judicavimus & Nos ea ſolida firmaque permanere debere; & idem omnes tecum ſtatuimus, eos pro depoſitis habentes". Poſt hanc porrò Epheſinæ Synodi ſententiam non legimus Pelagianos ulteriorem petiiſſe audientiam: modeſtiores utique Lutheranis, qui ab œcumenica Synodo Tridentina, propter ipſos primariò celebratâ, damnati, non ceſſant adhuc flagitare audientiam, contentionem ſpirantes, & non reſipiſcentiam. Nemo neſcit, omnium Pelagianorum contentioſiſſimum fuiſſe Iulianum; prout ejus ſcripta, quibus contra ſtrenuiſſimum gratiæ propugnatorem Auguſtinum inſanivit, oſtendunt. Qui tamen poſt Epheſinam in ſe ſuoſque latam ſententiam, depoſitâ animoſitate, & deſperatâ jam audientiâ, ſimulavit reſipiſcentiam. Qua de re Proſper in Chronico ad annum 16. Theodoſii junioris, qui fuit octavus à celebrata apud Epheſum Synodo, Apoſtolicum thronum moderante Sixto Celeſtini Succeſſore: [D.] Hac tempeſtate (inquit) Julianus Eclanenſis, jactantiſſimus Pelagiani erroris aſſertor, quem dudum amiſſi Epiſcopatus intemperans cupido exagitabat, multimodâ arte fallendi CORRECTIONIS SPEM PRÆFERENS, molitus eſt in communionem Eccleſiæ irrepere". Quid hìc egit Sixtus Pontifex? Quid ejus tunc Diaconus, poſtmodum in Pontificatu ſucceſſor Leo Magnus? Audi Proſperum ibidem ſubdentem: "Sed his inſidiis Papa Sixtus, Diaconi Leonis hortatu, vigilanter occurrens, nullum aditum peſtiferis conatibus patere permiſit: & ita omnes Catholicos de rejectione fallacis beſtiæ gaudere fecit, quaſi tunc primùm ſuperbiſſimam hæreſim Apoſtolicus gladius detruncaſſet". Ex quo haud difficulter conjicitur, quantopere Papa Sixtus, & hortator ejus Leo, indignati fuiſſent Juliano contentionem ſpiranti; qui eundem rejecerunt, *Spem correctionis præferentem*: quantopere item *omnes Catholicos* contriſtaſſent admittendo *beſtiam* pugnacem, quos tantopere lætificarunt repellendo *fallacem*. Cùm igitur illa Papæ Sixti diſtrictio Succeſſoribus ſit inſtructio, non eſt timendum ne modernus Pontifex exaudiri ſinat Lutheranos pugnaciter laceſſentes, cujus Prædeceſſores repulerunt Pelagianos fallaciter reſipiſcentes: ſed ſperandum potiùs, quòd ſicut illi conculcarunt dracones inſidioſè ſubreptitantes, ita & hic conculcabit leones contentioſè provocantes.

Theodoſii junioris Objectio.

Solutio.

C. Epheſina Synodus in Synodica ad Papam Celeſtinum, quæ habetur Actione 5.

Vide Bedam lib. 1. in Cantica ſub initium.

D. Proſp. in Chronico.

CAPVT

CAPVT XXII.

Confessionisticæ *provocationis repulsio non est in Catholicis indicium pusillanimitatis aut diffidentiæ, sed strenuitatis ac prudentiæ. Parœmiastis Parænesis*, Ne respondeas stulto juxta stultitiam suam *&c. expenditur. Non solùm à malo, sed à specie quoque mali abstinendum. Quo ordine Goliathismus* Confessionistarum *profligandus? Hæretici Ethnicis ac Iudæis ingratiores, ac per hoc obstinatiores & intractabiliores: Ab errore nemo vel primò educitur vel denuò reducitur nisi per Dei misericordiam, cujus fontem hæretici sua sibi ingratitudine obstruunt, Hinc eam reputant gloriam vanitatis, nullis cedere viribus veritatis. Nihil proficit Doctor quantumlibet eruditus plantando ac rigando, nisi summus agricola aßistat, cordis fundum sulcando, germen educendo, incrementum præbendo. Lutheri sententia de hæresiarcharum irresipiscentia, quam pro parte verificavit propriâ experientiâ.*

LXXIII. QUanquam non arbitrer ullum subesse periculum, ne supremus Reipublicæ Christianæ Hierarcha, contra Prædecessorum suorum morem & institutum, provocationi *Confessionistarum* deferendum censeat, aut deferri sinat; neve filiorum ejus quisquam, invito tanto Patre, in monomachiam cum provocantibus prosiliat; quia tamen non omnibus passim obvia sunt rationum momenta, quibus clareat, ejusmodi certaminis recusationem non esse indicium pusillanimitatis aut diffidentiæ, sed strenuitatis potiùs ac prudentiæ: ea per reliquam Operis hujus partem ita pro viribus mihi ex Alto subministrandis propalare ac ponderare enitar, ut vel mediocris intelligentiæ ac diligentiæ Lector perspiciat, quàm appositè hic usurpari queat illa
Prov. 26. 4. Proverbiastis Parænesis, *Ne respondeas stulto iuxta stultitiam suam, ne efficiaris ei similis*: & quàm incongruè opponi ei usurpationi possit,
Ibid. v. 5. quod ibidem evestigio subtexitur, *Responde stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiens esse*
E. Beda in c. 26. Proverb. *videatur*: [E] Utrumque enim (ut rectè monet „Beda) pro temporum & personarum di„versitate concordat: dum & stultus con„temnitur, quia non recipit sapientiam; & „stulta superbia, aliâ decutitur stultitiâ, jux-
2. Cor. 12. 11. „ta quod & Apostolus ait, *Factus sum insipiens, vos me coegistis*". Ac inprimis notandum est, unumquemque hæreseos conditorem vel assertorem rectè appellari *stultum*,
F. August. ser. 8. de ver. Dom. cap 5. [F] Quid est enim aliud esse stultum (inquit „Augustinus) nisi esse tenebrosum in corde"? Hæreticus verò adeò tenebrosus in corde est:
1. Tim. 6. 4. ut ab Apostolo dicatur *Nihil sciens*, & alibi, *Subversus*, necnon *Proprio iudicio condemnatus*. Tit. 3. 11.
Christus quoque ipse, sicut eum *Qui super petram ædificat*, vocat *virum sapientem*: ita è contrario, *Ædificantem super arenam*, vocat *virum stultum*. In quem locum Hieronymus: [G] Su- Mat. 7. 24. & 26.
„per arenam (inquit) quæ fluida est & co„agmentari non potest nec in unam copulam „redigi, omnis hæreticorum sermo ad hoc ædificatur, ut corruat". Qui rursùs in caput 10. Ecclesiastæ, de hæreticis, immani studio super arenam ædificantibus, intelligendum censet quod ibi scriptum est, *Labor stultorum affliget eos*: & quod ibidem præmittitur, *Labia insipientis præcipitabunt eum: initium verborum eius stultitia, & novissimum oris eius error pessimus*:" Potest hoc (ait ille ibi) „de hæreticis accipi: qui prudentium viro„rum dicta non capiunt, sed se ad disputa„tiones contrarias præparantes, initium & „finem loquendi vanitate cum multo errore „convolvunt; & cùm nihil sciant, loquuntur plura quàm norunt". Cavendum proinde Catholicis, ne hujusmodi stultis juxta eorum stultitiam respondendo, efficiantur ipsis similes; hoc est, ne tandem evadant *Nihil scientes, sed languentes circa quæstiones, & pugnas verborum*: item, *Semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis pervenientes*: [H] Quis enim „disceptandi finis erit (inquit Augustinus) „& loquendi modus, si respondendum esse „respondentibus semper existimemus? Nam „qui non possunt intelligere quod dicitur, „vel tam duri sunt adversitate mentis, ut „etiamsi intellexerint non obediant, res„pondent ut scriptum est, & loquuntur ini„quitatem, atque infatigabiliter vani sunt.

G. Hieron. in c. 7. Matthæi. Vide Bedam ibid. & in c. 2. Prov. v. 18.
Eccle. 10. 15.
Ibid. v. 12.
1. Tim. 6. 4.
2. Tim. 3. 7.
H. Aug. l. 2. de Civit. c. 1.

Quorum

„Quorum dicta contraria si toties velimus „ refellere, quoties obnixa fronte statuerint „ non curare quid dicant, dum quocunque „ modo nostris disputationibus contradicant, „ quàm sit infinitum, & ærumnosum, & infructuosum, quis non videt"? Assiduitas disputandi cum contentiosis facilè in contentiositatis habitum degenerat, eumve progenerat: & dum quis supra modum nititur lucrari contentiosum, paulatim & ipse fit ei similis, contentiosus; vel saltem se exhibet similem contentioso. Abstinendum porrò est non solùm ab eis quæ mala sunt, sed ab eis quoque quæ malorum speciem præ se ferunt: *Ab omni specie mali*, ait Apostolus, *abstinete vos*. Malum proculdubio est, quia erroneum est, I. Vel certum habere pro incerto, vel incertum pro certo". Hujus verò mali speciem præferre videntur, qui de dogmatibus ab Ecclesia decisis disputare cum hæreticis non verentur. Eapropter Leo Papa rationem assignans Leoni Augusto, cur nolit iteratum certamen cum Eutychianis, synodaliter jam Chalcedone damnatis, iniri: K. Ipsi (inquit) „ quodammodò videbimur statuta velle con- „ vellere, & authoritates, quas Ecclesia uni- „ versalis amplexa est, ad arbitrium hæreti- „ cæ petitionis infringere: Atque ita nul- „ lum corrigendis Ecclesiis modum ponere, „ sed datâ licentiâ rebellandi, dilatare magis, quàm sopire certamina". Non solùm igitur cavere debemus ne statuta reapse convellamus, sed etiam ne vel convellere videamur. L. Providendum enim est (ut rectè „ monet Pelusiotes) ut nequidem existimemur facere, quæ facere turpe est". Et Augustinus: M. Sic eligat Doctor bonam vitam „ (inquit) ut bonam non negligat famam, „ sed *Provideat bona coram Deo & hominibus*, „ quantum potest illum timendo, his consulendo". Et lib. de Bono viduitatis cap. 22. " Quisquis (inquit) à criminibus flagitiorum „ atque facinorum vitam suam custodit, sibi „ benefacit: quisquis autem etiam famam, „ etiam in alios misericors est. Nobis enim „ necessaria est vita nostra, aliis fama nostra. „ Et utique etiam quod aliis ministramus mi- „ sericorditer ad salutem, ad nostram quoque redundat utilitatem". Et hoc haud dubiè in eis præ cæteris locum habet, qui Ecclesiæ regimini præsunt: de qualibus idem alibi ait: N. Propter nos conscientia nostra sufficit no- „ bis: propter vos (subditos alloquitur suos) „ fama nostra non pollui, sed pollere debet „ in vobis. Tenete quod dixi, atque distin- „ guite. Duæ res sunt, conscientia, & fama: „ conscientia tibi, fama proximo tuo. Qui „ fidens conscientiæ suæ negligit famam suam, „ crudelis est: maximè in loco isto positus, „ de quo dicit Apostolus scribens ad discipu- „ lum suum, *Circa omnes teipsum bonorum operum præbe exemplum*". Itaque providendum est non solùm ut non efficiamur, sed ut ne effici quidem videamur hæreticis similes. Quod profectò vix aut nullatenus præstare poterimus, si de rebus ab Ecclesia tam solemniter iam decisis, certamen cum eis ex condicto ineamus. Satis jam pridem *responsum est*, per tot disputationes, per tot Academicas censurationes, per tot Synodales & Pontificales definitiones, per tot Imperiales & Comitiales proscriptiones, *Stultis, iuxta stultitiam suam, ne sibi sapientes esse videantur*. Tempus proinde nunc est implendi id quod Proverbiastes ibidem præmiserat, dicens: *Ne respondeas stulto iuxta stultitiam suam, ne efficiaris ei similis*.

I. Thess. 5. 21.
I. Aug. Enchiridii c. 17
K. Leo Epist. 75. ad Leonem Augustum
L. Isidor. Pelus. lib. 3. Epist. 114.
M. August. lib. 4. de Doct. Christ. cap. 21. Rom. 12. 17.
N. Idem ser. 49. de Diversis cap 1.
Tit. 2. 7.
Prov. 26. 5.
Ibid. v. 4.

LXXIV. Id ut pleniùs & ordinatiùs ostendã, primò generaliter de disputationibus cũ hæreticis tractabo, & quatenus eæ licitæ sint, aut illicitæ, indagabo: Secundò particulariùs ad Lutheranos descendam, & peculiares rationes vitandarum cum eis disputationum proferam: Tertiò denique nuperum *Confessionistarum* libellum Comitijs Imperialibus porrectum repræsentabo, & insulsitatem atque inacceptabilitatem conditionum in eo præscriptarum remonstrabo. Quibus ordine pertractatis, ad extremum concludam, Nullo modo nobis congruere novi certaminis istius normam, quâ Catholica sit corruptior, quàm Lutherana correctior. Tria porrò prædicta puncta ita sunt inter se doctrinali methodo subordinata, ut pertractatio primi gradum faciat ad decisionem secundi, & similiter decisio secundi ad enodationem tertij. Quæcunque enim militant contra disputationes cum hæreticis generaliter ineundas, militant quoque contra disputationes sive cum Lutheranis in communi, sive cum Confessionistis in particulari secundùm præscriptam normam, admittendas. Sed non è converso: Nam fieri potest, ut certis in casibus licita sit disputatio cum hæreticis abstractim, non tamen cum Lutheranis speciatim: Fieri item fortassè potest, ut certis in casibus licita sit disputatio cum Lutheranis in communi, aut etiam in specie cum Confessionistis, non tamen iuxta normam ab eis modò præscriptam. Servabitur itaque à nobis ille ordo, quem in tradendis scientijs servandum Philosophus monet, & ratio ipsa recta persuadet: O. Ex universalibus (ait ille) ad „ singularia proficiscamur oportet: ipsum „ namque totum sensu notius est: universale „ verò totum est quoddam, quippe cùm multa complectatur ut partes". Quamvis autem Doctores Scholastici post D. Thomam 2. 2. q. 10. ar. 7. generaliùs adhuc inquirant ac disputent, *Vtrum cum infidelibus publicè de fide disputandum sit?* nobis tamen eousque ascendere non est opus: sed sufficit de disputatione cum hæreticis

O. Aristot. lib. 1. Physic. c. 1.
D. Thom. cum Scholasticis.

hæreticis tractare, prætermiſſis aliorum generum infidelibus, Judæis nimirum atque Paganis: quorum conditio eatenus favorabilior videtur conditione hæreticorum, quòd tametſi extra Eccleſiã ſint,& verâ fide careant,nõ tamen de Eccleſia exierunt,nec ſuſceptam ſemel fidem deſeruerunt aut abjecerunt; exceptis duntaxat eis qui per apoſtaſiam ad Judaiſmum vel Paganiſmum tranſilierunt, quos uſitato vocabulo *Apoſtatas* dicimus: quorum,uti & hæreticorum, ſtatum Apoſtolus Petrus deteriorem ſtatuit, quàm eorum, qui nunquam Chriſto initiati,aut

1.Pet. 2. 21. Eccleſiæ incorporati fuerant: *Melius erat illis*, inquiens, *non cognoſcere viam iuſtitiæ, quàm poſt agnitionem retrorſum converti ab eo, quod illis traditum eſt, ſancto mandato.* De qualibus & Paulus: *Impoſſibile eſt*, inquit, *eos qui ſemel ſunt illuminati, guſtaverunt etiam donum cæleſte, & participes facti ſunt Spiritus ſancti, guſtaverunt nihilominus bonum Dei verbum, virtuteſq; ſæculi, & prolapſi ſunt; rurſus renovari ad pœnitentiam.* [Heb. 6. 4. & ſeqq.] Chriſtus quoque ipſe teſtatur, ejuſmodi hominum *Noviſſima fieri peiora prioribus.* [Matth.12.45.] Vulgo etiam dici ſolet, *Turpiùs eiicitur, quàm non admittitur hoſpes.* Et quis Chriſto dignior hoſpes, quem Apoſtolus teſtatur *Habitare per fidem in cordibus noſtris?* [Ephef. 3. 17.] Turpiùs ergo hic tantus hoſpes per hæreſim vel apoſtaſiam de cordibus ejicitur, quàm per Judaiſmum aut Gentiliſmum in corda non admittitur. Hæc quippe ejectio ultra malitiam infidelitatis,nonadmiſſioni communem, ſuperaddit reatum ingratitudinis, de qua Bernardus: [P] Peremptoria res eſt ingratitudo (inquit) hoſtis gratiæ, inimica ſalutis. Dico ego vobis,quoniam pro meo ſapere nihil ita diſplicet Deo, præſertim in filiis gratiæ, in hominibus converſionis, quemadmodum ingratitudo. Vias enim obſtruit gratiæ, & ubi fuerit illa, jam gratia acceſſum non invenit, locum non habet". Et ſerm. 51. ſuper Cantica. "Ingratitudo (inquit) inimica eſt animæ, exinanitio meritorum, virtutum diſperſio, beneficiorum perditio; ventus urens,ſiccans ſibi fontem pietatis, rorem miſericordiæ, fluenta gratiæ". Quid igitur mirum hæreticos tam duros eſſe ad converſionem, quàm ſuperiùs §.70. notavimus; cùm per ſuam ingratitudinem obſtruant ſibi viam gratiæ, ſiccent fontem pietatis, rorem miſericordiæ, fluenta cæleſtia? [Q] Nemo habet de ſuo (prout Arauſicana Synodus definit) niſi mendacium & peccatum. Si quid autem habet homo veritatis atque juſtitiæ, ab illo fonte eſt, quem ſitire debemus in hac eremo, ut ex eo quaſi guttis quibuſdam irrorati non deficiamus in via". Optimè monet Proſper, quòd [R] Multorum hominum talis ſit malitia, qualis dæmonum: qualibus dicebat Dominus, *Progenies viperarum, quomodo poteſtis bona loqui, cùm ſitis mali?* Et, *Vos de diabolo patre nati eſtis, & concupiſcentias patris veſtri facere vultis.* Sed

P. Bern. ſerm. 2. de ſeptem Panibus. Vide Aug. in Soliloq. cap. 18.

Q. Synod. Arauſic. c. 22. Vide Aug. Tract. 5. in Ioan.

R. Proſ. Reſp. ad Obiect. 6. Vincent.

Mat. 12. 34. Io. 8. 44.

hoc inter malos homines diſtat,& dæmones; quòd hominibus etiam valdè malis ſupereſt, SI DEUS MISEREATUR, reconciliatio: dæmonibus autem nulla eſt in æternum ſervata converſio". Cùm igitur, ſeclusâ Dei miſericordiâ, obſtinatio malorum hominum ſimilis ſit obſtinationi dæmonum, conſequens eſt, ut quò magis ſibi quiſque obſtruit canalem divinæ miſericordiæ, eò magis ipſe participet de obſtinatione dæmonum. Quò autem quiſque magis erga Deum eſt ingratus, eò magis ſibi obſtruit divinæ miſericordiæ canalem, prout ex Bernardo mox relato deducitur. Ac per hoc, quo magis quiſque eſt ingratus, eo magis participat de obſtinatione dæmonum. Inter omnes porrò infideles ingratiſſimi ſunt, qui Chriſtianam fidem ſemel ſuſceptam abjiciunt per hæreſim vel apoſtaſiam. Quo majori enim beneficio quiſque affectus fuerit à Deo, eò fit ipſe illud abjiciendo ac vilipendendo ingratior erga Deum. Majus autem Dei beneficium eſt fides Chriſtiana, quàm vel lex Moyſaica data Judæis, vel talenta naturæ impertita Paganis. Turpiùs quoque Chriſtus hoſpitio per fidem exceptus eiicitur, quàm ſe hoſpitio excipiendum offerens repellitur: [S] Hæretici (ait D. Thomas) qui profitentur fidem Euangelii, & ei renituntur, eam corrumpentes, graviùs peccant quàm Judæi, qui fidem Euangelii nunquam ſuſceperunt. Sed quia ſuſceperunt ejus figuram in veteri lege, quam malè interpretantes corrumpunt: ideò etiam eorum infidelitas eſt gravius peccatum, quàm infidelitas Gentilium, qui nullo modo fidem Euangelii ſuſceperunt". Idem rurſus inferiùs q.107.ar.2. tractans ex profeſſo de vitio ingratitudinis, poſtquam tres ejus gradus recenſuiſſet, mox ſubdit: "Ad primum ingratitudinis gradum pertinet,quòd aliquis retribuat mala pro bonis: ad ſecundum,quòd beneficium vituperet: ad tertium,quòd beneficium quaſi maleficium reputet". Omnium horum graduum reatum incurrunt hæretici: cùm enim ingens à Deo beneficium fidei ac Religionis Chriſtianæ acceperint, Deo largitori mala pro tanto beneficio rependunt, Eccleſiam ejus dilacerando, & authoritatem ſpernendo: ipſum quoque beneficium vituperant, & tanquam maleficium reputant; quia fidem & religionem quam abjiciunt impugnant ut falſam, & traducunt ut ſuperſtitioſam. A Deo igitur propter hanc ingratitudinem deſerti, permanent obdurati; [T] Eam putantes gloriam vanitatis, nullis cedere viribus veritatis: in perniciem utique ſuam, quibus vitium tam immane dominatur. Nam & contra omnẽ curantis induſtriam, non malo Medici, ſed ægroti inſanabilis morbus invictus" eſt. De qualibus alibi idem Auguſtinus: [V] Mortalitatis onere prægravati (inquit) cùm

S D. Thom. 2. 2. q. 10. art. 6. in corp.

T. Aug. lib. 6. de Civit. c. 1.

V. Id. lib. 1. de Trin. c. 1.

Vide Cyprian. Epist. 74. „ cùm & videri volunt ſcire quod neſciunt, & „ quod volunt ſcire non poſſunt, præſumptio- „ nes opinionum ſuarum audaciùs affirmando, „ intercludunt ſibi intelligentiæ vias; magis „ eligentes ſententiam ſuam non corrigere perverſam, quàm mutare defenſam".

LXXV. Obſtructo per ingratitudinis obicem fonte divinæ miſericordiæ, ne rorem gratiæ inſtillet cordibus hæreticorum, ſupervacanea fit omnis humana induſtria pro reductione ipſorũ impenſa. Neque enim minùs in reductione hæreticorum, quàm in prima converſione Gentilium vel Judæorum verum eſt quod Apoſtolus ait: *Neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat; ſed qui incrementum dat, Deus.* (1. Cor. 3. 7.) W. Sonus ver- „ borum noſtrorum (ait idem Auguſtinus) „ aures percutit: Magiſter intus eſt. Nolite „ putare quemquam hominem diſcere aliquid „ ab homine. Admonere poſſumus per ſtrepi- „ tum vocis noſtræ: ſi non ſit intus qui doceat, „ inanis fit ſtrepitus noſter. Adeò vultis noſſe? „ Nunquid non ſermonem iſtum omnes audi- „ ſtis? Quàm multi indocti exituri ſunt! Quan- „ tùm ad me pertinet, omnibus locutus ſum: „ ſed quibus *Vnctio illa* intus non loquitur, quos „ Spiritus ſanctus intus non docet, indocti rece- „ dunt. Magiſteria forinſecùs adjutoria quæ- „ dam ſunt, & admonitiones: cathedram in cælo tenet, qui corda docet". Cùm audiſſent Athenienſes Apoſtolum in Areopago concionantem, tametſi *Aliqui crediderunt*, tamen alii *quidam* non ſolùm non crediderunt, ſed inſuper *irriſerunt.* Nunquid non eundem ſermonem, eademque argumenta omnes audierunt? Ita planè, ſed aure corporis, non cordis. Unde hoc, niſi quia interior auris ſoli Deo patet? Cujus rei manifeſtum in Lydia purpuraria præſtitum eſt documentum, *Cuius Dominus aperuit cor intendere his quæ dicebantur à Paulo.* Quid eſt aperire cor, niſi patefacere interiores aures, priùs clauſas? De quibus auribus toties in Euangelio loquens Dominus exclamavit, *Qui habet aures audiendi, audiat.* X. Dominus (ait alibi idem) quum eis „ loqueretur, qui carnis aures apertas haberent, „ dicebat tamen, *Qui habet aures audiendi, au-* „ *diat:* quas non omnes habere proculdubiò „ noverat. A quo autem habeant, quicunque „ habent, ipſe Dominus oſtendit, ubi ait: *Dabo* „ *eis cor cognoſcendi me, & aures audientes*". Quis ad docendum & docendo perſuadendum magiſter magis idoneus ipſo Chriſto? Et tamen non omnibus quos docebat perſuadebat: *Verba*, ait ipſe ſuis auditoribus, *quæ ego locutus ſum vobis, Spiritus & vita ſunt: ſed ſunt quidam ex vobis qui non credunt.* Et mox infrà: *Dixi vobis*, ſubdit, *quia nemo poteſt venire ad me, niſi fuerit ei datum à Patre meo:* hoc eſt, nemo poteſt meis etiam ſermonibus forinſecùs inſonantibus præbere aurem cordis, niſi quem Pater intrinſecùs docuerit, aperiendo aurem cordis. Et quia non omnibus Chriſtum tunc audientibus aperuerat Pater aurem cordis, ſubdit Euangeliſta ibidem continuò: *Ex hoc multi diſcipulorum eius abierunt retrò, & iam non cum illo ambulabant.* (Ibid. v. 67.) Pulchrè, & appoſitè ad hunc ſcopum, ſcribit Auguſtinus: Y. Spiritus ſanctus operatur intrinſecùs, ut va- „ leat aliquid medicina quæ adhibetur extrin- „ ſecùs. Alioquin etiamſi Deus ipſe, utens „ creaturâ ſibi ſubditâ, in aliqua ſpecie huma- „ na ſenſus alloquatur humanos, ſive iſtos cor- „ poris, ſive illos quos iſtis ſimillimos habe- „ mus in ſomnis, nec interiore gratiâ mentem „ regat atque agat, nihil prodeſt homini omnis prædicatio veritatis". Habuerunt ſemper omnes homines Deum exteriùs docentem magiſterio elementorum Mundi, habuerunt filii Iſraël eundem ſuo tempore docentem inſuper per legem & Prophetas, habent denique Chriſtiani eundem præterea docentem primò quidem per ipſum Verbum incarnatum, deinde per Apoſtolos & Euangeliſtas, per Doctores & Paſtores, per ipſam Eccleſiam *Columnam & firmamentum veritatis*, (1. Tim. 3. 15.) ſignanter per Eccleſiam Romanam, Z. *Quæ*, juxta œcumenicæ Synodi oraculum, *omnium Eccleſiarum mater eſt & magiſtra:* Et tamen his omnibus magiſteriis extrinſecùs inſonantibus complures obturarunt aures cordis ſui, ne prædicationi veritatis auſcultarent, ſed ingerenti ſe doctrinæ ſalutari obſtreperent: A. Omnia quidem elementa „ Mundi (ait B. Proſper) & univerſæ creatu- „ rarum naturæ, hoc ipſâ ſui exigunt ſpecie, „ ut *Inviſibilia Dei per ea quæ facta ſunt intellecta* „ *conſpiciantur:* & in pulchritudine cæli & terræ „ quædam ſunt paginæ, ad omnium oculos „ ſemper patentes, & Auctorem ſuum nun- „ quam tacentes; quarum proteſtatio doctri- „ nam imitatur magiſtrorum, & eloquia Scri- „ pturarum. Sed quicquid illud eſt, quo cor- „ poreorum ſenſuum exteriora pulſantur, in „ agro cordis, cui impenditur iſta cultura, nec „ radicem poteſt figere, nec germen emittere; „ niſi ille ſummus & verus *Agricola* potentiam „ ſui operis adhibuerit, & ad vitalem profe- „ ctum ea, quæ ſunt plantata, perduxerit. Sive „ enim contemplatio creaturarum, ſive ſacro- „ rum ſeries voluminum, ſive ſcientia diſſe- „ rentium, ſincero & aſſiduo teſtimonio præ- „ dicet veritatem, *Neque qui plantat eſt aliquid,* „ *neque qui rigat; ſed qui incrementum dat, Deus*". (1. Cor. 3. 7.)

Recolat jam Lector ea, quæ de hæreticorum ingratitudine, & de pœnalibus ejuſdem ingratitudinis effectibus, præcedenti §. dicta ſunt; necnon quæ ſuperiùs cap. 5. & 6. de eorundem inquietudine ac contentioſitate, ob Spiritus ſancti abſentiam & ſpiritus ſatanici inſidentiam, ſunt tradita: & facilè perſpiciet, quàm aptè in eos quadret illud Eccleſiaſtis, *Perverſi difficilè corriguntur.* (Eccle. 1. 15.) Ubi nihil veritati aut verſionis genuinitati deperibit, teſte Lyrano, ſi pro

Marginal notes: W. Aug. Trac. 3. in Epiſtol. 1. Ioannis. — 1. Io. 2. 27. — Act. 17. 34. Ibid. v. 32. — Vide Aug. l. 2. Oper. imperf. c. 158. & Proſ. Epiſt. ad Ruffin. c. 14. — Act. 16. 14. — Luc. 8. 8. & ſæpè alias. — X. Aug. lib. de Bono Perſev. c. 14. — Bar. 2. 31. — Io. 6. 64. & 65. Ibid. v. 66. — Y. Aug. lib. 15. de civ. cap. 6. — Z. Trid. Seſſ. 7. Can. 3. de Baptiſmo. — A. Proſ. Epiſt. ad Demetr. cap. 7. Vide lib. 1. de vocatio. Gent. c. 5. & 6. — Rom. 1. 20. — Lyranus.

pro *Perversi*, substituatur *Subversi*: ut sic veniat in mentem illud Apostoli ad Titum: *Hæreticum hominem post unam & secundam correptionem devita, sciens quia subversus est.* Cur autem ii qui per hæresim *perversi* sive *subversi* fuerint, difficilè corrigantur, subindicat idem Ecclesiastes, inferiùs subdens: *Considera opera Dei, quòd nemo possit corrigere quem ille despexerit.* Despicit porrò ille hæreticos, veritati suæ rebelles, & bonitati ingratos; sua ingratitudine, tanquam vento urente, siccantes sibi fontem pietatis, rorem misericordiæ, fluenta gratiæ. Hinc quippe fit, ut B. Nec rationibus (sicut scribit „ Bernardus) convincantur, quia non intelli- „ gunt; nec authoritatibus corrigantur, quia „ non recipiunt; nec suasionibus flectantur, quia *Subversi sunt*". Hoc, saltem de hæresiarchis, fatetur *Confessionistarum* Patriarcha Lutherus, proprio edoctus ex parte experimento, cùm ita scribit: C. *A sæculo non est auditum, ullum falsæ doctrinæ inventorem fuisse conversum. Nempe nimis grande est istiusmodi peccatum, & in Spiritum sanctum. Itaque Deus illos indurari permittit*". Sed quicquid sit de assertione Lutheri secundùm totam suam universalitatem sumptâ, constat certè ut plurimùm ita accidisse, ut dicit: D. Est hoc (inquit Hosius) hæreti- „ corum proprium, ut corrigi nolint: ac si re- „ prehendi videant errata sua, quæ unicè ad- „ mirantur, & tantummodò non adorant tan- „ quam idola manuum suarum, tantum abest „ ut mitescant, aut emendentur ejusmodi re- „ prehensionibus; majore etiam ut eorum „ odio, qui reprehenderint, inflammentur: „ atque ita *Proficiunt in peius indies errantes, & in errorem mittentes*".

Tit. 3. 10. & 11.

Eccle. 7. 14.

B. Bern. serm. 66. in Cant.

C. Luther. tom. 3. Germ. Ien. pag 338. §. 4.

D. Hosius l. 1. de Hæresibus nostri temp.

2. Tim. 3. 13.

CAPVT XXIII.

Quamvis hæretici suâ ingratitudine fontem misericordiæ obstruant sibi, non tamen Catholicis quin eis orando impetrent quod disputando non obtinent. Augustini, Prosperi, & Papæ Celestini in hanc rem suffragia. Sisinnii suggestio ab Episcopis & Theodosio Augusto comprobata, Disputationibus Schismata augeri potiùs, quàm uniri. *Proferuntur Scripturæ inhibentes conferentiam cum hæreticis. Proferuntur & in eandem rem exempla Sanctorum, Ioannis Apostoli, & Polycarpi eius Discipuli. Florini execrabile commentum* de Deo authore peccatorum, *à modernis quibusdam Sectariis renovatum. Melancthonis ea de re Sententia à Tridentinis Patribus post Arausicanos & Valentinos damnata, ab ipso Melancthone retractata.* Coluthianorum & Florinianorum *hæreses extremè sibi contrariæ. Hæresim non tam in vocibus quàm in vocum sensibus consistere evincitur ex eo, quòd eadem vocalis propositio simul Catholica & hæretica esse possit diversimodè intellecta.*

LXXVI. Occludunt quidem sibi hæretici, maximè autem hæresum conditores ac propagatores, viam resipiscentiæ, dum suâ ingratitudine obicem præstruunt divinæ misericordiæ: non tamen abbreviare queunt manum Domini, quin *Misereatur cui voluerit, & clemens sit in quem sibi placuerit.* Hinc tametsi frustraneum plerunque sit inire cum eis disputationem, utile tamen subinde est pro eis fundere orationem: quia licet ipsi ex parte sua cælos obserent, tamen *Oratio humiliantis se nubes penetrat.* Unde rectè monet Augustinus, ut cùm hæreticos ad fidem reducere satagimus, E. Non simus in disputationibus prompti, & in orationibus pigri". Et alibi loquens de Pelagianis, quibuscum diutissimè & acerrimè conflixit: F. Non solùm (inquit) ad istos vi- „ tandos cauti esse debemus, verùm etiam ad „ docendos vel monendos, si patiantur, pi- „ grescere non debemus. Plus eis tamen sine „ dubitatione præstamus, si ut corrigantur „ oremus, ne cum tantis ingeniis vel pereant, „ vel alios perdant præsumptione damnabili, „ quia *zelum Dei habent, sed non secundum scientiam*". Juxta hanc doctrinæ normam, Ecclesia Christi non cessat pro hæreticis quantumlibet damnatis fundere orationes, quamvis post legitimam damnationem deneget eis publicas disputationes: G. Supplicat ubique Ecclesia „ Deo (inquit Prosper) non solùm pro San- „ ctis, & in Christo jam regeneratis, sed etiam

Exod. 33. 19.

Eccli. 35. 21.

E. Aug. lib. de Bono persev. c. 24.

F. Idem Epist. 106.

Rom. 2. 10.

G. Prosp. lib. 1. de vocat. Gent. c. 12.

„ etiam pro omnibus infidelibus, & inimi-
„ cis crucis Christi; pro omnibus idolorum
„ cultoribus, pro omnibus qui Christum in
„ membris suis persequuntur; pro Judæis,
„ quorum cæcitati lumen Evangelii non
„ refulget; pro HÆRETICIS ET SCHIS-
„ MATICIS, qui ab unitate fidei & chari-
„ tatis alieni sunt. Quid autem pro istis petit,
„ nisi ut relictis erroribus suis convertantur ad
„ Deum, accipiant fidem, accipiant charitatem,
„ & de ignorantiæ tenebris liberati in agnitio-
„ nem veniant veritatis? Quod quia ipsi præ-
„ stare sibi nequeunt, malæ consuetudinis pon-
„ dere oppressi & diaboli vinculis illigati, ne-
„ que deceptiones suas evincere valent quibus
„ tam pertinaciter inhæserunt, ut quantùm
„ amanda est veritas tantùm diligant falsita-
„ tem: misericors & justus Dominus pro om-
„ nibus sibi vult hominibus supplicari, ut cùm
„ videmus de tam profundis malis innumeros
„ erui, non ambigamus Deum præstitisse, quod
ut præstaret oratus est". Christum legimus di-
Mat. 5. 44. xisse, *Orate pro persequentibus & calumniantibus
vos:* nusquàm verò dixisse eum legimus, Dispu-
tate cum persequentibus & calumniantibus
vos. Et quamvis Christus nec omnia in parti-
culari dixerit quæ fieri debeant aut licitè pos-
sint, nec omnia quæ dixit conscripta sint ut legi
Mat. 18. 17. possint: quia tamen jussit ut *Ecclesiam non audiens
sit nobis sicut ethnicus & publicanus*; non malè con-
jicimus, ex mente ipsius Christi, hæreticos ab
Ecclesia solemniter damnatos, eique rebelles,
potiùs esse vitandos, quàm disputatione di-
gnandos. Accedit quòd Ecclesia jam dudum
experimento didicerit, verissimum esse quod
Nectario Constantinopolitano, & per Necta-
rium Theodosio Augusto, respondit Sisinnius,
& approbarunt Episcopi cum ipso Augusto:
H. Histor. Tripart. l. 9. cap. 19. Vide Nic. l. 12. c. 15. & Socrat. l. 5. cap. 10. & Zozom. l. 7. c. 12. nimirùm H. *Quod disputatio non solùm schismata
non uniret, sed etiam hæreses ad maiores contentiones
adduceret.* Contrarium omninò experta est Ec-
clesia in causa orationum, pro hæreticorum
conversione ex Christi dictamine fundi consu-
etarum. Unde summus olim Ecclesiæ Antistes,
Celestinus primus, longè aliter de disputatione
cum hæreticis ineunda, ac de oratione pro iis-
dem frequentanda, censuit. Audivimus supe-
riùs cap. 21. §. 71. quemadmodum ipse Pela-
gianorum coryphæum *Celestium, quasi non discus-
so negotio audientiam postulantem, totius Italiæ fini-
bus jusserit extrudi: adeò & Prædecessorum suorum sta-
tuta, & Decreta Synodalia inviolabiliter servanda
censens; ut quod semel meruerat abscindi, nequa-
quam admitteret retractari.* Audiamus nunc eun-
dem, de usu & utilitate orationum, pro hære-
ticorum & aliorum Ecclesiæ hostium conver-
sione fundi solitarum, sua sensa promentem:
I. Celestin. Papa Epist. 1. c. 11. I. Obsecrationum sacerdotalium (ait ille) Sa
„ cramenta respiciamus, quæ ab Apostolis tradi-
„ ta, in toto Mundo, atque in omni Catholica
„ Ecclesia uniformiter celebrantur: ut legem
„ credendi lex statuat supplicandi. Cùm enim
„ sanctarum plebium Præsules mandatâ sibi-
„ met legatione funguntur, apud divinam cle-
„ mentiam humani generis agunt causam: &
„ totâ secum Ecclesiâ congemiscente postulant
„ & precantur, ut INFIDELIBUS DONETUR
„ FIDES, ut idololatræ ab impietatis suæ libe-
„ rentur erroribus, ut Judæis ablato cordis ve-
„ lamine lux veritatis appareat, ut HÆRETI-
„ CI CATHOLICÆ FIDEI PERCEPTIONE
„ RESIPISCANT, UT SCHISMATICI SPI-
„ RITUM REDIVIVÆ CHARITATIS ACCI-
„ PIANT, ut lapsis pænitentiæ remedia confe-
„ rantur, ut denique catechumenis ad regene-
„ rationis Sacramenta perductis cælestis mise-
„ ricordiæ aula reseretur. Hæc autem NON
„ PERFUNCTORIE NEQUE INANITER A DO-
„ MINO PETI, RERUM IPSARUM MONSTRAT
„ EFFECTUS; quandoquidem ex omni errorum
„ genere plurimos Deus dignatur attrahere, Col. 1. 13.
„ *erutos de potestate tenebrarum transfert in regnum
„ Filii charitatis suæ*, & ex vasis iræ facit vasa
misericordiæ". Ecce quàm non solùm diversi-
modè, verùm & adversimodè de disputationi-
bus cum hæreticis vel semel ritè damnatis, ac
de orationibus pro hæreticis quotiellibet etiam
damnatis, censuerit Papa Celestinus! Ille ni-
mirùm, K. *Cui*, ut Prosper testatur, *ad Catholicæ* K. Prosp. sup. hic c. 21. § 71.
*Ecclesiæ præsidium multa Dominus gratiæ suæ dona
largitus est.*

LXXVII. Imitatus est Celestinus Aposto-
lum Paulum, quemadmodum & Paulus imita-
tus est Christum. Docuit quippe Christus, ut
jam vidimus, *Orandum esse pro persequentibus &* Mat. 5. 44.
calumniantibus, quales proculdubio sunt hære-
tici universi: docuit item, vitandos esse Eccle-
siæ refractarios *Sicut ethnicos & publicanos*. Do- Mat. 18. 17.
cuit similiter Apostolus, *Faciendas esse obsecratio-* 1. Tim. 2. 1.
*nes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro
omnibus hominibus:* docuit item, *Hæreticum ho-* Tit. 3. 10.
*minem post unam & secundam correptionem esse de-
vitandum:* & rursùs ad Thessalonicenses scri-
bens ait: *Denuntiamus vobis in nomine Domini* 2. Thess. 3. 6.
*Nostri Iesu Christi, ut subtrahatis vos ab omni fra-
tre ambulante inordinatè, & non secundùm traditio-
nem, quam acceperunt à nobis.* Titum item ad-
monet, ut *Contentiones, & pugnas legis devitet*, Tit. 3. 9.
tanquam inutiles, & vanas. Timotheo denique
alteri suo discipulo ait: *Noli contendere verbis:* 2. Tim. 2. 14.
*ad nihil enim utile est, nisi ad subversionem audien-
tium.* Papa Celestinus, prout præcedenti §. vi-
sum est, Apostolum in utroque imitatus est;
commendando orationum pro hæreticis fun-
dendarum frequentiam, denegando autem hæ-
reticis disputaturientibus audientiam. Atque
ita hac in parte adimplevit illud, quod Co-
rinthiis tam seriò inculcat & iterat idem
Apostolus, dicens: *Imitatores mei estote, sicut* 1. Cor. 4. 16. & 1. Cor. 11. v. 1.
& ego Christi. Joannes quoque Apostolus omne
sermonis

sermonis commercium cum hæreticis interdicit fidelibus, quibus scribit: *Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec* AVE *ei dixeritis*. Et quia apud plerosque facta plus valent ad persuadendum, quàm verba, idem Apostolus Ioannes nec balnei quidem ejusdem communionem cum hæreticis habere voluit. Cujus rei testem B. Irenæus adducit Polycarpum Smyrnensem Antistitem, ejusdemque Apostoli discipulum: L. Polycarpus (ait ille) non modò ab Apostolis „ eruditus, ac cum plerisque eorum, qui „ Christum viderant, diu multùmque conver- „ satus; sed etiam Smyrnensis Ecclesiæ, quæ „ in Asia est, Episcopus ab Apostolis institu- „ tus; quem nos quoque pueri vidimus, perdiu „ enim vixit, & grandævus vitam glorioso „ martyrio finivit. Hic porrò ea semper docu- „ it, quæ ab Apostolis didicit, quæque & Ec- „ clesia tradit, & sola sunt vera. Testes sunt „ omnes Asiæ Ecclesiæ, & qui ad hunc usque „ d em in Polycarpi throno successerunt, „ cum multò locupletiorem ac certiorem „ veritatis testem esse, quàm Valentinum, & „ Marcionem, ac reliquos malè de Religio- „ ne sentientes. Is cum sub Aniceto Romam „ advenisset, multos ex iis quos prædiximus „ hæreticos ad Dei Ecclesiam convertit; unam „ scilicet & solam veritatem testatus se ab „ Apostolis accepisse, quæ ab Ecclesia tradi- „ tur. Sunt & qui eum audiere commemo- „ rantem, Joanem Domini discipulum, cùm „ Ephesi ad balneum lotionis causâ ivisset, ac „ Cerinthum intus conspexisset, illotum bal- „ neo exiliisse, dicentem: *Fugiamus hinc, ne* „ *balneum ruat, quòd intus sit Cerinthus veritatis hostis*". Hoc ipsum de Ioanne memorat Epiphanius, salvo quòd pro Cerintho *Ebionem*, pariter hæresiarcham, nominet: fortè quia vel uterque hæresiarcha simul ibi fuit, & Irenæus alterum, Epiphanius alterum memorat: vel quod unâ vice contigit circa Cerinthum, alterâ contigit circa Ebionem. Tradit quoque idem Epiphanius, Spiritus sancti impulsu Ioannem processisse tunc ad balneum, cùm aliàs non soleret: ut occasionem nancisceretur relinquendi fidelibus exemplum ac documentum vitandi omnem cum hæreticis communionem. Irenæus porro verbis proximè citatis alia subjungit, ex quibus cernere licet, quantopere Polycarpus & alii Apostolorum discipuli studuerint, exemplis ac documentis Apostolorum incitati, devitare omne cum hæreticis commercium, etiam Sermonis: M. Quin ipse quoque Poly- „ carpus (subdit ibi Irenæus) Marcioni ali- „ quando sibi occurrenti, ac dicenti, *Cognosce* „ *nos*, respondit: *Cognosco primogenitum Sa-* „ *tanæ*. Tanto studio Apostoli atque ipsorum „ discipuli cavebant, ne cum quoquam eo- „ rum, qui veritatem adulterassent, vel ser- „ monis commercium inirent: quemadmo- „ dum etiam Paulus dixit, *Hæreticum homi-* „ *nem post unam & alteram admonitionem devi-* „ *ta: quia subversus ille est, & peccat, cùm sit proprio iudicio condemnatus*". Idem rursus in Epistola ad Florinum, condiscipulum quondam suum in Schola Polycarpi, sed postea hæresiarcham, à quo *Floriniani*: " Certè (in- „ quit) Deum contestari possum, illum Bea- „ tum & Apostolicum Præsbyterum Poly- „ carpum, si ejusmodi dogmata (*quæ nimi-* „ *rum hæresiarcha Florinus tunc effutiebat*) fortè „ audivisset, continuò exclamaturum fuisse: „ *O bone Deus, in qua me tempora reservasti, ut* „ *ista patiar!* atque ex eo loco, quo vel se- „ dens, vel stans ea audivisset, extemplò planè aufugiturum". Tantum igitur abest, Polycarpum fuisse cum quoquam pravorum dogmatum assertore cominùs disputaturum, ut ne usquam quidem ubi illa proferrentur sessurus fuisset aut staturus, sed confestim inde in longinquiora aufugiturus.

1. Io. v. 10

Vide Bedam in Epistolam 2. Ioan. v. 10.

L. Iren. lib. 3. cap. 3. Vide Eusebe. lib. 4. Hist. cap. 14 & Theodor. l. 2. Hæret. Fab. cap. 3. & Niceph. l. 3. cap. 14.

Vide Epiph. Hæresi 30.

M. Iren. ibid.

Policarpus.

Tit 3. 10. & 11.

LXXVIII. Non deerit fortè, qui lectis Irenæi verbis proximè relatis aveat particulariùs nosse, quænam fuerint ista Florini dogmata tam execranda, ut B. Irenæum tantoperè exacerbaverint. Respondeo, integram Irenæi Epistolam ad Florinum non extare, sed ejus duntaxat fragmentum, quod ex Eusebio lib. 5 Hist. Eccles. cap. 19. aliàs 20. recitat Feuardentius ad calcem Operum Irenæi. Ex quo Fragmento colligi nequit, quænam fuerint ea Florini commenta. Nihilominùs ex Augustino lib. de Hæresibus ad quodvultdeum cap. 66. & ex Isidoro Hispal. lib. 8. Originum cap. 5. necnon ex aliis hæreseon nomenclatoribus satis constat præcipuum Florini ac Florinianorum dogma in hoc fuisse situm, quòd Deus esset author peccatorum. Colligiturque idipsum ex Eusebio, ita scribente: N. Varias Epi- „ stolas Irenæus contra eos scripsit, qui Romæ „ sincerum Ecclesiæ ritum corrumpebant. „ Unam scripsit ad Blastum, *de Schismate*: aliam „ ad Florinum, *de Monarchia*, sive de eo, QVOD „ NON SIT DEVS FACTOR MALORVM: nam hanc ille sententiam asserere videbatur". Fuit è contrario alius quidam hæresiarcha, nomine Coluthus, à quo *Coluthiani*: qui horrore istius Floriniani dogmatis declinavit in alterum extremũ, negando Deum causare mala vel pœnæ quidem. Sic nimirum, *Dum vitant stulti vitia, in contraria currunt*: O. Difficile est (inquit Augustinus) „ ut dum perversè homines vitia devitant, non „ in eorum contraria perniciter currant. Ete- „ nim exhorrens avaritiam, fit profusus: exhor- „ rens luxuriam, fit avarus: aut inquietus fit, „ cujus pigritiam reprehenderis; aut cujus in- „ quietudinem, piger: aut qui reprehensu „ cœperit odisse audaciam suam, ad timiditatem-

Augustinus.

Isidorus.

N. Euseb. l. 5. Hist. cap. 19.

O. Aug. l. 8. de Gen. ad litt. c. 8.

„ tem fugit; aut qui timidus non esse conatur, „ tanquam abrupto vinculo fit temerarius: dum „ non ratione, sed opinione crimina metiuntur". Quod hìc tradit Augustinus de criminibus morum, alibi crebrò applicat criminibus etiam opinionum. Videri signanter potest lib. de Fide & operibus cap. 4. & lib. 2. ad Bonifacium cap. 2 & lib. 3. cap. 9. & Præfatione in Psal. 31. & Epist. 47. & lib. 1. Operis imperf. contra Jul. c. 115, & serm. xi. de verbis Domini c. 2. Patetque id manifestè in prædictis hæresiarchis & eorum respectivè asseclis: de quibus idem ipse Augustinus in catalogo hæresum: P· *Coluthiani* (inquit) à quodam *Colutho*, „ qui dicebant, Deum non facere mala: contra id quod scriptum est, *Ego Deus creans mala. Floriniani* à Florino, qui è contrario dicebant, Deum creasse mala: contra id quod „scriptum est, *Fecit Deus omnia, & ecce bona valdè.* „ Ac per hoc quamvis contraria inter se dicentes, tamen ambo divinis eloquijs resistebant". Vbi obiter notandum, hæresim non in verbis sed in verborum intelligentia sitam esse: siquidem iste articulus *Deus creat mala*, hæreticus est prout intelligitur à Florinianis, Catholicus prout à Propheta ex persona Domini asseritur, & ab Ecclesia adversus Coluthianos astruitur. Oppositus ei similiter articulus, *Deus non creat mala*, hæreticus est prout intelligitur à Coluthianis, Catholicus prout ab Ecclesia astruitur adversùs Florinianos. Vnde mirum est, magnum illum Lutheranorum Doctorem, præcipuum *Confessionis Augustanæ* concinnatorem, & Apologiæ pro eâdem evulgatę authorem Philippum Melancthonem, eousque dementiæ aliquando devenisse, ut tam horrendum Florini commentum à tot jam sæculis Ecclesiasticâ authoritate damnatum, communi totius humani generis sensu explosum, rationi & divinæ authoritati tam vehementer adversum, tentaverit ex Orco reducere, ac postliminio in Mundum invehere: Q· *Nos docemus*, ait ille, *non solùm permittere Deum creaturis, ut operentur; sed ipsum omnia propriè agere. Sicut fatemur, proprium Dei opus fuisse Pauli vocationem; ita fatemur, opera Dei propria esse, sive quæ media vocantur, ut comedere, bibere, communia cum brutis; sive quæ mala sunt, ut Davidis adulterium; Manlii severitatem animadvertentis in filium. Constat enim ex capite primo ad Romanos, Deum omnia facere non permissivè, sed potenter (ut Augustini verbo utamur) id est, ut sit eius propria Iudæ proditio, sicut Pauli vocatio.* Quemadmodum autem antiqua Ecclesia explosit dogma istud primitùs à Florino adinventum, ita præsens Ecclesia per Tridentinam Synodum damnavit idem à Melancthone nuper resuscitatum: R· Si quis dixerit (ait Synodus) „ non esse in potestate hominis vias suas ma- „ las facere, sed mala opera, ita ut bona, „ Deum operari, non permissivè solùm, sed „ etiam propriè & per se; adeò ut sit pro- „ prium ejus opus non minùs proditio Judæ, quàm vocatio Pauli: anathema sit". Damnarat olim illud ipsum dogma Synodus secunda Arausicana in Decreto suo finali, necnon Synodus tertia Valentina cap. 3 Basilius præterea Magnus eundem errorem refutarat integra Homilia, *Quòd Deus non sit author mali.* Augustinus quoque eundem refellit lib. 2. de Peccatorum Meritis cap. 19. & lib. de Gratia & libro arbitrio cap. 2. & lib. de Natura & grat. c. 46. & 49. & Epist. 105. & lib. 1. ad Simplicianum q. 2. & Tract. 53. in Joannem, & crebrò alibi. Et Prosper in Respons. ad capitula 1. 6. xi. & 13. Gallorum, & ad Object. 3. 5. 6. 7. 10. xi. 12. & 13. Vincent. Et Fulgentius lib. 1. ad Monimum cap. 17. & seqq. Certè enim error ipse adeò nefandus & vel primo ipso intuitu horrendus apparet, ut tolerabiliùs allucinati videantur qui Deum vel omninò negarunt, vel duos Deos finxerunt, bonum scilicet, & malum; quàm qui unicum quidem Deum, sed peccati reum statuerunt. Unde Irenæus in eadem sua ad Florinum Epistola ait inter alia: S· Ista dogmata ne hæretici quidem, „ qui erant ab Ecclesia exturbati, unquam affirmare audebant". In quæ verba Feuardentius sic scribit in Notis: T· Certè Carpocra- „ tes & Marcion maluerunt plures Deos „ comminisci, quàm uni & vero Deo ascri- „ bere causam efficientiamque peccati. A qua „ tamen impietate nunc non abhorrent Cal- „ viniani: quemadmodum in Dialogis ostendimus, & confutavimus". Sed bene habet, quòd Melancthon ipse in ea pravitate non perstiterit, sed Catholicorum argumentis pressus, & ipsâ dogmatis tam execrandi horribilitate perculsus, palinodiam in posteriori Operum suorum recognitione cecinerit, hisce verbis, apud Ruardum relatis: V· Est „ autem hæc pia & vera sententia, utrâque „ manu, ac veriùs toto pectore tenenda, „ quòd DEUS NON SIT CAUSA PECCATI, „ & quòd Deus non velit peccatum: sed „ causæ peccati sunt voluntas diaboli & vo- „ luntas hominis, quæ suâ libertate abuti potuit, seseque à Deo avertere". Atque utinam tam idem ipse Melancthon, quàm seductor ejus Lutherus, cætera sua damnabilia dogmata similiter revocassent, & revocari à suis complicibus & asseclis procurassent: ut secundas saltem haberent modestiæ, qui primas assequi nequierant partes sapientiæ. Utinam auscultassent Augustino insonanti: W· Sicut laudabile est à vera Sententia non „ amoveri, ita culpabile est persistere in fal- „ sâ: quam nunquam tenere prima laus est, „ secunda mutare: ut aut ab initio vera permaneat, aut mutatâ falsâ vera succedat".

P. August. lib. de Hæres. ad Quodvult d. c. 65. & 66.

Isa. 45. 7.

Eccli. 39. 21.

Q. Melanct. in c. 8. ad Romanos.

R. Trident. Sess. 6. can. 6

Synod. Arauf.

Synod. Valen.

Basilius.

Augustinus

Prosper.

Fulgentius

S. Iren. Epist. ad Florinum

T. Feuard in notis super Fragm. Ep. Iren. ad Florin. Vide lib. Theomachiæ c. 7. 10. & 12.

V. Melancth apud Ruard. ar.

W. Aug. l. contr. Cr con. c. 3.

CAPVT

CAPVT XXIV.

Irenæus *non solùm alieno exemplo*, *sed proprio etiam documento prodidit*, *non esse cum hæreticis commercia aut colloquia ineunda*; *suffragante ei Martyre* Ignatio, *qui eos appellat* Sepulchrales columnas. P*ythagoricorum mos erigendi desertoribus suæ Sectæ columnas*, *tanquam mortuis*. Hieronymi *de hæreticorum duritie testimonium*. *Cur* à seipsis damnati *dicantur*? *Ab Ecclesia*, *quam vident*, *foras fugiunt*. P*lures propheticæ Scripturæ perhibent testimonium Ecclesiæ*, *quàm ipsi Christo*; *quia plures hostes Ecclesiæ prævisi*, *quàm Christi*. Tertulliani *Sententia*, *de non admittendis hæreticis ad certamen Scripturarium*. *Quid eis ad certamen Scripturarium provocantibus regerendum*?

LXXIX. TAmetsi ex ijs quæ de Magistro suo Polycarpo discipulus Irenæus memorat, probabili conjecturâ mens ipsius memorantis innotescat: ne tamen solis conjecturis niti videamur, ipsum Irenæum sua sensa proferentem lubet adducere. Notanda igitur inprimis sunt illa ejus verba superiori capite §.77 adducta, quibus, post relatas Ioannis Apostoli, & Polycarpi ejus discipuli historiolas, subdit:
X. Iren. suprà cap. 23. §. 77. X. Tanto studio Apostoli atque ipsorum dis„cipuli cavebant; ne cum quoquam eorum, „qui veritatem adulterassent, vel sermonis „commercium inirent: quemadmodum etiam
Tit. 3. 10. & 11. „Paulus dixit, *Hæreticum hominem post unam & „alteram admonitionem devita*, *quia subversus ille „est*, *& peccat*, *cùm sit propriò iudicio condemnatus*". Superiùs item lib. 1. cap. 13". Omnes ij (in„quit) qui ab Ecclesia abscedunt, & anilibus „fabulis fidem arrogant, verè ipsimet *à se con„demnati sunt*: quos Paulus nobis *post unam at„que alteram admonitionem vitandos esse* præcipit. „Ioannes verò Domini discipulus condemna„tionem eorum auxit; ut qui ne salutem qui-
2. Io. v. 11. „dem ipsis à nobis dici velit: *Qui enim*, inquit, „*dicit eis*, AVE, *communicat operibus eorum malis*.
Isa. 48. 22. „Idque haud sanè abs re: *Non est* enim *salus impijs*, *dicit Dominus*." Inferius item lib. 3. c. 4. omninò devitandos esse monet: & lib. 5. cap. 27. pro mortuis habendos asserit:" Quicunque „(inquiens) voluntate sua à Deo desciscunt, „hos ipse à se separat: separatio autem à Deo, „mors est; & separatio lucis, tenebræ: & sepa„ratio Dei est omnium ab ipso manantium bo„norum amissio. Quare qui per apostasiam ea „quæ dicta sunt dimiserint, tanquam bonis, „omnibus privati nullo non punientur suppli„cio; non quidem Deo antecedenter eos pu„niente, sed pænâ illâ bonorum omnium pri„vationem consequente". Vbi continua allusio est ad locum Apostoli jam suprà adductum, quò dicit, *hæreticum esse subversum*, *& proprio iudicio condemnatum*. Condemnatum quippe Irenæus reputat *mortuum*: & quod Apostolo est *subversum esse*, hoc Irenæo est *bonis omnibus à Deo manantibus privatum esse*. Et ad mortem quidem quod attinet, Martyr Ignatius, Irenæo adhuc vetustior, & Ioannis Apostoli unà cum Polycarpo discipulus, hæreticos indiscriminatim omnes vocat Y. *Columnas sepulchrales*, *& mortuorum monumenta*, *quibus mortuorum hominum nomina duntaxat inscripta sint*. Ubi alludere Y. Ignat. Epist. ad Philadelphenses.
videtur ad veterem Pythagoricorum praxin erigendi sepulchralem columnam apostatis suæ Sectæ, tanquam mortuis. De hæresi enim sub typo mulieris alienæ scriptum est in Proverbiis; *Omnes qui ingrediuntur ad eam*, *non revertentur*, Prov. 2. 19.
nec apprehendent semitas vitæ. Quò spectat & illud Epiphanij in Ancorato: *Pravæ fidei desperata* Epiphan.
emendatio est. Et de pravæ fidei doctoribus, seu hæresum satoribus, Hieronymus intelligendum censet quod scriptum est, *Cuncti Principes fuge-* Isa. 22. 3.
runt simul, *duréque ligati sunt*: Z. Migraverunt Z. Hieron. in caput 22. Isa. v. 3.
„enim (ait ille) omnes hæreticorum Prin„cipes ad Synagogam Satanæ, à Christi „Ecclesia: & transierunt simul, discordes „in perfidia, in transitu concordes: & liga„ti sunt ab arcu, de quo in Psalmo scri„ptum est: *Ecce peccatores intenderunt arcum*, Psal. 10. 3.
„*paraverunt sagittas suas in pharetra*, *ut sagit„tent in obscuro rectos corde*: & mittant igni„ta diaboli iacula, quæ vulnerent pariter „& ligent. Ideoque *duré ligati sunt*: quia Psal. 57. 5. & 6.
„*obturaverunt aures suas*, *sicut aspides surdæ & „obturantes aures suas*, *quæ non exaudient vo„ces incantantium*, *nec venefici incantantis sa„pienter*. Ob quam causam & Apostolus Pau„lus *hæreticum post unam commonitionem*, per- Tit. 3. 10. & 11.
„versitati suæ præcipit relinquendum: *quia „perversus est*, *& proprio iudicio condemnatus*. Ex

nobis 9. Io. 2. 11.

1. Io. 2. 19. „*nobis enim exierunt, sed non erant ex nobis: si enim* „*ex nobis fuissent, mansissent utique nobiscum*. Horum „ Principum fugitivorum ille Princeps est,
Isa. 27. 1. Iuxta 70. „ quem Isaias vocat *Draconem fugientem, colu-* „ *brum tortuosum*: qui cùm verba mortifera in „ aures miserit deceptorum, *durè eos ligat*, & de vinculis suis exire non patitur". Vbi Hieronymus Græca quædam exemplaria secutus, *unius* duntaxat *commonitionis* præmittendæ meminit, antequam hæreticus suæ perversitati, juxta Apostoli præceptum, relinquatur. Qui tamen in Commentario super caput 3. Epistolæ ad Titum, *post unam & alteram correptionem*, legere mavult; authoritate potissimùm Anastasij Papæ permotus. Ac pòst ibidem subdit ad propositum nostrum:" Quare post primam & se„ cundam correptionem devitandus sit hæreti„ cus, reddit causas Apostolus, dicens: *quod* „ *subversus est eiusmodi, & peccat, cùm sit à* „ *semetipso damnatus*. Qui enim semel bisque „ correptus, audito errore suo non vult cor„ rigi, errare existimat corrigentē; & ècontrario „ se ad pugnas & jurgia verborum parans, eum vult lucrifacere, à quo docetur".

LXXX. Vehementer profectò miror & fallor, nisi *Confessionistæ* suas strophas prædictis Hieronymi verbis detectas, & scopum proditum cernant. Nunquid enim jampridem audierunt errorem suum, non solùm à particularibus Doctoribus, sed ab integris etiam Academiis, ab Apostolicæ Sedis tot ac tantis Præsulibus, ab Imperatoribus & Comitiis Imperialibus, ab Episcopalibus Synodis, ac tandem ab œcumenico Tridentinorum Procerum cœtu? Quid ergo aliud, quàm lucrifacere eos à quibus docentur intendunt, dum novam audientiam jam iterum exposcunt, & se ad pugnas & jurgia verborum parant? Sed absit ut ita in omnibus hominibus intelligentiæ caliget obtutus, & à cunctis Ecclesiæ filiis Spiritus scientiæ & pietatis abscesserit, ut aut insidiosam deceptio nem non videant, aut videntes in certamen condescendant. An fortè novâ disceptatione opus est, ut Lutherani novam damnationis accipiant sententiam? Sed quid aliud hoc fuerit, quàm antiquas retractare, vel in dubium revocare sententias? Quid item opus est, eum post tot annorum decursum dam nare, quem constat à semetipso jam dudum damnatum fuisse?" Propterea (subdit ibi„ dem Hieronymus) hæreticus dicitur *à se* „ *metipso esse damnatus*: quia fornicator, adul„ ter, homicida, & cætera vitia, per Sa„ cerdotes de Ecclesia propelluntur: hæreti„ ci autem in semetipsos sententiam ferunt, „ suo arbitrio de Ecclesia recedentes: quæ „ recessio, propriæ conscientiæ videtur esse damnatio". Hujus rei specimen præcessit in illis Christi pridem discipulis de quibus scri-
Io. 6. 67. ptum est, quòd *A bierunt retrò*: Non enim ejecti vel propulsi dicuntur, sed abiisse memorantur. Unde eorum abitum sive abscessum Augustinus non dubitat *hæresim* dicere: A Quædam (inquiens) in Scripturis dura A. Aug. in „ videbantur, cùm obscura essent: exposita, Psal. 54. „ mollita sunt. Nam & prima HÆRESIS „ in discipulis Christi velut ad duritiem ser„ monis ipsius facta est. Cùm enim diceret, „ *Nisi quis manducaverit carnem meam, & bibe-* Ibid. v. 54 „ *rit sanguinem meum, non habebit vitam in se*: „ illi non intelligentes dixerunt ad invicem, „ *Durus est sermo hic, quis potest eum audire?* Di- Ibid. v. 61 „ centes, quia *durus est sermo hic*, SEPARA„ VERUNT SE AB illo: remansit cum „ solis duodecim. Cùm ei suggessissent, il„ los in sermone ejus fuisse scandalizatos: *Nunquid & vos*, inquit, *vultis* ABIRE"? Illi ergo seipsos separaverunt, voluntate sua secesserunt, ultrò foras abierunt: de qualibus ait Judas in sua Canonica, *Hi sunt qui segregant semetipsos*: & Joannes similiter, *Ex nobis*, Iud. v. 19. Io. 2. 19. inquit, *prodierunt*: & Petrus item, *Derelinquentes viam rectam erraverunt*: & Regius Psaltes ex persona Domini, *Qui videbant me*, inquit, *foras fugerunt a me*. In quem locum Augustinus: B Ignoscendum esset (inquit) si „ foras fugisset à me, qui non videbant „ me: etiam *Qui videbant me, foras fugerunt à me*". Et mox infrà applicans eundem locum Ecclesiæ, quæ est corpus Christi mysticum, & quodammodò una cum Christo, juxta illud Apostoli, *Qui adhæret Domino, unus spiritus est*:" Illud (inquit) est magis gemen„ dum, illud omninò intolerabile, quia „ multi *Qui videbant me, foras fugerunt à me*: „ id est, qui cognoverunt quid esset Eccle„ sia, exierunt foras, & hæreses & schismata contra Ecclesiam fecerunt". Et iterùm inferiùs:" Si vides ibi totius Orbis unitatem, „ quid foras fugis, ut non solùm ipse patia„ ris, verùm & aliis facias cæcitatem? *Qui* „ *videbant me*, id est, qui noverant quid sit „ Ecclesia, qui eam in Scripturis intueban„ tur, *foras fugerunt à me*. Putatis enim, fra„ tres mei, quia illi omnes qui fecerunt hæ„ reses per loca, & partes, non noverant in „ Scripturis Dei quia Ecclesia non est præ„ dicata nisi toto terrarum Orbe diffusa? ve„ rè dico charitati vestræ, certè omnes Chri„ stiani sumus, vel Christiani omnes dici„ mur, & omnes Christi signo signamur: ob„ scuriùs dixerunt Prophetæ de Christo, „ quàm de Ecclesia; puto propterea, quia „ videbant in Spiritu, contra Ecclesiam ho„ mines facturos esse particulas, & de Chri„ sto non tantas lites habituros, de Ecclesia „ magnas contentiones excitaturos: ideò il„ lud, unde majores futuræ erant lites, „ planiùs prædictum, & apertiùs propheta„ tum est; ut ad judicium illis valeat, *Qui* *vide-*

Pet. 2. 15. Ps. 30. 12. Vide Ambros. suprà hic cap 14 §. 45. B. Idem. Concione 2. in Psal. 30. 1. Cor. 6, 17.

viderunt, & foras fugerunt". Si hujus *Iudicij* terrore non percellantur, ut eò unde egressi sunt revertantur, & Ecclesiam videant, videreq; se se fateantur; disputationibus certè nunquam reducentur, sed lucrifacere eos potiùs attentabunt, à quibus docentur. Eapropter acquiescendum erit monito Salvatoris, qui de talibus aiebat suis discipulis: *Sinite illos, cæci sunt, & duces cæcorum*: C Hoc est (inquit Hieronymus) „ quod Apostolus præceperat: *Hæreticum hominem post unam & alteram correptionem devita; sciens quod perversus est huiusmodi, & à semetipso damnatus*. In hunc sensum & Salvator præcipit, Doctores pessimos dimittendos arbitrio suo: Sciens, eos difficulter ad veritatem posse trahi; & cæcos esse, & cæcum populum in errorem trahere".

Mat. 15. 14. C Hieron. in cap. 15. Matthæi v. 14.

LXXXI. Antequam Tertullianus eo modo quo superiùs cap. 13. §. 41. memoratum est, ab Ecclesia ad Montanistarum castra transiliisset, præclara aliquot monumenta tum adversùs hæreses & hæreticos in generali, tum adversùs nonnullas hæreticorum Sectas nominatim & in particulari elucubraverat. Inter prioris generis monumenta eminet libellus, *De Præscriptionibus adversus hæreticos* inscriptus: in quo per plura capita ex professo contendit, & variis argumentis nervosè suadere ac persuadere enititur, non esse cum hæreticis disputatione agendum, præsertim verò ex divinis Scripturis, ad quas hæretici provocare consuescunt, prout & nunc more Majorum suorum provocant *Confessionistæ*: D Sed ipsi (ait ille de hæreticis generaliter) „ & de Scripturis agunt, & de Scripturis „ suadent. Aliunde scilicet loqui possent de „ rebus fidei, nisi ex litteris fidei? Venimus igitur ad propositum: huc enim dirigebamus, & hoc præstruebamus, ad locutionis præfationem, ut jam hinc de eo „ congrediamur, de quo Adversarii PROVOCANT. Scripturas obtendunt, & „ hâc suâ audaciâ statim quosdam movent: „ in ipso verò congressu firmos quidem fatigant, infirmos capiunt, medios cum scrupulo dimittunt. Hunc igitur potissimum „ gradum obstruimus, NON ADMITTENDOS EOS AD ULLAM DE SCRIPTURIS DISPUTATIONEM: si „ hæ sunt vires eorum, anne eas habere possint, dispici debet, cui competat possessio „ Scripturarum, ne is admittatur ad eas, cui „ nullo modo competit. Hoc de consilio diffidentiæ aut de studio aliter ineundæ constitutionis induxerim, nisi ratio constite-

D. Tertul. lib. de Præscript. c. 15. & seqq.

„ rit; inprimis illa, quòd fides nostra obsequium Apostolo debeat, prohibenti *Quæstiones inire*, *Novis vocibus aures accommodare*; „ *Hæreticum post unam correptionem convenire*, „ non post DISPUTATIONEM. Adeò „ interdixit disputationem, *correptionem* designans causam hæretici conveniendi: & hoc „ *unam*, scilicet quia non est Christianus: ne more Christiani, *Semel & iterum, & sub duobus aut tribus testibus*, castigandus videretur, cùm ob hoc sit castigandus, propter quod non sit cum „ illo disputandum. Deinde quoniam nihil „ proficiat congressio Scripturarum, nisi planè ut aut stomachi quis ineat eversionem, „ aut cerebri. Ista hæresis non recipit quasdam Scripturas: & siquas recipit, adjectionibus & detractionibus ad dispositionem „ instituti sui interuertit: & si recipit integras, & si aliquatenus integras præstat, „ nihilominus diversas expositiones commentata convertit. Tantum veritati obstrepit „ adulter sensus, quantum corruptor stylus. „ Variæ præsumptiones necessariò nolunt „ agnoscere ea, per quæ revincuntur: his „ nituntur quæ ex falso composuerunt, & „ quæ de ambiguitate cæperunt. Quid promovebis, exercitatissime Scripturarum; „ cùm si quid defenderis, negetur ex diverso; si quid negaveris, defendatur? Et tu „ quidem nihil perdes, nisi vocem in contentione: nihil consequêris, nisi bilem de „ blasphematione. Ille verò, siquis est, cujus „ causâ in congressum descendis Scripturarum, ut eum dubitantem confirmes; ad „ veritatem, an magis ad hæresim deverget? „ hoc ipso motus, quòd te videat nihil promovisse, æquo gradu negandi & defendendi, diversâ parte statutum: certè de pari „ altercatione incertior discedet, nesciens quam hæresim judicet". Plura de hac re sparsim in sequentibus idem Author inserit, ac tandem cap. 37. concludit in hunc modum: " Constat ratio propositi nostri, definientis, „ non esse admittendos hæreticos ad ineundam de Scripturis provocationem: quos „ sine Scripturis probamus ad Scripturas non „ pertinere. Si enim hæretici sunt, Christiani esse non possunt, non à Christo habendo „ quod de sua electione sectati hæreticorum „ nomine admittunt. Ita non Christiani nullum jus capiunt Christianarum litterarum: „ ad quos meritò dicendum est, Qui estis? „ Quando, & unde venistis? Quid in meo „ agitis non mei? &c.

Tit 3. 9. 1 Tim 6 20. Tit. 3. 10. Vide superiùs ibid. cap. 6. Mat. 18. 15 & seqq.

CAPVT XXV.

Tertulliani testimonium proximè relatum dispungitur, & dispunctim elucidatur. Hæreticis solemne est Scripturas obtendere, & cur ita? Tanto magis cavendi ac pertimescendi sunt, quanto occultiùs sub divinæ legis umbraculo latitant. Lutheri præsidentia, & simul inconstantia, redarguentis in aliis, quod practicat cum aliis & præ aliis. Insanis contradicere vanum est. Hæretici à Psalmographo viri sanguinum & dolosi *cur dicti? Publicas cum eis inire disputationes nec ineuntibus utile est, nec ipsis prodest, & auscultatoribus plerunque plus nocere quàm conducere natum est. Dubius in fide infidelis est.*

LXXXII. TErtulliani locus proximo §. relatus, tantæ est energiæ ad persuadendum quod contendimus, ut non tam adjectione, quàm attentâ lectione ac nonnullâ elucidatione egere videatur. Eapropter operę pretium censui quasdam ejus clausulas singulatim perpendere, ne Lector eas cursim sine reflexione pertranseat. Quod igitur ibi dictum est, *Hæreticos de Scripturis agere, & de scripturis suadere*, id alibi quoque Tertullianus ipse testatur, ut cùm ait: E. Hæreses esse non possent, si non & perperàm Scripturæ intelligi possent". Cui consonans Augustinus, F. Non posset (inquit) oboriri error palliatus nomine Christiano, nisi de Scripturis non intellectis". Unde & lib. 1. de Trinit. cap. 3. præmunit se adversùs sinistros interpretes verborum suorum, exemplo Authorum canonicorum, quorum verbis hæretici passim omnes, ad suos errores palliandos & persuadendos abutuntur:" Arbitror sanè (inquiens) nonnullos tardiores, in quibusdam locis librorum meorum opinaturos me sensisse quod non sensi, aut non sensisse quod sensi. Quorum errorem mihi tribui non debere quis nesciat; si velut me sequentes, neque apprehendentes, deviaverint in aliquam falsitatem, dum cogor per quædam densa & opaca viam carpere? quandoquidem nec ipsis Sanctis divinorum librorum authoritatibus ullo modo quisquam rectè tribuerit tam multos & varios errores hæreticorum, cùm OMNES ex ejsdem Scripturis falsas atque fallaces opiniones suas conentur defendere". Hinc cùm Pelagiani quædam ipsius dicta perversè interpretarentur, ipse eis respondens: G. Non est mirum (inquit) si Pelagiani dicta nostra in sensus quos volunt detorquere conantur; quando & de Scripturis sanctis, non ubi obscurè aliquid dictum, sed ubi clara & aperta sunt testimonia, id facere consueverunt; MORE QUIDEM HÆRETICORUM ETIAM CÆTERORUM". Nec solùm Pelagiani, sed Semipelagiani quoque dictis Scriptisvè Augustini abutebantur, signanterque inter eos Faustus Rhegiensis, de quo idcircò ait Facundus Hermianensis: H. Faustus Gallus, in quæstione liberi arbitrii, malè intellectis & incongruè adhibitis Beati Augustini sententiis, fallebat, & in assensionem sui erroris inducebat incautos. Qui tamen à sanctæ memoriæ Fulgentio Ruspensi detectus atque convictus est. Quid autem in hoc miremur? Neque enim meliùs loqui potuit Augustinus, quàm Prophetę, quàm Apostoli, quàm Euangelistæ: quorum verbis similiter malè intellectis, & incongruè adhibitis, tam multi hæretici suos defendere conantur errores". Utrúque hunc, hæreticis familiarem, abusum percenset singulatim Vincentius Lyrinensis lib. *Contra profanas hæreseon novationes*: unum quidẽ c. XI. ubi de hæreticis ait:" Captant plerunq; veteris cujuspiam viri Scripta paulò involutiùs edita, quę pro ipsa sui obscuritate dogmati suo quasi congruant: ut illud, nescio quid, quodcunq; proferunt, neq; primi, neq; soli sentire videantur. Quorum ego nequitiam duplici odio dignam judico: vel eò, quòd hæreseos venenum propinare alijs non pertimescunt: vel eò etiam, quòd sancti cujusq; viri memoriam, tanquam sopitos jam cineres, profanâ manu ventilant". Alterũ deniq; eorundem abusum commemorat inferiùs c. 35." Hìc fortassè (inquiens) aliquis interroget, An & hæretici divinæ Scripturæ testimonijs utantur? Utuntur planè, & vehementer quidem: nam videas eos volare per singula quæque sanctæ Legis volumina: per Moysi, per Regnorum libros, per Psalmos, per Apostolos, per Euangelia, per Prophetas. Sive enim apud suos, sive alienos; sive privatim, sive publicè; sive in sermonibus, sive in libris; sive

Vide suprà hic c. 20. §. 65. & 66.

E. Tertull. lib. de resurrectio. carnis c. 4.

F. Aug. lib. 83. qq. q. 69 vide lib. 7. de Gen. ad litt. c. 9.

Vide lib. de Cathechiz. Rudibus c. 8

G. Idem lib. 2. de Nuptijs & Concione c. 31

H. Facundus lib. contra Mucianum sub initium

Vincentius Lyrinensis

„ ſive in convivijs, ſive in plateis: nihil un„ quam penè de ſuo proferunt, quod non etiam „ Scripturæ verbis adumbrare conentur. Lege „Pauli Samozateni Opuſcula, Priſcilliani, Eu„ nomij, Joviniani, reliquarumq; peſtium: cer„ nas infinitam exemplorum congeriem; propè „ nullam omitti paginam, quæ non Novi aut „ Veteris Teſtamenti ſententijs fucata & colo„ rata ſit. Sed tanto magis cavendi & perti„ meſcendi ſunt, quanto occultiùs ſub divinæ „legis umbraculis latitant. Sciunt enim, fœto„ res ſuos nulli ferè citò eſſe placituros, ſi nudi „ & ſimplices exhalentur: atque idcircò eos „ cæleſtis Eloquij velut quodam aromate aſ„ pergunt; ut ille, qui humanum facilè de„ ſpiceret errorem, diuina non facilè con„ temnat oracula. Itaque faciunt, quod „ hi ſolent, qui parvulis auſtera quæ„ dam temperaturi pocula, priùs ora mel„le circumlinunt; ut incauta ætas cùm dulce„ dinem præſenſerit, amaritudinem non re„ formidet. Quod etiam ijs curæ eſt, qui mala „ gramina, & noxios ſuccos, medicamenum „ vocabulis præcolorant: ut nemo, ubi ſuper„ ſcriptum legerit remedium, ſuſpicetur ve„ nenum". Hanc igitur hæreticorum praxin denotans Tertullianus, dicebat, eos *de Scripturis agere, & de Scripturis ſuadere.* Alibi quoque eòdem reſpiciens aiebat: [I] Omnia ad„ versùs veritatem, de ipſa veritate conſtru„ cta ſunt; operantibus æmulationem iſtam „ ſpiritibus erroris. Ab his adulteria hujuſmodi ſalutaris diſciplinæ ſuborta". Ex quo facilè conjicitur, cujuſnam ſpiritus impulſu Patriarcha Lutheranorum effutiebat: [K] *Ego adverſùs dicta Patrum, hominum, Angelorum, dæmonum, pono non antiquum uſum, non multitudinem hominum; ſed unius Maieſtatis æternæ verbum,* EUANGELIUM *: quod ipſimet coguntur probare. Hic ſto, hic ſedeo, hic maneo, hic glorior, hic triumpho: hic inſulto Papiſtis, Thomiſtis, Henriciſtis, Sophiſtis, & omnibus portis Inferi, nedum dictis hominum quantumlibet ſanctorum, aut conſuetudini fallaci.* DEI VERBUM EST SUPER OMNIA, *divina Maieſtas mecum facit: ut nihil curem ſi mille Auguſtini, mille Cypriani, mille Eccleſiæ Henricianæ contra me ſtarent.* Nihilominùs idem ipſe Lutherus, non ſatis ſibi conſtans, hoc ipſum in aliis, tanquam hæretici ſpiritus indicium, reprobat, quod ipſe ſibi pro tempore & loco uſurpat. In Colloquio etenim Iſlebienſi §. 2. de verbo Dei, inter alia ait: *In hoc uno* HÆRETICIS *ſunt omnia; cùm quis tragœdiam cœpit, ut in ea pertendat naviter, & dicat: Vos cæteri ſimul omnes erratis, & iniquitatem tuemini: Sed mea ſolius doctrina vera eſt, & Dei explorata veritas. In ea permaneo, etiamſi univerſus Mundus contradicat: Deus enim profectò mentiri nequit. At enim* VERBUM EIVS A ME FACIT, *ut omninò decipi non poſſim.* Et

Vide Origen. Homil. 7. in Ezechiel. & Athanas. Orat. 2. cont. Arianos.

I. Tertull. in Apologetico cap. 47.

K. Luther. l. contra Regem Angliæ.

rurſus in Commentario ſuper Caput 3. Epiſtolæ ad Galatas, loquens ſimiliter de hæreticis: *Illuc*, inquit, *omnem operam conferunt, ut omnia argumenta contra ipſos allata eludant, & Scripturarum loca commentitiis ſuis expoſitionibus adulterent*". Patet igitur ex iis quæ iſto hactenùs capite, & ſuperiùs item cap. 20. §. 65. & 66. adduximus, veriſſimè de hæreticis dixiſſe Tertullianum: *Ipſi & de Scripturis agunt, & de Scripturis ſuadent.* Cujus ratio ibidem ſubditur, quod nimirùm *aliunde loqui nequeant de rebus fidei, niſi ex litteris fidei.* Et hoc ipſum eſt quod Hieronymus ait: [L] Sine Scripturarum autho„ ritate garrulitas non haberet fidem, niſi vi„ deretur perverſam doctrinam etiam divinis teſtimoniis roborare". Et quod item ex Lyrinenſi mox retulimus: *Sciunt, fœtores ſuos nulli ferè citò eſſe placituros, ſi nudi & ſimplices exhalentur: atque idcircò eos cæleſtis Eloquii velut quodam aromate aſpergunt.* Quibus meritò regeritur ex Epiphanio: [M] Alius proculdubiò „ ſenſus Scripturæ divinæ eſt, quàm illi in hæ„ reſim ſuam malignâ interpretatione detor„ quent. Quod faciunt & Manichæi, & Gno„ ſtici, & Hebionitæ, & Marcionis Sectatores, „ & aliæ hęreſes numero octoginta: quæ de pu„ riſſimo Scripturarum fonte aſſumentes teſti„ monia, non ita interpretantur ut ſcripta ſunt; „ ſed ſimplicitatē ſermonis Eccleſiaſtici id vo„ lunt ſignificare, quod ipſi ſentiunt". Unuſquiſque proinde fidelium in ſuam cautelam reputet ſibi dictum, quod ait Ambroſius: [N] Diſce, „ quia *Satanas transfigurat ſe velut Angelum lucis*, „ & de Scripturis ipſis ſæpe divinis laqueum „ fidelibus parat. Sic hæreticos facit, ſic eviſce„ rat fidem, ſic jura pietatis impugnat. Ergò „ non te capiat hæreticus quia poteſt de Scri„ pturis aliqua exempla proferre: nec ſibi arro„ get, quòd doctus videtur; utitur & diabolus „ teſtimoniis Scripturarum, non ut doceat, ſed ut circumſcribat & fallat". Quòd ſi tibi ad plenam cautelam non ſufficit Ambroſii admonitio, audi ſaltem Chriſtum tibi & Chriſtianis cæteris inſonantem: *Attendite à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ovium, intrinſecùs autem ſunt lupi rapaces,* [O] Quid eſt *veſtitus ovium* „ (inquit Lyrinenſis) niſi Prophetarum & „ Apoſtolorum proloquia, quæ iidem, ovili „ quadam ſinceritate, *Agno illi immaculato, qui* „ *tollit peccatum Mundi,* tanquam vellera quædam, „ detexuerunt? Qui ſunt *lupi rapaces*, niſi ſenſus „ hæreticorum feri & rabidi, qui caulas Eccle„ ſiæ ſemper infeſtant, & gregem Chriſti qua„ quà poſſunt dilacerant? Sed ut fallaciùs incau„ tis ovibus obrepant, manente luporum fero„ ciâ, deponunt lupinam ſpeciem, & ſeſe divinæ „ legis ſententiis, velut quibuſdam velleribus, „ obvolvunt: ut cùm quiſque lanarum molli„ tiem perſenſerit, nequaquam aculeos den„ tium pertimeſcat. Sed quid ait Salvator? *Ex*

Tertullian.

L Hieron. in cap. 1. Epiſt ad Titum v. 10.

Lyrinenſis.

M Epiphan. Epiſt ad Ioa. Hieroſol. inter Hieronymianas 60.

N. Ambroſ. l. 4. in caput 4 Lucæ. 2. Cor. 11. 14

Mat. 7. 15.

O. Vincent. Lyrin c. 36. & 37.

1. Pet. 1. 19.

Io. 1. 29.

Ibid. v. 16.

,,*fructibus eorum cognoscetis eos*:id eſt, cùm cæpe-
,,rint divinas illas voces non jam proferre tan-
,, tùm, ſed etiam exponere; nec adhuc jactare
,, ſolùm, ſed etiam interpretari : tunc amari-
,,tudo illa, tunc acerbitas, tunc rabies in-
,, telligetur; tunc novitium virus exhalabitur,
,, tunc profanæ novitates aperientur ; tunc
,, primùm ſcindi ſepem videas, tunc transfer-
,, ri Patrum terminos, tunc Catholicam fi-
,, dem cædi, tunc Eccleſiaſticum dogma lacera-
,, ri. Tales erant ii, quos percutit Apoſtolus
,, Paulus in ſecunda ad Corinthios, dicens :
2. Cor. x I. 13. ,, *Nam ejuſmodi Pſeudoapoſtoli ſunt operarii ſubdoli,*
,, *transfigurantes ſe in Apoſtolos Chriſti.* Quid eſt,
,, *transfigurantes ſe in Apoſtolos Chriſti?* Profere
,, bant Apoſtoli divinæ legis exempla; profe-
,, rebant & illi: Proferebant Apoſtoli Pſalmo-
,,rũ authoritates; proferebant & illi Proferebant
,,Apoſtoli ſententias Prophetarũ; & illi nihilo
,,minùs proferebant. Sed cùm ea quæ ſimiliter
,,protulerant, interpretari non ſimiliter cæpiſſẽt;
,, tunc ſimplices à ſubdolis, tunc infucati à fu-
,, catis, tunc recti à perverſis, tunc poſtremò
,, veri Apoſtoli à falſis Apoſtolis diſcerneban-
Ibid. v. 14. & 15. ,, tur. *Et non mirum,* inquit; *ipſe ſe Satanas transfi-*
,, *gurat in Angelum lucis: non eſt ergo magnum, ſi*
,, *miniſtri ejus transfigurantur, ſicut miniſtri juſtitiæ.*
,, Ergo, ſecundùm Apoſtoli Pauli magiſte-
,, rium, quotieſcunque vel Pſeudoapoſtoli, vel
,, Pſeudoprophetæ, vel Pſeudodoctores, di-
,, vinæ legis ſententias proferunt, quibus ma-
,, lè interpretatis errores ſuos aſtruere conen-
,, tur, non eſt dubium quin auctoris ſui cal-
,, lida machinamenta ſectentur; quæ ille nun-
,, quam profectò comminiſceretur, niſi ſciret
,, omninò nullam eſſe ad fallendum faciliorem
,, viam, quàm ut ubi nefarii erroris ſubindu-
,, citur fraudulentia, ibi divinorum verbo-
rum prætendatur authoritas".

LXXXIII. Huc ſpectat & illud quod de hu-
jusmodi Satanæ miniſtris transfiguratis in mi-
niſtros juſtitię Tertullianus ſubinſerit, *Scripturas*
obtendunt. Quam obtenſionem familiari ſimili-
P. Iſid. Peluſ. lib. 1. Epiſt. 102. Vide Tertul. lib. de Spectaculisc. 27. tudine illuſtrat Iſidorus Peluſiotes: P. Quem-
,, admodum nautæ (inquiens) hamum eſcâ oc-
,, cultant, ac ex improviſo piſces capiunt : ſic
,, improbi hæreſum defenſores ſermonis ſuavi-
,, tate perverſas ſuas ſententias obtegentes, ſim-
,,pliciores homines ad mortem tanquam hamo
quodam rapiunt". Aliâ ſimilitudine rem illu-
Q. Naz. ora. 49. Vide Cyp. Epiſt. 2. ad Donatum & Ambroſium lib. de conſubſt. Filij c. 3. ſtrat Nazianzenus, cum de hæreticis ait: Q. Per
,, veriſimilem confeſſionem, occultâ fraude,
,, innocentium mentes ſeducunt : & ut ſolet
,, læthale poculum, mellis dulcedine tempe-
,, ratum, ſuavitate fallente perimere; ſic &
,, hoc malum (*hæreſis*) per blandimenta au-
,, rium, audientium ſenſus quâdam labe con-
,, taminans, contagione adhærentes inficit".
Rem ipſam ſine ſimilitudinum umbraculo ex-
preſſit Hilarius, ubi de hæreticis loquens:
R. Videntur ſibi (inquit) de ſingulis quæ aſſe- R. Hilar. lib. 4. de Trini.
,, runt præſtare rationem, quia ſingulis aſſer-
,, tionibus ſuis quædam ex divinis volumini-
,, bus teſtimonia ſubdiderunt : quæ corrupto
,, intelligentię ſenſu ſolis tantùm ignorantibus
,,blandiantur, ſpeciem veritatis ſecundùm pra-
vitatem interpretantium præſtatura". Propter
hujuſmodi fraudulentiam, quâ animas doloſè
interimunt, cenſet idem Hilarius eos à Pſal-
mographo abigi, dicente: *Viri ſanguinum de-* Pſ. 138. 19.
clinate à me. Poſtquam enim ea verba de adu-
latoribus interpretatus fuiſſet : S. Invenio S. Hilar. in Pſal. 138. v. 19.
,, (ſubdidit) alium ſanguinarium : de quo
,, dictum eſt, *Virum ſanguinum & doloſum abo-* Pſ. 5. 7.
,, *minabitur Deus.* Ut igitur viri ſanguinum
,, ſunt, quorum adulans doctrina eſt : ita &
,, viri ſanguinum ſunt, quorum doloſa eſt
,, doctrina. Doloſa autem doctrina eſt hæ-
,, reticorum, ſub nomine Dei blaſphema,
,, ſub prætextu Religionis impia, ſub verita-
,, tis ſpecie fallax : quorum in animo & cogi-
,, tatione ſolum contentionis ſtudium perſiſtit:
,, nihil ad ſalutem hominum laborant, nihil ad
,, ſpem acquirunt, nihil pacificum cogitant : ut
,, omnibus his in contentionibus labor ſit, &
,, pugnam meditentur, iſti infælices animas
,, extinguunt, & in vanum Eccleſias ſibi con-
,, gregant; quas *Civitates Dei* nuncupari ſecun- Pſ. 138.
,, dùm Propheticam Euangelicamq; conſuetu-
dinem, frequens & plurima authoritas eſt". Ut
ergo infelices animas interimant, *Scripturas ob-*
tendunt. Vide autem quid hac ipsâ obtenſione,
etiam ante congreſſum, lucrentur: *Et hâc ſuá au-*
daciâ, ſubdit ibi Tertullianus, *ſtatim quoſdam*
movent: T. Quia nimirum (ut teſtatur Ambro- T. Ambroſ. de Filij conſubſtantial. cap. 2.
,, ſius) nihil tam cogit ad mortem, quàm
,, ſub obtentu fidei fidem violare. Ut enim
,, gypſum aquâ permixtum, lac colore men-
,, titur : ita hìc per veriſimilem confeſſionem
traditio inimica ſuggeritur". Pergit porrò
Tertullianus, & adjicit: *In ipſo verò congreſſu fir-*
mos quidem fatigant, infirmos capiunt, medios cum
ſcrupulo dimittunt. Dictum eſt ſuperiùs cap. 22.
faciliùs Ethnicos in Eccleſiam induci, quàm
hæreticos ad eandem reduci. Vide tamen quid
Doctor quidam magnus, atque in fide firmus,
Ethnico cuidam contentionibus intento reſ-
pondeat, ut inde conjicias quàm verè de
hæreticis dixerit Tertullianus, *in ipſo congreſ-*
ſu firmos fatigant. Ait igitur ille Ethnico :
V. Cùm ad me ſæpe ſtudio magis contradicen- V. Cyp. lib. ad Deme.
,, di, quàm voto diſcendi venires; & cla-
,, moſis vocibus perſonans malles tua im-
,, pudenter ingerere, quàm noſtra patienter
,, audire : ineptum videbatur congredi tecum,
,, quando facilius eſſet & levius turbulenti
,, maris concitos fluctus clamoribus retun-
,, dere, quàm tuam rabiem tractatibus coer-
,, cere. Certè & labor irritus, & nullus effectus,
,, offerre lumen cæco, ſermonem ſurdo, ſapien-
tiam

„tiam bruto : cùm nec ſentire brutus poſſit, „nec cæcus lumen admittere, nec ſurdus audire". Cæterùm quod Cyprianus dixit de Ethnico, Baſilius Magnus æquivalenter aſſerit de hæreticis: W. Fortaſſis (inquiens) hoc erat „*Silendi tempus*, juxta ſapientem Salomo„nem. Nam quid revera prodeſt clama„re adversùs ventum, quùm tempeſtas „adeò violenta vitam occupet, à qua „mens quælibet eorum, qui verbo ini„tiati ſunt, velut oculus pulverulentiâ quâ„dam, ex errorum ſeductione oppleta, con„fuſa eſt; quælibet aures graviſſimis & inſolitis „ſonis obtunduntur, turbine verò circum„aguntur omnia"? Eòdem ſpectat & illud ejuſdem lib. 2. adversùs Eunomium: " Quid „opus eſt ſtultis contradicere? Hoc enim „perinde eſt atque cum eo contendere, cui rationis uſum phreneſis ademerit". Cui non abſimile eſt illud Auguſtini: X. Quis audeat „contradicere hominibus, de ſuo donantibus? „*Qui* enim *loquitur mendacium, de ſuo loquitur*". Et illud item ejuſdem lib 22. contra Fauſtum Manichæum cap. 95." Non eſt luctandum „cum hominibus, qui dicunt: Non ſapit palato meo, quod ſapere dicis tuo" Quid igitur expectet quis ex ſua cum hæreticis concertatione, niſi ſuam, ſi firmus ſit, fatigationem, infirmorum illaqueationem, mediorum cum ſcrupulo dimiſſionem?

W Baſil. lib. de Spiritu S. ad Amphil. cap. 25. Eccle. 3. 7.

X. Auguſt. Epiſt. 6.

Jo 8. 44.

LXXXIV. Intentum ſuum tribus potiſſimùm argumentis Tertullianus confirmat in ſequentibus: primum ſumitur ex authoritate Apoſtoli, vetantis commercium ac congreſſum cum hæreticis jam correptis, ſed non emendatis: ſecundum ex inutilitate ejuſmodi congreſſuum, ſive diſputationum: tertium denique ex noxietate earundem. Apoſtoli textum ex capite tertio Epiſtolæ ad Titum aliter legit Tertullianus, quàm in vulgata Bibliorum editione habetur. In ſexto namque capite iſtius libri de Præſcriptionibus, dicit, Apoſtolum Tito ſuggerere, *Hominem hæreticum poſt* PRIMAM *correptionem recuſandum*: inferiùs autem ibidem cap. 16. dicit, Apoſtolum prohibere, *Hæreticum poſt* UNAM *correptionem convenire*. Et rurſus poſt paucula ibidem ſubdit de Apoſtolo: *Adeo interdixit diſputationem, correptionem deſignans cauſam hæretici conveniendi: & hoc* UNAM. Ubi iteratò legit, *unam*; pro eo quod cap. 6. legerat, *Primam*. Et tametſi capite 6. uſus fuerit verbo *ſuggerendi*, capite tamen 16. ſemel utitur voce *prohibendi*, aliàs æquivalente verbo *interdicendi*. Ex quo apparet eum non qualemcunque *ſuggeſtionem* intellexiſſe, ſed prohibitoriam ſeu interdictoriam. In vulgata editione legitur, *Hæreticum hominem poſt* UNAM ET SECUNDAM *correptionem* DEVITA. Hieronymus diverſis in locis diverſimodè legit, prout viſum eſt cap.

Tertullianus

Tit. 3. 10.

Hieronymus.

præcedenti §. 79. Ambroſiaſter in commentario Epiſtolæ ad Titum, *poſt primam correptionem* legit: verus Ambroſius lib. 2. de Abraham c. 6. & lib. 7. in c. 10. Lucæ, *poſt* UNAM *correptionem*; inferiùs autem lib. 8. in cap. 17. Lucæ, *Poſt unam* AUT *ſecundam correptionem*. Inter ſermones ejuſdem Ambroſij circumferuntur duo *de ſancta Suſanna*, ad caput 13. Danielis; in quorum poſteriore conformiter ad vulgatam editionem legitur, *Hæreticum hominem poſt unam & ſecundam correptionem devita*. Quoniam autem ſermones iſti non ſunt Ambroſii, ſed Maximi Taurinenſis, apud quem inſcribuntur, *De Accuſatione Domini apud Pilatum*; idcircò ea lectio aſcribi Ambroſio non debet. Irenæus lib. 3. cap. 3. juxta editionem Billianam, quâ uſi fueramus cap. 23. §. 77. & cap. 24. §. 79. legit conformiter ad vulgata Biblia, tametſi juxta aliam editionem legatur ibidem, *Poſt unam correptionem*: ſed priorem lectionem utraque editio conſonanter exhibet lib. 1. cap. 13. quam etiam prætulit Euſebius in Fragmento Irenæano quod inſerit lib. 4. Hiſt. Eccleſ. cap. 14. Cyprianus Epiſt. 55. & lib. 3. Teſtimoniorum ad Quirinum cap. 78. conſtanter legit, *Poſt unam correptionem*: quemadmodum etiam legit Lucifer Calaritanus lib. de non conveniendo cum hæreticis. Sive autem uno ſive altero modo legatur, efficax certè inde eruitur argumentum repellendi provocationem *Confeſſioniſtarum*; quippe qui ſemel, & iterùm, & tertiò ac ſæpiùs admoniti, correpti, tandemque damnati, adhuc præſumunt poſtulare diſputationem, cùm dudum debuiſſent feciſſe ſubmiſſionem. Sed quia de iſto Apoſtoli loco frequenter in ſequentibus redibit ſermo, ad ſecundum Tertulliani argumentum tranſeo, deſumptum ex inutilitate diſputationum cum hæreticis: cum quibus dicit *Nihil proficere congreſſionem Scripturarum, niſi planè ut aut ſtomachi quis ineat everſionem, aut cerebri*. Rationes plures ſubnectit, ex variis hæreticorum præſumptionibus ac nefariis auſibus mutilandi, adaugendi, intervertendi, detorquendi Scripturam aut ejus ſenſum, petitas. Ac tum ſubiicit, *Quid promovebis exercitatiſſime Scripturarum; cùm ſi quid defenderis, negetur ex diverſo; ſi quid negaveris, defendatur?* Fundatur hæc probatio in axiomate illo in ſcholis trito, *Contra negantem principia non eſt artifici diſputandum*: de quo infrà latiùs. Habet quippe unaquæque diſciplina Maximas ſuas, quas non tam probat, quàm ſupponit, quarum ſi quæpiam negetur, diſputatio in rixam terminabitur. Ob hoc ſubdit Tertullianus: *Et tu quidem nihil perdes, niſi vocem in contentione: nihil conſequeris, niſi bilem de blaſphematione*. Hoc eſt, etiamſi ita firmus in fide ſis, ut ab hæretico non capiaris, jacturam

Ambroſiaſter.

Ambroſius.

Maximus.

Irenæus.

Euſebius.

Cyprianus.

Lucifer. Calar.

equidem temporis & ſermonis in contentione patieris; pretium verò operæ aliud non conſequêris, quàm quòd Adverſarii inſolentiâ irritatus iracundiâ accenderis. Tertium denique Tertulliani argumentum, ex noxietate diſputationum iſtiuſmodi petitum, continet præoccupationem tacitæ objectionis, ſive præcluſionem evaſionis. Objici enim poterat, utile plerunque eſſe diſputationem cum hæreticis inire, ſi non propter ſpem ipſos convertendi, ſaltem ob neceſſitatem alios in fide confirmandi. Sed reſpondet Tertullianus, diſputationem adeò ad finem iſtum non conducere, ut auſcultatores ad ruinam potiùs inclinet, quàm in fide confirmet. Videntes enim neutrum concertantium alteri cedere, ſuſpicabuntur neutram etiam cauſarum alterâ deteriorem eſſe: ac ſic paulatim de ſuſpicione venient in plenam dubitationem, quæ conjunctam habet fidei amiſſionem, juxta illud Y. *Dubius in fide infidelis eſt.* Y. Capite Dubium X. de Hæreticis Quo diſcurſu conficitur, diſputationes publicas cum hæreticis notæ pertinaciæ, non ſolùm inutiles, verùm etiam noxias ut plurimùm eſſe: *Noli contendere verbis*, ait Apoſtolus Timotheo, *ad nihil enim utile eſt, niſi ad ſubverſionem audientium.* 2 Tim 2.14 Non ergo ad confirmationem, ſed ad ſubverſionem audientium ſerviunt publicæ cum hæreticis ſuper fide concertationes. Et hoc eſt quod Tertullianus verbis illis indicat: *Ille verò, ſi quis eſt, cuius causâ in congreſſum deſcendis Scripturarum, ut eum dubitantem confirmes; ad veritatem, an magis ad hæreſes deverget? hoc ipſo motus, quòd te videat nihil promoviſſe, a quo gradu negandi & defendendi, diverſâ parte ſtatutum: certè de pari altercatione incertior diſcedet, neſciens quam hæreſim iudicet.* Tertullianus.

CAPVT XXVI.

Non ſufficit contentioni, quod abundat ad fidem. Cypriani ***exemplum, pro hæreticis orantis; & ſimul documentum, congredi cum eis vetantis. Cum precibus & ſatisfactionibus redeuntes, audiendi; minas & maledicta ingerentes, reſpuendi ſunt.*** Clementis Alexandrini ***de hæreticorum inflexibilitate, litigioſitate, & de diſputationum cum eis ineundarum inutilitate ſuffragium.*** Antonij Abbatis, ***de eis omninò declinandis, ac tam loco quàm colloquio repellendis, ſententia. Moriones quò abſurdiores & inſulſiores, eò ad revocandum ſuas futilitates, difficiliores.*** Athanaſij ***de reſpuendis hæreticorum concertationibus teſtimonia. Cunctis hæreſibus, etiam dudum ſepultis & incineratis, anſa reſurgendi ac vires reſumendi præbetur, ſi quod ſemel ab Eccleſia damnatum eſt, retractari quaſi dubium toleretur.***

LXXXV POſtquam Facundus Hermianenſis Epiſcopus, per tres penè libros quæſtionem de *Tribus Capitulis* in Eccleſia tunc acriter controverſam ventilaſſet, & multa rationum authoritatumque momenta pro ſua ac ſuorum ſententia adduxiſſet, adjecit: Z. Hæc quidem ſufficere judicamus eis, qui fideli ac pia intentione volunt cognoſcere veritatem: Sed propterea dicemus & alia, quoniam ſatis non eſt ad contentionem, quod abundat ad fidem". Z. Facund. lib. 3 de Tribus Capitulis cap. 6, Quod Facundi dictum nos quoque uſurpare haud immeritò poſſumus, quando jam rationum authoritatumque momentis hactenùs coacervatis adiicere & alia de ſuperabundanti ſtatuimus. Primo igitur loco poſt Tertullianum accedat Cyprianus, qui conformiter ad ea quæ cap. 23. §. 76. tradidimus, orationes pro hæreticis fundere ſuadet, diſputationes cum eiſdem inire diſſuadet: A. Armant nos „ hæretici (ait ille) dum nos putant ſua com- A. Cypri Epiſt. 55 Cornelium Papam, „ minatione terreri; nec in pace nos deijciunt, „ ſed magis erigunt, & accendunt, dum ipſam „ pacem perſecutione pejorem fratribus faciunt. „ Et optamus quidem, ne quod loquuntur fu- „ rore, impleant crimine; ne qui verbis per- „ fidis & crudelibus peccant, factis quoque „ delinquant. Oramus ac deprecamur Deum, „ quem provocare illi & exacerbare non deſi- „ nunt, ut eorum corda miteſcant, ut furore de- „ poſito ad ſanitatem mentis redeant; ut pecto- „ ra operta delictorum tenebris, pænitentiæ lu- „ men agnoſcant; & magis petāt fundi pro ſe pre- „ ces atque orationes Antiſtitis, quàm ipſi fundāt ſanguinē Sacerdotis". Audivimus jam Cyprianum pro hæreticis orantem: audiamus eundem cum eis diſputari ac quoquo modo colloqui vetantem:" Declinent autem (ſubdit inferiùs

„ rius ibidem) de cætero fortiter & evitent „fratres nostri verba & colloquia eorum, quo-
2.Tim.2.17. „ rum *sermo ut Cancer serpit*: Sicut Apostolus
1.Cor.15.33 „ dicit, *Corrumpunt ingenia bona confabulationes*
Tit.3.10.& 11. „ *pessima*: & iterum, *Hæreticum hominem post* „ *unam correptionem evita, sciens quia perversus est* „ *huiusmodi, & peccat, & est à semetipso damna-* „ *tus*: & per Salomonem loquitur Spiritus
Prov.16.27. „ Sanctus, *Perversus in ore suo portat perditionem,* „ *& in labijs suis ignem condit*: item denuò mo-
Eccli.10.28. „ net, dicens, *Sepi aures tuas spinis, & noli audire*
Prov.17.4. „ *nequam*: & iterum, *Malus obaudit linguæ ini-* „ *quorum, iustus autem non intendit labijs menda-* *cibus*". Et pauculis interpositis adhuc inferius: " Ex abundanti vel sollicitudo nostra vel cha- „ ritas scribere ad vos ista persuasit, ut nulla „ cum talibus commercia copulentur, nulla „ cum malis convivia vel COLLOQVIA misce- „ antur; simusque ab eis tam separati, quàm
Mat.18.17. „ sunt illi de Ecclesia profugi: quia scriptum „ est, *Si autem & Ecclesiam contempserit, sit tibi* „ *tanquam Ethnicus & publicanus*: & Beatus A- „ postolus non monet tantùm, sed & jubet à
2.Thes.3.6. „ talibus ut recedatur: *Præcipimus*, inquit, *vo-* „ *bis in nomine Domini Iesu Christi, ut recedatis ab* „ *omnibus Fratribus ambulantibus inordinatè, & non* „ *secundùm traditionem quam acceperunt à nobis.* „ Nulla Societas fidei & perfidiæ potest esse; „ qui cum Christo non est, qui adversarius „ Christi est, qui unitati & paci ejus inimicus „ est, nobiscum non potest cohærere. Si cum „ precibus & satisfactionibus veniunt, audian- „ tur: si maledicta & minas ingerunt, respuan- tur". Cyprianus itaque exemplum nobis præbuit, preces pro hæreticis fundendi; simulque documentum, commercia, congressus, & colloquia eorum qualiacunque vitandi; atque adeò disputationes cum eis nullatenus ineundi. Sed nec his contentus, modum unicum præscribit eos admittendi, atque accedentes audiendi: nimirum, *si cum precibus & satisfactionibus veniant.* Non ait, Si cum libellis provocatorijs ad monomachiam veniant, si instar Goliæ allophyli ad certamen disputatorium provocent, & agminibus Ecclesiæ Catholicæ exprobrent: sed, *si cum precibus & satisfactionibus veniant, audiantur.* Idem quoque superiùs Epist. 40. ad plebem universam, de ijsdem sic scribit:" Deus unus „ est, & Christus unus, & Ecclesia una, & „ cathedra una super Petrum Domini voce fun- „ data. Aliud altare constitui, aut Sacerdo- „ tium novum fieri, præter unum altare & „ unum Sacerdotium non potest. Quisquis ali- „ bi collegerit, spargit. Adulterum est, impi- „ um est, sacrilegum est, quodcunque huma- „ no furore instituitur, ut dispositio divina „ violetur. Procul ab hujusmodi hominum „ contagione discedite, & SERMONEM EORVM „ velut cancer & pestem fugiendo vitate: præ-
Mat.15.14. „ monente Domino, & dicente: *Cæci sunt, duces cæcorum*". Et libro de Vnitate Ecclesiæ: " Vitate, quæso (inquit) vos ejusmodi homi- „ nes, & à latere atque auribus vestris pernicio- „ sa COLLOQVIA, velut contagium mortis „ arcete, sicut scriptum est, *Sepi aures tuas* Eccli.28.28 „ *spinis & noli audire linguam nequam*; & iterum, „ *Corrumpunt ingenia bona confabulationes pessimæ.* 1.Cor.15.33. „ Docet Dominus & admonet, à talibus re- „ cedendum: *Cæci sunt*, inquit, *duces cæcorum:* Mat.15.14. „ *cæcus autem cæcum ducens simul in foveam cadunt.* „ Aversandus est talis atque fugiendus, quis- „ quis fuerit ab Ecclesia separatus: *Perversus est* Tit.3.10.& 11. „ *eiusmodi, & peccat, & est à semetipso damnatus*". Cur autem hæreticus à seipso damnatus dicatur, indicat idem Auctor Epist. 76. ad Magnum." Quisquis (inquiens) de collectis „ foras exierit, id est, si quis, quamvis in „ Ecclesia gratiam consecutus, recesserit, & „ ab Ecclesia exierit; reum sibi futurum, „ id est, ipsum sibi quod pereat, imputatu- „ rum, Apostolus Paulus explanat, docens „ & præcipiens, *Hæreticum vitandum esse, ut per-* „ *versum, & peccatorem, & à semetipso damnatum.* „ Hic enim reus sibi erit, qui non ab Episcopo „ ejectus, sed spōte de Ecclesia profugus, & hæ- „ retica præsumptione à semetipso damnatus". Denique libro 3. Testimoniorum ad Quirinum idem Cyprianus hanc Thesin per modum tituli præfigit capiti 78. *Cum hæreticis non loquendum.* Quam probat subjunctis hisce Testimoniis ibidem:" Ad Titum, *Hæreticum hominem* „ *post unam correptionem devita, sciens quoniam per-* „ *versus est huiusmodi, & peccat, & est à seipso dam-* „ *natus.* De hoc ipso in Epistola Ioannis, *Ex no-* 1.Io.2.19. „ *bis exierunt, sed non fuerunt ex nobis: si enim* „ *fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum:* „ Item ad Timotheum secunda, *Sermo eorum* 2.Tim.2.17. *ut cancer serpit*".

LXXXVI. Paulò vetustior Cypriano Clem. Alex. Tertulliano Synchronus: B. Nolunt B. Clem. Alex lib.7. Strom. „ (inquit de hæreticis) converti ad verita- „ tem; ut quos pudeat deponere commodum „ sui in seipsos amoris: neque sciunt qua ra- „ tione possint suas stabilire opiniones, Scrip- „ turis vim afferentes. Cùm autem ad falsa in „ vulgus proferendum dogmata processerint, „ cum omnibus Scripturis evidenter pugnan- „ tes, & semper à nobis contradicentibus confu- „ tati, quod reliquum est, nunc quoque adhuc „ sustinent, partim quidem ex Propheticis ali- „ qua non admittere, partim autem nos, tanquā „ simus alterius naturæ, non posse quæ ipsorum sunt propria intelligere, calumniantur". Quid promovebit quis adversùs tales disputando, qui ab Adversariis confutati, pro ultimo scuto sumunt vel Scripturas sibi adversas esse falsas, vel antagonistas suos esse stupidos, ut non apprehendant mysteria ipsorum? C. Pelu- C.Hier. Epist 65. cap. 3. „ siotas nos appellant (inquit Hieronymus) „ & luteos, animalesque, & carneos; *Quod* non

1 Cor. 2.14. *non recipiamus ea quæ Spiritus sunt*". Et superiùs Epist. 61. cap. 5." Hæ sunt (inquit) stro-„ phæ vestræ, atque præstigiæ; quibus nos „ Pelusiotas, & jumenta, & *animales homi-*„ *nes* dicitis, quia *non recipimus ea quæ Spiritus sunt*". Sed longè rectiùs Stromateus ibidem superiùs dixerat, homines quodammodò in bestias transformari, quando de Catholicis hęretici fiunt: D. Qui à recta via exciderint (ait „ ille) meritò etiam falluntur in plurimis sin-„ gularibus, propterea quòd non habeant ve-„ rorum & falsorum judicium planè exercita-„ tum in iis quæ oportet eligere: si enim ha-„ berent, parerent Scripturis divinis. Quomo-„ dò ergo si QUIS FIAT BESTIA EX HOMI-„ NE, sicut ii qui fuerunt infecti venenis Cir-„ ces: ita homo, Dei esse, & Domino fi-„ delis esse amisit, qui adversùs Ecclesiasti-„ cam recalcitravit traditionem, & in hu-manarum hæresum desiliit opiniones". Cum hac ergo bestialitate induunt pertinaciam; qualem in uno quopiam ipsorum reprehendebat aliquando Gregorius Theologus, dicens ei, atque in eo cæteris similibus: E. Dif-„ ficile tibi est, cùm semel in Spiritum „ sanctum insilieris, impetum comprimere; „ ac non potiùs, ferocium aprorum instar, ad „ extremum usque pertinaciter contendere; „ teque in gladium ipsum impellere, quò-ad totum vulnus pectore exceperis". Hanc eorum pertinacem animositatem & insatiabilem contendendi aviditatem expressit præfatus Clemens Alexandrinus paulò inferiùs ibidem subdens: F. Inani sapientiæ opi-„ nione elati, PERPETUO LITIGANT: aper-„ tè ostendentes, se magis curare ut videan-„ tur, quàm ut philosophentur. Iam verò „ cùm non necessariis rerum nitantur princi-„ piis, & humanis moti opinionibus, ut fi-„ nis deinde eis necessariò sequatur, compa-„ parant, sauciantur argumentis eorum qui „ veram tractant Philosophiam: & quidvis „ potiùs tolerant, & omnem rudentem mo-„ vent, etiamsi futuri sint impii propterea quòd „ non credant Scripturis, quàm à Sectæ sibi „ grato honore traducantur, & à vulgo jactatâ in eorum Ecclesiis primâ sede". Quid contra tales proficiet quantumlibet exercitatus disputator: cùm sint ita indociles, ut & adversùs Dei vocem obsurdescant, & adversùs humanam rationem cæcutiant?" Omnis hæresis ab „ initio (subdit ibidem Clemens) habet aures „ quæ non audiunt id quod est utile, sed so-„ lùm patent iis quæ dicuntur ad voluptatem. „Nam curatus utiq; esset eorum aliquis, si tan-„ tùm voluisset parere veritati. Est autem tri-„ plex ratio curandę opinionis, sicut & cujus-„ vis affectionis: causæ cognitio; & quomodo ea „ possit auferri; & tertium, animæ exercitatio & „ assuefactio ut possit sequi ea quæ rectè judi-„ cata fuerint. Sicut enim turbatus oculus, ita „ & anima conturbata ijs dogmatibus quæ „ sunt præter naturam, non potest veritatis „ lumen perfectè videre; quin etiam ea quæ „ sunt præ pedibus ægrè intuetur: dicunt „ enim anguillas excæcatas capi in aqua turbida". Non igitur cum hominibus taliter affectis disputatione est contendendum, sed Deo pro eorum cæcitatis ac surditatis abstersione supplicandum: *In auribus insipientium*, ait Proverbiastes, *ne loquaris*, *quia despicient doctrinam eloquij tui*. G. Certè enim (ut ex Cypriano „ suprà audivimus) & labor irritus & nullus „ effectus, offerre lumen cæco, sermonem „ surdo, sapientiam bruto: cùm nec sentire „ brutus possit, nec cæcus lumen admittere, nec surdus audire". Deus ergo, qui oculorum illuminator & interiorum aurium apertor & insipientium eruditor est, pro hujusmodi insensatorum sanatione interpellandus est: H. Ut & si exaudiat, nota sit gratia misera-„ tionis; & si non exaudiat, intelligatur judi-cium veritatis". Ipso porrò non exaudiente persistunt & persistent hæretici semper in sua obstinatione, nequicquam adhibitâ quantâvis disputatione. Nunquam enim deponent pertinaciam, nisi illuminator mentium abstergat stultitiam. Nam, ut rectissimè Augustinus advertit, I. Illi quos vulgò *moriones* vocant, quantò magis à sensu communi dissonant, „ magisque absurdi & insulsi sunt; tantò ma-„ gis nullum verbum emittunt, quod revoca-„ re velint: quia Dicti mali, vel stulti, vel „ incommodi pœnitere, utique cordatorum est". Apud excordes verò, ut idem alibi monet, K. Ea putatur gloria vanitatis, nullis cedere viribus veritatis". Neminem certè dogmatistarum, ad sua usque tempora abdicasse gloriam istam vanitatis cedendo viribus veritatis, innuit Stromateus verbis illis suprà relatis: *Curatus utique esset eorum aliquis, si tantùm voluisset parere veritati*. Quia igitur nulli paruerunt veritati, universi manserunt sub gloria vanitatis. Quod non de omnibus quidem hæreticis, sed saltem de Dogmatistis verum esse apparet. Dogmatistas intelligo tam ipsos hæresiarchas, quàm eorum successores hæreseon Magistros: cuiusmodi penè soli publicas de dogmatibus disputationes efflagitant.

D. Clem. Alex. ibid. suprà.

E. Greg. Naz. Orat. 37.

F. Clem. Alex. ibid. inf.

Prov. 23. 9.

G. Cyp. hic suprà cap. 25. §. 83.

H. Prosp. lib. 2 de vocat. Gent. c. 3.

I. Aug. Epist.

K. Idem l. de Civit. c.

Clem. Alex. suprà.

LXXXVII. Superiùs c. 23. §. 77. ex Irenæo memoravimus, quantopere Apostoli & eorum discipuli caverint, ne ullum vel sermonis quidem commercium cum hæreticis haberent. Horum exemplum secutus Magnus Antonius Eremita, L. Ab hæreticorum & schismatico-„ rum hominum, maximè Arianorum, con-„ gressu, & colloquio sic abhorrebat, ut NE „ PROPE QUIDEM AD EOS ACCEDENDUM DI-CERET". Rem latiùs describit Athanasius in ejus vita: M. Numquam (inquiens) Schismati-

Anton. Eremit.

L. Breviarium Rom. Die 17. Ianuarii.

M. Athan. in vita Antonii.

„ maticorum se miscuit communioni, anti- „ quam eorum sciens pravitatem atque trans- „ gressionem. Nunquam Manichæis, aut aliis „ hæreticis saltem amicabilia verba largitus est, „ sed ea solum quæ eos possent ab errore ini- „ quitatis revocare; denuncians, talium ami- „ citias atque sermones perditionem esse ani- „ mæ. Arianos quoque ita detestabatur, ut „ omnibus diceret, *Nec iuxta eos quidem esse ac- „ cedendum.* Nam cùm venissent quidam Aria- „ nitæ, reperit, post eorum examinationem, „ infidelissimam Sectam; & fugavit eos de „ monte, dicens: *Multò serpentibus deteriores horum esse sermones*". Athanasius quoque ipse, qui hæc de Antonio scripsit & in Antonio laudavit, quantopere improbarit disputationes cum hæreticis ritè semel damnatis, indicat ipse, cùm de Arianis, post Synodalem damnationem audiri adhuc postulantibus, loquens: N. Ne sic quidem convicti (inquit) damnatique „ erubescere queunt; sed stultè obtrectationibus „ adrepunt, sperantes, semel judicata iterùm „ in judicium revocanda: non ut causam di- „ cant, id enim maximè fugitant, sed ut nos, „ animosque eorum qui integri sunt, molestijs vexent". Sed quid ipse ad hunc eorum ausum? Nonne satis suam declaravit mentem ijs verbis, *Stultè obtrectationibus adrepunt &c*? Sed attende adhuc quid paulò infrà subjungat, dicens: " Nemo igitur rem à tot Episcopis ex- „ cussam, exploratamque, & clarissimis docu- „ mentis convictam, denuò putarit sub judici- „ um revocari debere: ne si iterum atque ite- „ rum res toties judicata in cognitionem dedu- „ catur, fine prorsus careat recognoscendi cu- riositas". Hæc ratio vel sola sufficere Ecclesiæ deberet, ut hæreticis semel œcumenicè damnatis ulteriorem audientiam denegaret. Quis enim disceptandi finis erit, si Synodorum etiam generalium definitiones ulteriori indagini ad libitum damnatorum obnoxiæ subjaceant? Nunquid si Ecclesia audientiam audientiæ & examen examini superindulgeat, O. Ipsa quo- „ dammodo videbitur statuta velle convellere, „ & authoritates, quas universaliter amplexa „ est ad arbitrium hæreticæ petitionis infrin- „ gere: atque ita nullum corrigendis erroribus „ modum ponere, sed datâ rebellandi licentiâ dilatare magis quàm sopire certamina"? Quid verius quàm quod Felix Papa Acacio Patriarchæ in simili olim causa perscripsit, P. Cun- „ ctis nimirùm hæresibus, quæ se vel nobis „ meliùs sentire prætendunt, resumendi vi- „ res, atque in usus pristinos resurgendi la- „ tum campum aperiri, si quod semel à no- „ stris Majoribus est dispositum, qualibet occasione pulsetur"? Hoc igitur est quod Magnus Athanasius finalibus istis verbis gravissimè inculcat, *Si iterum atque iterum res toties iudicata in cognitionem deducatur, fine prorsus carebit recognoscendi curiositas.* Extant sub ejusdem Athanasii nomine binæ Epistolæ ad Serapionem Episcopum, in quarum posteriore hæc inter alia leguntur ad propositum: Q. Vehementer admiratus impudentiam hæ- „ reticorum, animadverti, nihil æquè qua- „ drare in ipsos, quàm id quod præcipit Apo- „ stolus; *Hæreticum hominem post unam & alte- „ ram correptionem devita, sciens, quòd subversus „ est huiusmodi, & peccat, cùm sit suo ipsius iudicio „ condemnatus.* Habet enim perversam men- „ tem, non ut postquam audierit obtempe- „ ret, neque ut cùm didicerit resipiscat. In- „ terrogat, sed propter eos qui ab ipso se- „ ducti sunt; ne videlicet si tacuerit, etiam ab illis condemnetur". Et inferiùs iterum prope finem Epistolæ: " Itaque (subdit) post- „ hâc ad hæreticorum impudentiam respon- „ dere non est tutum: nam id est repugnare „ Apostolicæ admonitioni. Consulit enim, „ imò potiùs præcipit ipse, quod bonum est". De eodem Apostolico præcepto videri quoque potest Orat. de Christi divinitate ad Maximũ Philosophum: necnon Orat. ad Adelphium contra Arianos, ubi sic de eis scribit: " Par est, ut quorum pravam opinionem re- „ ceperunt, eorum quoque vocabula & ti- „ tulos accipiant, ut jam deinceps *Valentinia- „ ni*, & *Marcionistæ*, & *Manichæi* appellentur. „ Forsitan ex putore & graveolentiâ istorum „ nominum fieri potest, ut pudore commo- „ niti tandem intelligant, in quantam impie- „ tatis voraginem delapsi sint. Satis certè fue- „ rat ex decoro, ut nihil eis responsi daretur, „ idque juxta Apostolicum præceptum: *Ha- „ reticum post unam atque alteram admonitionem „ devita, utpote de quo iam certum habeatur, „ ipsum in reprobum sensum esse datum, atque ita „ peccare, ut qui ex seipso condemnatus sit*: præ- „ sertim quum Propheta de hujusmodi homi- „ nibus dicat, *stultus stulta loquetur, & illius cor vana cogitat*".

N. Athanas. Apologia 2. cont. Arian. sub initium.

O. Leo Papa suprà hic c. 22. §. 73.

P. Felix III. Epist. 1. ad Acacium Constantin.

Athanasius.

Q. Athan. Epist. 2. ad Serapionem

Tit. 3. 10. & 11.

Isa. 32. 6.

CAPVT XXVII.

Proferuntur in eandem rem suffragia Basilij Magni, Ephrem Syri, Gregorij Nazianzeni, Ioannis Chrysostomi, Theodoreti, Theophylacti, Oecumenij, Eulalij, Cyrillorum Hierosolymitani & Alexandrini, Pelagij, Ambrosiastri, Ambrosij, Gelasij Papæ, Maximi Taurinensis, Rabani Mauri, Sedulij, Primasij, Hugonis Victorini, Anselmastri, Ruperti, Bernardi, Fulgentii, Vincentii Lyrinensis, & Leonis Magni. Rationes devitandi hæreticorum congressus ac colloquia variæ à variis allegantur. Hæretici cur à semetipsis damnati dicantur? Sali infatuato eorum Magistri assimilantur. Viperis, scorpionibus, & basiliscis eminùs enecantibus comparantur. Tot habent species diaboli, quot simulachra mendacii.

LXXXVIII BAsilii Magni testimonia aliquot huc spectantia commemoravimus in præcedentibus, signanter cap. 25. §. 83. Nunc illud adjicimus, quod in suis Moralibus pro Regula tradidit & subjunctis Scripturis observandum demonstravit: nimirum, R. Quòd hominum illorum congressum debemus defugere, qui „ post præstita omnia à nobis pro salute ipsorum officia, nihilominùs tamen in pristina animi sui obstinatione perseverant". Basilii Synchronus Ephrem Syrus, in Responso ad Interrogationem 3." Hæreticos (inquit) tanquam blasphemos, & Dei inimicos, Scriptura non homines; sed canes, lupos, porcos, & Antichristos appellat, quemadmodum ait Dominus, *Nolite sanctum dare canibus*: & Joannes dicit, quia *Antichristi facti sunt multi*. Hos itaque non oportet amare, neque cum eis versari, aut cum ipsis orare, cibumve sumere, neque in domum recipere, neque AVE illis dicere: ne pravis illorum operibus communicemus". In Responso item ad interrogationem proximè sequentem, dicit, hæreticos, tanquam in Spiritum Sanctum peccantes, à Deo deseri, atque adeò inflexiles in bonum fieri; sicut suprà cap. 22. §. 75. dictum. De qualibus ait Gregorius Theologus: S. Incurabili morbo laborantes aversemur: ne alio qui morbum eorum antè contrahamus, quàm illis sanitatem nostram impertiamus". Ut enim superiùs cap. 7. dictum est, magis timenda est bonorum perversio, quàm speranda dyscolororum correctio. Chrysostomus expendens illud Apostoli ad Titum, *Contentiones & pugnas verborum devita*: T. Contentiones (inquit) adversùs hæreticos dixit esse vitandas, quando nullum fuerit lucrum. Quoties enim quisque perversus fuerit, ac decreverit animo, quodcunque contigerit, non mutare sententiam, cur ejus gratiâ frustrà laboras, atque inter saxa seminare contendis? Quanto utiliùs laborem hunc docendis tuis membris impenderes, eis de eleëmosyna cæterisque virtutibus disserendo"? Quibus ibi præmissis subdit Chrysostomus objectionem: " Quomodo igitur (inquiens) alio in loco ait, *Ne fortè Deus illis det pœnitentiam*; cùm hìc dicat, *Hæreticum hominem post unam & secundam correptionem devita, sciens quoniam perversus est huiusmodi, & peccat, cum sit à se ipso damnatus*"? Huc usque objectio, sequitur responsio:" Nempe (subdit ille continuò) illic de his loquebatur, de quibus corrigendis superfit spes, ac de his qui simpliciter reluctabantur, non adversandi affectu, sed studio discendæ veritatis. Ubi verò manifestus fuerit omnibus atque conspicuus adversarius veritatis, cur, obsecro, pugnas incassum? cur aërem cædis? Quid verò est quod ait *Cum sit à se ipso damnatus*? Quia scilicet profectò dicere non potest, Nemo corripuit. Cùm ergo post admonitionem in ea infidelitate perstiterit, *ex seipso damnatus efficitur*". Ex Chrysostomi igitur interpretatione Paulus priori loco loquitur de simpliciter ac sine notoria pertinacia errantibus, ac veritati reluctantibus: in posteriori autem loquitur de iis quorum jam pertinacia ex admonitionum vel correptionum spretu patefacta est. Unde & superiùs Homil. 6. in posteriorem ad Timotheum. inquirit quomodò Apostolus dicat, *Hæreticum post unam & secundam correptionem esse vitandum*? Respondetque in hunc modum:" Hoc de illo monet Apostolus, qui corrigi non vult, quem insanabili morbo detineri viderimus". Et mox infrà ibidem: " Igitur (subdit) ab his solis discedendum est, de quibus apertam possumus ferre sententiam; certique sumus, quantalibet fiant, eos nunquam ad veritatis viam esse revocandos". Et ne fortè dubiū remaneret quonā indicio

R. Basil. in Moral. Regula 70. c. 35.

Ephrem.

Mat. 7. 6. 1. Io. 2. 18.

S. Greg. Nazianz. Orat. 12. in fine.

Tit. 3. 9. T. Chrysost. Homil. 6. in Epist. ad Titum.

2. Tim. 2. 25. Tit. 3. 10. & 11.

dicio certitudo ista comparari possit, Chrysostomus non aliud indicium exigit, quàm quod exegerat Paulus, quem explanat: nimirum, ut semel iterumque correptus obdurescat. Unde Theodoretus Chrysostomi abbreviator, in Commentario super illud Apostoli ad Titum, *Hæreticum hominem post unam & secundam correptionem devita*, &c. V. Postquam (inquit) bis „aut ter ijs, qui conantur docere contrà quàm „par est, doctrinam tradideris, & in pravis dog-„matibus eos perseverare videris; AMPLIVS „CVM EIS NE DISPVTES: est enim labor inutilis". Theophilactus in eundem Apostoli locum commentans, & sibi objiciens illud ejusdem Apostoli ad Timotheum, *Nequando Deus illis det pœnitentiam*: W. Illic (inquit) loquitur „de ijs qui spem emendationis suæ ostendunt: „hìc verò (*ad Titum scilicet scribens*) inemenda-„bilem *hæreticum* dicit, qui & omnino *perver-„sus est, & per sese condemnatus*: hoc est, qui de-„fendere sese non valet dicendo, *Nemo me cor-„ripuit, nemo docuit*. Quando igitur post admo-„nitionem in suo instituto pertinaciaque per-„manserit, suo ipse judicio se condemnavit". Et superiùs in caput 2. posterioris ad Timotheum: " Ab ijs (inquit) qui palàm medelam „non admittunt, abstinendum est: de quorum „autem salute adhuc hæsitatur, correctio est tentanda". Eadem penè ad verbum reperiuntur apud Oecumenium in Commentarijs utriusque respectivè loci: uti etiam apud Eulalium Diaconum ibidem. Favent quoque huic Græcorum cæterorum sententiæ ambo Cyrilli: Hierosolymitanus quidem in sexta Catechesi Illuminatorum. Ubi de hæreticorum differens impietate, ait lectori suo: X. Fuge hanc „impietatem, *Nec talibus* AVE *dixeris*, ne „tenebrarum infrugiferis operibus particeps. „Quin nec curiosiùs ista conquiras, NEQVE „SERMONES CVM EIS CONFERRE VELIS". Alexandrinus denique in commentariis super Isaiam, tractans de obsidione Hierusalem factâ per Assyrios sub Rege Sennacherib & Duce Rabsace, temporibus Ezechiæ: prout refertur Isa. 36. & 4. Reg. 18. observat, neminem obsessorum quidquam respondisse blasphemiis Rabsacis, Hebraicè alioqui clamantis. *Siluerunt*, ait Scriptura, *& non responderunt ei verbum: Mandaverat enim Rex Ezechias, dicens: Ne respondeatis ei*: Y. Respondit nemo Rabsaci (ait „Cyrillus) quia Rex edixerat tacere. Et qui-„dem prudenter: imperitis enim sermoni-„bus, & fastui barbarico, & petulantiæ ad-„versùs Deum, illachrymari potiùs, quàm re-„clamare oportuit. Idque opinor, docet Bea-„tus David, inquiens: *Apposui ori meo custodiam, „cùm consisteret peccator adversùm me. Obmutui, & humiliatus sum, & silui à bonis*". Et aliquanto inferiùs ibidem rursùs: "Civitas san-„cta *Sion* vel *Hierusalem*, typus est Ecclesiæ „Christi & verioris Sionis: quam interdum, „imò ferè semper, veritatis hostes obsident, „id est, impiarum hæreseon inventores: nec „obsident soli, sed conductis quodammodò „Mundi Potestatibus ac Dynastiis, insufflante „hoc illis spiritali *Sennacherib*, id est, Satanâ, „& quasi emittente suos subditos, quique ejus „nequitiæ solent subservire. Qui postquam „veniunt & pugnant cum veritatis assertori-„bus, ac divinam derident Majestatem, ope-„ræ nullum assequuntur pretium: SILEBUNT „ENIM QUI OBSIDENTUR. Quam verò ob „causam, Beatus Paulus docebit, inquiens, „*Non esse verbis pugnandum inutiliter*. Et rur-„sùs: *Hæreticum hominem post unam aut alteram „admonitionem devita, sciens quòd eversus est qui „talis est*. Nam qui semel toti sunt delapsi in „errores & fucos, & mendacio constricti, super-„flua est eorum, qui prodesse fortasse solent, „oratio: scriptū est enim, *In aures audientium lo-„quere*. Quando igitur veritatis inimici, vel h-„nores vel requiē pollicentur, sicut hic scelera-„tus *Rapsaces*, vel pericula aut prælia minantur; „ad Deum est accedendum, & ex solo auxilio „supero pendendum: Sufficiet enim supera & „præpotens dextera tum ad conservationem „eorum qui rectò pede incedunt, tum ad inte-„ritum eorum qui resistunt. Abiget enim eos „inenarrabili quodam robore usus, & liberabit „bello *Sionem* verè sanctam & impollutam, id „est, Ecclesiam: quippe *Adversùs quam portæ inferorum non prævalebunt*".

LXXXIX. Videamus porrò num etiam latini Doctores & Interpretes consonent Græcis in expositione verborum Apostoli ad Titum, quibus *Hæreticum hominem semel iterumve frustrà correptum* edicit *devitandum*. Et Hieronymum quidem superiùs c. 24. §. 79. audivimus sua sensa promentem in genuinis suis Operibus: quibus non arbitramur annumerandum commentarium breviusculum in tredecim priores Paulinas Epistolas, qui habetur To. 8. cùm non sit ipsius, sed hæresiarchæ Pelagii: qui tametsi hæreticus, fatetur tamen, cum adductis & adducendis Authoribus, non esse cum hæreticis, post sufficientem correptionem, de fide disputandum: Z. Nec circa ipsos (inquiens) „occupari nos permittit, si correpti iterum non „corrigantur: ne tempus inani contentione perdamus". Ambrosio quidpiam contigit simile Hieronymo: ut quemadmodum inter hujus Opera irrepsit commentarius Pelagii in Paulinas Epist., sic inter Ambrosij Opera irrepserit Comment. Hilarii Diaconi, Schismatici Luciferiani, in easdem Epist.: quem Authorem Doctores nunc passim appellant *Ambrosiastrum*. Is tamen in expositione capitis 3. Epistolæ ad Titum, à communi Catholicorum interpretatione non abscedit: A. Hæretici „sunt (ait ille ibi) qui per verba legis le-

N 2 gem

V. Theodoret. in c. 3. ad Titum.

W. Theoph. in cap. 3. ad Titum.

Oecumenius. Eulalius.

X. Cyril. Hierosol. Catech. 6. n. 10.

Isa. 36. 21.

Y. Cyril. Alex l. 4. in Isaiam.

Psal. 38. 2. & 3. Vide Hier. Epist. 77.

2 Tim. 2. 14. Tit. 3. 10. & 11.

Prov. 23. 9.

Mat. 16. 18.

Hieronymus recitissivè.

Z. Pelag. in c. 3. ad Titum. v. 10.

A. Ambrosiast. in c. 3. ad Titum v. 10.

„ gem impugnant : proprium enim ſenſum
„ verbis aſtruunt legis , ut pravitatem mentis
„ ſuæ authoritate legis commendent. Scien-
„ enim impietas authoritatem legis multũ va
„ lere, fallaciam ſub nomine ejus componit;ut
„ quia res mala per ſemetipſam acceptabilis eſſe
„ non poteſt, bono nomine commendetur. Id
„ circo hujuſmodi homines, ut inexcuſabiles
„ ſint, *ſemel corripi* oportere dicit : Frequentiùs
„ enim correpti , exercitatiores fient in malo.
„ Cogere ergo illos videtur,qui ſæpe corripit,
„ ut ſolicitiores fiant ad perditionem multo-
„ rum : ideò dimittendos , ut negligentiores
effecti vel ſoli fortè depereant". Verus ipſe
Ambroſius in Explanatione iſtorum Chriſti
Luc. 10 3. verborum , *Ego mitto vos ſicut agnos inter lupos :*
poſtquam nonnulla de luporum indole præmi-
ſiſſet , hæc ſubdidit ad noſtrum propoſitum :
B. Ambroſ. l. 7. in c. 10. Lucæ. Vide eund. l. 8. in c. 17. Lucæ, & l. 2. de Abraham cap. 6.
B. Nonne lupis iſtis hæretici comparandi ſunt,
„ qui inſidiantur ovibus Chriſti , fremunt
„ circa caulas nocturno magis tempore, quàm
„ diurno ? Semper enim perfidis nox eſt, qui
„ lucem Chriſti ſcevæ nebulis interpretatio-
„ nis obducere , & , quantum in ipſis eſt ,
„ fuſcare conantur. Verſantur ergo circa cau-
„ las, ſtabula tamen Chriſti intrare non au-
„ dent. Et ideò non ſanantur, quia in ſtabulum
„ ſuum non vult eos Chriſtus inducere , in quo
Luc. 10. 30. & ſeqq. „ curatus eſt ille qui *De Hieruſalem deſcendens*
„ *incidit in latrones : quem vulneribus alligatis, in-*
„ *fuſo oleo & vino, imponens in iumentum ſuum Sa-*
„ *maritanus ille duxit in ſtabulum, & ſanandum ſta-*
„ *bulario dereliquit.* Non accipiunt ergo medi-
„ cinam , qui Medicum non requirunt. Si
„ enim requirerent , non derogarent. Explo-
„ rant Paſtoris abſentiam , & ideò Paſtores
„ Eccleſiarum vel necare , vel in exilium age-
„ re contendunt; quia præſentibus Paſtoribus
„ oves Chriſti incurſare non poſſunt. Spoliare
„ ergo gregem Domini & diripere conantur,
„ qui corporeâ quâdam mentis intentione
„ duri ac rigidi NEQUAQUAM SOLENT A SUO
„ ERRORE DEFLECTERE : Et ideò Apoſtolus
Tit. 3. 10. & 11. „ ait, *Hæreticum hominem poſt unam correptionem*
„ *devita , ſciens quia ſubverſus eſt qui eiuſmodi eſt.*
„ Hos Scripturæ verus interpres illudit ,
„ ut inanes ſuos in vanum effundant impetus,
„ & nocere non poſſint. Qui ſi quem verſutâ
„ DISPUTATIONIS SUÆ CIRCUMSCRIPTIO-
„ NE prævenerint, faciunt obmuteſcere: Mutus
„ eſt enim , qui verbum non eâdem quâ eſt
„ gloriâ confitetur. Cave ergo ne tibi vocem
„ tollat hæreticus, ſi prior eum non ipſe depre-
„ henderis: ſerpit enim dum latet ejus perfidia;
„ ſi autem commenta impietatis ejus agnoveris ,
„ jacturam piæ vocis timere non poteris. CAVE
„ IGITUR VERSUTÆ DISPUTATIONIS VENE-
„ NA: animam petunt, guttur invadunt , vitali-
bus vulnus affigunt". Gelaſius Apoſtolicæ Se-
dis Præſul , Leonis Magni quartus Succeſſor ,
mentem ſuam planiſſimè hac de re expreſ-
ſit , Paulinæ prohibitonis diſtrictione ſub-
nixus: C. Nobis (inquiens) NULLUM FAS EST C. Gelaſius Papa Epiſtola 4.
„ INIRE CERTAMEN CUM HOMINIBUS COM-
„ MUNIONIS ALIENÆ : divinâ ſcripturâ præ-
„ dicante, *Hæreticum hominem poſt primam & ſe-*
„ *cundam correptionem devita , ſciens quòd huiuſ-*
„ *modi delinquat, proprio iudicio condemnatus.* Ecce
„ cognoſcant , quia non ſolùm ab alio , ſed à
ſe quoque ipſo damnetur hæreticus". Ad hunc
Gelaſij locum marginalis Nota iſta appenditur
Tomo 3. Conciliorum generalium , *Cum hære-*
ticis non eſt diſputandum : omnino ex mente ipſi-
us Gelaſij , qui ex Apoſtoli verbis deducit ,
Nullum cum alienæ communionis hominibus ineundum
nobis eſſe certamen. Nemo enim neſcit , diſpu-
tationem publicam eſſe quandam certaminis
ſpeciem : adeoque vetitam eſſe eis, quibus nul-
lum certamen inire cum alienæ communionis
hominibus fas eſt. Quod verò adiicit Gelaſius,
Hæreticum non ſolùm ab alio , ſed à ſe quoque ipſo
damnari; id quâ ratione verum ſit, jam aliquo- Vide ſuprà c. 24. §. 10.
ties in præcedentibus monſtratum eſt. No-
tanda interim eſt comparatio , quam in hoc
puncto propriæ damnationis , inſtituit Maxi-
mus Taurinenſis , inter hominem hæreticum ,
& Judam Traditorem ; D. Suâ ſententiâ (ait D. Maximus Taurin. Homil. 2. de accuſato & judicato Domino apud Pilatum.
„ ille) Judas Proditor condemnatur. Mirum
„ fortè ſit vobis , quòd non eum populus ju-
„ dicaverit, non Præſes addixerit. Hoc ſacrile-
„ gii ſolet eſſe Judicium, ut impietatem ſuam
„ ipſe dum recordatur , & puniat; ſcelus ſuum
„ dum recognoſcit, & vindicet. Omnium enim
„ ſupergreditur ſententias, qui à ſuâ conſcien-
„ tiâ , ſuâ ſententiâ condemnatur. Hoc , in-
„ quam, ſacrilegio ſolet eſſe Judicium, ut con-
„ ſcius facti ipſe ſe damnet: ſicut ait Apoſtolus
„ Paulus de hęretico, dicens: *Hæreticum hominem*
„ *poſt unam & ſecundam correptionem devita , ſciens*
„ *quia ſubverſus eſt qui eiuſmodi eſt , & delinquit,*
„ *proprio iudicio condemnatus.* Ipſe enim ſe dam-
„ nat hæreticus, cùm de Eccleſia ipſe ſe proijcit,
„ & de cœtu ſanctorum nullo compellente
„ procedit. Ipſe enim oſtendit quid mereatur
„ à cunctis, qui ſuo judicio ſeparatur à cunctis.
„ Ipſe, inquam, ſe damnat hæreticus, quia cùm
„ omnes criminoſi, Epiſcopi ſententiâ projici-
„ antur de conſortio Chriſtiano, hęreticus cun-
„ cta præveniens, ſententiâ ſuæ voluntatis ab-
„ jicitur. Tali ergò hæreticus , quali & Judas
„ pœna damnatur, ut idem ſui & reus ſit ſcele-
„ ris , & Iudex ſit ultionis. Tali , inquam ,
„ hæreticus , quali & Iudas pœnâ damnatur :
„ nec immeritò, quia Dominum quem ille ven-
„ didit , iſte blaſphemat : quem ille perſecuto-
„ ribus tradidit , quotidie iſte perſequitur".
Obſervet Lector, circumferri hunc Sermonem
ſub nomine quoque Ambroſii , prout ſuprà
monuimus ; eſſeque inter Ambroſianos Ser-
mones ordine quinquageſimum. Maluimus
tamen

tamen sub Maximi nomine eum proferre; non solùm quia inter Maximi Sermones prostat, sed prætereà quia Gennadius Massiliensis lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis cap. 40. eum Maximo adscribit.

Gennadius.

XC. Audiamus porrò & alios Apostolici testimonii Interpretes: ac inprimis Rabanum Maurum, ex Abbate Fuldensi Archiepiscopum Moguntinum: qui in Commentario super caput 3. Epistolæ ad Titum, ad illa verba, *Hæreticum hominem post unam correptionem devita* &c. sic scribit: E. Ad plenum, inquit, illum „ devita, qui ea quæ contraria sunt pietati „ prælegit: hunc enim *hæreticum* vocat. Post- „ quam enim semel & bis eundem instruxeris, „ & ostenderis ei illa quæ conveniunt ejus sa- „ luti, superfluum est, diutiùs cum ejusmodi „ DISPUTARE; cùm sit manifestum quoniam „ nullam percipit correctionem, ex quo semel „ & bis ea quæ conveniebant sibi audiens, „ cognoscere noluit veritatem. Relinque ergo „ eum qui talis est, ut justam expectet à Ju- „ dice pœnam, eò quòd in sua pertinacia per- „ sistens nullum ad correptionem suam ex in- „ structione accipere vult consilium". Sedulius & Primasius in eundem Apostoli locum, id ipsum eisdem verbis dicunt, quod Pelagius præcedenti §. relatus. Hugo Victorinus in eundem locum: F. Hæreticum vocat Apostolus (inquit) qui per legem, legem impu- „ gnat. Sed quare talis est vitandus? Nonne „ melius esset, cum eo sæpe conferre, & ab „ errore eum ad veritatem revocare? Ex quo „ incorrigibilis est, melius est eum devitare: „ quia si sæpiùs corriperetur, exercitatior „ fieret ad malum". Quæ explanatio penè coincidit cum ea quam præcedenti §. relatus tradidit Ambrosiaster. Commentarius Anselmo attributus, sic habet in eundem Apostoli locum: G. Hæreticus est, qui generalis Eccle- „ siæ doctrinam deserens, errorem sibi per- „ versi dogmatis eligit, quem specialiter se- „ quatur. Et ideò hæreticus, quia homo est „ humana tantùm sapiens, & de Deo secun- „ dùm humanas rationes disputans. Sed iste „ debet corripi, &, si in errore perduraverit, caveri: Sicut & Dominus pessimos „ Doctores suo arbitrio dimittendos præcipit, „ sciens, eòs difficulter ad veritatem posse at- „ trahi: *Sinite*, inquit, *illos: cæci sunt, & duces cæcorum.* Inde est quòd & Apostolus nunc *hæreticum* jubet *vitari*". Et post paucula rursùs ibidem: "Si binâ correptione vel com- „ monitione noluerit resipiscere, ulteriùs jam „ illum *devita*, non habens cum illo participa- „ tione aliquam vel societatem, nec admo- „ nens eum: *Sciens, quia subversus est.* Qui vi- „ delicet semel bisve correptus, audito errore „ suo non vult corrigi, errare existimat cor- „ ripientem: & è contrario se ad pugnas &

E Rabanus in c. 3. Epist. ad Titum v. 10. Vide eundem Epist. ad Hincmarum.

Sedulius. Primasius.

F. Hugo Victorin. q. 5. in Epist. ad Titum.

G Anselm. in cap. 3. Epist. ad Titum.

Vide Ambros. Epist. 44. [illegible] 19. ad Constantium paulò ante finem.

„ jurgia verborum parans, eum vult lucrifacere, à quo docetur". Rupertus Abbas Tuitiensis existimat Magistros hæreseon à Domino appellari *Sal evanidum* seu *infatuatum*. Qualium Magistrorum aliquot cùm commemorasset, adjunxit: H. Ubi Doctor vel Magi- „ ster, secundùm talium exemplum, desipue- „ rit, dicito, *Quia sal evanuit*. Ubi autem ta- „ liter evanuerit, *in quo salietur*? Quo Do- „ ctore alio emendabitur? verè nullo: & *fru- „ stra effundes sermonem, quia non est ibi audi- „ tus*. Eum qui ejusmodi est, *hæreticum homi- „ nem, post primam & secundam admonitionem*, „ ait Apostolus, *devita: sciens, quia subver- „ sus est, & delinquit, cùm sit proprio iudicio condemnatus*". Idem rursùs lib. 9. de Glorificatione Trinitatis cap. 14. distinguens inter blasphemiam, & spiritum blasphemiæ: „ *Blasphemia* tantùm (inquit) & non spiritus „ blasphemiæ est, cùm quis ignorans loquitur „ aliterquàm se habet veritas, vel agit quid- „ piam contra justitiam: sicut, exempli gratiâ, „ *Saulus ignorans & errans agebat*. Porrò Spiritus „ *Blasphemiæ* est, ubi quispiam scienter & per in- „ vidiam veritati repugnat: quod peccatum „ Judæorum est, & hæreticorum; quos Apo- „ stolus vitandos esse denuntiat *Hæreticum homi- „ nem*, inquiens, *post unam & secundam correptionem devita*" &c. Rursùs lib. XI. in caput. XV. Joannis censet de hæreticis intelligendum esse quod ait Ezechiel Propheta de inutilitate *Ligni vitis* ad aliud quidpiam præterquàm ad ardendum; & quod de *Palmitibus post excisionem in ignem mittendis* ait Christus, & quod de *Impossibilitate renovationis apostatarum* tradit Apostolus. Quorum verbis inter se collatis, subinfert:" Igitur de illo qui se ab unitate veræ „ vitis, id est, Christi, præcidit, hæreticus „ vel hæresiarches factus, uno ore parilique „ sensu consonant Christus, Propheta, & Apostolus". Bernardus item Abbas de vitando congressu hæreticorum loquens: I Vir „ prudens (inquit) cautus erit non transgredi „ præfinitum numerum ab Apostolo, qui ait: „ *Hæreticum hominem post unam & secundam correptionem devita*". Beatus quoque Fulgentius per auxesin dicit eum *omnimodis* evitandum. Præmissâ quippe oratione pro hæreticorum illuminatione, juxta ea quæ superiùs cap. 23. §. 76. dicta sunt, subdit ille de eis: K. A fide „ Patriarcharum & Prophetarum miserabili „ obduratione deficiunt; impiè delinquentes, „ semetipsos à seipsis damnatos ostendunt. „ Apostolica quippe sententia omnem hæreti- „ cum tali cognoscitur pronuntiatione con- „ demnasse, quòd *Hæreticus post primam correptio- „ nem sit* OMNIMODIS EVITANDUS, eò quòd „ *ejusmodi* non solùm *sit subversus*, verùm etiam *suo iudicio condemnatus*". Omnimodam quoque eorundem indici nobis devitationem colligit

Mat. 5. 13.

H. Rupertus in caput 5. Matthæi.

Eccli. 32. 6.

1. Tim. 1. 13.

Vide suprà hic c. 22. §. 74.

Ezech. 15. 2.

Io. 15. 6
Hebr. 6. 4.

I. Bern. Epist. 196.

K. Fulgent. lib. 2. ad Monimum c. 5.

Vincentius Lyrinensis, partim ex alio loco Apostoli Pauli, ubi sermo magis est de hæresibus quàm de hæreticis, sed propter connexionem etiam ad hos fit extensio: partim denique ex Joannis Apostoli cautione, quâ prohibet eos vel vocetenus salutari: L. Ad Apostolum (ait ille) redeamus: *O Timothee*, inquit, *depositum custodi*, *devitans prophanas vocum novitates. Devita*, inquit, quasi viperam, quasi scorpionem, quasi basiliscum, ne te non solùm tactu, sed etiam visu afflatuque percutiat. Quid est *Devitare? cùm hujusmodi nec cibum sumere.* Quid est *Devita? Si quis*, inquit, *venit ad vos*, *& hanc doctrinam non affert.* Quam doctrinam, nisi Catholicam, & universalem, & unam eandemque per singulas ætatum successiones incorruptâ veritatis traditione manentem, & usque in sæcula sine fine mansuram? Quid tum? *Nolite*, inquit, *recipere eum in domum*, *nec* Ave *ei dixeritis: qui enim dicit illi* Ave, *communicat operibus eius malignis*". Leo Papa in peculiari Sermone adversùs Eutychetis hæresim habito, authoritate supradictâ Apostoli ad Titum adductâ colloquium omne cum hæreticis interdictum ostendit: ac demum concludit: M. Hos ergo, Dilectissimi, de quibus loquimur, TANQUAM VENENUM MORTIFERUM fugite, execramini, declinate: & ab eorum colloquiis, *Si increpati à vobis corrigi noluerint*, *abstinete*: quoniam, sicut scriptum est, *Sermo eorum serpit ut cancer.* Justo enim Judicio ab Ecclesiæ unitate rejectis nulla est tribuenda communio; quam non nostris odiis, sed suis sceleribus perdiderunt". Et serm. 18. de passione Domini cap. 5." Fugite (inquit) mundanæ argumenta doctrinæ, & viperea hæreticorum vitate colloquia. Nihil vobis commune sit cum eis, qui Catholicæ adversantes fidei, solo sunt nomine Christiani. Non enim templum Spiritus Dei, nec membra sunt Christi: sed falsis opinionibus implicati tot habent species diaboli, quot simulachra mendacii".

(Margin: L. Vinc. Lyrin. cap. 33. — 1. Tim. 6. 20. — 1. Cor. 5. 11. 2. Io. v. 10. & 11. — M. Leo serm. cont. hæresim Eutychetis, cap 3. — Tit. 3. 10. — 2. Tim. 2. 17.)

CAPVT XXVIII.

Ex Gestis & Scriptis Papæ Leonis Magni adversùs Eutychianos, audiri post legitimam condemnationem postulantes, arguitur, repellendos esse Lutheranos, retractari sua dogmata synodaliter iam damnata flagitantes, atque ad disputatorium certamen provocantes. Proferuntur Edicta Martiani & Valentiniani Augustorum, prohibentia publicas disputationes cum hæreticis conciliariter sententiatis: item Edictum Gratiani, Valentiniani, & Theodosii Magni, decernentium quinam pro Catholicis, quinam pro hæreticis sint reputandi. Romanæ Ecclesiæ prærogativa astruitur & fides deprædicatur, penes quam incorrupta Patrum servatur hæreditas. Non solùm inhibetur hæreticis ne disputent, sed aliis quoque ne disputantes auscultent. Hæreticorum Scripta severè vetantur, & Edicto Cæsareo flammis adiudicantur.

XCI. Apostoli Pauli sensum, hæreticos post correptionem obdurescentes devitari mandantis, jam ex communi Orientalium Occidentaliumque Doctorum interpretatione patefecimus: superest ut quid humanæ leges tam Ecclesiasticæ quàm civiles de eadem re statuant dispiciamus. Supponimus autem ea quæ in causa hæreticorum, post legitimam damnationem audiri postulantium, vel ad disputationes provocantium, gesta à Romanis Pontificibus recoluimus superiùs cap. 21. §. 71. & 72. ubi ostendimus qualiter circa inquietissimos Pelagianos sese gesserint Bonifacius I. Celestinus I. & Sixtus III. Huic postremo, prout ibi dictum est, successit in Pontificatu Leo Magnus, cujus auspiciis ac præsidio Eutychianam hæresim Oecumenica Chalcedonensis Synodus condemnavit, Dioscorumque Alexandrinum ejus fautorem Episcopatu dejectum relegavit, rescissis Actis Ephesinæ Synodi *Latrocinariæ* cui præfuerat. Cùm itaque Papa Leo intellexisset, Eutychianos suâ jam sententiâ damnatos non quiescere, sed apud Martianum Augustum pro ulteriori sibi impetranda audientia sollicitare; eidem Augusto Decretalem Epistolam destinavit, in quâ hæc præter alia

N. Leo Epist. 42. ad Martianum Augustum. alia leguntur ad propositum: N. Aucta per ,, Imperialem amicitiam spe cælestis auxilii, ,, confidentiùs Pietatem Vestram pro Sacramento salutis humanæ incitare præsumo: ,, ne cujusquam procaci impudentique versutia, quasi de incerto quid sequendum sit, ,, sinatis inquiri. Et cùm ab Euangelica Apostolicaque doctrina ne uno quidem verbo ,, liceat dissidere, aut aliter de Scripturis divinis sapere, quàm beati Apostoli, & Patres nostri didicerunt atque docuerunt; ,, nunc demùm indisciplinatæ moveantur & ,, impiæ quæstiones; quas olim, mox ut eas ,, per apta sibi corda diabolus excitavit, per ,, discipulos veritatis Spiritus sanctus extinxit. Nimis autem iniquum est, ut per paucorum insipientiam, ad conjecturas opinionum, & ad carnalium disceptationum bella ,, PROVOCEMUR: tanquam REPARATA DISCEPTATIONE TRACTANDUM SIT, UTRUM EUTYCHES IMPIE SENSERIT, ET UTRUM IMPIE DIOSCORVS IVDICARIT, ,, qui in sanctæ memoriæ Flaviani condemnatione se perculit, & simpliciores quosque, ,, ut in eandem ruinam provolverentur, impegit: quorum multis jam, ut cognovimus, ad satisfactionis remedia conversis, ,, & veniam de inconstanti trepidatione poscentibus, NON CUJUSMODI SIT FIDES TENENDA TRACTANDUM EST, SED EORUM PRECIBVS QUALITER ANNUENDUM". Rursùs Epist. 43. eundem Martianum gravissimè obtestatur," Ut fidem quam ,, beati Patres nostri ab Apostolis sibi traditam prædicarunt, non patiatur, quasi dubiam, retractari: & quæ olim Majorum ,, sunt authoritate damnata, redivivis non ,, permittat conatibus excitari: illudque potiùs jubeat, ut antiquæ Nicenæ Synodi ,, constituta, remotâ hæreticorum interpretatione, permaneant". In Epistola item ad Chalcedonensis Synodi Patres, postquam Delegatis suis authoritatem præsidendi dedisset, universum cœtum ita alloquitur: o. Rejectâ penitùs AUDACIA DISPUTANDI contra fidem divinitùs inspiratam, vana errantium infidelitas conquiescat; nec liceat defendi, quod non liceat credi: cùm secundùm Euangelicas authoritates, secundùm ,, Propheticas voces, Apostolicamque doctrinam, plenissimè & lucidissimè per litteras, ,, quas ad beatæ memoriæ Flavianum Episcopum misimus, fuerit declaratum, quæ ,, sit de Sacramento Incarnationis Domini ,, Nostri Iesu Christi pia & syncera confessio". Et item in alia Epistola ad Imperatorem Martianum: P. Compressâ (inquit) vel ,, remotâ inquietudine ac pravitate paucorum, ,, facilè firmabitur probanda concordia, si ,, in eam fidem quam Euangelicis & Apostolicis prædicationibus declaratam, per anti- ,, quos Patres nostros accepimus, & tenemus, ,, omnium corda concurrant; NULLA PENITUS DISPUTATIONE CUIUSQUAM RETRACTATIONIS ADMISSA: ne per vanam fallaciemque versutiam aut infirma videantur, ,, aut dubia, quæ ipso angulari lapide Christo fundata sunt, & sine fine mansura". Epistola item 51. ad Pulcheriam directa Augustam, profitetur, se datis ad Synodum Chalcedonensem litteris formam dijudicandi præscripsisse Antistitibus: " Ne ulla temeritas ,, aut fidei regulis, aut canonum statutis, aut benignitatis remediis obviaret". In Epistola item 61. qua damnationem Eutychianorum atque etiam Nestorianorum Synodaliter factam confirmat:" Si quis unquam (inquit) ausus fuerit vel Nestorii perfidiam ,, tueri, vel Eutychetis ac Dioscori impium ,, dogma defendere, à Catholicorum communione resecetur: nec habeat ejus corporis participationem, cujus abnegat veritatem". Et Epist. 63. ad Theodoretum Cyri Episcopum:" Hoc præcipuè (inquit) præsenti occasione credimus admonendum, ut ,, quotiescunque, divinâ gratiâ administrante, illos, qui foris sunt, fonte doctrinæ ,, aut submergimus aut purgamus; in nullo ,, ab illis, quas Spiritus Sancti divinitas in ,, Chalcedonensi Synodo protulit, fidei regulis recedentes, inter utrumque hostem ,, novellæ perfidiæ, sermonem nostrum cum ,, omni cautela libremus: non jam, quod absit, TANQUAM DE DUBIIS DISCEPTANTES, sed authoritate suâ, quæ benè sunt definita astruentes". Unde quia Monachi quidam Palæstini, Eutychianis pridem erroribus implicati, Chalcedonensis Synodi definitionibus non acquiescebant, Pontifex Leo de eis ad Eudociam Augustam in Palæstina tunc degentem in hunc scripsit modum: Q. Si ,, nomen Catholicum venerantur & diligunt, ,, & intra Domini corpus se volunt membra nominari; pravos errores, quos temere admiserant, detestentur: & agant ,, pœnitentiam impiarum blasphemiarum, ,, cruentorumque factorum. Succumbant pro ,, salute animarum suarum Synodalibus, quæ ,, in Civitate Chalcedonensi sunt confirmata, Decretis". Hæc profectò omnia non minùs appositè ad hodiernos Lutheranos Tridenti damnatos applicari possunt, quàm de Eutychianis Chalcedone, vel de Nestorianis Ephesi damnatis, primitùs dicta fuerant: prout facilè unusquisque, mediocri reflexione adhibitâ, perspiciet.

Vide Cyp. supra cap. 26. §. 85.

O. Idem Epist. 47.

P. Idem Epist. 50.

Q. Idem Epist. 66.

XCII. Antequam ulteriora Papæ Leonis testimonia huc spectantia exhibeam, lubet repræsentare Cæsareum Edictum, à Martiano ad Leonis instantiam conditum, & sub ac Valen-

Valentiniani nomine promulgatum, necnon per Justinianum Augustum Corpori Juris Cæsarei postea pro parte insertum: ut quandoquidem Lutherani à Tridentina Synodo damnati Imperatorem, pro indicenda nova secum Disputatione, jam sollicitant: ita Imperator, ex Prædecessoris sui Edicto, quid sibi agendum sit meminerit. Sicut enim æquum & justum est, ut modernus Ecclesiæ Præsul, Antecessoris sui Leonis imitetur constantiam: ita congruum ac rationabile est, ut modernus Imperii Moderator, Prædecessoris sui Martiani æmuletur vigilantiam. Edicti itaque istius tenor est hujusmodi:

R. Edictum Cæsareum Martiani & Valentiniani, de non disputando cum hæreticis Synodaliter damnatis: prout extat in Actis Synodi Chalcedonensis parte 3. ca. 3.

R. Tandem aliquando, quod summis votis „atque studiis optabamus; evenit. Remota „est de orthodoxa Christianorum lege con„tentio, tandem remedia culpabilis erroris „inventa sunt, & discors populorum senten„tia in unum consensum concordiamque con„venit. E diversis enim provinciis religio„sissimi Sacerdotes Chalcedonem venerunt „juxta nostra præcepta; & quid observari „in Religione debeat, perspicuâ definitione „docuerunt. Cesset igitur jam profana inten„tio: nam VERE IMPIVS ATQUE SACRI„LEGVS EST, QUI POST TOT SACERDO„TUM SENTENTIAM, OPINIONI SUÆ „ALIQUID TRACTANDUM RELINQUIT: „Extremæ quippe dementiæ est, in medio „& perspicuo die commentitium lumen in„quirere: Quisquis enim post veritatem re„pertam aliquid ulterius discutit, menda„cium quærit. Nemo itaque vel Clericus, „vel Militaris, vel alterius cujuslibet con„ditionis, de fide Christiana publicè, tur„bis adunatis & audientibus, tractare co„netur in posterum, ex hoc tumultus & „perfidiæ occasionem requirens. Nam IN„IURIAM FACIT IUDICIO RELIGIOSIS„SIMÆ SYNODI, SI QUIS SEMEL IUDI„CATA; AC RECTE DISPOSITA, RE„VOLVERE, ET PUBLICE DISPUTARE „CONTENDIT: cùm ea quæ nunc de Chri„stiana fide constituta sunt, juxta Aposto„licas expositiones & statuta Sanctorum Pa„trum trecentorum decem & octo, & cen„tum quinquaginta, definita esse noscantur. „Nam in contemptores hujus legis pæna non „deerit: quia non solùm contra fidem benè „compositam veniunt, sed etiam Judæis & „Paganis ex hujusmodi certamine profanant „veneranda mysteria. Igitur si clericus erit, „qui publicè tractare de Religione ausus fue„rit, à consortio Clericorum removebitur: „si verò militiâ præditus fuerit, cingulo „spoliabitur. Cæteri etiam hujus criminis „rei de hac Regia Urbe pellentur; pro „vigore judiciario etiam competentibus sup„pliciis subjugandi. Constat enim hinc hæ„reticæ insaniæ exordia fomitemque præberi, „dum publicè quidam DISPUTANT atque „contendunt. Universi igitur quæ à Synodo „Chalcedonensi (*Tridentina*) statuta sunt, „custodire debebunt, nihil posteà dubita„turi. Hoc itaque Nostræ commoniti Sere„nitatis Edicto, abstinete à profanis voci„bus, & ULTERIUS DESINITE DE DIVI„NIS DISPUTARE, QUOD NEFAS EST: „Quia non solùm divino judicio peccatum „hoc, prout credimus, punietur; verùm „etiam legum & judicum authoritate coër„cebitur. Datum Constantinopoli VII. Idus „Februarii, Sporatio Viro Clarissimo, & qui fuerit nunciatus, Consulibus". Hinc sumat Imperator exemplum tractandi nunc Lutheranos, eo modo quo ipsius Prædecessor Martianus tractaverat Eutychianos; & compellendi eos acquiescere definitionibus Tridentinæ Synodi, sicut ille fategit compellere Eutychianos acquiescere definitionibus Chalcedonensis Synodi. Neque enim minùs nunc, quam tunc, obtinet illud quod ibi scriptum est: *Verè impius atque sacrilegus est, qui post tot Sacerdotum sententiam, opinioni suæ aliquid tractandum relinquit: extremæ quippe dementiæ est, in medio & perspicuo die commentitium lumen inquirere.* Et illud item ibidem subnexum: *Injuriam facit judicio religiosissimæ synodi, si quis semel judicata, & rectè disposita, revolvere, & publicè disputare contendit.* Dicat Cæsar nunc Lutheranis, quod ibi Cæsares dixêre Eutychianis: *Nostræ commoniti Serenitatis Edicto, abstinete à profanis vocibus, & ulteriùs desinite de divinis disputare: quod nefas est.* Et quare *nefas est*? Non solùm quia humanis legibus prohibitum, sed etiam quia *Divino judicio puniendum.* Quòd si Lutherani replicando inquirant, Quid ergo faciendum? Pro responso Imperator tradere eis poterit antiquiorem aliam legem Cæsaream, corpori Juris communis pariter insertam, & trium Imperatorum, Gratiani, Valentiniani, & Theodosij Majoris authoritate promulgatam.

Vide l. *Nemo* Cod. de Summa Trinit. & fide catholica.

Ea sic incipit: S. Cunctos populos, quos „Clementiæ Nostræ regit imperium, in tali „volumus Religione versari, quam divi„num Petrum Apostolum tradidisse Ro„manis Religio usque adhuc ab ipso insinuata „declarat, quamque Pontificem Damasum „(*Alexandrum* VII. *hodie sedentem*) sequi cla„ret, & Petrum Alexandriæ Episcopum, virum Apostolicæ Sanctitatis". Quid si hanc legem contumaciter repudient? Eo casu declarentur triplici pænæ obnoxii, primò ignominiæ hæretici nominis, secundò divinæ vindictæ hæreticis repositæ, tertiò denique ultioni Imperiali ad arbitrium infligendæ. Sequitur enim ibidem inferiùs:" Hanc legem sequentes,

S. Codice Summa Tr[initate] nit. l. 1. *cun[c]tos populos.*

Vide Zoz[o]menum li[b]. 7. cap. 4.

„ sequentes, *Christianorum Catholicorum* nomen „ jubemus amplecti: reliquos verò DEMENTES VESANOSQUE judicantes, *Hæretici nominis* infamiam sustinere; *Divinâ* primùm *vindictâ*, pòst etiam motus animi nostri, quem „ ex cælesti arbitrio sumpserimus, *ultione* plectendos". Hujus legis authoritate Catholicum se, & non hæreticum Hieronymus probat, ubi ait: [T] Hæreticus vocor, homousion „ prædicans Trinitatem. Sabellianæ impieta„ tis arguor, tres personas subsistentes, veras, „ integras, perfectasque indefessâ voce pro„ nuntians. Si ab Arianis, meritò: si ab or„ thodoxis; qui ejusmodi arguunt fidem, or„ thodoxi esse desierunt: aut si eis placet, „ hæreticum me cum Occidente, hæreticum „ cum Ægypto, hoc est, CUM DAMASO PETROQUE CONDEMNENT". Falsò autem nugantur aliqui, Hieronymum hìc æquiparare Alexandrinum Antistitem Romano. Nam ut innumera alia ejus loca præteream, Epistolâ proximè sequenti optat & orat, "Ut prædica„ tionem cathedræ Marci Euangelistæ, cathe„ dra Petri Apostoli suâ prædicatione confir„ met". Unde sicut hic probat se Catholicum, ex communione cum Romana simul & Alexandrina; ita superiùs Epist. 58. ad Damasum, probat se Catholicum ex communione Ecclesiæ Romanæ, omissâ prorsùs Alexandrinâ: " Ego clamito (inquiens) si quis cathedræ Petri jungitur, meus est". Epistolâ item 57. ad eundem Damasum: "Ego nullum primum, nisi „ Christum sequens, Beatitudini tuæ, id est, ca„ thedræ Petri, communione consocior. Super „ illam Petram ædificatam Ecclesiam scio: qui„ cunque extra hanc domum agnum comede„ rit, profanus est: si quis in arca Noë non fuerit, peribit regnante diluvio". Et rursùs infrà ibidem: "Quicunq; tecum non colligit, spargit: „ hoc est, qui Christi non est, Antichristi est". Et superiùs sub initium Epistolæ: "Inter *Lacus* „ *contritos, qui aquam non habent*, difficilè, ubi *Fons* „ *signatus & hortus ille conclusus* sit, potest intel„ ligi: ideò mihi *Cathedram Petri*, & *fidem* „ Apostolico ore laudatam, censui consu„ lendam. Inde nunc meæ animæ postulo ci„ bum, unde olim Christi vestimenta susce„ pi. Neque verò tanta vastitas elementi li„ quentis, & interjacens longitudo terrarum, „ me à pretiosæ margaritæ potuit inquisitione „ prohibere: *Vbicumque fuerit corpus, illuc con*„ *gregabuntur & aquilæ*. Profligato à sobole „ mala patrimonio, APUD VOS SOLOS INCOR„ RUPTA PATRUM SERVATUR HÆREDITAS".

T. Hieron. Epist. 77.

Hier. 2. 13. Cant. 4. 12. Mat. 16. 18. Rom. 1. 8.

Luc. 17. 37.

XCIII. Vulgo dici solet, *Malos mores procreare bonas leges*. Sic Eutychiani contravenientes Edicto Martiani & Valentiniani mox relato, extorserunt novum Edictum, prioris confirmatorium, cujus tenor iste est: [V] Venerabilem „ Catholicæ orthodoxorum fidei sanctitatem, „ manifestam & indubitatam universis consti„ tuere cupiens Nostra Serenitas, ut major „ erga divinitatis obsequia hominibus Reli„ gio traderetur, tantam atque talem Syno„ dum, ex omnibus penè provinciis coad„ unatis Episcopis, in Chalcedonensi Civitate „ colligi jussit: atque ibi plurimis diebus tra„ ctatu habito, quid verum & infucatum Chri„ stianæ fidei esset, invenit. Votis enim & ora„ tionibus plurimis exoravere divinitatem, qua„ tenus sancta & plena veritas eos non lateret. „ Secutæque sunt statuta venerabilium Patrum, „ ea videlicet quæ apud Niceam trecentorum „ decem & octo sanctorum Episcoporum sen„ tentiâ sunt definita: similiter & quæ centum „ & quinquaginta in hac amplissima coadunati „ urbe constituerunt: atque ea quæ ad Ephe„ sum pridem statuta sunt, cùm beatissimæ re„ cordationis Celestinus Romanæ urbis, & „ Cyrillus Alexandrinæ civitatis Episcopi, „ veritatis duces fuerunt. Quo tempore etiam & „ Nestorianus error exclusus est, ejus authore „ damnato. Quibus ita ritè & venerabiliter a„ pud Chalcedonem inquisitis, Eutyches, qui „ plura affirmabat illicita, cum sua assertione „ dejectus est; ne decipiendorum ulteriùs ho„ minum ei præberetur facultas. Ordinatis ita„ que religiosè ac fideliter quæ venerandam or„ thodoxorum fidem fundasse noscuntur, ita ut „ nulla inposterum dubitatio, vel illis qui ca„ lumniari divinitatem assolent, relinqueretur: „ Sacro Nostræ Serenitatis Edicto venerandam „ Synodum confirmantes, admonuimus uni„ versos ut DE RELIGIONE DISPVTARE DESINERENT; quoniam unus & alter tanta se„ creta invenire non posset, maximè cum sum„ mo labore & magnis orationibus tot venera„ biles Sacerdotes, nisi Deo, ut credendum est, „ authore ad indaginem veritatis non potue„ rint pervenire. Verùm, sicut manifestâ rati„ one cognovimus, non desinunt quidam in ea„ dem perversitatis insania permanere, & PV„ BLICE DE RELIGIONE CONTENDERE PO„ PVLIS COADVNATIS, & mysteria divina sub „ Iudæorum Paganorumque obtutibus publi„ care ac profanare, quæ rectiùs colenda sunt, „ quàm inquirenda. Oportuerat itaque in ea„ dem pertinacia persistentes statutâ dudū ani„ madversione compesci: ut pœna corrigeret, „ quos reverentia jussionum emendare non po„ tuit. Verùm, in hoc secuti consuetudinem no„ stram, noscentes, quod divinitas pietate præ „ omnibus lætetur, pœnam nocentium credidi„ mus differendam; iteratâ hac sancientes No„ stræ Clementiæ jussione, ut in futurum à pro„ hibitis omnes abstineant, NEC CON„ VENTICVLA COLLIGANT SVPER „ RELIGIONE CERTANTES: quia in hujusmo„ di PERVERSITATE & VANITATE detecti, & „ statutas dudum suscipient pœnas, & judiciario

V. Edictum aliud Martian. Augusti, de non disputando &c., prout extat ibid. cap. 4.

O motu

„ motu, prout religiosis temporibus convenit, „ punientur. Oportet enim Chalcedonensem „ (*Tridentinam*) Synodum sequi, in qua om- „ nibus diligenter quæsitis, ea definita sunt, „ quæ pridem tres perfecti cœtus Apostolicam „ fidem secuti, omnibus observanda tradide- „ runt. Datum III. Idus Martii, Constanti- „ nopoli, Sporatio viro Clarissimo, & qui fuerit nunciatus, Consulibus". Hujus Edicti transumptum in varias provincias est missum. Sequitur enim ibidem post Datam: *Et eodem exemplo scriptum Palladio viro illustri Prætori Orientis, Valentiniano viro illustri Prætori Illyrici, Tatiano viro illustri Præfecto urbis, Vicomalo viro illustri Magistro sacrorum officiorum & Consuli designato.* Et quia his non obstantibus Eutychiani non plenè quieverunt, secutum est aliud Edictum adhuc severius, expeditum V. Calendas Augusti proximè sequentis. Tertio item exinde anno, Valentiniano & Anthemio Consulibus, secutum est & aliud ejusdem Martiani Edictum: in quo hæc inter alia leguntur: [W] Nulli Eutychianistæ vel Apollinaristæ (*Lutheranistæ vel Confessionistæ*) publicè vel privatim „ advocandi cœtus, circulos contrahendi, & „ hæretico more DISPUTANDI, ac perversi- „ tatem facinorosi dogmatis asserendi, sit fa- „ cultas. Nulli etiam contra venerabilem Sy- „ nodum Chalcedonensem (*Tridentinam*) liceat „ aliquid vel dictare, vel scribere, vel edere, „ atque emittere, aut aliorum super eâdem re „ scripta proferre. Nemo hujusmodi habere li- „ bros, & sacrilega Scriptorum audeat monu- „ menta servare. Quòd si qui in his criminibus „ fuerint deprehensi, perpetuâ deportatione „ damnentur. Eos verò qui discendi studio „ audierint de infausta hæresi DISPUTANTES, „ decem librarum auri, quæ Fisco nostro in- „ ferendæ sunt, jubemus subire dispendium. „ Omnes verò hujusmodi chartæ ac libri, qui „ funestum Eutychetis sive Apollinaris (*Lutheri*) fuerint dogma complexi, incendio „ concrementur: ut facinorosæ perversitatis „ vestigia ipsa flammis combusta depereant. „ Æquum namque est, ut immanissima sacrilegia par pœnæ magnitudo percellat".

Extat ibid. cap. 12.

W. Ibid. c. 19.

CAPUT XXIX.

Prosecutio ejusdem probationis ex Decretalibus Papæ Leonis Epistolis, post obitum Martiani ad Leonem Augustum ejus successorem directis. Quæ semel fuerint œcumenicè definita, nulla debent ultrà retractatione pulsari: ne ad damnatorum arbitrium, nunquam retractatibus satiandum, videamur ipsi de iis ambigere, quæ Catholicus consensus ultra omnem dubietatis aleam subvexit. Unde qui ab iis dissentire persistunt, suis potiùs opinionibus dimittendi, quàm concertationibus dignandi sunt. Ecclesia sicut simpliciter errantes non spernit, sic pervicaciter rebellantes devitat. Quis censeri debeat hæreticus? Cur Deus hæreses crebrescere sinat, & quænam inde utilitas in Ecclesiam redundet? Ecclesia omnibus Erroribus utitur ad profectus suos, & qualiter? Quibus item modis exortæ in Ecclesia hæreses supprimantur? Catholicæ fidei firmitas & ineluctabilitas perpenditur. Firmissimum esse necesse est, quod à plurimis incursatum nequierit everti.

XCIV. Non diu promulgationi Edicti postremò relati superstes fuit Martianus, Successorem nactus Leonem ejus nominis primum: sub cujus Imperii auspiciis Eutychiani resumptis animis omnem moverunt lapidem, ut novam impetrarent dogmatum suorum Chalcedone pridem damnatorum discussionem: adeò verum est illud Ambrosii: [X] Difficilè imbuti animi infidelitatis venenis abolere possunt impietatis glutinum, si tamen in iis virus infaustum inoleverit". Rationem ejusmodi difficultatis patefecimus superius cap. 22. §. 74. & 75. indicavitque breviter divina Scriptura, dicens: *Væ dissolutis corde, qui non credunt Deo: & ideo non protegentur ab eo.* [Y] Perdens fidem (inquit Fulgentius) perdit divinam protectionem. Scriptum est „ enim, *Qui non credit Deo, à Deo non protegetur*". Eodem referri potest, quod Apostolus hæreticum dixit esse *subversum*: quia nimirum non id solùm quod superædificatur, sed ipsum totius vitæ spiritalis fundamentum abjecit: [Z] Pro *Subversus* (ait Estius) in Ambrosiano legitur *Perversus*: sed rectiùs alii ex Græco

X. Ambrof. Epist. 44. aliàs 19. ad Constantium.

Eccli. 2. 15.

Y. Fulg. lib. de Incarn. & Gratia cap. 22.

Tit. 3. 11.

Z. Estius in c. 3 Epistolæ ad Titum v. 11.

„Græco vertunt *Eversus*. Sumpta est enim „metaphora ab ædificio: quod si fuerit aliquâ sui parte collapsum, instaurari potest; „at eversis fundamentis, jam nullus est reparationi locus. Sic, inquit Apostolus, „eum *Qui eiusmodi est*, id est, qui semel & „iterùm monitus adhuc in errore persistit, *noveris eversum* aut *subversum esse*, videlicet dissipato fidei fundamento, ut spes „nulla reliqua sit admonitionibus seu correptionibus apud eum quicquam proficiendi; magis autem metuendum sit, ne sæpiùs „increpatus per antiperistasin quandam durior efficiatur". Ubi tamen ne quis putaret desperatam undecunque esse talium conversionem, subdit ille continuò: " Non excludit omnem spem Apostolus, sed eam quæ correptionibus nititur. Semper enim manet illud

Rom. 11. 23. „Rom. 11. *Potens est Deus iterum inserere illos*". Quæ observatio consonat eis quæ cap. 23 §. 76. diximus. Sub *correptionibus* porrò comprehendi disputationes sive clamosas redargutiones, haud ambiguum est: idque etiam è mente esse Estii, patebit ex ejus verbis suo loco inferiùs exhibendis, cùm in specie de vitandis Lutheranorum disputationibus tractabitur: sed nunc filum prosequamur. Evecto ad Imperii culmen Leone, Martiani successore, Eutychiani rursùs instituerunt pro iteratâ dogmatum suorum discussione, adeoque pro Decretorum Chalcedonensis Synodi revisione: prout

A. Extat in Actis Synodi Chalcedon. p. 3. cap. 21. colligitur ex [A] Epistola ejusdem Leonis Augusti ad Anatolium Constantinopolitanum Antistitem. Omnium primi hac in re fuisse videntur Ægyptii, signanter Alexandrini, Dioscori Patriarchæ sui, apud Chalcedonem depositi, fautores. Ad Leonem igitur Augustum hæreticorum importunitate sic sollicitatum, Leo Papa, per Anatolium informatus, scripsit in hunc modum: [B] Officiis, quæ

B. Leo Papa Epist. 73. ad Leonem Augustum. „ad gratulationem Imperii vestri pertinent, „persolutis, etiam hanc paginam necessariæ „supplicationis adjeci: quâ Catholicæ fidei „divinitùs præparatum favoris vestri posco „præsidium. Nam talia in Alexandrina Ecclesia perpetrata, fratris & coepiscopi mei „Anatolii relatione cognovi, ut omnis Christiana Religio sentiat se impeti ac violari, „nisi universali fidei vestrâ devotione prospiciatur, & memoratæ Ecclesiæ, quæ antea „fuit Catholicis clara Doctoribus, reddatur „Christiana libertas: ut cessantibus hæreticorum impugnationibus, Euangelica doctrina, „quæ illic ante Dioscorum viguit, unita cum „totius Ecclesiæ pace reparetur. Quod opus, „virtutibus vestris gloriæque conveniens, celerem & Deo placitum habebit effectum, si „apud sanctam Chalcedonensem Synodum „de Domini Incarnatione firmata, NULLA „PERMISERITIS RETRACTATIONE PULSARI". Et iterum post pauca: " Gloriosum vobis „est (inquit) universali Ecclesiæ Me supplicante concedere, & incommutabiliter perpetuèque præstare, ut quæ secundùm Euangelium Christi & prædicationis Euangelicæ „veritatem omnibus retrò sæculis unâ fide „unâque intelligentiâ roborata sunt, NULLA „ULTERIUS POSSINT ACTIONE CONVELLI". Rursùs in alia Epistola ad eundem, incunctanter asseverat, [C] Nihil esse convenientius fidei „defendendæ, quàm his quæ per omnia, instruente Spiritu sancto, irreprehensibiliter definita sunt, inhærere". A qua regula si recedamus, prout ibidem subditur," Ipsi quodammodò videbimur statuta velle convellere; „& authoritates, quas Ecclesia universalis „amplexa est, ad arbitrium hæreticæ petitionis infringere: atque ita nullum corrigendis „Ecclesiis modum ponere, sed datâ licentiâ „rebellandi, dilatare magis, quàm sopire certamina". Cui sententiæ prorsùs consona est illa Sisinnii suggestio, à Theodosio Magno & Catholicis Antistibus concorditer suscepta, [D] *Disputationibus non uniri schismata, sed augeri*. Videantur præterea quæ ex Athanasio huc spectantia memoravimus cap. 26. §. 87. Subdit porrò Leo ibidem inferiùs ad Leonem Augustum: [E] Quid probabilius, quid religiosius poterit Pietas Vestra decernere, quàm „ut quæ non tam humanis, quàm divinis sunt „statuta Decretis, NULLUS ULTRA SINATUR „IMPETERE: NE VERE DIGNI SINT DEI „MUNUS AMITTERE, QUI DE VERITATE „IPSIUS AUSI FUERINT DUBITARE? Cùm „ergo universalis Ecclesia per illius principalis Petræ ædificationem facta sit Petra, & „primus Apostolorum Beatissimus Petrus „voce Domini audierit, *Tu es Petrus, & super* „*hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam*; quis est, „nisi Antichristus aut diabolus, qui pulsare „audeat inexpugnabilem veritatem? qui in „malitia sua inconvertibilis perseverans, per „vasa iræ & suæ apta fallaciæ, falso diligentiæ „nomine, DUM VERITATEM SE MENTITUR „INQUIRERE, MENDACIA DESIDERAT SEMINARE". Et rursùs ibidē post pauca: [F] Apud „Christianissimum Principem igitur, & inter „Christi prædicatores digno honore numerandum, utor Catholicæ fidei libertate, & „ad consortium Te Apostolorum ac Prophetarum securus exhortor: ut constanter despicias ac REPELLAS EOS, QUI SE CHRISTIANO NOMINE PRIVAVERE: NEC PATIARIS „IMPIOS PARRICIDAS SACRILEGA SIMULATIONE DE FIDE AGERE, QUOS CONSTAT A FIDE DEVIARE". Et iterum in alia posteriori Epistola ad eundem: [G] Quæ patefacta sunt „(inquit) quærere, quæ perfecta sunt retractare, „& quæ sunt diffinita convellere; quid aliud „est, quàm de adeptis gratiam non referre,

C. Idem Epist. 75. ad eund. c. 1.

D. Vide suprà cap. 23. §. 76.

E. Leo ibid. cap. 1. & 2.

Mat. 16. 18.

F. Ibid. c. 4.

G. Idem Epist. 78. ad eundem c. 1

„ & ad interdictæ arboris cibum improbos „ appetitus mortiferæ cupiditatis extendere? „ Unde quia ad pacem universalis Ecclesiæ, „ & ad custodiam Catholicæ fidei, curâ di- „ gnamini sollicitiore respicere, evidenter „ agnoscitis, quòd MAGNIS HÆRETICORUM „ AUDETUR INSIDIIS, ut inter Eutychis „ Dioscorique discipulos, & eum quem Apo- „ stolica Sedes direxerit, DILIGENTIOR, „ TANQVAM NIHIL FVERIT ANTE DEFINI- „ TUM, TRACTATUS HABEATVR: & quod „ totius Mundi Catholici Sacerdotes in san- „ cta Chalcedonensi (*Tridentina*) Synodo „ probant, gaudentque firmatum, in inju- „ riam etiam Sacratissimi Concilii Niceni, efficiatur infirmum". Et rursùs post pauca:

H. Ibid. c. 2. H. Detestandum ergo nobis est (subdit) per- „ severanterque vitandum, QVOD FRAVS „ HÆRETICA NITITVR OBTINERE: NEC „ IN ALIQVAM DISCEPTATIONEM PIE ET „ PLENE DIFFINITA, REVOCANDA SVNT: „ NE AD ARBITRIVM DAMNATORVM IPSI „ DE HIS VIDEAMVR AMBIGERE, quæ ma- „ nifestum est, per omnia Propheticis, & „ Euangelicis, & Apostolicis authoritatibus „ consonare. Unde si qui sunt, qui ab his quæ „ cælitùs sunt constituta dissentiunt, SVIS „ OPINIONIBVS RELINQVANTVR; ET AB „ VNITATE ECCLESIÆ, CUM EA, QVAM „ ELEGERE, PERVERSITATE DISCEDANT. „ Nam nullo modo fieri potest, ut qui di- „ vinis audent contradicere Sacramentis, ali- „ quâ nobis communione socientur. Iactent „ se in sui eloquii vanitate, & de argumen- „ tationum suarum versutiâ, quæ inimica est „ fidei, glorientur: Nobis placet Apostolicis

Col. 2. 8. „ obedire præceptis, dicentibus: *Videte, ne* „ *quis vos decipiat per Philosophiam, & inanem* „ *seductionem hominum.* Nam secundùm eun-

Gal. 2. 18. „ dem Apostolum, *Si quæ destruxi hæc ædifico,* „ *prævaricatorem me constituo*, & eis me ultio- „ num conditionibus subdo, quas non so- „ lùm authoritas beatæ memoriæ Principis „ Martiani, sed etiam Ego meâ consensione firmavi". Promittit quidem ibidem inferiùs Imperatori Pontifex, se destinaturum aliquos legatos in Orientem, pro sopienda hæretico- rum inquietudine; sub protestatione tamen quòd nolit ullam disputationem iniri super dogmatibus synodaliter approbatis, aut reje-

I. Ibid. c. 3. & 4. ctis. Ait itaque ibi eidem Augusto: I. Præ- „ noscat Pietas Tua, venerabilis Imperator, „ hos, quos spondeo dirigendos, non ad con- „ fligendum cum hostibus fidei, nec ad cer- „ tandum contra illos, à Sede Apostolica „ profecturos: quia de rebus apud Niceam, & „ apud Chalcedonem (*Tridentum*) sicut Deo „ placuit definitis, NVLLVM AVDEMVS INIRE „ TRACTATVM; tanquam dubia vel infirma „ sint, quæ tanta per Spiritum sanctum fixit „ authoritas. Instructioni autem parvulorum

Heb. 5. 12. „ nostrorum, qui post *Lactis alimoniam, cibo* „ desiderant *solidiore satiari*, ministerij nostri „ præsidium non negamus. Et sicut simplici- „ ores non spernimus, ita à rebellibus hære- „ ticis abstinemus; memores præcepti Domi-

Mat. 7. 6. „ nici, dicentis: *Nolite dare sanctum canibus,* „ *nec miseritis margaritas vestras ante porcos.* NI- „ MIS QVIPPE INDIGNVM, NI- „ MISQVE INIVSTVM EST, EOS „ AD LIBERTATEM DISCEPTA- „ TIONIS ADMITTERE, quos signi- „ ficat Spiritus sanctus per Prophetam, dicens:

Psal. 17. 46. „ *Filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni inveterati*".

XCV. Occasione verborum istorum Beati Leonis proximè relatorum, quibus ait: *Sicut simpliciores non spernimus, ita à rebellibus hæreticis abstinemus* &c. in mentem mihi venit Augustini locus opportunè hìc inferendus: ut appareat, quàm sibi consentiant, & invicem se confirment duo illa Ecclesiæ luminaria, Augustinus Episcopus & Leo summus Pontifex, in præsenti materia condescendendi simpliciter errantibus, & abstinendi à pertinaciter dogmatizantibus. Augustinus igitur in quadam Epistola ad simpliciores quosdam errones factionis Donatisticæ, non tam pervicaciter obstrepentes aut plebem seducentes, quàm hæreditariè ignorantes & veritatem desiderantes, scribit

K. Augustin. Epist. 162. in princ. Tit. 3. 10. & 11. in hunc modum: K. Dixit quidem Apostolus „ Paulus, *Hæreticum hominem post unam correptio-* „ *nem devita, sciens quia subversus est eiusmodi, &* „ *peccat, & est à semetipso damnatus.* Sed qui „ sententiam suam, quamvis falsam atque per- „ versam, nullâ pertinaci animositate defen- „ dunt, præsertim quam non audaciâ præsum- „ ptionis suæ pepererunt, sed à seductis atque „ in errorem lapsis parentibus acceperunt, quæ- „ runt autem cautâ sollicitudine veritatem, „ corrigi parati, cùm invenerint; nequaquam „ sunt inter hæreticos computandi. Tales ergo „ vos nisi esse crederem, nullas fortasse vobis „ litteras mitterem. Quanquam & ipsum hæ- „ reticum, quamlibèt odiosâ superbiâ tumi- „ dum & pervicaciâ malæ contentionis insa- „ num, sicut *vitandum* monemus, ne infirmos „ & parvulos fallat; ita non abnuimus qui- „ buscunque modis possumus corrigendum". Et paulò inferiùs ibidem iterum de Apostolo loquens: " Monet etiam (subdit) alio „ loco, in modestia corripiendos diversa

2. Tim. 2. 25. 26. „ sentientes: *Ne fortè*, inquit, *det illis Deus* „ *pœnitentiam ad cognoscendam veritatem, & re-* „ *sipiscant à diaboli laqueis, captivati ab ipso* „ *in ipsius voluntatem*". Quorum Apostoli locorum apparentem antilogiam videre licet conciliatam à Chrysostomo & aliis, superiùs capite 27. §. 88. relatis. Opus proculdubio misericordiæ spiritalis est corrigere ignorantes: & ad hanc correctionem ordinatur

correptio

correptio errantium & redargutio ipsorum errorum; quæ tunc impendenda est, quando vel spes emendationis suffulget, vel aliorum necessitas utilitasve efflagitat. Ex adverso, deficientibus illis, cessat obligatio corripiendi: & siquidem non solùm negativè seu contradictoriè, sed positivè quoque seu contrariè ista cessent; non solùm cessabit obligatio corripiendi, sed etiam subintrabit obligatio devitandi. Præsumuntur autem ista cessare, quantùm saltem ad ipsum attinet errantem, quando semel iterumve correptus obsurdescit. Tunc ergo subintrat præceptum Apostoli, mandantis *Hæreticum hominem devitari, tanquam subversum*. Quantùm ad alios quoque, cessat, & quidem contrariè, obligatio corripiendi coram aliis, quando periculum subest ne ipsi inde fiant deteriores: prout subesse plerunque ostendimus, in iis correptionibus quæ fiant per publicas disputationes, de dogmatibus jam plenè definitis, cum eis quorum subversio jam nota est: de qualibus alibi idem Augustinus: L. Qui „in Ecclesia Christi (inquit) morbidum aliquid pravumque sapiunt, si CORREPTI ut „sanum rectumque sapiant, resistunt contumaciter, suaque pestifera & mortifera dogmata emendare nolunt, sed defensare persistunt: hæretici fiunt, & foras exeuntes, habentur in exercentibus inimicis". De hisce *exercentibus inimicis* sequitur ibidem paulò infrà: "Inimici omnes Ecclesiæ, quolibet errore cæcentur vel malitiâ depraventur, si „accipiunt potestatem corporaliter affligendi, exercent ejus patientiam: si tantummodò malè sentiendo adversantur, exercent „ejus sapientiam: ut autem etiam inimici „diligantur, exercent ejus benevolentiam, „aut etiam beneficentiam; sive suasibili doctrinâ cum eis agatur, sive terribili disciplinâ. Ac per hoc diabolus princeps impiæ „civitatis, adversùs peregrinantem in hoc „Mundo civitatem Dei vasa propria commovendo, nihil ei nocere permittitur. Cui „proculdubiò in rebus prosperis consolatio, „ut non frangatur adversis; & in rebus adversis exercitatio, ut non corrumpatur prosperis, per divinam providentiam procuratur: atque ita temperatur utrumque ex alterutro, ut in Psalmo illam vocem non „aliundè agnoscamus exortam, *Secundùm „multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuæ iucundaverunt animam meam*". Exercent igitur inimici Ecclesiam, sed tamen iisdem inimicis exercentibus utitur ad profectus suos Ecclesia, sicut idem alibi perhibet, dicens: M. Neque in confusione Paganorum, „neque in purgamentis hæreticorum, neque „in languore schismaticorum, neque in cæcitate Judeorum quærenda est Religio; sed „apud eos solos, qui Christiani Catholici, „vel orthodoxi nominantur, id est, integritatis custodes, & recta sectantes. Hæc enim „Ecclesia Catholica, per totum Orbem validè „latèque diffusa, OMNIBVS ERRANTIBVS VTITVR AD PROFECTVS SVOS, & ad eorum correctionem cùm „evigilare voluerint. Utitur enim GENTIBVS ad materiam operationis suæ, HÆRETICIS ad probationem doctrinæ suæ, „SCHISMATICIS ad documentum stabilitatis suæ, JVDÆIS ad comparationem pulchritudinis suæ". De hac alibi differens, trinos assignat modos eorum quibus hæreses damnat ac profligat, consensum videlicet populorum, authoritatem Conciliorum, majestatem miraculorum: N. Cùm tantum (inquit) auxilium Dei, tantum profectum „fructumque videamus, dubitabimus nos „ejus Ecclesiæ condere gremio, quæ úsque „ad confessionem generis humani, ab APOSTOLICA SEDE PER SVCCESSIONES EPISCOPORVM, frustra „hæreticis circumlatrantibus, & partim PLEBIS IPSIVS JVDICIO, partim CONCILIORVM GRAVITATE, partim „etiam MIRACVLORVM MAIESTATE damnatis, culmen authoritatis obtinuit? Cui nolle primas dare, vel summæ „profectò impietatis est, vel præcipitis arrogantiæ". De duobus prioribus modis videri potest idem ipse Augustinus lib. 4. ad Bonifacium cap. 12. cujus verba retulimus cap. 21. §. 71. De tertio denique modo extat illustre exemplum apud Bedam lib. 1. Hist. Anglorum cap. 18. ubi refert Beatum Germanum Altissiodorensem patrato publicè miraculo extirpasse è Britannia hæresim Pelagianam, ibidem grassantem, ac multorum animos occupantem: O. Post quem diem (ait ille, de die miraculi „peracti loquens) ita ex animis omnium suasio iniqua deleta est, ut Sacerdotum (*Germani „scilicet & Lupi*) doctrinam sitientibus desiderijs sectarentur".

XCVI. Verùm cùm Augustinus suprà dicat, *Non abnuimus quibuscumque modis possumus corrigendum hæreticum, quamlibet odiosâ superbiâ tumidum, & pervicaciâ malæ contentionis insanum*: Cùm item dicat, *Inimicos Ecclesiæ malè sentiendo exercere eius sapientiam*: Cùm denique dicat, *Ecclesiam uti hæreticis ad probationem doctrinæ suæ*: consequens apparet, eum non improbare, sed potiùs approbare disputationes cum eis ineundas. Disputationes enim comprehenduntur sub illa generalitate, *quibuscunque modis*. Nullo item modo hæretici magis exercent *Ecclesiæ sapientiam*, quàm disputando, ac disputantibus respondendo. Non apparet denique quomodo *Ecclesia utatur hæreticis ad probationem doctrinæ suæ*, nisi disputando, & doctrinam doctrinæ per dispu-

Vide suprà c. 24. & 25.

L. Aug. lib. 21. de Civit. c. 51. Vide lib. 4. de Baptism. contra Donat. c. 16.

Vide Greg. lib. 11. Moral. cap. 3.

Psal. 93. 19.

M. Idem l. de vera Relig. c. 5. & 6.

N. Id. lib. de Utilit. cred. cap. 17.

O. Beda lib. 1. Hist. Anglo. cap. 18.

Objectiones.

Ad 1. disputationem conferendo. Ad primum respondetur, Augustinum non simpliciter dicere, *quibuscunque modis*; sed *quibuscunque modis possumus*, licitè nimirum & ordinatè: nam, ut alibi ipse ait, P. Quod non potest justè, non potest justus". Deinde non ait, *Quibuscunque modis possumus* corripiendum, ut ea etiam correptio quæ disputando fit intelligatur comprehensa; sed, *corrigendum*. Disputationibus autem hæretici tametsi corripiantur, non tamen *corriguntur*, sed ut plurimùm indurantur: prout suprà visum est. Unde Augustinus præcedenti §. relatus, ait de hæretico post correptionem persistente, conformiter ad Apostolum, *Vitandum monemus*. Recolantur præterea quæ de repellendis ab ulteriori audientia hæreticis ritè damnatis retulimus ex ipso Augustino superiùs cap. 21. § 71. Notandum quoque, Edicta Martiani Augusti vetantia disputationes publicè cum hæreticis iniri vel disputantes audiri, posteriora esse Augustino: ac proinde non esse consequens, ut si tempore Augustini licitæ fuissent disputationes cum hæreticis, nunc quoque easdem esse licitas, spectato Jure humano. *Ad 2. & 3.* Ad 2. & 3. respondetur, hæreticos *exercere Ecclesiæ sapientiam*, & Ecclesiam *uti hæreticis ad probationem doctrinæ suæ*, circumscriptis licèt publicis disputationibus cum eis. Patet id ex eodem ipso Augustino, qui tametsi hæreticos legitimè damnatos censuerit ab ulteriori discussione repellendos, ut mox indicavimus: nihilominùs hæreses idcircò à Deo permitti perhibet, ut sua inquietudine Ecclesiasticos Doctores exacuant. Scriptum est enim, *Vexatio intellectum dabit auditui*: & rursùs, *Da sapienti occasionem, & addetur ei sapientia*: & signatè de hæresibus Apostolus ad fideles: *Oportet hæreses esse*, inquit, *ut qui probati sunt, manifesti fiant in vobis*. Q. Utamur (inquit in eum locum Augustinus) etiam isto divinæ providentiæ beneficio. Ex his enim hominibus hæretici fiunt, qui etiamsi essent in Ecclesia, nihilominùs errarent: cùm autem foris sunt, plurimùm prosunt; non verum docendo, quod nesciunt; sed ad verum quærendum carnales, & ad verum aperiendum spiritales Catholicos excitando. Sunt enim innumerabiles in Ecclesia sancta Deo *probati* viri, sed *manifesti* non fiunt inter nos quamdiu imperitiæ nostræ tenebris delectati dormire malumus, quàm lucem veritatis intueri. Quapropter multi, ut diem Dei videant, & gaudeant; per hæreticos de somno excitantur. Utamur igitur hæreticis, non ut eorum approbemus errores, sed ut Catholicam disciplinam adversùs eorum insidias asserentes, vigilantiores & cautiores simus, etiamsi eos ad salutem revocare non possimus". Et lib. 16. de Civit. cap. 2. " Non Spiritu sapientiæ (inquit) sed impatientiæ, solent hæreticorum fervere præcordia, & pacem perturbare Sanctorum. Sed hæc in usum cedunt proficientium, juxta illud Apostoli, *Oportet hæreses esse, ut probati manifesti fiant in vobis*. Unde etiam scriptum est, *Filius eruditus sapiens erit, imprudente autem ministro utetur*. Multa quippe ad fidem Catholicam pertinentia, dum hæreticorum callidâ inquietudine agitantur, ut adversùs eos defendi possint, & considerantur diligentiùs, & intelliguntur clariùs, & instantiùs prædicantur: & ab adversario mota quæstio, discendi existit occasio". Modum & progressum hujus proficientiæ explicat idem Serm. 63. de Diversis c. 7. ubi & Ecclesiam assimilat matri infantulum lactanti, & fideles simpliciores infantulo ubera sugenti, atque interdum prementi aut capite ferienti: "Cùm enim hæretici calumniantur (inquit) parvuli perturbantur: cùm perturbantur, inquirunt: inquisitio eorum, quasi percussio est de capite in ubera matris, ut tantùm manent, quantùm parvulis sat est. Illi turbati quærunt: qui autem norunt & didicerunt quia scrutati sunt & aperuit illi pulsantibus Deus, aperiunt & ipsi turbatis. Et sic fit, ut illi sint utiles ad inveniendam veritatem, dum calumniantur ad seducendum in errorem: negligentiùs enim veritas quæreretur, si mendaces adversarios non haberet, *Oportet*, inquit, *hæreses esse*: & quasi quæreremus causam, subjecit statim: *ut probati manifesti fiant inter vos*". Exempla hujusmodi profectus in varijs fidei mysterijs, occasione insurgentium hæresum planiùs elucidatis, congerit ipse partim in Commentario super Psal. 54. ad versum 22. partim in Expositione Psal. 67. v. 31. & post eum Anselmus Cantuariensis lib. de Sacramento Altaris, parte 2. cap. 13. Alio quoque exemplo rem eandem illustrat Leo Papa, dum de Eutychiana hæresi, in Concilio Chalcedonensi damnatâ, gratulatoriè scribit ad Martianum Augustum: R. Bellum (inquiens) quod pacis nostræ inimicus excitavit, adeò feliciter, dexterâ Domini pugnante, confectum est: ut triumphante Christo, omnium Sacerdotum esset una victoria; & coruscante lumine veritatis, solæ erroris tenebræ cum suis assertoribus pellerentur. Nam sicut in ipsa Domini resurrectione credendâ, ad corroboranda initia fidei multum securitatis accessit, quòd quidam Apostoli de corporis Domini Nostri Jesu Christi veritate dubitavere; & visu atque contactu fixuras clavorum, & vulnus lanceæ perscrutando, ambiguitatem cunctis, dum ambigunt, abstulerunt; ita nunc quoque, cùm aliquo-

Marginalia: P. Aug. lib. 1. cont. Gaudentium c. 30. — Isa. 28. 19. Prov. 9. 9. — 1. Cor. 11. v. 19. — Q. Aug. l. de vera Relig. c. 8. Vide eund. lib. 1. de Gen. cont. Manich. c. 1. & Epist. 105. in fine, & lib. de Bono Persev. c. 20. & Isid. lib. 1. Sent. c. 16. — Prov. 17. — Anselm. — R. Leo Epist. ... Vide et Epist. ... — Vide G... Hom. ... Evang. ... Chryso... serm. ...

„ aliquorum infidelitas confutatur, omnium „ hæsitantium corda firmata sunt: & profe- „ cit universis ad illuminationem, quod quibusdam intulit cęcitatem". Patet igitur ex his quomodo hæretici *exerceant Ecclesiæ sapientiam*, quomodo item Ecclesia *eis utatur ad probationem doctrinæ suæ*: S. Nam si doctrina „ Catholica (inquit Augustinus) simplex „ esset, & nullis extrinsecus hæreticorum dog- „ matum assertionibus cingeretur, non pote- „ rat tam clara & tam examinata videri fides „ nostra. Sed idcircò doctrinam Catholicam „ contradicentium obsidet impugnatio, ut fi- „ des nostra non otio torpescat, sed multis „ exercitationibus elimetur. Propter hoc & „ Apostolus dicebat, *Oportet hæreses esse, ut probati quique manifesti fiant inter vos*". Nihil opus est publicis disputationibus ad finem istum assequendum: quippe qui scriptione librorum, & prædicatione mysteriorum impugnatorum cum refutatione contrariorum, multò certiùs & tranquilliùs obtineri potest: T. Ut quùm respondendi necessitate, sine „ studio contentionis, pro veritate certatur, „ instruantur indocti; atque ita in Ecclesiæ „ convertatur utilitatem, quod inimicus in perniciem est machinatus". Quænam major Ecclesiæ utilitas, quàm fidei firmitas atque ineluctabilitas? Quo magis autem insolescunt & crebrescunt hæreses, eò magis fidei firmitas elucescit, & ineluctabilitas clarescit: V. Commendat fidei hujus integritatem (in- „ quit Hilarius) & Euangelica authoritas, „ & Apostolica doctrina, & CIRCUMSTREPENTIUM UNDIQUE HÆRETICORUM „ ODIOSA FRAUDULENTIA. Stat enim hoc „ fundamentum validum & immotum adver- „ sùs omnes ventos, pluvias, torrentes; non „ flatibus pellendum, non stillicidiis pene- „ trandum, non inundationibus subluendum: „ & OPTIMUM EST QUICQUID A PLURIMIS INCURSATUM, A NULLO TAMEN „ POTUERIT IMPELLI. Ut autem quædam „ medicamentorum genera sunt ita compara- „ ta, ut non in singulis tantùm ęgritudini- „ bus utilia sint, sed omnibus in commune „ medeantur, habeantque in se virtutem ge- „ neralis auxilii: ita & fides Catholica non „ adversùm singulas tantùm pestes, sed con- „ tra omnes morbos opem medelæ communis „ impertit, non infirmanda genere, non vin- „ cenda numero, non diversitate fallenda, „ sed una atque eadem adversùm singula om- „ niaque consistit. Magnum est enim, tot in „ una ea esse remedia, quot morbi sunt; & „ totidem veritatis esse doctrinas, quotidem erunt studia falsitatis".

S. Aug. Ser. 191. de temp.

T. Idem l. de pec. orig. c. 21.

V. Hil. lib. 2. de Trinit.

CAPUT XXX.

Lutheranos obstrependo Tridentinæ Synodo, damnatrici errorum suorum, imitari veteres hæreticos similiter obstrepentes œcumenicis Synodis, damnatricibus dogmatum suorum. Nihil familiarius iudicialiter victis, quàm Iudicis iniquitatem causari. Eutychianos post Chalcedonensem sententiam postulantes ulteriorem audientiam repellendos esse censuerunt, & Leoni Augusto consulenti rescripserunt variarum Provinciarum Antistites, etiam Synodaliter congregati: quorum Synodicæ plus quàm duodecim in eam rem proferuntur; quæ peræquè nunc militant contra Lutheranos, ac tunc contra Eutychianos. Post œcumenicam definitionem tentare ulteriorem audientiam, hominum est non veritatem quærentium sed Ecclesiasticæ paci insidiantium, turbisque ac tumultibus inhiantium, Philosophorum gentilium rabiem imitantium, porticum Zenonis porticui Salomonis præferentium, non in bonitate de Deo sentientium, nec in simplicitate cordis invenire eum gestientium.

CVII. LEo Augustus, Eutychianorum importunitatibus cedens, circulares litteras in Provincias passim omnes direxit, judicium Episcoporum super postulatione damnatorum exposcens. Quidnam porrò Apostolicus Præsul Leo Magnus ei rescripserit, ex capite jam præcedenti perspicitur. Superest ergo ut quid alii item Catholici Antistites super precibus supplicantium deliberaverint, & Augusto consulenti responderint, indagemus. Illud interim præ oculis habendum præmonemus,

monemus, testimonia seu responsa hic subinferenda, non esse particularium Episcoporum aut Archiepiscoporum, sed omnia passim Provincialium aut Nationalium vel Regionalium Synodorum. Receptis quippe in quaque Provincia vel Natione aut Regione Imperialibus litteris, Archiepiscopus, vel Primas, vel Patriarcha, convocabat Synodum Antistitum sui territorii, ad communiter deliberandum quid Augusto foret consulenti rescribendum. Quod ideo Lectori præinculcandum censui, ut noverit quanti ponderis habenda sint testimonia subjungenda, non à privatis aut singularibus Præsulibus, sed ab integris Præsulum Synodis Imperatori transmissa. Et quia Lutherani, quibuscum disceptamus, sententiam Tridentinæ Synodi in se latam spernunt, incipiam à Rescripto Synodi Hellespontinæ, unde videant ipsi quàm sit solemne hæreticis condemnatis, obstrepere Synodis, à quibus fuerint condemnati: atque adeò nihil aliud se agere obluctando Decretis Tridentinis, quàm quod Ariani & Eunomiani obluctando Nicenis, Macedoniani Constantinopolitanis, Nestoriani Ephesinis, Eutychiani & Apollinaristæ Chalcedonensibus, & alij hæretici alijs respectivè Synodis. Episcopi igitur Provinciæ Hellesponti in sua Synodica ad Leonem Augustum, hæc inter alia scribunt: W. Sicut lucem cæci, & veritatem „ mendaces accusant; illi quidem propter cæ„ citatem visus, illi verò eò quòd eorum er„ ror & malitia pariter arguantur: ita novi„ mus quia OMNES HÆRETICI SANCTAS „ SYNODOS, EORUM MALAS SECTAS DE„ STRUENTES, ACCUSANT. Sic enim *Ariani* & „ *Eunomiani* de trecentis octodecim *Nicenis* Pa„ tribus agunt; *Macedoniani* item de centum „ quinquaginta in *Constantinopolitana* Urbe „ congregatis: *Nestoriani* autem *Ephesina* Sy„ nodo; *Eutychianistæ* verò & *Appollinaristæ*, „ & cæteri malorum adinventores, Sexcen„ tis triginta Patribus *Chalcedone* convenien„ tibus adversantur, inimicas veritati destru„ ctiones extendunt, & per suam væsaniam mentiri probantur". Sed non est quòd hinc admirandi ansam quispiam arripiat: familiare namque est omnibus malorum causarum prosecutoribus, iniquæ suæ reclamationi iniquitatem Judicis pro velo obtendere. Quidvis enim potiùs prætexerint, quàm se justè victos fateantur: x. Quid aliud (inquit Augusti„ nus) omnes victi facere consueverunt, nisi ut de Judicis iniquitate mentiantur". Et lib. 1. contra Parmen. c. 6." De Judicibus (in„ quit) necesse est ut qui victi fuerint conque„ rantur: non solùm enim qui bonam causam „ perdidit, de iniquo, vel tardo, vel negli„ gente Judice queritur; sed etiam qui justis„ simè victus est, eâ cæcitate de innocente „ Judice murmurat, quâ cæcitate cum innocen„ te adversario litigabat". Et Epist. 166."Quo„ modo potest alius litigator laudare Judices, quibus judicantibus victus est"? An revisioni toties dandus erit locus, quoties se injustè judicatum prætendet damnatus? Et quis tunc litigandi erit finis, aut disceptandi modus? Optimè Cardinalis Hosius in Confessione fidei: Y. De Regis hominis Decreto (in„ quit) posteaquam semel pronunciatum est, „ disputare fas non est, sed ei parere ne„ cesse est: & fas erit de Spiritus Sancti „ Decreto, per os Ecclesiæ loquentis, discep„ tare, atque illud in dubium revocare? Absit „ à piorum cordibus hæc tam impia cogitatio". *Verba sapientium*, inquit Ecclesiastes, *sicut stimuli, & quasi clavi in altum defixi; quæ per Magistrorum consilium data sunt à Pastore uno. His ampliùs, fili mi, ne requiras.* Et quasi rogatus quid non acquiescenti sed amplius requirenti eveniat, adjungit: *Faciendi plures libros nullus est finis.* Z. Exceptis iis verbis (ait in eum lo„ cum Hieronymus) quę ab uno pastore sunt „ data, & à Concilio atque consensu probata „ Sapientium, nihil facias, nihil tibi vendices: „ Majorum sequere vestigia, ab eorum au„ thoritate non discrepes. Alioquin quęrenti „ multa, infinitus librorum numerus occurret, „ qui te protrahat ad errorem, & legentem multa frustrà faciat laborare". Pulchrè Tertullianus adversùs eos qui nullibi & nusquam acquiescere, sed ulteriori semper indagini incumbere volunt: A. Vnius & certi (inquit) „ infinita inquisitio esse non potest: quæren„ dum est donec invenias, & credendum ubi „ inveneris: & nihil amplius, nisi custodien„ dum quod credidisti: dum hoc insuper „ credis, aliud non esse credendum, ideoque „ nec requirendum, cùm id inveneris & cre„ dideris quod ab eo institutum est, qui non „ aliud tibi mandat inquirendum, quàm quod instituit". Et inferiùs ibidem cap. XI." Si „ quod debui credere credidi, & aliud denuò „ puto requirendum, spero utique & aliud „ esse inveniendum; nullo modo speraturus „ istud, nisi quia aut non credideram qui vide„ bar credidisse, aut desii credidisse. Ita fidem „ deferens, negator invenior. Semel dixe„ rim, Nemo quærit nisi qui aut non habuit, aut perdidit". Et rursùs inferiùs cap. 14." Cedat curiositas fidei, cedat gloria „ saluti. Certè aut non obstrepant, aut qui„ escant adversùs regulam. Nihil ultrà scire, om„ nia scire est. Ut non inimici essent veritatis „ hæretici, ut de refugiendis eis non præmone„ remur, quale est conferre cum hominibus, „ qui & ipsi adhuc se quærere confitentur? „ Si enim verè adhuc quærunt, nihil adhuc „ certi deprehenderunt: & ideò quodcun„ que videntur interim tenere, dubitationem suam

W. In Actis Synodi Chalced. p. 3. cap. 53.

X. Aug. lib. post Collationem cum Donat. cap. 1. Vide Epi. 162. & Concione 2. in Ps. 25.

Y. Hosius in Confess. fidei cap. 24.

Eccle. 12. 11. & 12.

Z. Hieron. in Caput 12. Ecclesiastis.

A. Tertull. l. de Præscript. c. 9.

suam ostendunt quamdiu quaerunt". Recolenda quoque hic sunt illa Athanasij verba superiùs relata: B. Si iterum atque iterum res toties „ judicata in cognitionem deducatur, fine „ prorsùs carebit recognoscendi curiositas".

B. Athan. sup. hic c. 26. §. 87.

XCVIII. Hoc probè scientes sancti illi Episcopi variarum Provinciarum, à Leone Augusto super Eutychianorũ importunitate consulti, rescripserunt cum suis respectivè Synodis, semel legitimè ab Oecumenicis Concilijs definita, nequaquam ulteriori examini esse subjicienda, sed tanquam sacrosancti inviolabiliter credenda ac manutenenda. Ex his Anatolius Patriarcha Constantinopolitanus, in hæc verba Imperatori rescripsit: C. De Chalcedonensi „ sancto & universali Concilio hoc apertè pronuntio, quia tentare omninò retractare aliquid eorum quæ ab eo definita sunt, hominum est insidiantium solummodò Catholicæ „ Ecclesiarum Christi concordiæ, congaudentium turbis atque tumultui". Et inferiùs in apostrophe ad Imperatorem: " Nunc igitur „ (subdit) famosissime & fidelissime Noster „ Princeps, insertæ tibi justitiæ congruit sancire, ne quorundam mala voluntas, seu hæretica pravitas, cuncto Orbi terrarum, & „ omnibus Christi Sacerdotibus unitis secundùm Deum, & pacem habentibus, vexatio„ nis communis & contritionis fiat occasio". Ioannes Heracleensis Antistes cum suæ provinciæ Coëpiscopis in sua Synodica ad eundem Augustum, post professionem venerationis sanctorum Conciliorum, Niceni, Constantinopolitani, Ephesini, ac demùm ipsius Chalcedonensis, subdit de hoc postremo: D. Quod Concilium velut anchoram cautam firmamque servamus, quando contra omnem hæreticam „ tyrannidem scutum inexpugnabile & arma „ extitit, quæ nequeant superari. Hujus igitur „ formas sive definitiones nullus recta sapientium mutilare præsumat: Et neque unum „ jota aut unum apicem possumus commovere „ aut violare eorum, quæ ab eo rectè sunt & inculpabiliter definita". Theotimus item cum suis Coëpiscopis Provinciæ Scythiæ, in sua ad eundem Augustum Synodica: E. Quoniam „ (aiunt) Sacratissimis Vestris Syllabis admonuissis, ut quæ sapimus de sancto Chalcedonensi Concilio, nostris litteris referamus ad Vestræ notitiam Pietatis, cognoscat Vestra Serenitas, quoniam nihil amplius, nihil minus, quàm quæ in Chalcedonensi Concilio à sanctis Patribus integrè atque perfectè definita sunt, credimus atque consentimus. Neque enim aliud „ nos ultra tantorum Patrum terminos sapere Spiritus sanctus erudivit". Episcopi Provinciæ Mœsiæ secundæ, in sua ad eundem Synodica, de eodem Chalcedonensi

C. In Actis Synodi Chalced. Parte 3. cap. 26.

D. ib. c. 27.

E. Ib. c. 31.

Concilio loquentes: F. Quod Concilium (inquiunt) nos cum omni clero & populo „ Christiano usque ad finem tenentes ac possidentes, in eo concupiscimus permanere". Et inferiùs in finalibus verbis addunt: " De „ Concilio autem quod petunt quidam fieri „ post Decretum Patrum, qui Chalcedone „ definierunt, Nos nec optamus, nec fieri „ consentimus; ne majora scandala generentur: sed magis contra principes tanti sceleris ultionem proferri decernimus". Episcopi Provinciæ Pisidiæ cum suo Archiepiscopo Pergamio Antiocheno, in sua Synodicâ ad eundem Augustum: G. Turpe satis (inquiunt) & „ Rectitudini Vestræ nimis indignum est, ut „ divulgetur, Generali Synodo nunc opus „ esse, cùm hæc (*quæ superiùs ibidem præmissa sunt*) aperta sint, & valdè certissima: quasi „ plùs valere videantur, qui se diabolo tradiderunt, & ejus impietate ebriati sunt; & ut „ insignis pompa Concilii (*disputationis*) occasio multis contemptus sacræ fidei, & detractionis existat; frequentiâ verò multorum „ indiscretè loquentium, Paganorum, aut infidelium, & præcipuè hæreticorum, plurimi, „ quod absit, simplicium trahantur ad lapsum: „ qui, dum illi putabuntur, de quibus volunt „ honestè loqui, ad varias blasphemias rectæ „ fidei adversas perducentur. Cur, inquient, „ hoc capitulum eligunt, qui hactenus quod „ sapiunt ita nesciunt, ut pro sua fide frequenter convenire egeant"? Provinciæ Myrensis Antistites in sua ad eundem Synodica: H. His „ litteris (aiunt) ad Vestram Tranquillitatem usi sumus, & penè lachrymis nostram „ supplicationem, non atramento conscripsimus, rogantes & obsecrantes, & tanquam „ prostrati præsentes, ut non sinatis inimicos „ Ecclesiæ sanctas Dei Ecclesias conturbare: „ sed & faciatis eas sub quiete consistere, & „ occasionem fieri Synodum requirentibus „ abscindatis. In nullo enim discordamus in „ rebus, in quibus est nobis satisfactum, aut „ de fide saluberrima dubitamus: & *Si quis annunciaverit nobis præter quod accepimus, anathema sit*". Agapitus quoque Rhodensis Antistes ad eundem Augustum hoc tenore rescripsit: I. Vestram Pietatem suppliciter exoramus, ut „ dum una sit dominatio Patris & Filii & „ Spiritus sancti, & ejusdem fidei uniuscujusque baptismatis, & nos unum atque „ idem sapimus, & in una sancta & consubstantiali & adoranda Trinitate baptizati sumus, sicut & dominus noster & Deus & Salvator Jesus Christus sanctis discipulis suis injunxit: pacem nunc sanctis Ecclesiis conferatis, & retinaculum ori hereticorum apponatis, quod indisciplinabilem eorum & inobedibilem arceat intellectum. Non enim ad Ec-

F. Ibid. c. 32.

G. Ibid. c. 41.

H. Ibid. c. 44.

Gal. 1.

I. Ibid. c. 45.

P clesiarum

„clesiarum ædificationem,sed ad destructionem „ simplicium populorum,contentiones excitare noscuntur". Episcopi Provinciæ Hellesponti in sua ad eundem Synodica, præter ea quæ §. 97. memoravimus, hæc habent ad præsens propositum spectantia: K. Nostræ Ecclesiæ, Deo gratiæ, Vestræ providentiâ Pietatis, in pace, & unanimitate, & fidei rectæ magnâ concordiâ consistunt: Nostrâque voce deposcunt, quatenus resistatur eis, qui Synodum fieri quærunt. Nam si sæpiùs conveniamus, aliud quidpiam sapere poterimus præter ea quæ nobis sunt tradita à sanctis Patribus, & à sanctis Conciliis explanata. Nihil autem aliud student qui optant Synodos congregari, nisi ut vasa sacra plurimi sanctorum Episcoporum vendentes pro sumptibus & expensis & subvectionibus animalium pretia universa consumant, & aliqui eorum in peregrinatione aut mari vitæ hujus luce privati, onus hoc atque peccatum congregantibus Concilium providere noscantur". Et tanquam his perlectis interrogaturus foret Imperator, quonam remedio utendum sibi sit ad procurandam pacem Imperii, quæ sine Religionis uniformitate nec haberi nec foveri potest, subdunt Antistites in eadem sua Synodica: " Sed jube potiùs singulos Sacerdotes in propria Ecclesia positos, & ubi constituti sunt, permanentes, orationes & preces pro Vestræ Serenitatis Imperio celebrare". Optimè quippe viderunt Sacratissimi Præsules, plus valere ad hæreticorum reductionem, & ad Reipublicæ tam Ecclesiasticæ quam politicæ pacificationem, Episcoporum orationes, quàm Doctorum disputationes, prout suprà etiam animadversum est atque ostensum, signanter cap. 23. §. 76.

K. Ibid. c. 53.

XCIX. Nondum finis Episcopalium Synodaliumque Rescriptorum ad Leonem Augustum. Nam Paphlagonicæ Regionis Antistites in sua ad eum Synodica: L. Isti „ (inquiunt) qui nunc sancta Concilia abnegant non zelo pietatis, sed inconstanti „ contentiosaque sententiâ; non solùm contumelias Patribus sanctis inferunt, sed universo ordini Sacerdotum". Et infrà rursùs post pauca: " Deprecamur (subdunt) & Pietatem Vestram totis viribus exoramus, ut Apostolicam doctrinam, in quam creditis, immobilem conservetis in pace multa & tranquillitate sub Vestræ Pietatis Imperio, & in clero, & in omni populo in fide saluberrimâ constituto: & ut eis qui inaniter alia Concilia fieri desiderant, resistatis; & ut nobis Vestrâ Pietate donetis, quatenùs sub quiete degentes, secundùm fidem & traditionem Sanctorum Patrum confitentes, in pace inviolabili & disciplina servemur, orationi divinæ supplicationique vacantes". Episcopi Dardaniæ in sua ad eundem Synodica: M. Quid ita præceps est (inquiunt) aut sic impium poterit judicari, quàm credere, pietatem fidei terminis Apostolicis communitam, innumerabilibus Sacerdotum & omnibus sanctarum Scripturarum testimoniis roboratam, nec non & Decretis Niceni & Chalcedonensis (*Tridentini*) Concilii judicio confirmatam, inanibus & profanis præsumptionibus posse violari; cùm ad omnem perfectionem Catholicæ fidei, sapientissimi Salomonis doctrina sufficiat, dicentis: *Sentite de Domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite eum?* Quid ergo pessimâ calliditate nequitia facit, cui ultra bonitatem nequaquam excedere licet"? Ubi, occasione Salomonici oraculi hìc adducti, recolendum ex Tertulliano est, hæreticos passim omnes adversùs simplicitatem fidei Philosophicis argutiunculis velut parricidalibus pugiunculis armari: N. Inferunt Aristotelem „ (ait ille) qui illis Dialecticam instituit, artificem struendi & destruendi versipellem, in sententiis coactam, in conjecturis duram, in argumentis operariam contentionum, molestam etiam sibi ipsi; omnia retractantem, ne quid omninò tractaverit. Hinc illæ *Fabulæ, & genealogiæ indeterminabiles*, & *Quæstiones infructuosæ*, & *Sermones serpentes ut cancer*: à quibus nos Apostolus refrænans, nominatim Philosophiam testatur caveri oportere, scribens ad Colossenses: *Videte ne quis vos circumveniat per Philosophiam & inanem seductionem, secundum traditionem hominum, præter providentiam Spiritus sancti.* Fuerat Athenis, & istam sapientiam humanam, affectatricem, & interpolatricem veritatis, de congressibus noverat, ipsam quoque in suas hæreses multipartitam, varietate Sectarum invicem repugnantium. Quid ergo Athenis, & Hierosolymis? Quid Academiæ, & Ecclesiæ? Quid hæreticis, & Christianis? Nostra institutio de *Porticu Salomonis* est, qui & ipse tradiderat, *Dominum in simplicitate cordis esse quærendum.* Viderint, qui Stoicum, & Platonicum, & Dialecticum Christianismum protulerunt". Quod igitur Tertullianus in hæreticis generatim reprehendit, hoc prædicta Synodus in Eutychianis speciatim carpit: qui non contenti simplicitate fidei à Patribus Chalcedonensibus traditæ, ejusdem fidei retractationem flagitabant, armati Dialecticâ, quam Tertullianus appellat *Artificem struendi ac destruendi versipellem, omnia retractantem, ne quid omninò tractaverit.* Unde tam Tertullianus quàm Synodus concorditer advertunt, Christianos non debere excurrere de porticu Salomonis ad porticum Zenonis, vel ad scholam Pyrrhonis, aut ad auditorium Stilponis, vel

L. Ibid. c. 54

M. Ib. c. 5.

Sap. 1. 1.

N. Tertul. lib. de Præscript. c. 7. Vide Hier. in c. 3. Nahum v. 1.

1. Tim. 1.

Tit. 3. 9.

2. Tim. 2.

Col. 2. 8.

Io. 10. 23. & Act. 3. Sap. 1. 1.

vel cujusvis similis disputatoris: sed debere, juxta Salomonis paræneſin, *Sentire de Domino in bonitate, & in ſimplicitate cordis quærere eum.* Quod neutiquam præſtant, qui œcumenicorum Conciliorum definitionibus obſtrepunt, eaſque retractari vel ad incudem revocari ſollicitant: prout ſollicitabant apud Leonem Auguſtum Eutychiani,& ſollicitant hodie apud Ferdinandum tertium Lutherani. Nobis proinde liceat inſonare Ferdinando, quod prædicta Dardaniæ Synodus in eadem ſua Synodica paulò inferiùs inſonuit

O. Ib. c. 55. Leoni, dicendo: O. Igitur Religio Veſtræ „ Pietati commiſſa ab æterno Deo, invictiſſi„ me Principum, conſervetur: ejus clementiâ „ Imperium, quod vobis collatum eſt,in om„ ni gloria, longâ ætate muniatur. Et ſicut „ Veſtra Manſuetudo divinâ propitiatione „ continuis temporibus cuſtoditur, ſic & ſa„ cra myſteria nullorum ſceleſtis præſumptio„ nibus vulnerentur: ſed Pietatis Veſtræ la„ boribus pax Mundo lata, in ſua ſoliditate, intranſgreſſibili pietate ſervetur". Epiſcopi Provinciæ Achaiæ in ſua ad eundem Leonem

P. Ib. c. 56. Imperatorem Synodica: P. Unde dignata eſt „ (inquiunt) nobis ſcribere Veſtra Tranquil„ litas, & apertè juſſit noſtram manifeſtare „ ſententiam, hæc Pietatis Veſtræ Potentiæ „ declaramus, quia ea quæ à Chalcedonenſi „ ſancto & univerſali Concilio definita ſunt, „ tanquam ſanctis Synodis præcedentibus con„ ſona, & in nullo contraria, aut ſanctorum „ 318. Patrum Niceno Concilio, aut Con„ ſtantinopolitano 150. aut Epheſino ſub bea„ tæ memoriæ Cyrillo celebrato, omnibus „ ſententiis manere immutilata decrevimus. „ Nihil enim dubium in eadem ſancta ſalutari „ fide relictum eſt: nec convenit de eadem „ cauſa ſæpiùs fieri tractatus univerſales, quaſi „ in verborum novitate, & non in fide in„ concuſſa, rectaque converſatione, ſalus humani generis conſtituta ſit". Epiſcopi Provinciæ Veteris Epiri in ſua ad eundem Auguſtum Synodica, poſtquam de conſonantia Synodi Chalcedonenſis cum antiquioribus Synodis quædam præmiſiſſent, hæc ſubdiderunt:

Q. Ib. c. 58. Q. Quieſcant igitur, quieſcant, & hoc per Te, „ Piiſſime, qui modicum bonum putant mu„ nus taciturnitatis exiſtere. Quieſcant con„ fundere Dei Eccleſias ac conturbare, & cu„ rioſis ſermonibus perſonare auditus ſim„ plicium: vel Tuam rectam fidem, ſi futuri „ judicii metum non habent, erubeſcant. Cur „ ventis ſermonum tranquillitatem ſanctæ fi„ dei noſtræ conturbant? Cur Concilia ad„ versùs Deum in omni loco & gente faciunt „ reſidere viliſſima? Cur tela adversùs nos dæmonibus ſubminiſtrant"? Epiſcopi Provinciæ Galatiæ in ſua ad eundem Synodica:

R. Ib. c. 57. R. Inſolubilis (aiunt) eſt firmitas dogmatum „ Apoſtolorum, Patrumque noſtrorum, aug„ gmento non egens, imminutionem nequa„ quam ſuſcipiens: ſed qualis fuit à Patribus „ conſcripta & tunc prædicata, uſque ad finem „ ſæculi conſervanda eſt, & ab omni novitate manebit extranea". Et inferiùs iterum: " Nos itaque (ſubdunt) omni virtute ſerva„ mus ſanctorum Patrum dogmata,& ſanctum „ Concilium Chalcedonenſe agnoſcimus, „ quod ſcilicet Paternorum dogmatum divi„ tias ſanctis Eccleſiis inviolabiliter conſerva„ vit. Qui verò ab eo Concilio (*Eadem eſt ratio de Tridentino*) ſemetipſos abſcindunt, „ ignorant quia Chalcedonenſe Concilium „ nomine quidem denegant, ſed rebus ipſis à „ cuncto totius Mundi collegio Sacerdotum „ ſine dubio ſegregantur. Illud ab omnibus „ celebratum eſt, quòd eorum qui ibi delecti „ ſunt nullus penitùs diſcordavit; ſed etſi pau„ ci quidam pro aliquibus neceſſitatibus per „ Provincias remanſerunt, ad communionem „ ejus attracti ſunt, quoniam antiqua Eccleſiæ dogmata ſervare dignoſcitur". Epiſcopi novæ Epiri in ſua ad eundem Synodica, poſtquam Eutychianorum molimina adversùs Chalcedonenſem Synodum commemoraſſent, Auguſto in hunc modum ſupplicuerunt: S. Cùm „ ergo grandia ſint hæc quæ mota noſcun- S. Ib. c. 59 „ tur, & egeant Veſtræ Chriſtianitatis auxi„ lio, ſupplicamus, tantis malis reſiſtite, & „ rebus inoptabilibus repugnate; dignumque „ Veſtra Pietate trophæum, cum ſuperno ſo„ latio, contra diabolum confidenter erigite; „ flammam hanc, antequam in ſublime con„ ſcendat, extinguite; languoremque, pri„ uſquam velut morbus inficiat univerſa, curate".

CAPVT XXXI.

Ecclesiæ Magistri per hæresum acumina creverunt: tunc enim clariùs manifestatur veritatis assertio, quando patuerit qualibet dissensio. Ita hæreticorum obstinatio Catholicorum fit exercitatio. Simplicii Papæ testimonia de non retractandis dogmatibus œcumenicè semel decisis. Felicis item Papæ super eadem re suffragium. In die Iudicii talem ab Hierarchis exiget Christus Ecclesiam, qualem à Majoribus acceperant. Expenditur Apostoli locus, O Timothee, depositum custodi. *Zenonis Imperatoris* Henoticon *ab Acacio Constantinopolitano suggestum, atque ab eodem & plerisque Orientalibus acceptatum, sed à Romanis Præsulibus rectiùs rejectum. Basilisci tyranni* Encyclica *à quingentis Orientalibus Antistitibus impiè subscripta, sed paulò pòst ab ipso etiam tyranno cassata. Papæ Leonis Epistola ad Flavianum à perfidis unà cum Chalcedonensi Concilio anathematizata, à veritatis studiosis* columna orthodoxiæ *appellata.* Acephalorum *in Alexandrina Ecclesia origo, & nominis ratio. Romanæ Ecclesiæ constantia. Romani Pontificis varia elogia. Acacii Constantinopolitani & aliorum Patriarcharum Orientalium depositio.*

C. T. Isid. l. 1. sentent. cap. 16.

PRæclarè advertit Isidorus Hispalensis, T. Causâ prauitatis hæreticæ do„ctrinis propagari Ecclesiam, quæ „antea simplici tantùm fide vigebat. „Hæreticorum igitur occasione pro„pagati sunt Doctores in fide: & per acumi„na hæresum, Ecclesiæ Magistri creverunt. „Nam tunc clariùs manifestatur veritatis assertio, quando patuerit quælibet dissensio". Vis hoc cernere planiùs? Audi Augustinū: V. Quàm „multi (ait ille) Scripturarum sanctarum sen„sus de Christo Deo asserti sunt contra *Photi„num*? Quàm multi de homine Christo con„tra *Manichæum*? Quàm multi de Trinitate „contra *Sabellium*? Quàm multi de unitate Tri„nitatis contra *Arianos*, *Eunomianos*, *Macedonia„nos*? Quàm multi de Catholica Ecclesia toto „Orbe diffusâ, & de malorum commixtione „usque ad finē sæculi, quòd bonis in sacramen„torum ejus societate non obsint, adversus *Do„natistas* & *Luciferianos*, aliosque, si qui sunt, „qui simili errore à veritate dissentiunt? Quàm „multi contra cæteros hæreticos, quos enume„rare vel commemorare nimis longum est & „præsenti Operi non necessarium? Quorum „tamen sensuum probati assertores aut prorsùs „laterent, aut non ita eminerent, ut eos eminere fecerunt superborū contradictiones". Et superiùs Enarrat. in Psal. 54. v. 22. "Nunquid (ait) „perfectè de Trinitate tractatum est, antequàm „oblatrarent *Ariani*? Nunquid perfectè de Pænitentia tractatum est, antequàm obsisterent *No„vatiani*? Sic non perfectè de Baptismo tracta„tum est, antequàm contradicerent foris posi„ti *Rebaptizatores*: nec de ipsa unitate Christi „enucleatè dicta erant quæ dicta sunt, nisi post„eaquam separatio illa urgere cæpit fratres in„firmos, & jam illi qui noverant hæc tractare „atque dissolvere, ne perirent infirmi sollici„tati quæstionibus impiorum, sermonibus & „disputationibus suis obscura legis in publicum deduxerunt". Ad hunc ergo modum authoritas Synodorum generalium tanto magis illustrata ac stabilita est Rescriptis pontificum decretisque Episcoporum, quanto magis pulsata importunitatibus hæreticorum. Mortuo itaque Leone Augusto, cùm ei in Imperio successisset Leo II. ex filia nepotulus, hic assumpto in Imperii consortium Patre suo Zenone, gente Isaurico, nulla re memorabili gestâ, primo Imperii anno moriens, Zenoni collegæ solidum dereliquit Principatum. Cùm igitur sub novo hocce Principe reliquiæ Eutychianorum sua molimina hactenus frustrata reiterassent; Simplicius Papa, qui Leoni Magno successit mediante Hilaro sive Hilario, ad eum scripsit Epistolam Decretalem; in qua commemorato priùs zelo Martiani & Leonis Augustorum pro manutenenda authoritate Synodi Chalcedonensis contra similia

V. Aug. in Ps. 67. v. 31.

milia eorundem hæreticorum machinamenta, subjungit: W. Clementiam Vestram, cui meâ „ vice frater & Coepiscopus meus Acacius „ supplicabit, precor atque obsecro, ut imi-„ tatores facti tantorum & talium prædecef-„ sorum (*Martiani nimirum & Leonis*) nefan-„ dæ præsumptionis operarios Catholico pe-„ ctore respuentes, Regiâ censeatis potestate „ cohiberi. *Quisquis*, sicut prædixit Apostolus, „ *præterquàm accepimus*, *seminare molitur*, *ana-„ thema sit*. Nullus ad aures vestras pernicio-„ sis mentibus surrependi pandatur accessus, „ NULLA RETRACTANDI QUICQUAM DE VE-„ TERIBUS CONSTITUTIS FIDUCIA CON-„ CEDATUR: quia, sicut sæpiùs iterandum „ est, quod Apostolicis manibus, cum Ec-„ clesiæ universalis assensu, acie meruit Euan-„ gelicæ falcis abscindi, vigorem sumere non „ potest renascendi: nec in Dominicæ vitis „ fructivam valet redire propaginem, quod igni deputatum constat æterno". Et rursùs inferiùs versùs finem Epistolæ:" Beati Petri Aposto-„ li voce (inquit) qualiscunque Sedis ejus „ Minister, obtestor: ut inimicos antiquæ fidei non sinas impunè grassari". Unà cum hac Epistola aliam scripsit idem Simplicius ad Acacium Episcopum Constantinopolitanum, in qua sic inter alia ait illi: X. Quia „ sanctæ memoriæ Prædecessorum Nostrorum „ extante doctrinâ, CONTRA QUAM NEFAS „ EST DISPUTARE, quisquis rectè sapere „ videtur, novis assertionibus non indiget „ edoceri; sed plana atque perfecta sunt om-„ nia, quibus potest vel deceptus ab hæreticis „ erudiri, vel in vinea Domini plantandus „ institui: imploratâ fide Clementissimi Prin-„ cipis, VOCEM FACIENDÆ SYNODI FAC RESPUI". Et iterum post pauca ibidem: " Hortor ergo, Frater charissime, ut mo-„ dis omnibus FACIENDÆ SYNODI PER-„ VERSORUM CONATIBUS RESISTATUR: quæ „ non aliàs semper indicta est, nisi cùm ali-„ quid in pravis sensibus novum, aut in as-„ sertione dogmatum emersit ambiguum: ut „ in commune tractantibus, si quæ esset ob-„ scuritas, Sacerdotalis deliberationis illu-„ minaret authoritas: sicut primùm Arij, ac „ deinde Nestorij, postremùm Dioscori atque Eutychetis fieri coëgit impietas". Et rursùs Epist. 6. ad eundem: " Tam Christianis-„ simo (inquit) Principi, quàm Dilectioni „ Tuæ scripsimus, ut modis omnibus resi-„ statur, ne quid hæreticorum contra Chal-„ cedonense Concilium moliatur audacia". Et Epist. 7. ad Presbyteros & Archimandritas Constantinopolitanos:" Quisquis (in-„ quit) Chalcedonense Concilium desiderat „ retractari, in numero fidelium pronunciat se non haberi". Et iterum ibidem: " Nihil „ nunc est de Eutychianorum errore dicen-„ dum: quia post traditionem tantorum Do-„ mini Sacerdotum, qui longè ante Nos in „ universa Mundi parte has quoque hæreses „ vicerunt, beatæ recordationis Prædecessor „ Noster Leo multiplici sermone doctrinæ, „ quid Catholicæ veritatis sequatur integri-„ tas, quid detestetur, asseruit. Hac tradi-„ tione fundatâ, non contentione opus est; „ ut adhuc tanquam de dubijs judicetur: sed, „ sicut Dilectionem Vestram facere gaude-„ mus, firmis contra dejectos stare vestigiis". Et iterum Epist. 8. ad Zenonem Augustum:" Chalcedonensis Synodi constituta (in-„ quit) vel ea quæ beatæ memoriæ Præde-„ cessor meus Leo Apostolicâ eruditione per-„ docuit, intemerata vigere jubeatis: quia „ nullo modo retractari poterit, quod illorum definitione sopitum est".

W. Simplic. Papa Epist. 4. ad Zenonem Augustum.

Gal. 1.

X. Idem Epist. 5. ad Acacium Constantin.

CI. Simplicio Papæ defuncto succedens Felix III. Acacium Constantinopolitanum Eutychianis clam faventem & palam conniventem admonuit sui officii, tandemque ad se expurgandum citavit Romam, comparere detrectantem nec se emendantem munere Episcopali ac fidelium communione privavit, Zenonis Imperatoris *Henoticon* condemnavit, Petrum Cnapheum Antiocheno, & Petrum Moggum Alexandrino Episcopatu deturbavit, nullam retractationem Decretorum Chalcedonensium fieri annuit. Hinc in Epistola quam ex Synodo Romana scripsit ad Acacium: Y. Moneo (ait ei) hortor, & sua-„ deo, ut quæ commissa sunt corrigas, & se-„ quentibus studiis de te facias meliora sentiri: „ Negligere quippe, cùm possis deturbare per-„ versos, nihil est aliud quàm favere: Non „ caret scrupulo societatis occultæ, qui evi-„ denter facinori desinit obviare. Unde si „ contra Synodi Chalcedonensis instituta ten-„ dere hostilia corda perspicis, & quiescis; „ Mihi crede, nescio quemadmodum te Ec-„ clesiæ totius asseris esse participem. Ad te „ oculos præterea non reducis, quia non so-„ lùm in hac causa adversùs omnem Catho-„ lici dogmatis tenditur unitatem; sed etiam „ CUNCTIS HÆRESIBUS, quæ se vel nobis „ meliùs sentire prætendunt, RESUMENDI „ VIRES, ATQUE IN USUS PRISTINOS RE-„ SURGENDI LATUS CAMPUS APERITUR, „ SI SEMEL QUOD A NOSTRIS MAIORIBUS „ EST DISPOSITUM, QUALIBET OCCASIO-„ NE PULSETUR. Unde iterum atque ite-„ rum protestamur, ne abruptus totius Ec-„ clesiæ status per audaciam contra Synodum „ Catholicam insurgere molientium sinatur „ abduci. In quo quidem certamine *Firmum „ fundamentum Deus statuet*, sicut de eo nobis „ licet sperare, & *Novit Dominus qui sunt eius*: „ verumtamen, salvo eo, quod IN DIE JU-„ DICII TALEM A NOBIS ECCLESIAM

Y Felix III. Epist. 1. ad Acacium. Vide Celestin. Papam hic sup c. 5. §. 16. in fine.

2. Tim. 2. 19.

„ CERTUM EST, QUALEM A PATRIBUS „ACCEPIMUS, EXIGENDAM; etiam in hac „ vita se ad eam non pertinere cognoscat, „ qui non solùm plenitudini ejus noxia co- „natur inferre, sed etiam qui ea quæ eidem congruentia sunt, dissimulat providere". In quibus verbis tria egregia documenta, jugiter præ oculis habenda, traduntur: quorum primum est, hæreticis in fidei perniciem conspirantibus aut quidpiam molientibus non esse connivendum, sed viriliter obsistendum, præsertim ab Episcopis & animarum Pastoribus, prout suprà monuimus & authoritatibus ostendimus cap. 5. §. 16. Secundum est, Hæresibus omnibus reviviscendi ac revigescendi ansam præberi, si dogmata semel œcumenicè definita vel damnata rursùs retractationi sinantur subijci: prout suprà item visum est cap. 26. §. 87. & cap. 29. §. 94.

S. Vincent. Lyrin. c. 31. & 32. z. Nam si semel (ut rectè monet Lyrinensis) „ admissa fuerit hæc impiæ fraudis licentia, „ horreo dicere, quantum exscindendæ at- „ que abolendæ Religionis periculum subse- „ quatur. Abdicatâ etenim qualibet parte Ca- „ tholici dogmatis, alia quoque, atque item „ alia, ac deinceps alia & alia, jam quasi ex „ more & licito, abdicabuntur. Porrò au- „ tem singulatim partibus repudiatis, quid „aliud ad extremum sequetur, nisi ut totum pa- „riter repudietur? Sed & è contrà, si novitia ve- „teribus, extranea domesticis, & profana sacratis „admisceri cœperint, proserpat hic mos in uni- „ versum necesse est, ut NIHIL POSTHAC „ APUD ECCLESIAM RELINQUATUR INTAC- „ TUM, NIHIL ILLIBATUM, NIHIL IN- „ TEGRUM, NIHIL IMMACULATUM; sed „ sit ibidem deinceps impiorum ac turpium „ errorum lupanar, ubi antè erat castæ & „ incorruptæ sacrarium veritatis. Sed aver- „ tat hoc à suorum mentibus divina pietas, „ sitque hic potiùs impiorum furor. Christi „ verò Ecclesia, sedula & cauta depositorum „ apud se dogmatum custos, nihil in eis un- „ quam permutat, nihil minuit, nihil addit: „ non amputat necessaria, non apponit su- „ perflua; non amittit sua, non usurpat „ aliena: sed omni industriâ hoc unum stu- „ det, ut vetera fideliter sapienterque tra- „ ctando, si qua sunt illa antiquitùs infor- „ mata & inchoata, accuret & poliat; si qua „ jam expressa & enucleata, consolidet & „ firmet; SI QUA JAM CONFIRMATA ET DEFINITA, CUSTODIAT". Tertium denique est, talem ab Hierarchis in die Judicij exigendam esse Ecclesiam, qualem à Patribus acceperant. Quid est, *Talem*? Idipsum corde credentem & ore confitentem, quod Ecclesia à Patribus accepta crediderat & professa fuerat: ut cùm eam posteris sic credentem ac profitentem reliquerint, possint hi usurpare illud ex Hieronymo toties suprà repetitum; *Ita & nobis Majores nostri, & illis sui tradidere Maiores.* Quid est, *Talem*? unum idemque fidei depositum inviolatè custodientem, nihil ei addentem, nihil subtrahentem, nec quidquam pro quoquam supponentem, aut supponi sine reclamatione sinentem: ut unusquisque Ecclesiæ Præpositus, sive in partem sollicitudinis, sive in plenitudinem potestatis accitus, reputet sibi sub Timothei nomine insonari ab Apostolo: *O Timothee, depositum custodi, devitans profanas vocum novitates.* A. Quis „ est (ait idem Lyrinensis) hodie *Timotheus*, „ nisi vel generaliter universa Ecclesia, vel „ specialiter totum corpus Præpositorum, qui „integram divini cultus scientiam vel habere „ ipsi debent, vel alijs infundere? Quid est, „*Depositum custodi*? *Custodi* inquit, propter fures, „propter inimicos: ne *Dormientibus hominibus su-* „*perseminent zizania* super illud bonum tri- „ tici semen, quod seminaverat filius homi- „ nis in agro suo. *Depositum*, inquit, *custodi.* „ Quid est *Depositum*? Id est, quod tibi cre- „ ditum est, non quod à te inventum: quod „ accepisti, non quod excogitasti: rem non „ ingenij, sed doctrinæ: non usurpationis „ privatæ, sed publicæ traditionis: rem ad „ te perductam, non à te prolatam: in qua „ non author debes esse, sed custos: non „ institutor, sed sectator: non ducens, „ sed sequens. *Depositum*, inquit, *custo-* „ *di.* Catholicæ fidei talentum inviolatum „ illibatumque conserva. Quod tibi credi- „ tum est, hoc penes te maneat, hoc à te „ tradatur. Aurum accepisti, aurum red- „ de: Non mihi pro aliis alia subijcias, „ nolo pro auro aut impudenter plumbum, „ aut fraudulenter æramenta supponas: nolo auri speciem, sed naturam planè". Hoc documento observato, & non aliàs, Ecclesiarum præpositi sive in partem sollicitudinis, sive in plenitudinem potestatis à Christo vocati, spartam quam nacti fuerint ornasse censebuntur; ut in die Judicij talem exhibeant Ecclesiam, qualis ab eis respectivè exigenda est, id est, qualis à Majoribus accepta, & ipsis Majoribus per primos fidei satores, vel legitimos eorundem successores imitatoresque concredita fuerat. Et hoc est quod Papa Felix verbis illis tam seriò & asseveranter inculcavit: *In die Iudicij talem à nobis Ecclesiam, certum est, qualem à Patribus accepimus, exigendam.*

Vide sup. 19 & 20.

1. Tim. 6. 20.

A. Ibid. 27.

Mat. 13. 25.

CII. Misit quoque Papa Felix ex eadem Romana Synodo aliam Epistolam ad Zenonem Imperatorem, per Delegatos suos Vitalem & Misenum; adjunxitque Rescripta Episcoporum ad Leonem Augustum, superiori capite memorata: ut cerneret Zeno, quàm unanimiter omnes passim Catholici non

solùm

ſolùm Occidentis ſed etiam Orientis Antiſtites cenſuerint, nequaquam ſubijcienda eſſe reviſioni, quæ ſemel fuerant œcumenicè decisa. Poſtquam igitur ibi Papa Felix commemoraſſet quid Præceſſor ſuus Leo Magnus Leoni Auguſto reſcripſiſſet, ſubdidit de ipſo Leone Auguſto: B. Vir ille conſulens etiam „ totius Orientis Epiſcopos, eorum Reſponſa „ Subſcriptioneſque ſuper Synodi Chalcedo„nenſis approbatione ſuſcipiens, eam nulla„tenus paſſus eſt mutari; quo magis Chri„ſtianâ mente perpendit, & hoc eſſe verum, „ quod cum divinis aſſertionibus Catholico„rum de toto Orbe Doctorum, longè antè „ quàm hujuſmodi quæſtio naſceretur, con„ſonantia ubique dicta concinuerant; & ideò „ NULLA ITERATIONE REFODIENDA, QUÆ „ CONSTARET IURE DAMNATA: NE NON „ SOLUM CAUSA PRÆSENS IN OMNE CA„THOLICI NOMINIS TENDAT EXITIUM, „ SED ETIAM CUNCTIS RESIDUIS PUBLI„CA BELLA RESUMENDI PANDATUR OC„CASIO, SI QUOLIBET MODO, QUOD „ SEMEL A VETERIBUS UNIVERSALITER DECISUM EST, RETRACTETUR". Speraverat Imperator Eccleſiam pacificandam Edicto illo ſuo quod ex Acacij ſuggeſtione condiderat, & ſpecioſo vocabulo intitulavit *Henoticon*, id eſt, *Conciliatorium*, ſive *pacificatorium*, vel *unitivum*: cujus tenor ad longum recitatur apud Evagrium lib. 3. Hiſt. Eccleſ. cap. 14. & apud Liberatum Diaconum in Breviario cauſæ Neſtorianorum & Eutychianorum cap. 18. & apud Nicephorum lib. 16. Hiſt. Eccleſ. cap. 12. Sed vana ſpes iſta fuit, ſiquidem *Henotico* illo Edicto adeò non eſt proviſa Eccleſiarum concordia, ut potiùs ex adverſo aucta ſit diſcordia. Nam qui cum Romano Pontifice Chalcedonenſi Synodo conſtanter adhærebant, eâdem conſtantiâ *Henoticon* reprobabant: qui verò Eutychianam hæreſim fovebant, ampliùs quàm *Henotico* præſcribebatur exigebant, apertam ſcilicet condemnationem Synodi Chalcedonenſis, & Epiſtolę Papæ Leonis ad Flavianum, cum Synodali definitione per omnia conſonantis: C. Soluto Chalcedo„nenſi Conventu (ait Leontius Byzantinus) „ & Dioſcoro Gangras relegato, univerſa „ plebs Alexandrina, & totius Ægypti, cum „ eo defecit. Subſtitutus eſt autem in ejus lo„cum Proterius, qui Concilij Decretum re„cipiebat. Cum hoc nemo Alexandrinorum „ communicabat, ſed tanto eum proſeque„bantur odio, ut tandem concurſu facto vi„vum cremarint. Quæ verò perpeſſi ſint ob „ hanc cædem mala ab Imperatore Leone, „ dici modò non poteſt. Dioſcoro Gangris „ extincto Timotheus ſuccedit: erat Prote„rius palam, Timotheus clam Alexandrinus „ Epiſcopus. Hic Timotheus Synodum pari„ter & Eutychem anathematizabat: hunc qui„dem propterea, quòd Chriſti corpus ejuſ„dem eſſe nobiſcum ſubſtantiæ non diceret: „ Synodum verò, quòd Chriſti duas naturas „ traderet. Dioſcorum quoque purgabat, qui „ crederet ſicut loquebatur. Proterio crema„to Timotheus alius ſucceſſit: ita ut duo eſ„ſent Timothei Epiſcopi; palam unus, qui „ Decretum Synodi recipiebat; alter occul„tè, qui Dioſcorum approbabat. Hiſce duo„bus mortuis, in adhærentis Dioſcoro lo„cum Petrus Moggus ſuccedit; ei verò qui „ Synodum recipiebat, Joannes eſt ſurroga„tus. Imperio tunc potiebatur Zeno: qui „ magnum videns eſſe hoc diſſidium, & uni„re volens Eccleſias, Epiſtolam præſcripſit, „ quam ab unione *Henoticon* vocavit, conti„nentem quædam de fide, quæ & Nicenæ „ Fidei formula complectitur; & alia quæ„dam media, quæ communiter utrique diſſi„dentes confitebantur; ſed erant aliqua di„rectè Decretis Synodi Chalcedonenſis con„traria: quam tamen ipſam non expreſsè ana„thematizabat, ſed erant hæc verba perſcripta: „ *Si quis eorum, qui Chalcedonenſi Synodo adſue„runt, aut alijs Synodis alibi priùs habitis, non „ rectè ſentit, anathema ſit.* Hoc unionis ſcrip„tum Alexandriam allatum Petrus Moggus „ recipit, Joanne Romam fugiente. Sub Ze„none Petrus quoque Cnapheus authoritate „ Imperatoriâ fit Antiochenus Epiſcopus. „ Unione facta, Petrus apud Alexandrinos „ in honore præcipuo erat, probatoque *He„notico* Edicto potitus eſt Alexandrino ſo„lio; nec jam ampliùs occultè, ſed palàm erat „ Epiſcopus. Quidam tamen nimio contra Sy„nodum Chalcedonenſem odio impulſi, ſe„ceſſionem à Petro fecerunt, nec cum illo „ communicabant, ob eam cauſam, quòd „ *Henotico* probato Synodum anathemate ma„nifeſto non fuiſſet execratus. Atque hi vo„cabantur *Acephali*, quaſi *capite carentes*, quòd „ Patriarcham ſuum nequaquam ſecuti, ſeor„ſim communicarent. Hinc Petrus populum „ multipliciter ſcindi cernens, tandem Syno„dum palàm anathematizare compulſus eſt: „ quo factum ut pariter *Henoticon* reciperet, „ & anathemati Synodum palàm ſubijceret. „ Verùm ne ſic quidem *Acephali* cum eo com„municabant, eò quòd ab initio approbaſſet „ *Henoticon*, non anathematizatâ Synodo". Hic fuit fructus Zenonici illius Edicti, quo ſperarat author ſopienda Eccleſiarum diſſidia. Quanquam verò Leontius de Epiſtola ſeu Tomo Papæ unà cum Concilio anathematizatâ hic ſileat; Liberatus tamen loco mox citato expreſsè teſtatur, *Moggum anathematizaſſe Synodum Chalcedonenſem, & Tomum Papæ Leonis.* Idem quoque pridem fecerat Timotheus ejus Prædeceſſor: nec ſolùm fecerat, ſed & Baſiliſco

B. Felix III. Epiſt. 2. ad Zenonem Imperatorem.

Evagrius. Liberatus. Nicephorus

C. Leontius lib. de Sectis actione 5.

Vide Niceph. l. 18. c. 45.

Liberatus.

D. Evagrius lib. 3. cap. 4.

lisco tyranno Zenonis depulsori D. Persuasit „ (inquit Euagrius) ut litteris Encyclicis „ ad singulos Sacerdotes uteretur, & quæ in „ Synodo Chalcedonensi gesta fuerant, ac Tomum Leonis, anathemate damnaret". Refert ibidem Evagrius integrum istarum Encyclicarum tenorem, ac tum subdit cap. 5. " His itaque Encyclicis litteris, sicut Zacha„ rias Rhetor scripsit, consensit Timotheus, „ recens ab exilio reductus: & præterea Pe„ trus Episcopus Antiochenus cognomento „ Cnapheus, qui etiam Timotheo in civitate „ Imperiali aderat. Quibus gestis, Paulo etiam „ accessum ad Ephesini Archiepiscopatus Se„ dem decernunt. Ferunt quoque Anastasium „ Hierosolymitanum Episcopum, Juvenalis „ successorem, & multos præterea alios, eis„ dem Encyclicis subscripsisse: ita ut circiter „ quingenti fuerint, qui Tomum Leonis, & „ Chalcedonensem Synodum damnaverint". Ecce quantam suo Edicto intulit fidei stragem, & quidem brevissimo spatio, tyrannus iste! Viginti etenim duntaxat mensibus Imperio potitus est, & interea novum aliud Edictum prioris cassatorium promulgavit: ita ut si de viginti mensibus subtrahatur tempus quod præcesserat evulgationem primi Edicti, & quod secutum est evulgationem cassatorii Edicti, vix unus forte superfuturus sit annus, quo quingenti illi Episcopi fidem abjurarunt, Synodum Chalcedonensem & Tomum Papæ Leonis anathematizando.

CIII. Mansit interea Apostolicus Præsul in sua Petra fixus & inconcussus, nullâ aquilonis procellâ deturbatus; dicens cum Mathathia

1. Mac. 2. 19. & seqq.

Machabæorum Patre: *Etsi omnes Gentes Regi Antiocho* (Jmperatori Zenoni, vel tyranno Basilisco) *obediunt, ut discedat unusquisque a servitute legis patrum suorum, & consentiat mandatis eius* (Henotico Edicto Zenonis, & Encyclicis litteris Basilisci) *Ego & filij mei, & fratres mei, obediemus legi Patrum nostrorum. Propitius sit nobis Deus: non est nobis utile relinquere leges & iustitias Dei. Non audiemus verba Regis.* Si in illud usque tempus vixisset in Oriente Hieronymus, quàm apposite resumpsisset illud jam pridem Damaso abs se scriptum, & superius relatum:

E. Hieron. sup. hic c. 21. §. 92.

E. *Profligato à sobole mala patrimonio, apud vos solos incorrupta Patrum servatur hæreditas!* Nonne enim soboles mala Timotheus Ælurus, & Petrus Moggus, Alexandrini successivè Pseudopatriarchæ; Petrus Chapheus Antiochenus similiter Pseudopatriarcha, *Trisagij* hymni depravator; Anastasius item Hierosolymitanus; & quingenti illi Orientales Episcopi, qui, juxta *Encyclicas* Basilisci litteras, Chalcedonensem Synodum, & Papæ Leonis Tomum,

F. Nicep. l. 18. Hist. c. 45. Vide l. 15 c. 4.

F. *Quem*, teste Nicephoro, *veræ pietatis studiosi rite columnam orthodoxiæ rectæq; sententiæ nominarunt*, anathematizaverunt? Nonne soboles mala Acacius Constantinopolitanus, qui tametsi Basilisci *Encyclicis* non subscripserit sed obstrepuerit, Zenonis tamen *Henoticon* dictavit, & cum cæteris Orientis Patriarchis acceptavit? Absit autem ut in hac Patrimonij profligatione concurrerent aut consentirent ij, *Apud quos incorrupta Patrum servatur hæreditas.* G. Cùm omnes, ut fertur, alii Patriar-

G. Theod. Lector l. 2. Collect.

„ chæ (ait Theodorus Lector) *Henoticon* Ze„ nonis approbarent, solus Felix Romanus illi non communicavit". Quis est ille Felix Romanus? Dicat nobis Beatus Bernardus in Opere de Consideratione ad successorem ejus Eugenium: H. Age (inquiens) indagemus

H. Bern. l. 2. de Consid. c. 8.

„ adhuc diligentiùs, quis sis, quam videli„ cet personam geras pro tempore in Ecclesia „ Dei. Quis es? Sacerdos magnus, summus „ Pontifex. Tu Princeps Episcoporum, tu „ hæres Apostolorum, tu Primatu Abel, gu„ bernatu Noë, Patriarchatu Abraham, or„ dine Melchisedech, dignitate Aaron, au„ thoritate Moyses, Judicatu Samuel, po„ testate Petrus, unctione Christus. Tu es „ cui claves traditæ, cui oves creditæ sunt. „ Sunt quidem & alii cœli janitores, & gre„ gum pastores; sed tu tanto gloriosius, „ quanto & differentius utrumque præ cæ„ teris nomen hæreditasti. Habent illi sibi „ assignatos greges, singuli singulos; tibi „ universi crediti, uni unus. Nec modò ovi„ um, sed & Pastorum, tu unus omnium Pa„ stor. Unde id probem quæris? Ex verbo „ Domini. Cui enim, non dico Episcoporum, „ sed etiam Apostolorum, sic absolutè & in„ discretè totæ commissæ sunt oves: *Si me*

Jo. 21.

„ *amas, Petre, pasce oves meas.* Quas? Illius vel „ illius populos civitatis, aut Regionis, aut „ certi Regni? *Oves meas*, inquit. Cui non „ planum, non designasse aliquas, sed assig„ nasse omnes? Nihil excipitur, ubi distingui„ tur nihil". Ecce quis Felix ille Romanus. Ille, inquam, quem in persona cujusdam sui successoris Eleonora quondam Anglorum Regina interpellans: I. Calamitates nostræ (inquit)

I. Apud Blesensem Epist. 14...

„ multiplicatæ sunt super numerum: nec ista „ dissimulare potestis citra criminis & infamiæ „ notam, cùm sitis Vicarius crucifixi, succes„ sor Petri, Sacerdos Christi, Christus Domi„ ni, Deus etiam Pharaonis". Ecce iterum quis Felix ille Romanus. Præsul nimirum illius Ecclesiæ, de qua dudum Tertullianus aiebat, K. *Statu* FELIX *Ecclesia, cui totam doctrinam Apostoli cum sanguine suo profuderunt.* Statu

K. Tert. sup. hic 17. §. 5...

Felix, Præsule quoque tunc non modò *Felix*, sed & ter felix, quia *Felice tertio* Antistite felix. Nomine præterea ipso felix, quod vel fortitudinem vel celsitudinem sonat: L. Urbs

L. Hieron. l. 2. cont. Iovin. c...

„ potens (ait Hieronymus) urbs Orbis domina, „ urbs Apostoli voce laudata, interpretare „ vocabulum tuum. *Roma* aut fortitudinis

nomen

„ nomen est apud Græcos, aut sublimitatis juxta Hebræos: serva quod diceris". Suscitato ibi aliquo schismate per Ursicinum adversùs Papam Damasum, Beatus Ambrosius cum cæteris Patribus Synodi Aquileiensis, Synodicam ad Gratianum, Valentinianum, & Theodosium Augustos perscripserunt, in qua & hæreticorum post correptionem obdurescentium congressus & colloquia devitandos inculcant, & ipsius Romanæ Ecclesiæ præeminentiam astruunt, dicentes: M. Cùm scriptum „ sit, *Hæreticum post unam correptionem devita:* „ cùm & alius vir sancto locutus Spiritu dixit, „ *Declinandas huiusmodi bestias, nec salutatione recipiendas, neque congressu:* quomodò fieri potest, „ ut eum (*Vrsicinum*) quem societati eorum in„ sertum videmus, non etiam assertorem per„ fidiæ judicemus? Quod etiamsi defuisset, „ tamen totius Orbis Romani caput Roma„ nam Ecclesiam, atque illam sacrosanctam „ Apostolorum Sedem, ne turbari sineret, ob„ secranda foret Clementia Vestra. Inde enim „ in omnes venerandæ communionis jura di„ manant". Quibus venerandæ communionis juribus cùm se Orientales Patriarchę indignos reddidissent, amplectendo Basilisci *Encyclicam* vel saltem Zenonis *Henoticon*, tres eorum præcipuos, Constantinopolitanum, Antiochenum, & Alexandrinum, Felix Papa in Synodo Romana damnatos communione submovit, hoc est, *Dimanantiam illam iurium venerandæ communionis* eis subtraxit. Qua de re videri potest inprimis Epistola ejus secunda ad Zenonem Imperatorem contra Petrum Moggum Alexandrinum, deinde duæ sequentes Epistolæ ad & contra Petrum Cnapheum Antiochenum, ac postremò Epistola ejus sexta ad & contra Acacium Constantinopolitanum, quam hisce ad eum directis verbis terminat: N. Habe cum his „ quos libenter amplecteris (*alijs nimirum hæreticis Patriarchis similiter iam sententiatis*) por„ tionem ex sententia præsenti, quam per „ tuæ tibi dirigimus Ecclesiæ Defensorem: „ *Sacerdotali honore, & communione Catholicâ, necnon etiam à fidelium numero segregatus, sublatum tibi nomen & munus, ministerij Sacerdotalis agnosce, Spiritus sancti iudicio & Apostolicâ authoritate damnatus, nunquamq; anathematis vinculis exuendus*". Adversùs Anastasium, Patriarcham Hierosolymitanum nihil reperio à Papa Felice peractum. Baronius Anastasium subscripsisse *Encyclicæ* negat, rejecto testimonio Evagrii, vel potiùs Zachariæ Rhetoris ab Evagrio allegati, superiori §. adducto. Quod si *Encyclicæ* non subscripserit multò minùs *Henotico* subscribere potuit: quippe nonnisi quinquennio post ejus obitum edito. Anastasio successit Martyrius ab anno 477. ad annum 485. Martyrio Sallustius ab anno 485. ad annum 492. qui fuit alter ab obitu Zenonis authoris *Henotici*. Omnes istos tres Patriarchas, in Hierosolymitana Sede sibi per id tempus succedentes, purgare nititur Baronius; spretâ, ut dixi, authoritate Evagrii vel Zachariæ. Nihil tamen video ab ipso responsum ad authoritatem Theodori Lectoris, dicentis hìc suprà: *Cùm* OMNES *ut fertur* ALII PATRIARCHÆ *Henoticon Zenonis approbarent, solus Felix Romanus illi non communicavit.* Si *omnes*, quomodo non Hierosolymitanus? Item si *solus* Romanus Patriarcha illi non communicavit, quomodo verum erit, quempiam cæterorum Patriarcharum illi non communicasse? Quòd si cæteri omnes nemine excepto illi communicarunt, majori profectò laude & admiratione digna est constantia Papæ Felicis, quem nec Imperialis potestas, nec Patriarcharum illorum omnium authoritas vel à veritate abduxit, vel à severitate absterruit: ut meritò usurpare potuerit illud Apostolicum: *Cùm infirmor, tunc potens sum.* Cæterùm quòd non reperiatur castigasse Hierosolymitanum Patriarcham, ut cæteros; potuit inde provenire, quòd ille tempestivè resipuerit.

M. Ambros. Epist. 4. in Edit. Paris. Anni 1642. Tit. 3. 10. 2, Io. v. 10.

N. Felix III. Epist. 6. ad Acacium.

Acacij depositio & excommun.

Vide Baron. ad Annum 476. n. 41. & 42.

Theod. Lect.

2. Cor. 12. v. 10.

CAPVT XXXII.

Acacij Constantinopolitani Patriarchæ anathematizatio ingentis ac diuturnæ simultatis inter Romanos & Græcos extitit origo. Anastasii post Zenonem ad Imperialem purpuram evectio, & Gelasii post Felicem ad Papatum assumptio. Anastasii Cæsaris inauguratio & invita Catholicismi professio, quam mox subsecuta est Syngraphæ consignatæ repetitio, & ob eam denegatam atrox persecutio. Ecclesiæ Constantinopolitanæ cum Romanâ sub Iustino demum Cæsare facta reconciliatio. Acacii, Flavitæ, Euphemii, Macedonij & Timothei Patriarcharum, necnon Zenonis & Anastasii Cæsarum è diptychis erasio. Formula professionis reconciliandis præscripta. Regum & Cæsarum functio circa Ecclesiam. Exemplo Henotici ***reiiciendæ sunt methodi concordiales inter fidem & hæresim.***

CIV. ORientalium Patriarcharum, præsertim verò Acacij Constantinopolitani, dejectio & anathematizatio, ingentem inter Orientalem Ecclesiam & Romanam concitavit simultatem; quæ occasionem præbuit sequentibus quoque Ecclesiæ Romanæ Præsulibus, plura scribendi, quibus hæreticos ritè semel damnatos ab ulteriori audientia repellendos declararent. Zenoni itaque Imperatori, *Henotici* conditori, defuncto, successit in Imperio Anastasius, vivente adhuc & Apostolicam Sedem tenente Papa Felice Acacij damnatore, cujus gratulatoriæ Epistolæ ad ipsum Anastasium recèns coronatum meminit Papa Gelasius in commonitorio ad Faustum, sive Epist. 4. Constantinopolitanam Cathedram moderante Euphemio: qui Flavitæ Acacij successori successit, hæretico Eutychiano Catholicus Chalcedonianus, hoc est, Chalcedonensis Synodi obtrectatori venerator. Cujus venerationis illustre præbuit specimen in Anastasij inauguratione, de quo Theodorus Lector in collectaneis: O. Zenon Imperator (ait ille) mortuus est: „ & Silentiarius (*ita Anastasium vocat, eò quòd* „ *ex Silentiariorum ordine assumptus esset*) Dyrra- „ chio oriundus, ab Ariadne Augusta Impera- „ tor declaratus. Cui Euphemius Episcopus „ restitit, vocans eum hæreticum, & indignum „ qui Christianis imperaret. Ariadne verò & „ Senatores Euphemium vi tractum cogunt. „ Ille autem consentire noluit, nisi scriptam „ ab eo confessionem retulisset, QUA CHALCE- „ DONENSIS SYNODI DECRETA DETERMI- „ NATIONI FIDEI INSERTA COMPROBARET. Quod ille etiam fecit". Quàm verò infideliter id fecerit Anastasius, eventus probavit, & mox etiam patuit. Subdit quippe post paucula idem Historicus: " Anastasius traditam con- „ fessionem, cùm Imperium obtinuisset, constanter ab Euphemio repetiit". Residuum hujus tragœdiæ, à Theodoro vel omissum vel sparsim & perfunctoriè attactum, supplet Nicephorus lib. 16. Hist. cap. 26. ubi narrat, Euphemium recusasse reddere Anastasio syngrapham, sed posuisse eam in archivis Ecclesiæ Patriarchalis, sub custodia Macedonii tunc Sacristæ: Anastasium verò mulctasse Euphemium exilio, & occidere eum frustrà tentasse; Episcopatuque privasse, & Macedonium archivi custodem in ejus thronum subvexisse, sub spe recuperandi ab eo syngrapham, ab Euphemio denegatam. Quibus narratis subdit de Macedonio Nicephorus: P. Postquàm igitur Macedo- „ nius Episcopalem thronum conscendit, ab „ eo quoque promissi sui scriptum Anastasius „ recipere contendit; contumeliam injuriam- „ que sibi fieri ratus, si libellum suum, qui „ vitam ejus redargueret, post se relinqueret. „ Cæterùm cùm & ipse itidem, ut Euphemius, „ constanter ei adversaretur, & fidei omninò „ proditionem esse libelli redditionem existi- „ maret, fortiterque prorsùs contra eum con- „ tenderet, varia Anastasius iniit consilia, ut & „ hunc è Sede deturbaret: tentavitque adeò „ omnia, ut quod conabatur efficeret. Sed cùm „ quod faceret aliud non haberet, hæreticorum „ consessu collecto, per vim Macedonium, ut „ Synodum Chalcedonensem damnaret, co- „ gere voluit. Quod ubi populus sensit, ad eum „ locum accurrit, & apertè exclamavit: *Martyrij tempus adest, nemo longiùs à Pastore absistat:* „ & convicia in Imperatorem conjecit; Ma- „ nichæum, qui Imperio indignus sit, vocans. „ Et Anastasius sibi metuens, ad fugien- „ dum paratus fuit; Macedoniumque quæsivit,

O Theod. Lector l. 1. coll. *Silentiarij* dicebantur Secretarij Aulici: Quippe ad silenda sibi commissa obstricti.

P. Nic. lib. 16. c.

„ sivit, quem anteà neque respecturum se „ adjuraverat. Macedonius cum libertate „ multa Anastasium, velut rei Ecclesiasticæ „ hostem, objurgavit. Atque ille tunc in ver„ bis eius acquievit, seque placabilem præbens „ submisit. Postmodùm verò, propter animi „ improbitatem, accusatores contra eum mer„ cede conduxit: & præstò fuere adolescen„ tuli quidam, qui non minùs seipsos quàm „ Macedonium per sycophantiam calumniosè „ detulere, & flagitium obscœnum & fœdum „ mendaciter produxere. Sed enim postquam „ in continenti eorum fictam calumniam Ma„ cedonius, tunicâ subductâ virilibus se care„ re ostendens, convicit, ad consilium aliud „ fraudis plenum Anastasius confugit. Nam „ per Celerem, ordinum Aulæ Præfectum, „ libellum confici jussit, in quo duæ Synodi, „ tertia & quarta, reliquis duabus omissis, „ conscriptæ erant, eumque se recipere pro„ fessus est. Quæ res à Macedonio approbata, „ & quod præterea *Henotico* Zenonis subscrip„ sisset, reprehensione non caruit: quamvis po„ stea, cùm in Dalmati Monasterio esset, in „ Sermone quodam omnibus pijs scandalum „ istud & crimen objectum diluit, disertis ver„ bis sanctam quartam Synodum comprobans, „ & obtrectatores ejus hæreticos vocans. A„ nastasius Celere Præfecto ad se vocato, per „ eum clàm Macedonium è throno deduxit, & in Euchaitem Deportari fecit". Ita perfidus & perjurus hæreticus duos successivè Patriarchas ob negatam syngrapham quam inaugurandus consignaverat, è throno dejectos exilio mulctavit; quorum etiam posteriorem aliquantò pòst, submissis percussoribus trucidari curavit. Interea verò, prout Nicephorus ibidem memorat, " Imperator Chalcedo„ nensium Actorum Libellum, quem Ma„ cedonius discedens in sanctiore ara deposue„ rat, per Calopodium quendam furtim sublatum, concidit, atque igni tradidit". Reliquos quoque Orientis Patriarchas Chalcedonensis Synodi definitioni adhærentes, ad ejus abjurationem adigere tentavit, recusantes exilio mulctavit: subdente ibidem Nicephoro: " Imperator impijssimus, ob ejuscemodi „ causas, Flavianum quoque Antiochenum, „ & Heliam Hierosolymitanum Sallustij suc„ cessorem, necnon Ioannem Alexandrinum „ in exilium egit: idem in Ioanne Taben„ nesiota fecit, qui ubi Romæ cognovit A„ nastasium factum esse Imperatorem, in Orientem venit, sedem suam recepturus".

CV. Mortuo sub initium Imperii Anastasii Felice Papa, ei in Apostolico throno successit Gelasius ejus nominis primus: qui magnam & assiduam impendit operam, ut Acacii Constantinopolitani, pridem à Felice prædecessore damnati, nomen è diptychis Constantinopolitanæ Patriarchiæ eraderetur: sed imperante Anastasio neque ipse, neque successor ejus Anastasius secundus, neque hujus successor Symmachus, id perficere potuere. Potuit verò, atque etiam perfecit Papa Hormisda, postquam Anastasio hæretico successit in Imperio Justinus Catholicus: de cujus consensu Joannes Patriarcha Constantinopolitanus Epistolam misit ad Papam Hormisdam, cum inserta professionis formula, juxta quam recipiendi erant quotquot Ecclesiæ Catholicæ reuniri, deposita obstinatione cupissent. Tenor porrò Professionis erat hujusmodi: Q. Pri„ ma salus est rectæ fidei regulam custodire, & „ à Patrum traditione nullatenùs deviare: „ quia non potest Domini nostri Jesu Christi „ prætermitti sententia, dicentis: *Tu es Petrus*, „ *& super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam*. „ Hæc quæ dicta sunt, rerum probantur effe„ ctibus: quia IN SEDE APOSTOLICA INVIO„ LABILIS SEMPER CATHOLICA CUSTODI„ TUR RELIGIO. De hac igitur fide non ca„ dere cupientes, & Patrum sequentes in om„ nibus constituta, Anathematizamus omnes „ hæreses, præcipuè *Nestorium* hæreticum, qui „ quondam Constantinopolitanæ urbis Epis„ copus, damnatus in Concilio Ephesino à „ Beato Celestino Papa urbis Romæ, & à „ Venerabili viro Cyrillo Episcopo Alexan„ drinæ civitatis. Et unà cum illo anathema„ tizamus *Eutychem*, & *Dioscorum* Alexandri„ næ civitatis Episcopum, damnatos in sancta „ Synodo Chalcedonensi, quam venerantes „ sequimur & amplectimur: quæ sequens san„ ctam Synodum Nicenam, Apostolicam fi„ dem prædicavit. His conjungentes *Timo„ theum* parricidam, *Aelurum* cognominatum, „ anathematizamus. Et hujus discipulum & „ sequacem in omnibus *Petrum* Alexandrinum „ similiter condemnamus. ANATHEMATIZA„ MUS SIMILITER ACACIUM, quondam Con„ stantinopolitanæ urbis Episcopum, compli„ cem eorum & sequacem factum, necnon „ perseverantes eorum communioni & parti„ cipationi: quorum enim quis communio„ nem amplectitur, eorum & similem adjudi„ cationem in condemnatione consequitur. Si„ mili modo & *Petrum* Antiochenum condem„ nantes anathematizamus, cum sequacibus „ suis, & omnibus suprascriptis. Suscipimus „ autem & probamus Epistolas Beati Leonis „ Papæ urbis Romæ universas, quas de recta „ fide & Christiana Religione conscripsit. Qua„ propter, sicut prædiximus, SEQUENTES IN „ OMNIBUS APOSTOLICAM SEDEM, PRÆ„ DICAMUS OMNIA QUÆ AB IPSA SUNT „ DECRETA. Et propterea spero in una com„ munione Vobiscum, quam Apostolica Sedes „ prædicat, me futurum: in qua est integra „ Christianæ Religionis & perfecta soliditas.

Q. Io. Constant. Epist. ad Hormisd. Papam, quæ extat post Epist. 40. Hormisdæ, Tomo 3. Conciliorum generalium editionis Pariensis Anni 1636. Pag. 765. & seq. Mat. 16. 18.

,, Promittentes insequenti tempore sequestra-
,, tos à communione Ecclesiæ Catholicæ, id
,, est, in omnibus non consentientes Sedi Apo-
,, stolicæ, eorum nomina non recitanda inter
,, sacra mysteria. Quòd si in aliquo à mea pro-
,, fessione deviare tentavero, his quos damnavi
,, complicem me meâ sententiâ esse profiteor.
,, Huic verò professioni meæ subscripsi meâ
,, manu, & direxi per scripta Tibi Hormisdæ
,, Sancto & Beatissimo fratri, & Papæ Magnæ
,, Romæ, per suprascriptos Germanum & Io-
,, annem venerabiles Episcopos, & Felicem &
,, Dioscorum Diaconos, & Blandum presby-
,, terum. (*& alia manu*) Ioannes Misericordiâ
,, Dei Episcopus Constantinopolitanę novellę
,, Romæ, hac mea professione consentiens om-
,, nibus supradictis, subscripsi, sanus in Domi-
,, no. Data Mense Martio, Die XXVII. indict.
,, XII. consensu Domini JUSTINI IMPERA-
,, TORIS AUGUSTI, Eucharico viro clarissimo
Consule". Peractâ hac subscriptione in Aula
Imperiali Constantinopoli, quæ mox subsecu-
ta sunt eodem ipso die referuntur in suggestio-
ne legatorum Germani & Ioannis ad Papam
Hormisdam, ibidem proximè subjunctâ, ubi
sic legitur: [R] Quintâ feriâ in Cæna Domini,
,, ad Palatium in generali conventu venit Epis-
,, copus Ioannes, & perlecto libello consenti-
,, ens cum summa devotione subscripsit. Quis
,, explicet, quanta illic Principis pariter ac se-
,, natus lætitia fuerit? Quas ibi lachrimas gau-
,, dia pepererint? Quas voces vel in laudem
,, Principis, vel Sedis Vestræ, totius cœtus &
,, cleri favor emiserit? Explicari hæc relatione
,, non possunt; sed considerationi Vestræ, por-
,, titorique relinquimus, quod eloqui non va-
,, lemus. A Palatio in Ecclesiam summâ cum
,, celebritate pervenimus, ut fidei animorum-
,, que concordiam celebritas quoque solemnis
,, communionis roboraret. Vix credi potest
,, quis fletus lætantium, quæ immensitas fue-
,, rit exundatioque populorum. Ipsa suam
,, lætitiam turba mirabatur, nec dubitari
,, poterat minum adesse cælestem, quæ talem
,, Mundo contulit unitatem. *Acacij* prævarica-
,, toris anathematizati nomen de Diptychis Ec-
,, clesiasticis, sed & *cæterorum Episcoporum* qui
,, eum in communione secuti sunt, sub nostro
,, conspectu significamus erasum. *Anastasi*
,, quoque & *Zenonis* nomina similiter ab Al-
,, taris recitatione submota. Pax est orationi-
,, bus Vestris Christianorum mentibus reddi-
,, ta: una totius est Ecclesiæ anima, una lætitia;
,, solus luget humani generis inimicus, Ves-
,, træ precis expugnatione collisus". Quinam ve-
rò fuerint illi *cæteri Episcopi* communionis Aca-
cianæ, quorum nomina pariter de Diptychis
erasa sunt, hic à legatis non exprimitur; sed
legatorum silentium supplevit eorum socius
Dioscorus Diaconus, cujus Suggestio ibidem

R. Suggestio Legator. ib.

subnectitur, in qua sic legitur: [S] Nomen *Acacij*
,, de Diptychis est deletum: similiter & *Phra-*
,, *vitæ* (*alias Flavitæ*) *Euphemij*, *Macedonij*, &
,, *Timothei*: & non solùm hoc in illa Ecclesia
,, in qua Episcopus manet, verùm etiam per
,, omnes Ecclesias, cum grandi diligentia,
,, Deo adjutore, suggerimus esse factum. Si-
,, militer deleta sunt de Diptychis *Zenonis*
& *Anastasij* (*Imperatorum*) nomina". Quatuor
prædicti Episcopi de Diptychis cum Acacio
erasi, sunt ij qui intermedio tempore, inter
Acacium & *Ioannem*, Constantinopolitanæ præ-
fuere Ecclesiæ: quorum primus & ultimus
Eutychiani hæretici fuere; duo intermedij,
tametsi alioqui Catholici, eradi meruerunt,
quia *Acacij* nomen, contra Apostolicæ Sedis
sententiam & mandatum, in Diptychis reti-
nuerunt: atque adeò excommunicato licèt jam
mortuo contumaciter communicaverunt, nec
Apostolicæ Sedis communioni accesserunt.

S. Suggestio Dioscori Diaconi ibid.

CVI. In prædictis nonnulla occurrunt spe-
ciali reflexione digna. Inprimis ex compara-
tione Zenonis, Basilisci, & Anastasij Impera-
rorum; cum Martiano, Leone, & Justino item
Imperatoribus, manifestè perspicitur, quàm
verum sit, quod pridem ante ista tempora
scripserat Augustinus: [T] Reges cùm in erro-
,, re sunt, pro ipso errore leges contra verita-
,, tem ferunt: cùm in veritate sunt, similiter
,, contra errorem pro veritate decernunt. Ita
,, & legibus malis probantur boni, & legi-
bus bonis emendantur mali". Et illud item
ejusdem alibi: [V] Cor Regis cùm est infidele,
,, aut exercentur, aut probantur boni: cùm
,, verò est fidele, aut corriguntur, aut ple-
ctuntur mali". Et illud quoque ejusdem alibi:
[W] Imperatores quando pro falsitate contra
,, veritatem constituunt malas leges, pro-
,, bantur benè credentes, & coronantur per-
,, severantes: quando verò pro veritate con-
,, tra falsitatem constituunt bonas leges, ter-
,, rentur sævientes, & corriguntur intelligen-
,, tes. Quicunque ergo legibus Imperatorum,
,, quæ contra veritatem Dei feruntur, ob-
,, temperare non vult, acquirit grande præ-
,, mium: quicunque autem legibus Imperato-
,, rum, quæ pro Dei veritate feruntur, obtem-
,, perare non vult, acquirit grande supplicium.
,, Nam & temporibus Prophetarum omnes
,, Reges qui in populo Dei non prohibuerunt
,, nec everterunt quæ contra Dei præcepta
,, fuerant instituta, culpantur: & qui prohi-
,, buerunt & everterunt, super aliorum me-
,, rita laudantur. Et Rex Nabuchodonosor,
,, cùm servus esset idolorum, constituit sa-
,, crilegam legem, ut simulachrum adorare-
,, tur: sed ejus impiæ constitutioni qui
,, obedire noluerunt, piè fideliterque fece-
,, runt. Idem tamen Rex, divino correctus
,, miraculo, piam & laudabilem legem
pro

T Aug. lib. 3. cont. Crescon. c. 51.

V. Id. lib. 1. cont. Gaudent. c. 39.

W Id Epist. 50.

Dan. 3. 96. „ pro veritate constituit: *Vt quicunque diceret „ blasphemiam in Deum verum Sidrac, Misac, & Abdenago: cum domo sua penitus interiret*". Ad hujus velut imitationem Basiliscus tyrannus, qui priùs suo *Encyclio* Synodum Chalcedonensem Tomumque Leonis damnarat & damnari ab omnibus praeceperat; postmodùm, *Vexatione dante intellectum*, *Antencyclion* edidit, quo veterem fidem sine strepitu ulterioris disceptationis, sive Synodalis discussionis, observari mandavit: x. Fidem illam (inquiens) „ Apostolicam & orthodoxam, quae inde ab „ initio ad Nostrum usque Imperium in Ca- „ tholicis Ecclesijs obtinuit, in quam etiam „ baptizati sumus, & credimus, solam, illae- „ sam & inconcussam in omnibus Catholicis „ & Apostolicis Orthodoxorum Ecclesijs ma- „ nere, sicut & manet, & indesinenter exer- „ ceri; *Nec praeter hanc aliud quidquam quaeri*, „ Volumus & statuimus. Et ob hanc causam „ etiam sive *Encyclia*, sive quaecunque alia, „ vel fidei Ecclesiastici status gratiâ, in no- „ stro quoque gesta sunt Imperio, irrita esse „ & aboleri praecipimus: anathemate tamen „ damnatis Nestorio & Eutyche, & reliquis „ quibuscunque haeresibus, ac cunctis eadem „ sentientibus. NOLUMUSQUE UT IN HAC „ CAUSA SYNODUS ALIQUA, VEL QUÆSTIO „ INSTITUATUR: SED HÆC INFRACTA ET IMMOTA MANEANT". Verùm Zenone paulo pòst superveniente, & tyrannum Imperio vitaque privante, *Antencyclion* istud evanuit, atque in ejus locum Zenonicum *Henoticon* successit. Circa quod, illud speciali reflexione dignum occurrit, non esse insolitum nec tunc primùm inceptum, ut nonnulli quasi mediatores tentarent Catholicos cum haereticis conciliare, excogitando viam quandam mediam inter utrumque quasi extremum. Sic olim inter Catholicos & Arianos mediare voluerunt Semi-Ariani, inter Catholicos item & Pelagianos Semi-pelagiani: quorum praecipuum Magistrum refellens Beatus Prosper: y. Satis te (inquit) contra Pelagianorum calumnias praecavere existimas, si „ quod in universitate vocatorum sentiendum „ est, id nobis in portione concedas? Sed nec „ cum haereticis tibi, nec cum Catholicis ple- „ na concordia est. Illi in omnibus justis ho- „ minum operibus, liberae voluntatis tuentur „ exordia: Nos bonarum cogitationum ex „ Deo semper credimus prodire principia. Tu „ informe nescio quid tertium, & utrique „ parti inconveniens reperisti; quo nec ini- „ micorum consensum acquireres, nec in no- „ strorum intelligentia permaneres". Et inferiùs ibidem cap. 9." Nec ullo modo (inquit) „ hujus novi foederis nobis congruit pactum; „ quo Catholica fit corruptior, quàm Pelagiana correctior". Et iterum inferiùs cap. 38. postquam retulisset modum quo mediator ille tentasset partes conciliare, subjunxit:" Sed „ hoc modo non tam illi Catholici, quàm nos „ erimus, quod absit, Pelagiani. Contrario- „ rum enim permixtio, meliorum defectio est: „ quia cùm virtus vitium recipit, non à vi- tio, sed à virtute disceditur". Quemadmodùm igitur Catholici grassante Arianismo vel Pelagianismo rectissimè respuerunt pacificationem oblatam per Semi-Arianos vel Semi-Pelagianos: ita grassante postea Eutychianismo rectissimè respuerunt Zenonis *Henoticon*, quod erat excogitatum ad conciliandum inter se Catholicos & Eutychianos. Cùm enim, ut cap. 7. §. 20. visum est, fides tam delicata sit, ut tota repellatur nisi tota suscipiatur; prorsùs repellendi & nullatenùs audiendi sunt, qui sese ingerunt in materia dogmatum quasi conciliatores aut mediatores; cùm verè sint insidiatores, & apertis adversarijs plerunque nequiores, aut certè periculosiores: prout ibidem quoque observatum fuit, & antequam prodijsset Zenonis *Henoticon* innuerat Papa Leo Martiano Augusto in verbis istis suprà hic cap. 28. § 91. relatis: *Ab Apostolica Euangelicaq; doctrina ne uno quidem verbo licet dissidere* &c. Quapropter optimè ait Cardinalis Hosius, loquens de modernis Catholicorum & Sectariorum dissidijs: z. Non mediocriter revera Z. Hosius l. de Expresso Dei verbo. „ falluntur, qui de Religione concordiam „ iniri posse putant: *Coangustatum est stratum*, Isa. 28. 20. „ dicit Propheta, *ita ut alter decidat: & pallium* „ *breve, utrumque operire non potest*. Non pos- „ sunt in eodem esse strato, hoc est, in eo- „ dem hominis corde, Christus, & Luthe- „ rus; alter excidat necesse est: non possunt „ eodem operiri pallio. Quamobrem unâ par- „ te rituum Christum, alterâ Lutherum pro- „ fiteri, nihil est aliud, quàm totum Chri- „ stum abnegare. Verissimum igitur illud est, „ *Quod causa Religionis concordiam non patitur*. „ Profitemur in Symbolo fidei nostrae, nos „ credere Sanctam Ecclesiam Catholicam. Ab „ hac si quis discesserit, si docentem illam & „ praecipientem non audierit, si suo plus quàm „ illius judicio tribuendum esse putaverit, „ etiamsi caetera credat omnia quae conti- „ nentur in Symbolo, si credat & recipiat „ Scripturas omnes, si tanquam verbum Dei, „ (quod revera sunt, modò sanus adsit in- „ tellectus) eas adoret: nihilominus non „ est ei cum Christo capite quicquam com- „ mune, qui se à Christi corpore separavit: „ Ethnicus est, Publicanus est, Christianus nulla ex parte dici meretur".

Isa. 28. 19.

X. Basiliscus in Antencyclio apud Evagr. lib. 3 Hist. Eccles. c. 7.

Y. Prosp. l. cont. Collat. c. 5.

CAPVT XXXIII.

Apostolicæ Sedis in universo Orbe præeminentia, & in fide constantia. Pro fide Petri supplicatio Christi. Sicut permanet quod in Christo Petrus credidit, ita permanet quod in Petro Christus instituit. Petri dignitas etiam in indigno hærede non deficit. Cathedræ doctrinalis prærogativa, ut cogat rectè docere etiam non rectè viventes. Ad Apostolicæ Cathedræ fastigium Deus aut claros evehit, aut evectos illustrat. Eutychiana perfidia contra fidem prævaluisset, nisi Apostolici Præsulis divinitùs provisa vigilantia constantiaque obstitisset. Sub Gelasij I. Pontificatu non solum Eutychiani tumultuare perrexerunt, sed & Pelagiani resurgere tentaverunt. Gelasius utrisque obvians docuit, & firmis argumentis probavit, hæreticos ritè damnatos non ampliùs esse audiendos, sed ab omni certamine repellendos. Evasio præclusa.

CVII. FOrmula illa professionis, cap. 32. §. 105. descripta, juxta quam Græci recepti sunt in communionem Apostolicæ Sedis, manifestè declarat, quanta sit ac semper fuerit, ejusdem Sedis prærogativa præ reliquis omnibus Episcopalibus, cujuscunque sublimitatis etiam Patriarchalis, Sedibus: quanta item firmitas ac stabilitas in fide & Religione Christiana, juxta quod ibi dicitur: *In Sede Apostolica inviolabilis semper Catholica custoditur Religio*: item, *In qua est integra Christianæ Religionis & perfecta soliditas.* Ubi & illud præterea peculiariter notandum est, pro eisdem haberi, *Sequestrari à communione Ecclesiæ Catholicæ*, &, *Non consentire in omnibus Sedi Apostolicæ.* Ratio patet ex Ambrosij & Synodi Aquileiensis verbis istis suprà relatis, quibus de eadem Apostolica Sede loquentes aiunt: A. *Inde in omnes venerandæ communionis iura dimanant.* Sanè in diuturna illa cum Mundi Principibus & totius penè Orientis Patriarchis luctà apparuit, quàm non inaniter pro fide Petri specialis à Christo fusa sit oratio, cui ait: *Ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua*: B. Specialis (ait „ Papa Leo) à Domino cura Petri suscipi„ tur, & pro fide Petri propriè supplicatur: „ tanquam aliorum status certior sit futurus, si mens principis victa non fuerit". Et superiùs serm. 2." Firmitas fundamenti (inquit) cui „ totius Ecclesiæ superstruitur altitudo, nul„ lâ incumbentis sibi templi mole lassescit. So„ liditas enim illius fidei, quæ in Apostolo„ rum Principe est laudata, perpetua est. Et „ sicut permanet quod in Christo Petrus cre„ didit, ita permanet quod in Petro Christus instituit". Rursùs ne putaretur Petri potestas & authoritas cum vita ipsius mortali cessasse, sequitur ibidem inferiùs de ipso:" Nunc ple„ niùs & potentiùs ea quæ sibi sunt commissa „ peragit, & omnes partes officiorum atque „ curarum in ipso & cum ipso per quem est „ glorificatus exequitur. Si quid itaque à no„ bis rectè agitur, rectèque disponitur: si quid „ à misericordia Dei quotidianis supplicatio„ nibus obtinetur, illius est operum atque „ meritorum, cujus in sede sua vivit potestas, „ & excellit authoritas. Hoc enim obtinuit illa „ confessio, quæ à Deo Patre Apostolico in„ spirata cordi, omnia humanarum opinionum „ incerta transcendit; & firmitatem Petræ, „ quæ nullis impulsionibus quateretur, acce„ pit. In universa namque Ecclesia, *Tu es* „ *Christus Filius Dei vivi*, quotidie Petrus di„ cit: & omnis lingua quæ confitetur „ Dominum, magisterio hujus vocis im„ buitur. Hæc fides diabolum vincit, & „ captivorum ejus vincula dissolvit: hæc „ erutos mundo inserit cælo, & portæ In„ feri adversùs eam prævalere non possunt. „ Tantâ enim divinitùs soliditate munita est, „ ut eam neque hæretica unquam corrumpere „ pravitas, nec Pagana potuerit superare per„ fidia. His itaque modis rationabili obsequio „ celebratur hodierna festivitas: ut in persona „ humilitatis meæ ille intelligatur, ille hono„ retur, in quo & omnium Pastorum solli„ citudo cum commendatarum sibi ovium cu„ stodia perseverat, & cujus etiam dignitas in indigno hærede non deficit". Cùm in Oecumenicâ Chalcedonensi Synodo fuisset lecta hujus ipsius Leonis Epistola ad Flavianum, contra dogma Eutychetis: C. Reverendissi„ mi Episcopi clamaverunt: Hæc Patrum fi„ des, hæc Apostolorum fides. Omnes ita „ credimus, orthodoxi ita credunt: Anathe-

A. Vide suprà hic c. 31 §. 103.

Luc. 22. 32.

B. Leo ser. 3 de Assumpt sui ad Pontificatum.

Mat. 16

C. Synod. Calce. Act. 2.

„ ma ei qui ita non credit. PETRUS PER LEONEM ITA LOCUTUS EST". Ecce quemadmodum *Petri in Sede sua vivit potestas, & excellit authoritas*! Ecce quemadmodum *Petri dignitas in indigno etiam hærede non deficit*! Non quòd Magnus Leo reipsa fuerit hæres Petri indignus: sed quòd tametsi indignus fuisset, eo tamen ipso quòd hæres fuisset, prædecessoris in ipso dignitas equidem mansisset. Inde est quòd Augustinus dicat: D. In illum ordi-
„ nem Episcoporum, qui ducitur ab ipso Pe-
„ tro usque ad Anastasium qui nunc eandem ca-
„ thedram sedet, etiamsi quisquam traditor
„ per illa tempora surrepsisset, nihil præjudi-
„ caret Ecclesiæ, & innocentibus Christianis;
„ quibus Dominus providens, ait de Præpo-
„ sitis malis: *Quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite. Dicunt enim, & non faciunt*". Et lib. 4. de Doctrina Christiana cap. 27. "Quoniam boni fideles (inquit) non quem-
„ libet hominum, sed ipsum Deum obedien-
„ ter audiunt, qui ait: *Quæ dicunt, facite: quæ*
„ *autem faciunt, facere nolite. Dicunt enim, &*
„ *non faciunt*: ideo audiuntur utiliter etiam qui
„ utiliter non agunt: sua enim quærere stu-
„ dent, sed sua docere non audent, de loco sci
„ licet superiore Sedis Ecclesiasticæ, quam
„ sana doctrina constituit. Propter quod ipse
„ Dominus, priusquam de talibus quod com-
„ memoravi diceret, præmisit: *Super cathedram*
„ *Moysi sederunt*. Illa ergo *cathedra*, non eorum,
„ sed *Moysi*, cogebat eos bona dicere, etiam non
„ bona facientes. Agebant ergo sua in vita sua:
„ docere autem sua, cathedra eos non permit-
„ tebat alienæ". Hoc si de cathedra illa veteris legis dici veraciter potuit, quanto magis de cathedra principali Novæ legis; in qua Principis Apostolorum perseverat potestas & excellit authoritas? De hoc Ennodius Ticinensis loquens: E. Ille (inquit) perennem me-
„ ritorum dotem cum hæreditate innocentiæ
„ misit ad posteros. Quod illi concessum est
„ pro actuum luce, ad illos pertinet, quos
„ par conversationis splendor illuminat. Quis
„ enim sanctum esse dubitet, quem apex tan-
„ tæ dignitatis attollit? In quo si desunt bona
„ acquisita per meritum, sufficiunt quæ à loci
„ Decessore præstantur. Aut enim claros ad
„ hæc fastigia erigit, aut qui eriguntur illu-
„ strat. Prænoscit enim quid Ecclesiarum fun-
„ damento sit habile, super quod ipsa moles
„ innititur". Ubi notandum, Apologeticum istum Ennodii libellum ab Authore conscriptum fuisse de mandato Synodi IV. Romanæ sub Symmacho habitæ, & confirmatum à Synodo V. Romana CCXVIII. Episcoporum sub eodem celebratâ. Lectus quippe fuit in præsentia totius Synodi, prout Acta Synodalia memorant: F. Quo recitato (aiunt ea-
„ dem Acta) & ab omnibus consona voce ro-
„ borato, sancta Synodus dixit: Hæc futuris
„ temporibus conserventur, atque ab omni-
„ bus teneantur, & in omnibus serventur.
„ Hic libellus integerrimè ab omnibus tenea-
„ tur, atque inter quartæ & quintæ Synodo-
„ rum nostrarum Actiones interponatur, &
„ ita sicut harum Synodorum Decreta habea-
„ tur: quia Synodali authoritate conscriptus
„ est, & roboratus. Ad quæ ter Beatissimus
„ Papa respondit: Juxta vestram omnium fiat
„ voluntatem, &, ut judicatis, Apostolicâ
„ habeatur authoritate, & inter Apostolica
„ ab omnibus teneatur Decreta. Ad quæ om-
„ nes ter una voce responderunt, dicentes:
„ Ut fiat, rogamus: ut fiat, rogamus: ut fiat rogamus". Itaque quæ pro authoritate Apostolicæ Sedis astruenda ex illo Apologetico adducta sunt, duarum Synodorum Pontificaliter approbatarum calculis roboratâ sunt.

D. Aug. Epist. 165.

Matt. 23. 3.

Ibid. v. 2.

E Ennodius in Apologet. pro Symmac. Papa.

F. Synod. V. Romana sub Symmacho.

CVIII. Si unquam aliàs assistentia Petri erga Sedem suam fidelibus manifestata est, maximè profectò tunc palam apparuit, quando Eutychiana hæresis vel primùm ebullire cæpit, vel recidivis ausibus revalescere tentavit. Ebullire cæpit illa sub Pontificatu Leonis Primi: & tunc tam validos in Oriente nacta est Patronos, ut nisi tam viriliter ei Apostolicus ille Præsul obstitisset, trophæum ipsa adversùs veritatem erexisset. Unde Nicolaus Papa adversùs quosdam, contendentes, non egere Synodos confirmatione Apostolicæ Sedis, ita scribit ad Michaelem Imperatorem: G. Quo-
„ modo non egeat quælibet Synodus Romanæ
„ Sedis authoritate, quando in Ephesino *Latroci-*
„ *nio*, cunctis Præsulibus, & ipsis quoque Pa-
„ triarchis prolabentibus, nisi Magnus Leo,
„ imitator scilicet illius Leonis de quo scriptum
„ est, *Vicit Leo de tribu Iuda*, divinitùs excita-
„ tus, os aperiens, totum Orbem, & ipsos
„ quoque Augustos concuteret, & ad pietatem
„ commoveret, Religio Catholica penitùs
„ corruisset"? Eadem item hæresis recidivis ausibus tentavit resurgere & sub ipso eodem Leone Pontifice, & sub varijs ejus successoribus, sub Simplicio signanter & Felice III. quorum in renitendo strenuitatem memoravimus. Horum postremo successit Gelasius; sub cujus Pontificatu non solùm Eutychiani, sed Pelagiani quoque tentarunt resurgere: quo factum, ut utrisque debuerit obviare. Obviavit autem non novam alterutris audientiam annuendo, sed antiquis Decretis inhærere iubendo. Occasione igitur Pelagianæ hæreseos in Dalmatiæ regione repullulantis scripsit ad Honorium Dalmatiæ Primatem Epistolam Decretalem, hæc inter alia continentem: H. Nunquid-
„ nam licet nobis, à venerandis Patribus dam-
„ nata dissolvere, & ab illis excisa nefaria
„ dogmata retractare? Quid est ergo quod
magno-

G. Nicol. I. Epist. 8. ad Michaelem Imperatorem.

Apoc. 5. 5.

H. Gelas. I. Epist. 9.

„ magnopere præcavemus, ne cujuflibet hæ-
„ refis femel dejecta pernicies, ad examen de-
„ nuò venire contendat? Si quæ antiquitùs à
„ noftris Maioribus cognita, difcuffa, refutata
„ funt, reftaurare nitimur, nonne ipfi nos(quod
„ abfit,& quod nunquam Catholica patietur Ec-
„ clefia) adverfarijs veritatis univerfis contra
„ nos refurgendi proponimus exemplum? Ubi
Prov. 22.28. „ eft ergo quod fcriptum eft, *Terminos Patrum*
Deut. 32.7. „ *tuorum non tranfgredieris*? &, *Interroga Patres*
„ *tuos, & annuntiabunt tibi; feniores tuos, & dicent*
„ *tibi*? Quid ergo tendimus ultra definita Ma-
„ jorum? Aut cur nobis non fufficit, fi quid
„ ignorantes difcere cupiamus, qualiter ab or-
„ thodoxis Patribus & fenioribus fingula quę-
„ que vel vitanda præcepta funt, vel aptata
„ Catholicæ veritati? cur non ab his decreta
„ probantur? Nunquid aut fapientiores illis
„ fumus, aut poterimus firmâ ftabilitate con-
„ ftare, fi ea quæ ab illis conftituta funt fubru-
„ amus? An fortafsè nefcitis, hanc hærefim,
„ de qua loquimur, ab Apoftolica dudum Se-
„ de per beatæ memoriæ Innocentium, ac de-
„ inde Zozimum, Bonifacium, Celeftinum,
„ Sixtum, & Leonem, continuis & inceffabi-
„ libus fententijs fuiffe proftratam? nec tantùm
„ Ecclefiæ Catholicæ legibus, fed Principum
„ quoque Romanorum Edictis eo tenore dam-
„ natam, ut nec ufquam terrarum vivendi lo-
„ cum Sectatores ejus habere finerentur? Quæ
„ omnia tam geftis Ecclefiæ per fingulas quaf-
„ que Regiones de eorum pravitate confectis,
„ quàm Cenfuræ publicæ Sanctionibus edo-
centur". Omnia hæc in Lutheranos tam bellè hodie quadrant, quàm verè ac providè in Pelagianos funt primitùs fcripta. Quod ut clariùs perfpiciatur, recolenda funt quæ de Lutheranifmi multimoda damnatione fcripfimus fuperiùs cap. 15. §. 51. & quæ item de comparatione Lutheranifmi cum Pelagianifmo dicta funt cap. 21. §. 71. & 72. Neque verò ex fua duntaxat, fed ex Prædecefforum quoque fuorum perfona Gelafius fcribit illud: *Magnopere præcavemus, ne cuiuflibet hærefis femel deiecta pernicies, ad examen denuò venire contendat.* Vidimus quippe fuperiùs per plura capita, quantopere præcaverint Celeftinus, Sixtus, Leo, Simplicius, & Felix, ne hæreticis femel ritè damnatis ulterior audientia annueretur. Cujus rei rationem, conformiter ad Leonem, Simplicium, & Felicem, reddit Gelafius fubjunctis illis verbis: *Si qua antiquitùs à Noftris Maioribus cognita, difcuffa, refutata funt, reftaurare nitimur; nonne ipfi* Nos *(quod abfit, & quod* NVNQVAM CATHOLICA PATIETVR ECCLESIA*) adverfarijs veritatis univerfis contra* Nos *refurgendi proponimus exemplum?*

CIX. His ex Gelafio relatis fuper caufa Pelagianorum confona planè funt quæ idem ipfe fcripfit in caufa Eutychianorum; quibus & nos inftruxit de præfenti caufa Lutheranorum, & quorumlibet aliorum hæreticorum fimiliter ab Ecclefia vel femel ritè damnatorum. Ac inprimis aperta in hanc rem eft illa ejus fententia alias relata: I. Nobis nullum fas eft inire cer- I. Idem pra hic 27. §. 1.
„ tamen cum hominibus communionis alienæ,
„ divinâ Scripturâ prædicante, *Hominem hære-*
„ *ticum poft primam & fecundam correptionem de-*
„ *vita, fciens quod huiufmodi delinquat, proprio iu-*
dicio condemnatus". Alibi quoque fcribens Epifcopis Dardaniæ, apud quos nonnulli fubmurmurabant, *Acacium non putari iure damnatum, eò quòd non fpeciali Synodo fuiffet deiectus: præcipuè cùm fuerit Regiæ urbis Antiftes*: plurima in hanc rem allegavit, quorum pleraque Corpori etiam Juris inferta habentur, prout cernere eft cap. *Maiores*, 24. q. 1. Ait igitur inter alia ibi Gelafius: K. Stultitiam refpuentes K. Idem Epist. 13 Episcopo Dardan.
„ inanium querelarum percurrere vos oportet
„ ab ipfis Beatis Apoftolis, & confiderare
„ prudenter, quoniam Patres Noftri, Ca-
„ tholici doctique Pontifices, in unaqua-
„ que hærefi quolibet tempore fufcitatâ, quic-
„ quid pro fide, pro veritate, pro communione
„ Catholica atque Apoftolica, fecundùm
„ Scripturarum tramitem, prædicationemque
„ Majorum factâ femel congregatione fanxe-
„ runt, inconvulfum voluère deinceps fir-
„ mumque conftare; nec in eadem caufa denuò,
„ quæ præfixa fuerant, retractari qualibet recen-
„ ti præfumptione permiferunt: fapientiffimè
„ prævidentes, quoniam fi Decreta falubriter
„ cuiquam liceret iterare, nullum contra fin-
„ gulos quofque prorsùs errores ftabile perfi-
„ fteret Ecclefiæ conftitutum: ac femper ijfdem
„ furoribus recidivis omnis integra Definitio
„ turbaretur. Nam fi limitibus etiam præfixis
„ pofitarum femel Synodalium Regularum,
„ non ceffant elifæ peftes refumptis certami-
„ nibus contra fundamentum fefe veritatis
„ attollere, & fimplicia quæque corda percu-
„ tere; quid fieret, fi fubindè fas effet per-
„ fidis inire Concilium; cùm quantumlibet
„ illa manifefta fit veritas, nunquam defit
„ quod perniciofa depromat falfitas, ta-
„ metfi ratione vel authoritate deficiens,
„ folâ tamen contentione non cedens?
„ Quæ Majores Noftri divinâ infpiratione Vide cap. *Maiores*, q. 1.
„ cernentes, neceffariè præcaverunt, ut QVOD
„ CONTRA UNAMQVAMQVE HÆRESIM CO-
„ ACTA SYNODVS PRO FIDE, COMMVNI-
„ ONE, ET VERITATE CATHOLICA AT-
„ QVE APOSTOLICA PROMVLGASSET, NON
„ SINERENT POST HÆC NOVIS RETRAC-
„ TATIONIBVS MVTILARI: ne pravis occa-
„ fio præberetur, quæ medicinaliter fuerant
„ ftatuta pulfandi. Sed Authore cujuflibet in-
„ faniæ, ac pariter errore damnato, fufficere
„ judicarunt, ut quifquis aliquando ejus erroris
„ communicator exifteret, principali fententiæ damna-

„ damnationis ejus esset obstrictus: quoniam „ manifestè quilibet vel professione suâ vel „ communione posset agnosci. Et, ut priora „ taceamus quæ diligens inquisitor facilè po- „ terit vestigare, *Sabellium* damnavit Synodus, „ nec ut Sectatores ejus posteà damnarentur ne- „ cesse fuit singulas viritim Synodos celebrari; „ sed pro tenore constitutionis antiquæ, cun- „ ctos, qui vel pravitatis illius vel communio- „ nis extitere participes, universalis Ecclesia „ duxit esse refutandos. Sic propter blasphe- „ mias *Arii*, forma fidei communionisque Ca- „ tholicæ Niceno prolata Concilio, Arianos „ omnes, vel quisquis in hanc pestem sive con- „ sensu, sive communione decideret, sine re- „ tractatione conclusit. Sic *Eunomium*, *Macedo-* „ *nium*, *Nestorium* Synodus semel gesta condem- „ nans, ulteriùs ad nova Concilia venire non „ sivit: sed universos quocunque modo in hæc „ consortia recidentes, tradito sibi limite Sy- „ nodali refutavit Ecclesia. Nec unquam rectè „ cessisse manifestum est, quâlibet necessitate „ cogente, novis ausibus quæ fuerant salubri- „ ter constituta temerasse. Propterea in tem- „ pestate quoque persecutionis Arianæ pluri- „ mi Catholici Sacerdotes de exiliis pace red- „ ditâ respirantes, sic cum Catholicis nihilo- „ minùs fratribus Ecclesias composuere tur- „ batas, ut non tamen illius Synodi Nicenæ, „ quicquid de fide & communione Catholica „ & Apostolica definierat, immutarent: nec „ novâ quemquam lapsum damnatione per- „ cellerent, sed illius tenore Decreti, nisi re- „ sipuissent, censerent esse damnatos. Quibus „ convenienter, ut dictum est, ex paterna Tra- „ ditione perpensis, confidimus, quòd nullus „ jam veraciter Christianus ignoret, uniuscu- „ jusque Synodi constitutum, quod universa- „ lis Ecclesiæ probavit assensus, non aliquam „ magis exequi Sedem præ cæteris oportere, „ quàm Primam: quæ & unamquamque Sy- „ nodum suâ authoritate confirmat, & conti- „ nuatâ moderatione custodit; pro suo scilicet „ Principatu: quem Beatus Petrus Apostolus „ Domini voce perceptum, Ecclesiâ nihilò „ minùs subsequente, & tenuit semper, & re- tinet". Plura ibidem in subsequentibus eò- dem spectantia occurrunt: ut inprimis illud: " Bona Synodus vereque Christiana semel „ acta, nullâ nec potest nec debet novæ Synodi iteratione convelli". Et illud item: " Bona „ Synodus, nulla causa est cur aliâ debeat Syno- „ do retractari: nec ipsa retractatio ejus Constitu- tis deroget firmitatem". Et illud postremò: " Synodum, quæ pro fide Catholica sit præ- „ fixa, secundùm veterum formam, sicut di- „ ctum est, perspiciant, novellis non potuisse „ quæstionibus ventilari: sed juxta ejus teno- „ rem, semel legitimè justèque depromptum, „ & jure probari recta sectantes, & contraria „ sentientes refutari. Quòd Sedes Apostolica, „ sicut decuit, antiquâ traditione custodiens, „ non Synodum duxit iterandam, sed in ejus „ prævaricatore pellendò hanc eandem Syno- „ dum potiùs exequendam". Frustrà autem, si non etiam cavillatoriè, tentaverit quis authoritatum istarum vim eludere, quasi nihil officiant præsenti prætensioni *Confessionistarum*; quippe non petentium novam congregari Synodum post Tridentinam, sed novam dumtaxat institui disputationem seu extra Synodalem disceptationem. Clarum namque est eos petere aut Synodum, disputationis, vel conferentiæ, vel colloquij, vel collationis, vel consultationis nomine palliatam: aut certè aliquid minus Synodo. Si primum, impingunt manifestè in præmissas authoritates, Synodum post Synodum super iisdem dogmatibus indici, vel celebrari vetantes. Si secundum, profectò longè fædius exorbitant. Si enim non licet Definitiones Synodorum generalium subjicere examini vel discussioni aliarum Synodorum paris cum eis authoritatis; certè multò minùs licebit eas subjicere examini vel discussioni cujusquam inferioris tribunalis. Plus enim absque dubio deprimitur authoritas Judicis, provocatione factâ ad Judicem inferiorem, quàm ad parem. Ac per hoc Pontifices & Concilia dum prohibent indici aut celebrari novas Synodos super dogmatibus semel œcumenicè decisis, à fortiori prohibent super iisdem indici aut celebrari alia quæcunque comitia vel conventicula, sub nominibus *colloquiorum*, vel *conferentiarum*, vel *collationum*, vel *consultationum*, vel *disputationum*, vel quibuslibet similibus expressa. Volunt enim præcavere, ne œcumenicarum Synodorum dogmaticæ Decisiones ullâ ratione in dubium revocentur. Nam si ullâ ratione in dubium revocentur, omnia illa incommoda, quæ præcavere studuerunt, consequentur. Et quidem ad Papam Gelasium quod attinet, generalissima est illa ipsius, de vitando omnimodo cum hæreticis certamine, sententia, mox suprà repetita: *Nobis* NULLUM *fas est inire* CERTAMEN *cum hominibus communionis alienæ &c.*

Præoccupatio.

Gelas. illic supra.

CAPUT XXXIV.

Gelasio succedens Anastasius viam prædecessorum insistit: Imperatorem cognominem reducere frustrà satagit. Imperator obdurescens obtrudere ei Henoticon *machinatur. Raptus est, ne malitia mutaret intellectum ejus. Peculiaris cura Numinis erga Sedem Apostolicam. Anastasio sufficitur Symmachus, cui hæretici opponunt Laurentium, ut quod nequeunt à Papa impetrent saltem ab Antipapa. Donatistarum fraus, creantium unum è suis Romanum Pseudo-Episcopum, in Collatione Carthaginensi detecta. Comparatio dignitatis Imperialis & Papalis ex Symmacho. Anastasij Imperatoris, uti & aliorum quorundam Apostolicæ Sedis & Catholicæ fidei hostium, improvisus interitus. Symmachi in custodiendo fidei deposito vigilantia; de vitanda hæreticorum concertatione, ac dogmatum semel decisorum retractatione, sententia. Ei succedit Hormisda, cujus testimonia Prædecessoribus consona recitantur. Gregorij præterea Magni, Agathonis, & Alexandri IV. suffragia subnectuntur.*

CX. DEfuncto ante expletum Pontificatus quinquennium Gelasio surrogatus est Anastasius ejus nominis secundus, cujus unica ad Anastasium Imperatorem extat Epistola: in qua hæc de vitandis contentionibus super negotio fidei cum ejusdem fidei temeratoribus, necnon de inviolatè observandis Conciliorum sanctionibus leguntur: [L] Controversiam in Ecclesia remanere nolumus, „ cùm magis vitanda contentio sit, sicut dicitur in Proverbiis: *Odium suscitat contentiones: „ omnes autem qui non contendunt protegit amicitia.* „ Nam & Apostolus ad Corinthios: *Cùm enim*, „ inquit, *sint inter vos æmulationes & contentiones*, „ *nonne carnales estis, & secundùm hominem ambulatis?* Item ad Philippenses: *Siqua ergo consolatio in Christo, siqua allocutio charitatis, siqua „ societas spiritus, siqua viscera & miserationes, implete gaudium meum, ut idipsum dicatis „ omnes, eandem charitatem habentes, nihil per contentionem, neque per inanem gloriam, sed in humilitate mentis invicem æstimantes sibimetipsis superiores, non sua singuli respicientes, sed aliorum.* Hoc „ tamen præcipuè insinuo Serenitati Tuę, Gloriosissime & Clementissime fili Auguste, ut „ cùm causæ Alexandrinorum patuerint piissimis auribus vestris, ad Catholicam & sinceram fidem eos authoritate, sapientiâ, divinisque vestris monitis redire faciatis. Nam „ quid tenendum sit in Religione Catholica „ secundùm Definita Patrum & prędicationem „ omnium Sacerdotum qui in Ecclesia floruerunt, si hoc quoque præceperitis, scientibus „ in memoriam transmittendo renovabimus, „ ignorantibus ad discendum pro officio nostræ instructionis offeremus: ut NVLLA EXTRA HÆC INGENIORVM IACTANTIA VEL PRAVITATIS AVDIATVR". Jactabant enim Eutychiani se liquidò demonstraturos errasse Chalcedonensem Synodum cōdemnando cum suis dogmatibus Eutychetem, dummodò ad iteratam negotii discussionem admitterentur. Et hanc eorum jactantiam nullatenùs attendendam, sed ab auribus prorsùs repellendam indicat Pontifex finalibus illis verbis: *Nulla extra hac ingeniorum iactantia vel pravitatis audiatur.* Et tanquam rogaretur, quid ergo agendum? subdit continuò: [M] Illud verò peculiariùs pro amore Imperii Vestri, & beatitudine quæ consequi poterit Regnum, pro Apostolico officio prædicamus: ut, sicut decet & „ Spirius Sanctus dictat, monitis Nostris obedientia præbeatur, ut bona omnia Vestram Rempublicam consequantur". Et subjunctis in eam rem nonnullis divinæ Scripturæ sententiis, adjicit inferiùs: "Hæc me suggerentem „ frequentiùs non spernat Pietas Tua, ante oculos tuos habens Domini in Euangelio verba: „ *Qui audit vos, me audit, & qui vos spernit, me „ spernit: & qui me spernit, spernit eum qui me „ misit.* Nam & Paulus concinens Salvatori „ nostro ita loquitur: *Quapropter qui hæc spernit, „ non hominem spernit, sed Deum, qui dedit Spiritum Sanctum suum in nobis.* Pectus Clementiæ „ Vestræ sacrarium est publicæ felicitatis, ut per „ Præstantiam Vestram, quam velut Vicarium Deus præsidere jussit in terris, Euangelicis

Marginalia: L. Anast. II Papa Epist. ad Anast. Augustum c. 4 & 5. — Prov. 10. 12. — 1. Cor. 3. 3. — Phil. 2. 1. & seqq. — M. Ibid. cap. 6. — Luc. 10. — 1. Thess. 4. 8.

„ licis Apostolicisque præceptis non durâ su-„ perbiâ resistatur, sed per obedientiam quæ sunt salutifera compleantur". Tanquam diceret, Adversùs ea quæ semel ritè decisa sunt non disputationibus contendatur, sed obedienter eis acquiescatur. His tamen admonitionibus verè salubribus adeò non obtemperavit Imperator Anastasius, ut omni potiùs conatu tentaverit ipsum Pontificem ad subscribendum Zenonis *Henotico* adigere. In quam rem ei operam suam obtulit Romanus quidam Senator, nomine Festus, de quo Theodorus Lector in suis Collectaneis: [N] Festus quidam (inquit) „ Senator Romanus, ad Imperatorem Ana-„ stasium propter quasdam civiles necessitates „ missus, cùm ad Imperatricem venisset, ad-„ hortatus est ut memoria Coryphæorum Apo-„ stolorum, Petri & Pauli, multâ cum reve-„ rentiâ & veneratione celebraretur. Quam-„ vis itaque & anteà celebrata esset, tamen ex „ petitione Festi multò ampliùs & splendidiùs „ panegyris illa celebrari cœpit. Per hunc Fe-„ stum Macedonius Anastasio Romano Epi-„ scopo rationem reddere voluit, verùm ne hoc „ faceret ab Imperatore est prohibitus. Festus „ verò, sicuti fertur, Imperatori clanculum „ pollicitus est, persuasurum se Romano Epi-„ scopo ut *Henotico* Zenonis subscriberet. Cùm „ autem Romam venisset, Anastasium Episcopum mortuum reperit". Nimirum ei contigit quod in libro Sapientiæ scriptum legitur: *Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius.* [O] Quod (juxta „ Augustinum) dictum est secundùm pe-„ ricula vitæ hujus, non secundùm præscien-„ tiam Dei, qui hoc præscivit quod futurum „ erat, non quod futurum non erat: id est, „ quod ei mortem immaturam fuerat largitu-„ rus, ut tentationum subtraheretur incerto". Non est quidem verisimile, nedum consectaneum, Papam Anastasium tentationi Festi succubiturum fuisse, etiamsi vivus à tentaturo repertus fuisset; sed usurpaturum potiùs fuisse illud Polycarpi, superiùs cap. 23. §. 77. commemoratum: *O bone Deus, in quæ me tempora reservasti, ut ista patiar?* Nihilominùs ne vel in eam angustiam devolveretur, ut vel hoc ipsum usurpare compelleretur, præreptus est: quemadmodum & Joannes XXII. ejusdem Sedis Antistes abreptus est, priusquam ad decisionem controversiæ de animarum beatificatione pervenisset. Ne verò nihil egisse videretur Festus: "Studium impendit (subdit ibidem Theodorus „ Lector) ut quod quærebatur quibusdam præ-„ textibus subscriberetur. Multis enim pecuniâ „ corruptis id perfecit, ut præter consuetudi-„ nem Episcopus quidam eligeretur, Roma-„ nus natione, nomine Laurentius. Ordinan-„ tur itaque duo: à pluribus quidem ex Diaco-„ nis ordinatur Symmachus, ab alijs verò Laurentius". Hoc ideò procuratum, ut approbatio *Henotici*, quæ obtineri nequierat à Papa, obtineretur saltem ab Antipapa. Ad quem etiam modum Donatistæ pridem cùm viderent se non aliter posse habere communionem vel apparentem cum Apostolica Sede, quendam è suis, *Felicem* nomine, Pseudopapam Romanum constituerunt, tempore Innocentii I. prout cernere est ex Actis Collationis Carthaginensis in Gestis primæ diei cap. 149. & 157. & aliquot sequentibus. Ut vel hinc facilè colligas quantis moliminibus & fraudibus sategerint ab antiquo hæretici, ne viderentur extranei à communione Sedis Apostolicæ.

N. Theod. Lector lib. 2. Collect.

Sap. 4. 11.

O. Aug. lib. de Prædest. Sanct. c. 14. Vide Cypr. lib. de Mortalitate.

Polycarpus supra.

Vide Diploma Benedicti XI. apud Sander. l. 7. de Visibili Monarchia Ecclesiæ.

CXI. Mortuo, sicut dictum est, Anastasio Pontifici successit legitimâ electione Symmachus; adversùs quem pro partibus Laurentii Pseudopontificis pertinaciter stetit Imperator Anastasius: ad quem extat Epistola Symmachi Apologetica libellum ejus calumniosum refellens. Ubi interrogativè proponens varias causas indignationis Imperatoris in ipsum, ait inter alia: [P] An quia Eutychianis nullatenùs „ acquiesco? Me quidem ista non sauciant, „ sed Te palàm apertèque demonstrant meum „ cogitasse honorem repellere, quem interven-„ tu suo Beatus Petrus imposuit. An quia Im-„ perator es, contra Petri niteris potestatem? „ Et qui Petrum Alexandrinum (*Eutychianum* „ *hæreticum*) recipis, Beatum Petrum Aposto-„ lum in suo qualicunque Vicario calcare con-„ tendis? An benè factus essem, si Eutychia-„ nis faverem? Si Acacii nomini communica-„ rem? Latere non potest cur ista prætendas. „ Conferamus autem honorem Imperatoris, „ cum honore Pontificis: inter quos tantum „ distat, quantum ille rerum humanarum curam „ gerit, iste divinarum. Tu Imperator, à Pon-„ tifice Baptismum accipis, Sacramenta sumis, „ orationem poscis, benedictionem speras, pœ-„ nitentiam rogas. Postremò Tu humana ad-„ ministras, ille Tibi divina dispensat. Itaque, „ ut non dicam superior, certè æqualis honor „ est". Et post pauca rursùs ibidem: "Fortassis „ dicturus es, scriptum esse: *Omni potestati Nos* „ *subditos esse debere.* Nos quidem Potestates hu-„ manas suo loco suscipimus, donec contra „ Deum suas erigant voluntates. Cæterùm si „ *Omnis potestas a Deo est*, magis ergo quæ rebus „ est præstituta divinis. Defer Deo in Nobis, „ & Nos deferemus Deo in Te. Cæterùm si „ Tu Deo non deferas, non potes ejus uti privi-„ legio, cujus jura contemnis. Dicis *Quòd mecum* „ *conspirante Senatu excommunicaverim Te.* Ista qui-„ dem nego: sed rationabiliter factum à Decessoribus meis, sine dubio subsequor. Dicis *Quòd* „ *malè Te Romanus tractet Senatus.* Si Nos Te ma-„ lè tractamus, suadentes ut discedas ab hæreti-„ cis: Tu nos benè tractas, quos vis sociare

P. Symmachus Papa Epist. 7. ad Anastas. Augustum.

Rom. 13. 1.

Ibid.

præcipitanter hæreticis "? Addit præterea adhuc inferius seriam planè admonitionem, Apostolico Præsule dignam, omnibus Christianis Principibus præ oculis jugiter habendam: "Te ,,(inquiens) rerum humanarum Princeps, qua- ,, liscunque Sedis Apostolicæ Vicarius, conte- ,, stari meâ voce non desino, ut Te memineris ,, hominem, quantalibet sis Mundi potestate ,, subnixus; circumspiciasque cunctos, qui ab ,, initio dogmatis Christiani Catholicam fi- ,, dem diverso proposito persequi vel affligere ,, sunt conati, quemadmodùm ipsi, qui intule- ,, rint ista, prævalendo defecerint; & ortho- ,, doxa veritas hoc prævaluerit magis, quo pu- ,,taretur oppressa: quæ,sicut sub insectatoribus ,,suis crevisse monstratur, sic obtrivisse cognoscitur insequentes". Et hæc quidem ille in sua Apologetica Epistola ad Anastasium Imperatorem: de quo illud memorabile refert Paulus Diaconus: Q. Anno vigesimo & septimo Im- ,, perii Anastasii, vidit idem Imperator in visu ,, virum terribilem portantem Codicem: qui ,, hunc aperiens, & inveniens nomen Impera- ,, toris, dixit ei: *Ecce propter malam fidem tuam* ,, *deleo decem & quatuor annos*. Et delevit eos". Fulmine ictum interiisse memorat ibidem inferiùs idem author. De Zenonis quoque Imperatoris tragico obitu videri potest Nicephorus lib. 16. cap. 24. Plura exempla Imperatorum violentâ morte in pœnam perfidiæ extinctorum congerit Henricus Sedulius lib. de Præscriptionibus adversùs hæreses Præscript. 18. ubi & complures etiam hæresiarchas violento interitu oppressos recenset: signanter *Simonem Magum, Montanum, Manetem, Arium, Nestorium*, & ex recentioribus *Lutherum*, *Zuinglium*, *Carlostadium*, *Calvinum*, *Oecolampadium*, *Servetum* &c. Sed ut ad Symmachum Papam regrediamur, extat ejus Epistola ad Orientales, in qua planiùs indicat quid de hæreticorum concertationibus in materia fidei semel definitæ censuerit. Postquam enim Eutychianorum ibi molimina contra fidem Chalcedone declaratam commemorasset, subdidit: R. Adversùs ,, hos si Patrum dogmata ratio suadet esse ser- ,, vanda, cogitate si possunt ea majori trans- ,, gressione calcari, quàm nunc per eos qui in ,, partibus vestris Eutychetis dogmata redivi- ,, va resuscitant. Si verò, tanquam infirmè con- ,, stitutâ sententiâ sine piaculo negliguntur, ci- ,, tra ullum robur credulitatis nostræ summa ,, subsistit, semper succedentibus novis vetera ,,Constituta solventibus. Quando enim Pater- ,, narum regularum despiciuntur inventa, nec ,, eorum quæ benè instituta sunt firmitas vin- ,, dicatur, hujusmodi impietates necesse est fi- ,, dei supervenire. Nam ubi facilis dissolutio ,, est rationabilis Constituti, ibi omnis sancti- tatis forma corrumpitur". Quibus ille verbis idem ipsum argumentum complectitur, quod

Q. Paulus Diacon. lib. 15 Histor. Miscell.

Vide Herm. cont. & Marian. Scotum in Chron. Nicephorus Sedulius.

R. Symmach. Papa Epist. 9.

ejus Prædecessores, Leo, Simplicius, Felix, & Gelasius, fusiùs fuerant in præcedentibus prosecuti: nihil scilicet in tota fide mansurum intactum, sed antiquas omnes hæreses postliminio reversuras ex Orco, si semel illa porta pandatur, quâ synodaliter damnatis revisio annuatur. Cur enim uni potiùs quàm alteri, cur item huic alteri potiùs quàm tertiæ & quartæ, & decimæ, & centesimæ, & millesimæ nova discussio concedatur? Cur denique post primam potiùs decisionem synodalem quàm post secundam, aut post secundam quàm post tertiam, aut quartam, aut decimam, aut centesimam, aut millesimam, nova retractatio instituatur? An expectandum ut hæretica curiositas aliquando dicat, sufficit? Ut aliquando dicat damnatoribus suis, Rectè judicastis? Ut aliquando dicat se nihil habere amplius quod replicet? Nihil sanè horum expectandum: & idcircò decisioni semel ritè factæ inhærendum est. Eapropter adversùs Eutychianos exclamat ibidem consequenter Papa Symmachus: "Christus impetitur: & quis ,, hoc fidelium patienter accipiat? Instituta ,, Patrum reverenda calcantur: & quis non vi- ,, tæ mortem justâ electione præponat? ubi ,, Catholicæ fidei adoranda reverentia? ubi ,, multo cruore Sanctorum dogmata constitu- ,, ta? ubi Doctorum veterum fidelis authoritas"? Sapienter admodùm & apposite Beatus Hilarius: S. Non damnemus Patres (in- ,, quit) ne animemus hæreticos: ne dum hæ- ,, resim expellimus, hæresim nutriamus". Nunquid tolerabilius est, *Confessionistarum* Sectam in sua obstinatione dimittere, quàm Oecumenici Concilii authoritatem ludibrio cunctarum Sectarum exponere? Imò omnium Conciliorum generalium decisiones in suspicionem adducere? An fortè quia Lutherani Tridentinam Synodum pro legitima non habent, retractationi subjicienda est? Subjiciatur ergo retractationi Chalcedonensis Synodus, quia displicet Eutychianis: Ephesina, quia Nestorianis: Constantinopolitana prima, quia Macedonianis: Nicena, quia Arianis. Præclarè omninò nec minùs apposite Beatus Hilarius ibidem præmiserat: "Malè sanctis rebus ,, præjudicatur, si quia non sanctæ à quibusdam habentur, esse non debeant".

S. Hilar lib. de Synodis in fine.

CXII. Symmachi Successor Papa Hormisda Græcos ad obedientiam Sedis Apostolicæ, & ad integram professionem fidei avitæ superiori capite traditam reduxit, non annuendo ulteriorem dogmatum decisorum discussionem, sed acceptando abs se præscriptam submissionem: juxta monitum illud à Beato Cypriano suggestum pridem Papæ Cornelio, de quo suprà cap. 26. §. 85. *Si cum precibus & satisfactionibus veniant, audiantur: si maledicta & minas ingerant, respuantur.* Scripsit

Cyprian.

Hor-

Hormisda ad Epiphanium Constantinopolitanum Antistitem, Ioannis illius sub quo reconciliatio facta est Successorem, instruens qualiter recipi debeant resipiscentes. Ubi postquam præcipua quædam fidei capita adversùs Nestorianos & Eutychianos definita memorasset adjunxit: T. Hæc, sicut à Patribus diffi„ nita sunt, servent, credant, & neque diffi„ nienda transgrediantur. A qua semita decli„ nantes, ipsi sibi ipsis nebulam dubitationis „ circumfundunt. Nobis autem illud Apo„ stolicum respondere contendentibus necesse „ est: *Nos huiusmodi consuetudinem non habemus*, „ *neque Ecclesia Dei*. Hæc ideò per brevia scrip„ simus, quia non convenit dubitare de rebus „ & fide sæpiùs diffinitis". In alia rursùs Epistola, ad Justinum Augustum directa: V. Ca„ venda est (inquit) subtilium magnâ circum„ spectione calliditas, qui ingerunt difficilia, „ dum nituntur labefactare composita. Et „ quis hoc possit admittere, ut ad illa per pa„ cem credamur adduci, ad quæ non potuimus discordiæ necessitate compelli"? Sperarunt nimirum & tentarunt Orientales quidam Monachi, & fortè etiam aliqui Ecclesiarum Præsules, obtinere à Pontifice post reconciliationem, quod impetrare nequierunt tempore separationis, novum scilicet examen dogmatum, synodaliter Chalcedone jam decisorum. Sed pontifex nec pro bello terminando, nec pro pace conservanda annuere unquam voluit, ut quod semel meruerat abscindi denuò permitteret retractari. Superiùs item Epist. 70. vehementer detonat in Monachos Scytas, W. Contentionum studijs assuetos, sola cer„ tamina amantes de Religione captare, & „ mandata negligere. Nunquam apud eos cha„ ritas novo commendata præcepto, nunquam „ pax Dominico relicta discessu. Una pertinacis „ cura propositi, rationi velle imperare, non „ cedere. Contemptores authoritatum vete„ rum, novarum cupidos quæstionum: solam „ putantes scientiæ rectam viam quâlibet con„ ceptam facilitate sententiam: eò usque tumo„ ris elatos ut ad arbitrium suum utriusque Orbis putent inclinandum esse judicium". Et inferiùs rursùs ibidem de eisdem: "Quid ergo „ (inquit) calumniantibus opus erat, extra „ constitutos Ecclesiæ terminos porrigere quę„ stiones; & de his quæ habentur dicta, quasi „ dicta non sint, movere certamina: cùm Chri„ stiana fides Canonicis libris, & synodali„ bus præceptis, & Patrum regularibus Con„ stitutis, stabili & inconcusso termino limitetur"? Nec miretur quis, synodalia præcepta, vel regularia Patrum constituta subjungi hìc ab Hormisda *Canonicis libris*. Nam & Gregorius Magnus, sanctitate & eruditione præclarissimus Pontifex: X. Sicut sancti Evan„ gelij (ait) quatuor libros, sic quatuor Con„ cilia suscipere & venerari me fateor: *Nice*„ *num* scilicet, in quo perversum Arij dogma „ destruitur: *Constantinopolitanum* quoque, in „ quo Eunomij, & Macedonij error convin„ citur: *Ephesinum* etiam primum, in quo „ Nestorij impietas judicatur. *Chalcedonense* „ verò, in quo Eutychis Dioscorique pravitas „ reprobatur, totâ devotione complector, in„ tegerrima approbatione custodio: quia in „ his, velut in quadrato lapide, sanctæ fidei „ structura consurgit, & cujuslibet vitæ atque „ actionis norma consistit. Quisquis eorum „ soliditatem non tenet, etiamsi lapis esse „ cernitur, tamen extra ædificium jacet. *Quintum* quoque *Concilium* pariter veneror". Si Tridentina Synodus ante Gregorij Papatum celebrata confirmataque fuisset, eam proculdubio ipse pari venerationis submissione suscepisset: nam ratio quam subnectit non minùs in hac quàm in illis quas suscipit & suspicit militat: nimirũ, "Quia dum universali sunt consen„ su constituta, se & non illa destruit quisquis „ præsumit aut solvere quos ligant, aut religare „ quos solvunt. Quisquis ergo aliud sapit, anathema sit". Nec refert quòd Tridentinis Constitutis non consenserint Lutherani, vel alij Sectarij ibidem pariter damnati. Nam nec Nicenis Constitutis consenserunt Ariani, nec Constantinopolitanis Macedoniani vel Eunomiani, nec Ephesinis Nestoriani, nec Chalcedonicis Eutychiani: prout suprà visum est de singulis cap. 30. §. 97. ubi & illa Synodalis sententia præmittitur: *Omnes hæretici sanctas Synodos, eorum malas Sectas destruentes, accusant*. Si ergo prædictorum respectivè hæreticorum dissensus non obstitit, quo minùs Gregorius verissimè censuerit ac docuerit, Concilia ab ipso memorata, *Vniversali fuisse consensu constituta*: profectò nec Lutheranorum dissensus obstare potest aut debet, quo minùs Tridentina Synodus dicatur *Vniversali consensu constituta*: adeoque, quoad dogmatum fidei decisionem, ex Gregorij sententia, *sicut sancti Evangelij quatuor libri, veneranda*. Quisquis ergo existimat Gregorium fuisse admissurum hæreticos ad disputandum de canonibus generalium Synodorum, consequens est ut existimet eundem fuisse admissurum disputantes de veritate Euangeliorum. Gregorio consonat & Papa Agatho, dum in priori sua Epistola ad Constantinum, Heraclium & Tiberium Augustos, quæ habetur in sexta Synodo generali Act. 4. ait: Y. Quomodo ad plenum poterit haberi Scrip„ turarum scientia, nisi quæ regulariter à san„ ctis & Apostolicis Prædecessoribus, & vene„ rabilibus quinque Synodis definita sunt, „ cum simplicitate cordis, & sine ambiguitate „ fidei à Patribus traditæ, conservemus; „ unum ac præcipuum bonum habere semper optan-

Marginalia: T. Hormisda Papa Epist. 30. — 1. Cor. 11. 16 — V. Id. Epist. 71. — W. Id. Epist. 70. — X. Greg. 1. l. 1. Registri c. 24. — Præoccupatio — Y. Agatho Papa Epist. 1.

„ optantes atque studentes, ut nihil de eis quæ „ regulariter definita sunt minuatur, nihil au„ geatur, vel mutetur: sed eadem & verbis & sensibus illibata custodiantur" Cujus sententiæ pars prior, negans Scripturarum scientiam haberi ad plenum posse absque traditionibus Patrum & definitionibus Conciliorum, consonat omninò eis quæ superiùs cap. 20. fusè deducta & stabilita sunt. Cùm enim Scripturæ non in legendo, sed in intelligendo consistant; intelligentia verò ista aliundè certò haberi nequeat quàm ex Ecclesiæ traditione, quæ in Patrum regulis & Synodorum Decretis conservatur: consequens planè est, Scripturarum scientiam absque his haberi non posse. Rursùs cùm, sicut ibidem ostensum est, divinæ Traditiones parem habeant cum Scriptura certitudinem, sequitur, rectissimè professum fuisse Gregorium, se œcumenicas Synodos suscipere ac venerari *Sicut sancti Evangelij quatuor libros.* Sequitur pariter rectissimè dixisse Agathonem, *Nihil de eis quæ regulariter definita sunt minuendum, nihil augendum, vel mutandum: sed eadem & verbis & sensibus illibata custodienda.* Extat ibidem & altera ejusdem Agathonis & Synodi Romanæ sub ipso habitæ Epistola ad eosdem Augustos, ubi inter alia leguntur ista:" Execratur vera confessio pietatis, juxta diversitates temporum variari; sicut „ nec ipse varietatem admittit de quo est ipsa „ vera confessio, qui dicit: *Ego sum, & non mutor*". Tanquam diceretur, Fides & ejus confessio debet in hoc imitari Deum, quòd sicut hic, ita & illa sit immutabilis. Eò referri potest & illud Apostoli, *Vnus Dominus, una fides.* Addunt præterea Agatho & Synodus ibidem inferiùs:" Quod nulla veritate fundatum „ est, necesse est ut erroris inconstantiâ varie„ tur. Fides autem vera immutari non poterit, „ nec aliter nunc, aliter postmodùm prædicari: „ quia ut Apostolus docet, *Sit sermo vester, Est Est, Non Non: quod plus est, à malo est*". Et iterùm post plura:" Etsi sæculi sapientiam „ (aiunt) & *Inanem fallaciam*, ut B. Paulus „ Apostolus ait, penitùs ignoramus, veræ ta„ men prædicationis normam simplici veri„ tate docemus atque defendimus: quia non „ verborum pompas habere cupimus, UT „ CONTENTIONIBUS OCCUPEMUR: nec enim „ licet in angustijs nobis degentibus: sed qui „ converti ad veritatem voluerit, rectæ no„ stræ fidei ordinem cum simplicitate cordis „ verborumque lenitate proferimus. Salva„ re enim per Apostolicæ confessionis verita„ tatem commissas nobis divinâ dignatione „ animas magis cupimus, QUAM PER VERBOSAM LOQUACITATEM IN ERROREM „ AUDIENTES IMMITTERE. Quicunque pro„ inde Sacerdotum hæc, quæ in Nostræ hu„ militatis confessione continentur, nobiscum „ sinceriter prædicare desiderant, ut nostræ A„ postolicæ fidei concordes, ut Consacerdo„ tes, ut Comministros ejusdem fidei, & ut „ Spiritales fratres, & Coepiscopos nostros „ suscipimus. Qui verò hæc confiteri nolue„ rint, ut infestos Catholicæ & Apostolicæ „ confessioni, perpetuæ condemnationis reos „ esse censemus: nec aliquando tales in No„ stræ humilitatis collegio, nisi correctos sus„ cipere patimur. NEC TRANSGREDI NOS „ QUISQUAM EORUM ARBITRETUR, QUOD „ A PRÆDECESSORIBUS NOSTRIS PERCEPIMUS". Perceperunt autem à Prædecessoribus suis, numerosè satis per tot jam capita allegatis, Oecumenicarum Synodorum Sanctionibus adeò inviolabiliter esse inhærendum, ut quod semel meruerat abscindi, haudquaquam sinatur retractari. Quam procedendi Regulam novo munimento firmavit Alexander IV. statuendo excommunicationis pœnam in personas saltem laicas, publicè vel etiam privatim de fide disputare ausas: [z] Inhibemus (ait ipse) ne cuiquam „ laicæ personæ liceat publicè vel privatim de „ fide Catholica disputare. Qui verò contrà „ fecerit, excommunicationis laqueo innodetur". Nec est quod sibi blandiantur clerici, quasi jam ipsis liceat de fide disputare, eò quòd ad solos laicos inhibitio ista ac pœna limitetur. Neque enim hîc relaxantur anteriores ullæ constitutiones, sive clericis propriæ, sive eisdem laicisque communes, quibus inhibentur disputationes cum hæreticis ineundæ. Sed ijs omnibus in pleno suo vigore relictis, speciale quiddam statuitur de laicis, ut nimirum sub pœna excommunicationis fulminandæ caveant *Publicè vel privatim de fide Catholica disputare.* Ubi notandum, non restringi disputationem ad eam quæ ineatur cum hæreticis, sed omnem de fide generaliter inhiberi laicis. Nec refert quòd quidam laici subinde doctiores sint multis clericis. Quia lex considerat id quod natum est ut plurimùm accidere, neglecto eo quod communem rerum cursum prætergreditur. Tametsi enim contingat quasdam mulieres multis viris esse doctiores, atque ad docendum aptiores: Apostolus tamen, considerans usitatum rerum cursum, generalem profert legem: *Docere*, inquiens, *mulieri non permitto.* Lex itaque illa Alexandri IV. laicos sic constringit, ut clericos ab aliarum legum obligatione non eximat. Scire præterea hæretici debent, se ratione baptismalis characteris subditos esse Ecclesiæ legibus: atque idcircò in prædictam legem impingere, ejusque pœnam incurrere, si de fide Catholica publicè privatimvè disputare, laici existentes, ausint.

Mal. 3. 6.

Ephes. 4. 5.

Iac. 5. 12.

Col. 2. 8.

z. Alex. IV. c. Quicunque de hæreticis.

Præoccupatio

1. Tim. 2.

CAP. XXXV.

CAPUT XXXV.

Zenonis Veronensis de inutilitate ac noxietate Disputationum ac Tractatuum super fidei dogmatibus sententia. Fides Scriptura antiquior, atque ab eis tam in fieri quàm in conservari independens. Tractatuum frequentiâ non tam astrui fidem, quàm destrui. Dum plures fiunt fides, ad id incipiunt esse, ne ulla sit. Nimia Synodorum sub Constantio Imperatore Ariano frequentia quàm multiplices fidei formulas invexit! Hilarij ea de re gravis, querimonia. Gregorij item Nazianzeni de inutili multiplicatione Synodorum super Synodis testimonium. Qui novam invehere tentant Religionem miraculis eam stabilire debent, alioquin explodendi tanquam seductores. Hæretici omnem vim venenorum suorum in dialectica disputatione constituunt. Isidori Hispalensis, & Gersonis Cancellarij Parisiensis, de vitandis disputationibus super fide cum hæreticis suffragia adducuntur.

CXIII INter sermones Zenonis Veronensis Episcopi, per Augustinum Valerium Cardinalem & Veronensem Episcopum correctiùs editos, unus est *De fide* inscriptus; in quo plurima sparsim occurrunt, quibus ea quæ hactenùs à nobis adducta sunt illustrantur & corroborantur. Primò namque Traditionum divinarum authoritas astruitur, dum fidei independentia à Scripturis constabilitur. Deinde Disputationum sive Tractatuum super fidei negotio non solùm inutilitas, sed perniciositas quoque ostenditur. Quem sermonem, licèt utcunque prolixum, describere libuit: ut clareat quàm sit ipsâ sui antiquitate venerabilis ea doctrina, quam tot ac tantis authoritatum momentis per aliquot jam capita comprobavimus:

A. Christianæ fidelitatis felicitas maxima (ait „ ille ibi) est fidei nosse naturam: quæ talis „ ac tanta est, ut unicuique homini non ab „ alio, sed ejus ex voluntate, præveniente „ Spiritus sancti inspiratione, atque adjutorio, „ nascatur. Cæterùm si, ut quidã putant, docentis pendet ex ore, proculdubiò eodem „ aut cessante aut aliter docente consumitur. „ Huc accedit, quòd nisi insinuationem legis „ omni devotione succincta præcedens am„ plectatur fides, quæ tam sibi quàm illi cre„ dendo præstet effectum, insinuatio inanis „ erit, quia incredulo credentis fructum præ„ stare non poterit. Denique Abraham pla„ cuit Deo credulitate, sine lege: & Judai„ cus populus displicuit Deo incredulitate, „ cum lege. Unde dubium non est, legem non „ posse esse sine fide, fidem posse esse sine lege: „ alioquin ista innumerabilis turba, simpli„ citate suâ felicior, adhuc mortis imperio „ subjaceret, si legis periti tantùm justificari „ meruissent. At cùm scriptum sit, *Littera occidit, Spiritus autem vivificat*: quia *Non sub lege, sed sub gratia sumus*, quæ nos diligere „ Deum, ac illi soli servire in sacramento se„ mel creditæ unicæ Trinitatis, non argumen„ to, non necessitate, sed voluntate com„ pellit; manifestissimum puto, nimis astu„ to esse simplicem meliorem: quia simplex „ omnibus Dei verbis simpliciter credit, „ astutus autem nimiâ sapientiâ infatuatus „ inquisitionibus vanis semetipsum confundit. „ Sed dicet aliquis, si ita est, nulli ergo lex „ prodest. Absit: Prodest, & quidem pluri„ mùm. Nam per ipsam Dei voluntas populis „ intimatur: per ipsam disciplina cælestis col„ ligitur, ac tenetur: per ipsam, inquam, „ genus omne peccati, ne quis imprudens „ intereat, diffamatur: semper monere non „ definit, ignorantiæ ne quis reatum excuset: „ nunc severa, nunc blanda, præmium demon„ strat, & gladium, unicuique quod elegerit „ tributura, ut jure possit implere quod gerit. „ Qui ad se veniunt, professionem credulitatis „ ab eis solam, quia eorum fidé videre non „ potest, exigit: quam si abesse ex moribus „ deprehẽderit, confestim ut perfidum punit „ irata quem docuit: nullamque aliam ob „ causam se promulgatam esse testatur, nisi „ ut fides de infidelibus vindicetur. Denique, „ tolle peccatum, cessat legis imperium: *Lex enim*, sicut scriptum est, *Iusto posita non est, sed peccatori*: quia *Iustus ex fide vivit*, infide„ lis injustè. Errat igitur quisquis disputati„ onem legis æstimat fidem: duo in unum „ diversa confundit. Disputatio enim sicut „ excolit legem, ita SI VERSVTA SIT, ERADICAT

A. Zeno Veronensis serm. de Fide qui habetur Tom. 1. Bibliot. Patrum editionis Parisiensis anni 1644. pag. 412. & 39.

2. Cor. 3. 6. Rom. 6. 14.

1. Tim. 1. 9. Rom. 1. 17.

» DICAT FIDEM : quia fides profectò non est, ubi quæritur fides. Deinde quia lex communis est, fides verò privata : quia lex semper manat ex libro genitali, fides autem tenaciter inhæret suo soli proposito: lex ab alio transit in alium, fides interit si à suo statu aliquando vel aliquò declinaverit. Lex hominis conscientiam alloqui tantùm potest, videre autem non potest : fides conscientiam medullitùs mundat, ne quid reatui vel intrinsecùs debeat : qui enim suam conscientiam non timet, is est qui Deum non timet. Adde quòd lex partibus & discitur, & docetur : adde quòd tota nec intelligitur, nec tenetur : adde quòd à quolibet pro ingenii qualitate argumentis asseritur : adde quod ab omnibus appetitur, à nullo completur : adde quòd index Dei veritatis est, non Dei originis aut naturæ.

„ CXIV. Sequitur, ut scire debeamus, utrùm Tractatum fidei, an fidem tractatus debeamus asserere. Si tractatum fidei dixerimus, vehementer errabimus : Subjici enim se loquacitatis artificio fidei natura non patitur; à qua nihil aliud laboratur, nisi ut suis sibi tantùm virtutibus approbetur: Non enim potest esse perfectum, quod aliunde expectat sibi aliquid necessarium. Si verò fidem tractatus dicere cœperimus, erit profectò nec nostra, nec sua, sed nec ejus cujus esse dicitur : quia TRACTATUS FIDEM DUM ASTRVIT, EX EO IPSO EAM QVO ASTRVIT DESTRVIT : nec ulli dabit quod non habet; sed potiùs VT NON HABEAT, ADHVC IPSE DISQVIRIT. Video præterea, sicut Assertorum indicant nomina, quæ si auferas nulla fortassis est pugna, multos fuisse Tractatus, multas fides, & quidem novellas, & litis labore ac favore nutritas, quas, quia vera vix potest inveniri, credo, ne populi penuriâ laborarent, venales esse propositas. Verùmtamen ex his omnibus eligendum quid sit, non potest nosci aut comprehendi : quia nec erit proprium nec firmum, quod habet statum semper incertum; quippe cùm unius electio sit alterius reprobatio : vel si omnes omninò amplectendæ sint, ut tot quis habeat fides, quot non habet verba; multò magis nihil habebit, quia Tractatus qui eas genuit, vel quotidie generat, adhuc potest generare: è diuerso provocatus rursùs eas pro ingeniorum argumentorumque viribus retractando ac refellendo consumit. Sin verò, sicut necesse est, una est illa nobilis & antiqua, quæ, non dicam Tractatu, sed ipsius porrò nativitate major est legis; quæ Deum Deo credendo promeruit, quæque credere non didicit, sed præsumpsit : edicat mihi PERNICIOSA ISTA ADINVENTIO TRACTATVS SVI quò PROFICIT PVGNA? *Ne fides*, inquit, *interea*t, *cùm malè aut creditur aut docetur.* Quod malum est ista ratio, mox videbimus. Nunc scire cupio, fides ex doctrina constat, an ex credulitate, an ex utroque? Si ex doctrina constat: non habent ergo fidem, qui litteras nesciunt : sed nec ipsi qui sciunt, qui scientiam legis observantiamque ad perfectionem perducere nullis rationibus possunt. Si verò ex credulitate, non ei opus est ulla interpretatio : quia sicut semel creditur, ita semel ex eo ipso, quòd creditum est, consummata fides ultrà nec minuitur nec augetur. Sin verò ex utroque : Patriarcharum semensa fides est; ac per hoc illis constitutionis nostræ decernendi sunt libri, ut possint esse perfecti. O quàm misera est fides, quam verba concinnant! O quàm debilis, cujus quotidie dissipantur varijs argumentationibus membra! O quàm indefensa, quæ Regum, Judicum, divitum, aliquoties etiam, quod pejus est, Gentium desiderat per momenta patrocinia! O quàm turpis ac lubrica, de qua ludit aliena sententia! O quàm adultera, quæ non agnoscit quo authore sit nata! O quàm ridiculosa, quæ duobus confligentibus Christianis, ab altero eorum, si non transducitur, *Perfidia*; cùm transducta fuerit *Fides* vocatur! O quàm non vera, si factionibus pollet! O quàm publicana, cujus fabulantur etiam profani secreta! O quàm præsumpta, quæ mavult novellæ traditioni suæ magìs credi, quàm antiquitati, quàm Deo, Domino dicente : *Reijcitis mandatum Dei, ut traditiones vestras statuatis!* Mar. 7 Sed non eò dico, ut ingratum faciam doctrinæ beneficium; sed ut sciat unusquisque, aliud esse fidem, aliud esse Tractatum; Nec fidem per tractatum posse vel dari, vel nosci, vel destrui. Dari non potest : quia si verbis dari potest, poterit & verbis auferri. Nosci adæquè non potest : quia fieri potest ut quis aliud gestet in labiis, aliud in penetralibus cordis. Similiter nec destrui quidem : quia si vera est fides, aliud esse non potest quàm quod est. Igitur cùm possibilitatis humanæ non sit videre fidei secreta, NUSQUAM, frater, TUA CURIOSITAS, NUSQUAM TUA PROFICIT PUGNA : quia quem putas vel de tuis ipsis studiosis fidelissimum, hic infidelis : & quem putaveris infidelem, hic fidelis est. Fortè in eo se quis æstimat fideliorem, si LOQUATUR ARGUTE : cùm magis verus sit ille fidelis, qui sacrâ in prædicatione non ultrà quàm licitum est aciem suæ tetenderit mentis. Eò enim res deducta est, ut fides nostra per Dei requiratur injuriam. Quod futurum Salomon enuntiavit, & cavendum quòd sit, his verbis edocuit : *Melior est qui deficit sensu in timore, quàm qui abundat astutiâ, & transgreditur legem.* Eccli. 1 Et iterùm, *Noli esse sapiens multùm.* Prov. 3 Et *Noli* Rom. 11.

altum

„ altum sapere, sed time. Cùm hæc ita sint,
„ cur legem lege distringis? Cur sub imagine
„ fidei fidem deponis? Cur ipsum fontem
„ divinitatis Philosophicis argumentis exhau-
„ rire conaris? Si peritiam legis ostendere
„ cupis, lectionum nubila differena, doce
„ eam sibi non esse contrariam, doce omnia
„ quæ canit esse credenda. Cæterùm si ejus
„ partem probes, reprobes partem, quomodo
„ per hanc quæris fidem, quam etiam ipsam
„ infidelitatis ream constituis cùm universam
„ non credis? Sin verò fidem Spiritus calles,
„ aliquam demonstra virtutem: impera mon-
„ tibus, ut transferant sese: in admirationem
„ tui rictu blandiente leonum rabies evanescat:
„ Sub gressibus tuis maris unda pingues-
„ cens marmoreo stupore solidetur: Cetyna
„ cymba inter æstuantis pelagi sollicitos sinus
„ fidem tuam fideliter portet: Solis cursus ac
„ Lunæ ab occidui carceris receptaculo ora-
„ tionis fræno refræna: Anhelantis camini
„ ignis exæstuans, victâ naturâ, sentiat per
„ te tecum & ipse refrigerium: Mortuorum
„ in postliminium vitæ animas reductas inspi-
„ ra: Discute laborantibus morbos, cura
„ languores: In tentationibus gaude, & in
„ tormentis in nomine Domini: Si obvene-
Ma. 17. 19 „ rint dura, *Fidem tanquam granum sinapis* te
„ habere demonstra. Sin verò, quod magis
„ est, sub sono legis, ac fidei sæcularis, amore
„ jactantiæ accensus, nascentis Dei de Deo,
„ Spiritusque sancti inæstimabilem incom-
„ prehensibilemque divinitatis perpetuitatem,
„ jure ipso quo ex sese est, argumentis te
„ cogere, examinare, metiri, ac discernere
„ posse præsumis; hìc tibi ego respondere non
„ audeo: quippe cùm sit tutius imperitum
„ videri, quàm esse sacrilegum. Et tamen ha-
„ beo, qui pro me tibi obsistat: nam lex, per
„ quam me fortè minùs peritum peccare
„ compellis, ipsa te magnopere retundens
„ ac redarguens confutabit, dicente Salomo-
Eccl. 3. 22. „ ne: *Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne*
„ *scrutatus sis: quæ præcepit tibi Dominus,*
„ *illa cogita semper, & plurimis operibus illorum*
„ *non eris curiosus: multos enim seduxit suspicio*
„ *illorum.* Similiter & Paulus curioso rescribit,
Rom. 11. 33. „ dicens: *O altitudo divitiarum sapientiæ & scien-*
„ *tiæ Dei, quàm inexquisita sunt iudicia eius & quam*
„ *investigabiles viæ illius! Quis enim cognovit cogi-*
„ *tationem Dei?* Et tu ejus naturam quæris?
„ Sed & alio loco hoc quod agitur evidenter
„ expressit, cùm ad Timotheum loquitur in-
1. Tim. 1. 3. & seqq. „ struendum his verbis: *Hortatus sum ut denun-*
„ *ciares quibusdam, ne perversâ doctrinâ uterentur:*
„ *neque attenderent fabulis, & genealogijs, quæ sine*
„ *fine sunt: quæ magis quæstiones præstant, quàm ve-*
„ *ram rationem Dei quæ est in fide. Definitio autem*
„ *iussionis est charitas ex corde puro, & conscientiâ*
„ *bonâ, ex fide simplici.* Igitur si Dei servus es,
2. Tim. 2. 23. & 24 „ *Stultas & ineruditas quæstiones evita, sciens quia*
„ *lites generant: servum autem Dei non oportet liti-*
„ *gare:* quia lis & charitatis est hostis, & fidei;
„ quas si quis amiserit, nec divina ille profectò
„ nec humana cognoscit. Hæc, si religiosus es,
„ serva: si verè timoratus, custodi. De eo, quod
„ modum humani sensûs excedit, disputare
„ devita. Negat quodammodò Deum, quisquis
„ rationibus humanis eum metiri conatur. De-
„ fensio nonnisi imbecilli præstatur: nec potest
„ eum revereri, qui ingenii sui esse putat quod
ille fuerit æstimatus".

CXV. Hæc ex sermone illo tam prolixè descripsimus, eò quòd non pauca nec levia contineant documenta scitu perquàm utilia, & coarguendis Novatoribus opportuna. Advertendum interim est, *Legem* ab Authore sumi non pro Moysaicis duntaxat libris, imò non pro totâ tantùm Scriptura veteris Testamenti: sed pro universa Scriptura tàm Veteris quàm Novi Testamenti. Patet id manifestè ex eo quòd, tanquam testimonia legis adducat verba Ecclesiastici, *Altiora te ne quæsieris* &c. itemque verba Apostoli scribentis ad Romanos, necnon ad Timotheũ. Hinc consectariũ est, fidem, quã facit anteriorem lege, antiquiorem esse universis Scripturis divinis: adeoque primordialiter niti non Scripturis, sed Traditionibus: prout suprà advertimus c. 26. Advertendum præterea, Disputationibus sive Tractatibus non tam ingenerari fidem, quàm eradicari: prout indicat illa Authoris sententia: *Disputatio, sicut excolit legem, ita, si versuta sit, eradicat fidem.* Cavenda proinde est disputatio de fide cùm fidei ipsius adversariis: qui, ut Beatus scribit Ambrosius, B. Ambr. l. 1. de Fide ad Gratian. cap. 5.
B. Omnem vim venenorum suorum in Dia-
„ lecticâ DISPUTATIONE constituunt;
„ quæ Philosophorum sententiâ definitur non
„ astruendi vim habere, sed studium destruen-
„ di. Sed non in Dialecticâ complacuit Deo
„ salvum facere populum suum. Regnum enim
„ Dei in simplicitate fidei est, non in conten-
tione sermonis". Hinc igitur rursùs est, quod Zeno inferiùs subdiderit: *Tractatus fidem dum astruit, ex eo ipso eam quo astruit destruit: nec ulli dabit quod non habet, sed potiùs ut non habeat, adhuc ipse disquirit.* Vide quæ ex Tertulliano huc spectantia descripsimus cap. 30. §. 97. & 99. Indicat præterea Zeno subsequenter, multitudine Tractatuum super negotio fidei non potuisse perveniri ad confessionem unius fidei, sed potiùs è contrario ita multiplicatas fuisse fidei formulas, quasi viderentur exponi venales: ut nimirum quisque sibi emeret quam præ cæteris concupisceret. Et hoc consonat ei sententiæ quam cap. 23. §. 76. ex Sisinnio retulimus, *Disputatio non solùm Schismata non unit, sed hæreses ad maiores etiam contentiones adduci.* Eò namque majores suscitantur contentiones, quò multipliciores efformantur fidei confessiones: quarum multiplicatione tandem eò pervenitur, ut vera fides penitus interat aut

Zeno. Tertullian. Zeno. Sisinnius.

Hilarius. aut ignoretur. Hinc Beatus Hilarius in libello ad Constantium Augustum, Arianissimi Patronum: " Scribendæ (inquit) atque innovandæ ,, fidei usus inolevit. Qui postquam nova po-,,tiùs cæpit condere quàm accepta retinere, nec ,, veterata defendit, nec innovata firmavit; & ,,facta est fides temporum potiùs quàm Euan-,, geliorum, dum & secundùm annos scribi-,, tur, & secundùm confessionem Baptismi non ,, tenetur. Periculosum nobis admodùm, at-,,que etiam miserabile est, tot nunc fides exi-,, stere, quot voluntates; & tot nobis doctrinas ,, esse, quot mores; & tot causas blasphemia-,, rum pullulare, quot vitia sunt: dum aut ita ,, fides scribuntur, ut volumus; aut ita ut vo-,,lumus, intelliguntur. Et cùm secundùm unum ,, Deum, & unum Dominum, & unum Baptis-,, ma, fides una sit; excidimus ab ea fide quæ ,, sola est: & dum plures fiunt, ad id cæperunt esse, ne ulla sit". Hujus confusionis præcipua causa fuit multitudo Synodorum, Constantii Imperatoris jussu habitarum super dogmatibus Arianorum pridem in Nicena Synodo ritè damnatorum. Nusquam enim aliàs frequentiores, quàm sub Constantio celebratę sunt Synodi. De quo Ammianus Marcellinus, homo ethnicus: C. Christianam Religionem (inquit) ,, absolutam & simplicem anili superstitione ,, confundens; in qua scrutanda perplexiùs, ,, quàm componenda graviùs, excitavit dissidia ,, plurima; quæ progressa fusiùs aluit concerta-,, tione verborum: ut catervis Antistitum ju-,, mentis publicis ultrò citròq; discurrentibus, ,, per Synodos quas appellant, dum ritum om-,, nem ad suum trahere conatur arbitrium, rei vehiculariæ succiderit nervos". Hanc frequentiam Synodorum super Synodis, sub hæretico Imperatore collectarum, & nullo bono operæ pretio reportato dissolutarum, considerans Gregorius Nazianzenus, invitanti se Procopio ad Synodum quandam, rescripsit: D. Eo sum ,, animo, ut omnem Episcoporum Synodum ,, fugiam: quoniam nullius Concilii finem læ-,, tum & faustum vidi, nec quod depulsionem ,, malorum potiùs quàm accessionem & incre-,, mentum habuerit. Pertinaces enim conten-,, tiones, & dominandi cupiditates, ne ullis ,, quidem verbis explicari queant: citiùsque ,, quis improbitatem accerserit dum aliis Judi-,, cem se præbet, quàm ut aliorum improbitatem comprimat". Quo Nazianzeni testimonio nimis abusivè nituntur moderni quidam Sectarii enervare omnium Synodorum authoritatem: cùm Nazianzenus nonnisi inutilem Synodorum super Synodis multiplicationem redarguat; qualem Ariani quidem Niceæ damnati invexerunt, semper mutantes quod anteà constituerant. Qua de re Hilarius loco proximè citato:" Conscii nobis invicem sumus (in-,, quit) post Niceni conventus Synodum nihil

C. Ammian. Marcell. lib. 21. in fine.

D. Gregori Naz. Epist. 55.

Hilarius.

,,aliud quàm fidem scribi. Dum in verbis pug-,,na est, dum de novitatibus quæstio est, dum de ,,ambiguis occasio est, dum de authoribus que-,, rela est, dum de studiis certamen est, dum in ,, consensu difficultas est, dum alter alteri ana-,, thema esse cæpit, propè jam nemo Christi est. ,, Incerto enim doctrinarum vento vagamur, ,, & aut dum docemus perturbamus, aut dum ,, docemur erramus. Jam verò proximi anni ,, fides, quid jam de immutatione in se habet? ,, Primum, quæ *Homousion* decernit taceri: se-,,quens rursùm, quæ *Homousion* decernit & prę-,, dicat: tertium deinceps, quæ *Usiam* simplici-,,ter à Patribus præsumptam, per indulgentiam ,, excusat: Postremùm quartum, quæ non ex-,, cusat, sed condemnat. Et eò tandem proces-,, sum est, ut neque penès nos, neq; penès quen-,,quàm ante nos Sanctum exinde aliquid atque ,, violabile perseveret. De similitudine autem ,, Dei Filii ad Deum Patrem, quàm miserabilis ,, nostri temporis fides est, ne non aut ex toto, ,,aut tantùm ex portione sit similis! Egregii ,, scilicet arbitri, cælestium Sacramentorũ con-,,quisitores, invisibilium mysteriorum profes-,, sionibus de fide Dei calumniamur, annuas at-,, que menstruas de Deo fides decernimus, de-,, cretis pœnitemus; defendimus, defensas ana-,, thematizamus; aut in nostris aliena, aut in , alienis nostra damnamus; & *Mordentes invicem*, ,, *iam absumpti sumus ab invicem.* Fides deinde ,, quæritur, quasi fides nulla sit: fides scribenda est, quasi in corde non sit". His consonæ sunt illæ Zenonis exclamationes, seu potiùs deplorationes: *O quàm misera est fides, quam verba concinnant! O quam debilis, cuius quotidie dissipantur varijs argumentationibus membra* &c. Rectè quoque idem advertit, eos à fide extraneos reputari debere, qui non integram Legem seu Scripturam admittunt, sed *eius partem probant, reprobant partem.* Tales hodie sunt Lutherani, qui Manichæorum sacrilegum privilegium sibi usurpantes, è divinæ Scripturæ libris quos volunt recipiunt, quos nolunt rejiciunt. Quibus rectè regeritur illud Augustini ad Manichæos: E. Qui in Euangelio quod vultis creditis, quod ,,vultis non creditis, vobis potiùs quàm Euangelio creditis". Et illud item ejusdem lib. 32. ejusdem Operis cap. 19." Videtis ergo id vos ,, agere, ut omnis de medio Scripturarum au-,, feratur authoritas, & suus cuique animus au-,, thor sit quid in quaque Scriptura probet, ,, quid improbet: id est, ut non authoritati ,, Scripturarum subjiciatur ad fidem, sed sibi ,, Scripturas ipse subjiciat: non ut ideò illi ,, placeat aliquid, quia hoc in sublimi autho-,, ritate scriptum legitur; sed ideò rectè scriptum videatur, quia hoc illi placuit". Quod si dicant se ex fide Spiritus discernere inter veram & falsam Scripturam, inter divinam & humanam doctrinam, occurret eis Zeno, dicens

Gal. 5.1[5]

Zeno.

E. Aug[ust.] l. 17. co[nt.] Faust. c[ap.] Vide ib[id.] l. 32. c. 1[9]

dicens unicuique viritim, *Si fidem Spiritus calles, aliquam demonstra virtutem: Impera montibus, ut transferant sese* &c. Cui consonum est illud Beati Paciani Barcilonensis quondam Antistitis, de Novatiano hæresiarcha, novum dogma in Ecclesiam invehente: [F] Linguis locutus est? „ Prophetavit? Suscitare mortuos potuit? Ho- „ rum enim aliquid habere debuerat, ut Euangelium novi juris induceret". Tentavit quidem aliquando Lutherus prophetare, ut ea ratione suum novi juris Euangelium persuaderet. Sed quàm inaniter, patet ex dictis cap. 17. §. 57. Idem rursùs, cùm aliud non haberet, pro miraculo obtrudere voluit tam celerem multitudinis conversionem ad suam Sectam recèns exortam. Sed quàm insulsè, patet ex dictis cap. 7. §. 22. Duo alia ab eo frustrà attentata miracula refert his verbis Lindanus: [G] Wilhelmum Nesenum in Albi submersum, „ vanis immurmurationibus Spe miraculi in „ vitam revocare frustrà tentavit. Quàm verò „ egregium sese præstiterit exorcistam, unum „ illud exemplum satis loquitur. Cùm dæmo- „ niacam quandam liberare conaretur, ne se „ prorsùs miraculorum gratiâ destitutum suis „ probaret, illam cum aliquot sui gregis ho- „ munculis in Sacrarium facit adduci: quam „ ubi adjurare esset exorsus, tanto fuit Luthe- „ rus, diaboli voce, terrore prorsùs pavido per- „ culsus, ut vi metus alvus dissoluta tantùm non quæreret remedium". Breviter & fideliter de universis Lutheranismi patronis & asseclis pronunciavit in sua Diatriba Erasmus: [H] Nullus „ illorum adhuc extitit, qui vel equum claudum sanare potuerit". Et rursùs in ejusdem Diatribæ Hyperaspiste adversùs Lutheri Servum Arbitrium: [I] Non exigo (inquit) à vo- „ bis miracula: sed, cæteris paribus, argumen- „ tor, illis potiùs habendam fidem qui mira- „ culis claruerunt, quàm qui NVLLIS MIRACVLIS COMMENDANTVR". Et inferiùs ibid. n. 72. "Nonne signis evidentissimis opus est „ (inquit) quo nobis Luthere persuadeas, ut „ tecum profiteamur, tam venerandum Patrum „ chorum, unà cum Ecclesiæ Proceribus, peni- „ tùs cæcutiisse in sacris litteris, Spiritu Satanæ „ fuisse actos; aut, ut clementissimè dicatur, „ mente alienatâ tulisse sententiam hæreticam, „ impiam, blasphemam, adversùs clarissimam „ Scripturam, & in summam humani generis „ perniciem: utque desciscentes à Patribus „ nostris, quorum doctrinâ, legibus & autho- „ ritate hactenùs aliti rectique sumus; spretâ „ matre, cujus lacte nutriti sumus; desertâ „ tantâ populi Christiani sodalitate, cui tot „ annis assuevimus; summo rerum, vitæ, & „ animarum discrimine concedamus in tuum „ fœdus, in quo præter homines, eosque pau- „ cos, & inter se diffidentes, acresque assertio- „ nes, nihil videmus? Dignitate, authoritate, „ vetustate, ingenio, doctrinâque te videris illis „ ultrò cedere. Miracula vocas in dubium: „ sed hæc tamen publica constansque populi „ Christiani opinio jam olim commendat, CVM „ NE SVSPICIO QVIDEM AVT RVMOR SIMILIS SIT DE VOBIS".

F. Pacian. Epist. 3 ad Sympron. Vide Tertul. lib. de Præscript. c. 30. & lib. de Carne Christi cap. 1.

G. Lindan. in Dubitan. Dial. 3 c. 1. Vide Bell. lib. 4 de Eccles. c. 14. & Alan. Copum Dial. 6. c. 29.

H. Erasmus in Diatriba de lib. Arbit.

I. Idem in Hyperaspisten. 53.

CXVI. Cùm igitur cernant Lutheri Gregales omni se miraculorum gratiâ ita destitui, ut ne vel suspicionem quidem, aut rumorem ejus assequi possint, & nihilominùs Euangelium novi juris à Luthero inductum propagare gestiant; veteris ac veri Euangelii sequaces ad pugnam provocant verborum, quasi suppleturi disputatione, quod deest miraculorum perpetrationi. Verùm hujusmodi supplementi non meminit Pacianus, quando post miraculorum enumerationem subjunxit de hæresiarcha Novatiano: *Horum aliquid habere debuerat, ut Euangelii novi iuris induceret.* Et rectè non meminit: quia verum esse noverat quod de hæreticis dictum ab Ambrosio memoravimus: *Omnem vim venenorum suorum in Dialectica disputatione constituunt*: tanquam nimirum persuasuri rudioribus, se meliorem causam fovere, quia inter disputandum vociferantiùs possunt clamare. Sed respondit eis olim pro nobis Augustinus: [K] Quid est loquacius vanitate? Quæ non ideò „ potest quod veritas, quia si voluerit, etiam plus potest clamare quàm veritas". Secundo Decalogi Præcepto vetamur *Assumere nomen Domini Dei in vanum.* Huic præcepto (juxta eundem Augustinum Fragmento 2. cap. 2.) per contrarietatem correspondet secunda plaga Ægyptiaca, quæ fuit *Ranarum*: "Nomen „ Domini Nostri Jesu Christi (ait ille ibi) „ est *Veritas*: ipse enim dicit, *Ego sum Veritas.* „ Veritas ergo mundat, vanitas inquinat. Et „ quoniam qui loquitur veritatem, de Deo „ loquitur: *Qui enim loquitur mendacium, de suo* „ *loquitur*: veritatem loqui est rationabiliter „ loqui; vanitatem autem loqui, strepere po- „ tiùs est quàm loqui: meritò quia secundum „ Præceptum est dilectio veritatis, cui contra- „ ria est dilectio vanitatis; loquitur autem „ veritas, perstrepit vanitas; huic Præcepto se- „ cundo contrariam videte secundam plagam. „ Quæ est illa secunda plaga? *Ranarum abun-* „ *dantia.* Habes expressim significatam vanitatem, si attendas ranarum loquacitatem". Et paulò inferiùs ibidem rursùs: "Qui huic veri- „ tati contradicunt (inquit) & in sua vanitate „ decepti decipiunt, ranæ sunt, tædium inferentes auribus, non cibum mentibus". Imò verò, quod adhuc pejus est, venenum ingerere nitentes mentibus. Hinc cùm Claudius quidam Dux scripsisset Beato Isidoro Hispalensi Antistiti, *Habere se hæreticos cum quibus assiduè disputaret, & quos ad fidem Catholicam revocare studeret*: Isidorus in hæc ei verba rescripsit: [L] Laudamus zelum, sed audaciam repre-

Pacian. sup.

Ambr. sup.

K. Aug. l. 5. de Civit. c. 27. Vide lib. 1. cont. Cresc. con. c. 1.

Exod. 20. 7.

Exod. 8. 6.

Ioan. 14. 6.

Ioan. 8. 44.

L. Isidor. Epist. ad Claudium.

„reprehendimus. Dicit enim Scriptura divi-
Eccli. 13. v. 1. „na, *Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea.* Cave „igitur, dilectissime fili, ut quia Deus trium„phalibus trophæis armorum strenuitate, pro„stratis inimicis, Te fecit victoriosum, hære„ticis suasionibus ignominiosè ne victus suc„cumbas. Te enim laborante eos ab errore „mortis eruere, ipsi invigilant, Te in præci„pitium erroris demergere. A quorum confa„bulatione vel solatio quemlibet Christico„lam, tanquam à LETHIFERO VENENO, sub „obtestatione divini Judicii præcipimus absti„nere; nisi fuerit in divinis Præceptis expe„rientiâ operum probatus, & sacris eruditus „Scripturis. Testamur igitur coram Deo, mo„nemus, & quicquid possumus hortando præ„cipimus, ut quàm citiùs eos, zelum Dei legis „exercens, nisi Catholicam professi fuerint „veritatem, à Te repellas: atque dicta eorum, „& objectiones, nobis scribendo mittere non
Præoccupatio. moreris". Non deerit fortè qui hunc Isidori locum in nos retorqueat, propterea, quòd author videatur disputationem cum hæreticis permittere ei, qui *Fuerit in divinis Præceptis experientiâ operum probatus, & sacris eruditus Scripturis.* Sed respondetur, illam Isidori exceptionem sive permissionem referri ad privatas duntaxat disputationes & incidenter incurrentes, non ad publicas aut ex condicto susceptas aut suscipiendas: de qualibus est nobis sermo, prout uberiùs patebit infrà. Isidorus itaque disputationes Catholicorum cum hæreticis sic improbat, ut ne privatas quidem cuiquam permittat, *Nisi fuerit in divinis Præceptis experientiâ operum probatus, & sacris eruditus Scripturis.* Neque solùm disputationem cum eis inhibet, sed omnem eorum familiaritatem abrumpendam præcipit, eis verbis: *Nisi Catholicam professi fuerint veritatem, à Te quàm citiùs repellas.* His ad extremum addo Joannem Gersonem, Academiæ Parisiensis ante annos ducentos Cancellarium, & Christianissimi Gallorum Regis in Synodo Constantiensi legatum: qui in Epistola, quam, pro extirpanda Wicleffistarum sive Hussitarum hæresi, Bohemiam tunc infestante, scripsit ad Archiepiscopum Pragensem, Apostolicæ Sedis Legatum, sic inter alia ait:
M. Ioannes Gers. Epist. ad Archiep. Pragens. apud Cochl. lib. 1 Hist. Hussitarum. M. Ecce dum etiam atque etiam recogito, in„veniuntur hactenùs hæreses extirpatæ ab „agro Ecclesiastico diversis viis, veluti falce „multiplici. Inveniuntur quidem primitùs ex„tirpatæ falce vel acuto sarculo miraculorum, „attestantium divinitùs Catholicæ veritati: „& hoc, tempore Apostolorum. Inveniuntur „extirpatæ postmodùm per falcem disputatio„nis argumentativæ, per Doctores. Sunt ex„tirpatæ deinde per falcem sacrorum Conci„liorum, faventibus Imperatoribus, quando „disputatio doctrinalis particularium Docto„rum inefficax videbatur. Tandem accessit, „velut in desperata peste, securis brachii sæ„cularis; excidens hæreses cum authoribus „suis, & in ignem mittens: providens hac „tantâ severitate, & misericordi, ut sic dica„tur, crudelitate, ne *Sermo talium velut cancer* 2. Tim. 2. 17.
„*serpat* in perniciem tam propriam, quàm alie„nam. Et ante multo tempore non sinere „peccatoribus ex sententia agere, sed statim „ultiones adhibere magni beneficii est indi„cium: quia *Nihil est infelicius*, dicente Au- Vide Aug. Epist. 5.
„gustino, *felicitate peccantium.* Colligat ex „istis & similibus Prudentissima Vestræ Pater„nitatis Reverendissimæ circumspectio, quid „actura sit in re præsenti. Nam si in Pseudo„doctores apud vos, seminatores hæresum, „quærunt miracula; sciant, illa jam abundè „facta esse, & præteriisse. Neque fas est ut ad „fidem nostram, tanquam novellam, per mi„racula confirmandam nunc tentetur Deus. „Habent ipsi nedum Moysen & Prophetas, „sed & Apostolos, & Doctores antiquos, cum „sacris Conciliis. Habent & novos Doctores „collectos in universitatibus, præsertim in „ipsa matre studiorum Universitate Parisiensi, „quæ hactenùs hæresum monstro caruit, & „Domino protegente carebit in ævum. Ha„bent prorsùs hæc omnia, credant eis: *Alio„quin neque si quis surrexerit à mortuis, credent* Luc. 16. 31.
„NEQUE RURSUS IN DISPUTANDO, APUD „TALES PERTINACI ANIMOSITATE CON„TENDENTES, ET INNITENTES PROPRIÆ „PRUDENTIÆ, ULLUS UNQUAM ERIT FINIS. „Quin potiùs *nimis altercando*, juxta verbum „Senecæ, *Deperdetur veritas*: scandalizabitur „insuper populus, lædetur quoque summa cha„ritas: denique talis obstinatorum protervi„tas incidet in illud Poëtæ, *Ægrescitq; medendo.*"

CAPVT XXXVI.

Adversus doctrinam præcedentibus capitibus traditam & stabilitam nonnulla obijciuntur, partim ex Scripturis; partim ex Christi Domini, Angelorum, Patriarcharum, Apostolorum, & Ecclesiasticorum Doctorum exemplis; partim denique ex Sanctorum Patrum, Scholasticorum, & Synodorum documentis desumpta.

CXVII. TAntam adduximus nubem testium pro astruendo eo quod probandum suscepimus, ut nimis impersuasibilis fuerit, qui plures exegerit. Sed quoniam ad plenè persuadendum necesse est etiam contradicentium argumenta dissolvere, id nunc præstare pro viribus aggrediemur, præmonente Augustino qui ait: *S. Aug. l. 4. de Doct. Christ. c. 20.* „Pertinet ad docendi curam non solùm aperire clausa, & nodos solvere quæstionum; sed etiam dum hoc agitur, alijs quæstionibus quæ fortassis inciderint, ne id quod dicimus improbetur per illas aut refellatur, occurrere; si tamen & ipsa earum solutio pariter occurrerit, ne moveamus quod auferre non possumus. Fit autem, ut cùm incidentes quæstioni aliæ quæstiones, & aliæ rursùs incidentibus incidentes pertractantur atque solvuntur, in eam longitudinem ratiocinationis extendatur intentio, ut nisi memoria plurimùm valeat atque vigeat, ad caput unde agebatur, disputator redire non possit. Valdè autem bonum est, ut quicquid contradici potest, si occurrerit, refutetur; ne ibi occurrat, ubi non erit qui respondeat: aut præsenti quidem, sed tacenti occurrat; & minùs satiatus abscedat". Hoc igitur Augustini documento admoniti, proponemus hoc capite ea, quæ prædictis obstare videntur; eaque subsequenter explanare ac enervare satagemus. Inprimis itaque obijciuntur testimonia Scripturarum, quibus adversa sententia suaderi posse videtur: è quibus est illud Apostolorum Principis ad fideles: *1. Pet 3. 15.* *Dominum Christum sanctificate in cordibus vestris, parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea, quæ in vobis est, spe.* Nullum tempus voluit haberi exceptum, qui jussit ut simus *semper parati*: nullam quoque personam cujuscunque conditionis, religionis, aut obstinationis excepit, qui generalissimè ait, *Omni poscenti vos rationem.* Nunquid hæretici rationem fidei nostræ nos poscunt, quando ad publicè de fide disputandum nos provocant? Quomodo igitur Apostolicæ jussioni obtemperabimus, si in arenam adversùs provocantes descendere detrectemus? Paulus item Apostolus enumerans ornamenta Episcopo necessaria, inter alia requirit, *Vt potens sit exhortari in doctrina sana, & eos, qui contradicunt, arguere.* *Tit. 1. 9.* Et quasi causam sui dicti assignans, protinus subdit: *Sunt enim multi etiam inobedientes, vaniloqui, & seductores, maximè qui de circumcisione sunt, quos oportet redargui: qui universas domos subvertunt, docentes quæ non oportet.* *Ibid. v. 10.* Idem alibi cùm præmisisset, *Servum Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem:* *2. Tim. 2. 24.* continuò subjunxit unde nunc agitur: *Cum modestia corripientem eos qui resistunt veritati.* *Ibid. v. 25.* „Intende (ait in eum locum Augustinus) quomodo quem *S. Aug. lib. 1. cont. Cresc. cap 4.* noluit litigare, voluit tamen in modestia corripere diversa sentientes: ne Dei servus prohibitionem petulantiæ, occasionem putaret esse pigritiæ". Atque ut pleniùs hujus testimonij vis perspiciatur; advertendum est, Augustinum prædicta Apostoli verba adducere ad probandum contra Donatistas, non licitum duntaxat, sed necessarium quoque esse, disputationes inire cùm eis, qui veritati resistunt. Superiùs quippe ibidem cap. 3. Cresconium Donatistam alloquens: *Crescon. Verba.* "*Instare me* dicis (inquit) *& provocare semper, ut ad dignoscendam veri quæstionem mecum vestri disceptent: sed vestros prudentiùs ac patientiùs facere, qui in Ecclesia tantùm quæ in lege mandata sunt populos docent, nec nobis respondere curant: scientes, quia si lex divina, & tot documenta legalium Scripturarum nobis quid sit meliùs, quid veriùs, suadere non possunt, nunquam humana queat authoritas nos discussis erroribus ad veritatis regulam revocare.* Huic igitur Cresconij Donatistæ tergiversationi obvians Augustinus, allegavit ea quæ superiùs ex Apostolo citavimus, addens & alia ejusdem Apostoli testimonia: nec omittens exemplum ipsius etiam Christi de quo subdit ibidem cap. 8. *Augustinus* "Si contentiosus habetur à vobis, vel animosus, paratorque rixarum, quisquis cuiquam sermonis altercationem vel inferre vel referre curaverit, videte quid de ipso Domino Jesu Christo, ejusque servis Prophetis, & Apostolis sentiatis. Nempe enim Dominus ipse Filius Dei, nunquid cum solis discipulis, vel turbis quæ in eum crediderunt, an non etiam cum inimicis tentantibus, obtrectantibus, maledicentibus

„ habuit de veritate sermonem? Nunquid eum
„ etiam cum unâ muliere, de quæstione ora-
„ tionis contra opinionem vel hæresim Sama-
„ ritanorum piguit disputare? *Sed illam*, in-
„ quis, *credituram esse præsciebat*. Quid toties
„ adversùs Judæos, Pharisæos, Sadducæos,
„ non solùm minimè credituros, verùmetiam
„ maximè contradicturos & persecuturos co-
„ ràm in os eorum quàm multa locutus est?
„ Nonne ab eis ultrò, cùm voluit, quod vo-
„ luit inquisivit, ut illos responsione convin-
„ ceret? Nonne illis dolosè tentando quæ-
„ rentibus, cùm redarguti obmutescerent, si-
„ ne ulla ambiguitate respondit? Quod cùm
„ faceret, nullus ex his legitur ad eum se-
„ quendum fuisse conversus. Et utique no-
„ verat, quia præscius erat, nihil ad eorum
„ salutem, cùm hæc ad eos, vel in eos, vel
„ adversùs eos diceret, profuturum. Sed nos
„ fortasse suo firmavit exemplo, qui futu-
„ ram fidem perfidiamve hominum prænos-
„ cere non valemus: ne siquando nimiùm
„ duris nimiùmque perversis sine fructu salu-
„ tis eorum locuti fuerimus, deficiamus &
„ desistamus ab instantia prędicandi, cùm ina-
„ niter piguerit laborare. Quid quòd etiam
„ ipsum diabolum, quem jam non solùm Deus,
„ sed ne homines quidem dubitare possunt,
„ nullo modo ad justitiam conversum iri,
„ Filius Dei tamen insidiosè tentantem, &
„ de Scripturis sanctis quæstionum laqueos
„ opponentem, de Scripturis sanctis respon-
„ dendo convicit; nec judicavit indignum,
„ cum Satana Christus de divinis Eloquijs
„ habere colloquium: quid utique prævidens,
„ nisi quod Judæis & diabolo nihil proderat,
„ credituris Gentibus profuturum? Prophetas
„ etiam missos legimus ad homines tam ino-
„ bedientes, ut Deus ipse qui Prophetas mit-
„ tebat, de his ad quos mittebat prædiceret,
„ quod verbis eorum obtemperaturi non es-
sent". Et inferiùs ibidem cap. 9. converso
sermone ad Cresconium, disputationes cum
infidelibus improbantem: " Hìc (subdit) si
„ tu flagitaveris, ut ostendam, ubi etiam mihi
„ Deus præceperit id agere, quod tu prohi-
„ bes? Memento, Apostolicas Epistolas non
„ eis tantùm scriptas qui tempore illo quo
„ scribebantur audiebant, sed etiam nobis: non
„ enim ob aliud in Ecclesia recitantur. Atten-
2.Cor.13.3. „ de etiam illud quod Apostolus ait, *An vul-*
„ *tis experimentum eius accipere, qui in me loqui-*
„ *tur Christus*? & recole jam non quid Paulus,
„ sed quid per eum Christus locutus sit, quod
2.Tim 4.2. „ paulò antè commemoravi, *Prædica verbum*,
„ *insta opportunè importunè* &c. Attende etiam
„ quemadmodum ad Titum cùm explicaret
„ qualis esse Episcopus debeat, etiam perseve-
Tit. 1. 9 & 10. „ rantem dixit esse oportere juxta doctrinam
„ fidelis verbi, *Vt potens sit*, inquit, *& ex-*
„ *hortari in doctrina sana, & contradicentes redargue-*
„ *re: sunt enim multi non subditi, vaniloqui, &*
„ *mentis seductores, maximè qui ex circumcisione*
„ *sunt, quos oportet refelli*. Non ergo solos *Qui*
„ *ex circumcisione sunt*, sed eos *maximè* tales
„ esse ait; oportere tamen in doctrina sana re-
„ dargui refellique ab Episcopo *Vaniloquos &*
„ *mentis seductores*, indubitata præceptione
„ firmavit. Unde hoc etiam mihi jussum esse
„ cognosco, hoc pro viribus ago; huic ope-
„ ri, quantum ipse qui jussit adjuvat, perse-
„ veranter insisto. Quid obstas, quid obstre-
„ pis, cur prohibes, cur reprehendis? Ti-
bine obedire oportet, an Deo"? Quid plura?
Toto penè isto libro, satis alioqui prolixo,
id potissimùm agit, ut persuadeat, non so-
lùm licitum, sed etiam præceptum esse Præ-
sulibus Ecclesiasticis, de fide cum fidei hosti-
bus disputare. Unde mox initio libri sequen-
tis, recapitulans ea quæ superiori isto libro
tractaverat, sic scribit: P. Superioris volu- P. Aug. l. 2. cont. Crescon. cap. 1.
„ minis tam prolixo sermone puto quòd tan-
„ dem aliquando persuasimus, non esse in hoc
„ laudandos vestros Episcopos neque appro-
„ bandos, quòd de causa dissensionis, quæ
„ nostram communionem dirimit, nolunt
„ nobiscum habere colloquium. Hac enim
„ quasi præscriptione se in causa pessima pu-
„ tant acutissimos, quam, nisi fallor, & ve-
„ ris certisque rationibus, & maximè divi-
„ narum Scripturarum exemplis penitùs am-
„ putavi; quibus dilucidissimè docui, à sanctis
„ Prædicatoribus atque assertoribus veritatis,
„ etiam contra præsentes ejus adversarios,
„ nec tantùm qui ex eodem populo quo & illi
„ fuerunt, verùmetiam contra alienigenas &
„ extraneos, & unde præcipuè vanas formi-
„ dines injicitis imperitis, contra eos qui
„ Dialecticam maximè profiterentur, habi-
„ tum fuisse sermonem, ne contentiosissimus
„ habeatur diligentissimus Prædicator, & ne
„ litigator habeatur impiger disputator, *In-*
„ *stans*, secundum præceptum Apostoli, *op-*
„ *portunè, importunè, ut doctrina sana contradi-*
„ *centes redarguantur*, vaniloqui refellantur,
„ inquieti corripiantur, pusillanimes conso-
„ lentur, infirmi suscipiantur, dum adversùs
„ omnes resistentes verbum salutis Euange-
„ licæ cum patientia defenditur, sine diffiden-
tia prædicatur".

CXVIII. Obijciuntur præterea multiplicia
exempla, quibus contraria sententia stabi-
liri videtur. Ut enim præteream exemplum
Christi, non solùm cum incredulis Judæo-
rum Sectarijs, sed cum ipso etiam obstinatis-
simo diabolo, hæreticorum omnium patre
& inspiratore, disceptantis; de quo Augu-
stinum mox disserentem audivimus: illustre
certè est exemplum *Michaelis Archangeli cum* Judæ v. 9.
diabolo disputantis de Moysi corpore, prout Judas
Apostolus

Apostolus in canonica sua Epistola memorat. Abelem quoque, primum Martyrem, disputasse de fide cum fratre suo Cain hæresiarcha, innuit Paraphrasis Hierosolymitana, quando ambobus in agro constitutis Cainum refert proposuisse hos articulos, pro thesibus abs se sustinendos: Q. *Non est Iudicium, nec Iudex, nec sæculum aliud, nec merces bona pro iustis, nec pœna pro impijs: nec Dei misericordiâ creatus est Mundus.* Et ad has Caini blasphemias allusisse videtur Judas Apostolus, cùm de sui temporis hæreticis inter alia ait: *Væ illis, quia in via Cain abierunt*: quanquam nihil vetet eum simul allusisse ad invidiæ livorem, utrisque communem; prout suprà indicavimus cap. 6 § 17. Beatum quoque Job prolixam habuisse disputationem cum tribus illis viris, hæreticorum typum gerentibus, qui *Condixerant ut pariter venientes visitarent eum*, liber ejus canonicus indubitanter manifestat. Salomonem quoque non solùm cum Hiramo Rege Tyri, sed cum *Regina* etiam *Saba* disputasse, compertum est. In nova quoque lege primus hæresiarcha statui solet Simon Magus: Princeps tamen Apostolorum Beatus Petrus prolixam cum eo habuit de rebus fidei disputationem, quam Clemens describit lib. 2. Recognitionum & seqq. Stephanus item Protomartyr cum Synagogistis *Disputasse* perhibetur Act. 6. v. 9. & 10. De Paulo Apostolo scriptum est in ijsdem Actis, *Disputabat cum Græcis.* Et iterum, *Disputabat in Synagoga cum Iudæis.* Et rursùs, *Introgressus in Synagogam, cum fiducia loquebatur per tres menses, disputans.* Et mox infrà iterum, *Discedens ab eis segregavit discipulos, quotidie disputans in schola tyranni cuiusdam. Hoc autem factum est per biennium.* Et iterum capite proximè sequenti: *Paulus disputabat cum eis, profecturus in crastinum, protraxitque sermonem usque in mediam noctem.* Justinus quoque Martyr prolixam habuit disputationem cum Tryphone Judæo, quam postmodum in forma dialogi litteris consignavit. Octavius similiter cum Cæcilio ethnico latè disputavit, & de adversario triumphum reportavit: cujus disputationis Acta eleganter descripsit Minutius Felix. Extat similiter in forma dialogi disputatio Origenis cum Megethio hæretico Marcionista. Idem Origenes Ambrosium illum disputando convicit, & de Marcionista Catholicum fecit, cujus postea industriâ, & sumptu, & instantiâ idem Origenes innumera volumina dictavit, teste Hieronymo lib. de Script. Eccles. cap. 56. aliàs 67. R. Gajus quoque (teste eodem Hieronymo) sub Zephyrino Romanæ urbis Episcopo, id est, sub Antonino Severi filio, disputationem adversùs Proculum, Montani Sectatorem, valdè insignem habuit". Archelaus item Cascharensis in Mesopotamia Episcopus publicè cum Manete hæresiarcha disputavit: cujus disputationis Acta summariè refert Cyrillus Hierosolymitanus Catechesi 6. meminitque ejusdem Hieronymus suprà cap. 72. aliàs 83. & Epiphanius Hæresi 66. Inter Opera item Athanasij extat Disputatio ejusdem Athanasij cum Ario hæresiarcha. Hilarius quoque Pictaviensis publicè disputavit cum Auxentio Ariano, Actaque disputationis speciali complexus est volumine, *Contra Auxentium* inscripto. De eodem Hilario in Romano Breviario Die 14. Januarij sic legitur: *Tribus libellis publicè datis audientiam Imperatoris poposcit, ut de fide cum adversarijs coram disputaret.* Quod fusiùs in ejus Vita per Fortunatum digestâ refertur his verbis: S. Imperatori tribus libellis oblatis preces effudit; ut in ejus conspectu collectis adversariis esset ei contra hæreticos disceptandi de Religione licentia, ne veritatem falsitas obnubilaret; ne iniquitas æquitati prævaleret, ne Imperator Deo resisteret, ne Trinitatis fidei iniquitatis perfidia rebellaret". Sanctus Porphyrius Gazensis Episcopus cum Julia quadam Manichæa disputavit, prout in ejus vita narrat Marcus Diaconus. Ex adverso item Beata Catharina Virgo & Martyr publicè de fide disputavit cum præstantissimis Philosophis jussu Maximini Cæsaris accitis. Beatus Hieronymus cum quodam Luciferiano disputavit, disputationemque suam sub Dialogi forma ipse edidit. Augustinus quoque palàm disputavit cum Fortunato & Felice, Manichæis: cum Pascentio, Maximino, & Feliciano, Arianis: cum Felice, Fortunio, & Emerito, Donatistis: cum ingenti præterea Donatistarum turma in celeberrima Collatione Carthaginensi, sub Marcellino Cognitore de mandato Cæsareo habitâ. Possidius item Calamensis Episcopus Augustino familiarissimus, qui & vitam ejusdem Augustini scripsit & Indiculum Operum ejus contexuit, instante eodem ipso Augustino tribus vicibus publicè disputavit cum Crispino Donatista ejusdem civitatis Episcopo, T. *Magna populorum Christianorum multitudine causa exitum, & apud Carthaginem, & per totam Africam expectante.* Refert quoque Victor Uticensis lib. 2. de Persecutione Wandalica solemnem disputationem Carthagine habitam inter Catholicos & Arianos Episcopos, Præside Cyrilâ Arianista, qui cùm ad congressum esset ventum, latini idiomatis ignorantiam prætexuit, ne Catholicis arguentibus respondere cogeretur. Refert item Gregorius Turonensis lib. 5. Historiæ Francorum se publicè de fide disputasse cum Agilane Arianista. Beatus quoque Gregorius, cùm ante Pontificatum legatione fungeretur Constantinopoli apud Tiberium Constantinum Cæsarem,

Q. Cain apud Paraphrasten. Hierosol. in c. 4. Geneseos v. 8.

Ibid. v. 11.

Job. 2.

3. Reg. 10. 1. Vide Ioseph. lib. 8. Antiq. c. 2.

Act. 9. 29. Act. 17. 17. Act. 19. 8 & seqq.

Act. 20. 7.

R. Hieron. l. de Script. Eccles. c. 59. alias 70.

S. Fortunatus in Vita Hil.

T. Possidius in vita Augustini c. 12.

Vide Greg. lib. 14 Moral. cap. 29.

Cæſarem, diſputavit de fide reſurrectionis cum Eutycio Patriarcha; eumque vi diſputationis eò adegit, ut paulò pòſt moriens, pelle manus ſuæ apprehenſâ palam diceret: *Confiteor, quia omnes in hac carne reſurgemus.* Anaſtaſius præterea Sinaita, Patriarcha Antiochenus, refert quatuor diſputationes abs ſe initas cum Eutychianis hæreticis: prout cernere eſt in ejus libro, *Dux viæ* inſcripto cap. 10. Theodori item Abucaræ Epiſcopi Cariæ multiplices cum hæreticis & alijs infidelibus habitæ diſputationes referuntur in ejus Opuſculis. Extat item & prolixa diſputatio Theoriani Catholici cum Generali Armenorum, quam cernere licet Tomo XI. Bibliothecæ Sanctorum Patrum, poſt opuſcula prædicti Theodori Abucaræ. Extat quoque Tomo 15. ejuſdem Bibliothecæ tripartita diſputatio ſive conflictus Arnobij Catholici cum Serapione Ægyptio, de Deo trino & uno, de duabus in Chriſto naturis in unitate perſonæ, & de gratiæ ac liberi arbitrij concordia. Germanum item Altiſſiodorenſem & Lupum Trecenſem, Gallicanos Antiſtites, publicè coram toto populo & exercitu diſputaſſe in Britannia cum Pelagianis hæreticis, teſtatur Conſtantius in vita ejuſdem Germani lib. 1. c. 40. Qua de re & Beda: V. Illic planè (inquit) im„menſa multitudo, etiam cum conjugibus & „liberis, excitata convenerat. Aderat popu„lus & ſpectator futurus, & judex: adſtabant „partes, diſpari conditione diſſimiles; hinc „divina fides, inde humana præſumptio; „hinc pietas, inde ſuperbia; inde Pelagius „author, hinc Chriſtus. Primò beatiſſimi Sa„cerdotes Germanus & Lupus præbuerunt „adverſariis copiam diſputandi: quæ ſolâ nu„ditate verborum diu inaniter & aures oc„cupavit & tempora: deinde ubi Antiſtites „venerandi torrentes eloquij ſui cum Apo„ſtolicis & Euangelicis imbribus profude„runt, miſcebatur ſermo proprius cum di„vino, & aſſertiones moleſtiſſimas lectio„num teſtimonia ſequebantur: Convinci„tur vanitas, perfidia confutatur, ita ut ad „ſingulas verborum objectiones errare ſe, „dum reſpondere nequit, fateretur. Popu„lus arbiter vix manum continet, judicium tamen clamore teſtatur". Beatum quoque Bernardum publicè diſputaſſe cum Petro Abailardo, & iterum cum Gilberto Porretano, hæreſeon adinventoribus, atque utrumque diſputando conviciſſe, conſtat ex ipſius vita lib. 3. cap. 5. Indidem quoque patet eundem cum Henrico quodam Toloſate Hæreſiarcha diſputaturum fuiſſe, niſi adverſarius certamine detrectato clàm ſe ſubduxiſſet. Porrò de congreſſibus ac diſputationibus Catholicorum Doctorum variarum Gentium cum Lutheranis, Zuinglianis, Caluinianis, & alijs horum temporum Sectarijs, dicetur opportuniùs inferiùs, ubi peculiares rationes denegandi Lutheranis concertationem aſſignabimus.

V. Beda l. 1. Hiſt. Anglor. cap 17.

CXIX. Supereſt ut prædictis diſputantium Orthodoxorum exemplis robur addamus ex Doctorum tam veterum quàm neotericorum documentis. Atque inprimis vetuſtiſſimus Irenæus, quem pro noſtra ſententia ſuperiùs cap. 23. & 24. adduximus, non omninò abnuit diſputationes cum hæreticis ineundas, ſed duntaxat quamdiu illi inter ſe manſerint diſcordes; admiſſurus alioqui eas ubi hæretici inter ſe concordaverint: W. Cùm inter eos „convenerit (inquit) de ijs, quæ in Scrip„turis ſunt prædicta, tunc & à nobis confu„tabuntur. Non enim benè ſentientes inte„rim ſemetipſos arguunt, de ijſdem verbis „non conſentientes. Nos autem unum & „ſolum verum Deum Doctorem ſequentes, „& regulam veritatis habentes ejus ſermones, de ijſdem ſemper eadem dicimus". Tanquam diceret, quamdiu inter ſe diſcordes manent, ipſa diſcordia ſufficienter eos redarguit falſitatis, nobis etiam tacentibus & nullam cum eis diſputationem ineuntibus. Concordent ergo primùm inter ſe, & tunc expectent ut nos cum eis ineamus diſputatorium de veritate certamen. Tertullianus item, quem cap. 24. & 25. pro noſtra ſententia diſertiſſimè omnium ſuffragantem allegavimus, alijs tamen locis admittit ac permittit ſecludi præſcriptionem, & iniri cum hæreticis diſputationem. Ait quippe ipſe: X Hoc fermè modo „dicimus ineundam cum hæreticis diſceptationem". Et lib. 1. adversùs Marcionem cap. 1. alludens ad ea quæ de repellendis à diſputatione hæreticis ſcribit in libro de Præſcriptionibus: "Alius libellus (inquit) hunc „gradum ſuſtinebit adversùs hæreticos, etiam „ſine retractatu doctrinarum revincendos, „quòd hoc ſint de præſcriptione novitatis. „Nunc quatenùs admittenda congreſſio eſt „interdum, ne compendium præſcriptionis „ubique advocatum, diffidentiæ deputetur" &c. Et lib. adversùs Praxean cap. 2." Ad„versùs univerſas hæreſes (inquit) jam hinc „præjudicatum eſt, *Id eſſe verum, quodcunque „primum: id eſſe adulterum, quodcunque poſterius.* „Sed ſalvâ iſtâ præſcriptione, utique tamen „propter inſtructionem & munitionem quo„rundam dandus eſt etiam retractatibus lo„cus: vel ne videatur unaquæque perverſi„tas, non examinata, ſed præjudicata damna„ri". Auguſtini teſtimonia retulimus hìc ſuprà §. 117. Proſper quoque tametſi Celeſtinum Papam inde laudaverit quòd *Nequaquam admiſerit retractari, quod ſemel meruerat abſcindi:* & Sixtum ejus ſucceſſorem, quòd *Nullum aditum peſtiferis conatibus patere permiſerit*, prout ibidem

W. Iren. l. 4. cap. 69.

X Tertull. de Reſurrect. carnis c. 2.

Vide ſuprà hic c. 21. §. 71.

ibidem relatum est §. 72. nihilominus idem Prosper lib. contra Collat. cap. 1. loquens de Semi-pelagianis: *Parati sumus* (inquit) *Patronos doctrinæ emendationis audire*. Quod testimonium videtur prophetice de modernis Sectariis prolatum, qui se *Reformatæ Religionis*, hoc est, *doctrinæ emendatioris*, patronos haberi affectant. Plus adhuc de Donatistis hæreticis Augustinus asserit: [Y] Ad collationem (in-„quiens) nobiscum venire eos per Imperia-„lia Jussa compulimus". Plus haud dubiè est compellere hæreticos venire ad collationem, quàm paratum esse eos audire poscentes collationem. Augustinus cum suis Africanis Coepiscopis fecit illud primum in Donatistis, Prosper secundum in Semi-pelagianis: cur igitur nobis non liceat alterutrum præstare Lutheranis? Quòd si respondeatur, obstare nunc Decreta illa tot Pontificum, & Edicta Imperialia superiùs relata, quæ antiquis istis Augustini & Prosperi temporibus nondum fuerant condita. Contra facit illud Ivonis Carnotensis ad Papam Paschalem ejus nominis secundum: [Z] Necessitati temporum cedendum „esse Apostolica docet sublimitas, & ortho-„doxorum consulit authoritas, dicens: quia „ubi populorum strages jacent, detrahen-„dum est aliquid Canonum severitati, ut ma-„joribus morbis sanandis charitas sincera sub-„veniat". Huc accedit authoritas Scholasticorum qui passim cum Divo Thoma 2. 2. q. 10. art. 7. docent, licitum esse cum hæreticis & aliis cujusvis generis infidelibus de fide publicè, in certis circumstantiis, disputare. Quòd si quis Synodalem pro hac sententia authoritatem deposcat: ad manum est Synodus œcumenica Florentina, quæ Græcos pridem damnatos ad Synodalem audientiam admisit, & animosè pro suis erroribus disputantes audivit. Basiliensis quoque Synodus Bohemos, in doctrina Wicleffi & Hussii, pridem per Synodum Constantiensem damnatâ, persistentes, ad Synodalem audientiam invitavit, per Synodicam datam xv. Octobris 1431. quæ extat in Actis ejusdem Synodi. Et quanquam ibi non exprimatur an invitentur Bohemi ad disputandum, Synodus tamen in Responsione ad objecta pro parte Eugenii IV. asseverat, licitum sibi fuisse admittere eosdem Bohemos etiam ad disputandum. Ait igitur ibi Synodus: [A] Si audientia concessa Bohe-„mis reprobatur, cur Græcis conceditur: „cùm & hi & illi ab unitate Ecclesiæ sepa-„rentur? Si Concilium Bononiæ propter „illos indicitur, cur Concilium Basiliense, „propter Bohemos, & multa alia necessaria „jam indictum, dissolvi procuratur: cùm Bo-„hemica hæresis periculosior sit, adeoque ad „illam accuratiùs foret intendendum? Miran-„dum est, si verum est, quod dicitur, Vene-„rabili Archiepiscopo Gneznensi concessam „esse facultatem per Summum Pontificem, au-„diendi Bohemos. Singulari personæ concedi-„tur, quod universali Ecclesiæ non permittitur. „Si Epistola nostra (*ad Bohemos*) diligenter, & „non ex livore vel odio consideretur, planè „constabit, non ad injuriam authoritatis Apo-„stolicæ, nec Conciliorum Constantiensis & „Senensis, imò ad reverentiam & honorem eo-„rum factam fuisse vocationem. Vocavimus „enim, ut nobiscum in eadem unitate conjun-„gantur: & ut qui à nobis aliquandiu divisi „fuerunt, iterum in charitate & unitate nobis-„cum reconcilientur. Si hoc fieri poterit, ad „quod nos laboramus, cedet proculdubiò ad „honorem Sedis Apostolicæ: Ipsam enim re-„verebuntur, quam usque nunc contempserunt. „Cedet ad gloriam Conciliorum Constan-„tiensis & Senensis: quia illam fidem & ritum, „qui in his Conciliis declaratus est, quem us-„que nunc non tenuerunt, amodò tenebunt. „Cur ergo retorquetur ad injuriam, quod quæ-„ritur ad honorem? Nec contra Decreta San-„ctorum Patrum, nec contra leges canonicas „aut civiles, hujusmodi vocatio facta est: sive „asserere velimus eos vocatos ad instruendum, „sicut veritas est, SIVE AD DISPVTANDVM. Si „ad instruendum, nemini dubium est, quin „opus sit pium & meritorium, & Prælatorum „officio necessarium. Si ad disputandum, & ad „hunc finem ut errans instruatur & reducatur; „cùm eadem ratio sit, similiter erit opus pium „ac laudabile, ut inquit Beatus Paulus ad Ti-„tum, *Oportet Episcopum* &c. Et subdit: *Vt potens* „*sit exhortari in doctrina sana, & eos, qui contradi-*„*cunt, arguere*. Imo pernimium periculosum „fuisset, denegare audientiam Bohemis; quam „ubique locorum divulgabant se postulare, & „eis non concedi, ob hanc causam, quia eorum „Articuli erant tam manifestè veri, quòd no-„stri Episcopi & Sacerdotes non poterant eis „respondere, nec cum ipsis conferre audebant: „propter quod scrupulus non parvus in animis „hominum, præsertim simplicium, ista audien-„tium, erat exortus. Omnis autem schola „Theologorum, Canonistarum, & Legista-„rum affirmat, eam disputationem de fide, „quæ non fit causâ perfidiæ, vel tumultus, vel „ut in dubium revocet; sed ad instruendum, „vel clariùs patefaciendum veritatem, vel „convincendum vel confundendum hæreti-„cos seu infideles, vel confirmandum Ca-„tholicos, fore licitam. Imò Beatus Tho-„mas 2. 2. dicit in casu simili, sicut est noster, „quòd *Quando simplices viri sollicitati sunt aut* „*pulsati ab infidelibus vel hæreticis, corrumpere ni-*„*tentibus in eis fidem; tunc necessarium est publicè* „*disputare de fide: per hoc enim simplices fir-*„*mantur in fide, & infidelibus aufertur de-*„*cipiendi facultas: alioquin ipsa taciturnitas eorum* qui

Y. August. lib. 3. contra Iul. c. 1.

Præoccupatio.

Z. Ivo Epistola 190.

D. Thom. cum Scholasticis.

A. Synodus Basiliensis in Respons. Syn. de Authorit. Concilii generalis &c.

Tit. 1. 7. & 9.

Vide D. Th. 2. 2. q. 10. ar. 7. in Corpore.

„ *qui resistere deberent, pervertentibus fidei verita-* „ *tem esset erroris confirmatio.* Et allegat B. Gre- „ gorium, dicentem: *Quòd sicut incauta locutio in* „ *errorem protrahit, ita indiscretum silentium eos qui* *erudiri poterant, in errore derelinquit*". Plurima alia eòdem spectantia documenta & exempla ibidem subsequenter congesta videre licet, ad quæ brevitati studens lectorem remitto.

vide Greg. de Cura Pastor. p. 2. c. 4.

CAPVT XXXVII.

Solutioni Objectionum superiori capite propositarum quædam præambula præmittuntur. Infidelium varij gradus ac status recensentur. Cum quibus infidelibus inire disputationes Catholici vetantur? Hæretici cum hæreticis disputando, si adversarios debellent, & in suam Sectam traducant, morbum eis mutant, non sanant: nec tam sibi, quàm Ecclesiæ vincunt. Varij ineundarum disputationum modi ac normæ commemorantur. Artis typographicæ inventio scriptorias disputationes facilitando multiplicavit. Aliud est doctrinam Catholicam ab Acatholicis impetitam, pro tempore & loco, quasi vim repellendo defendere, aliud verò monomachicum certamen pro ejus defensione offerre vel oblatum suscipere. Hæreticorum varij gradus ac status perstringuntur, & de singulorum admissione vel repulsione à disputatione disseritur. De quæstionibus fidei, & quæstionibus facti.

CXX. PRo decisione argumentorum superiori capite objectorum animadvertendum inprimis est, infideles in quadruplici versari genere sive statu: alii enim sunt Pagani seu Gentiles, alii Judæi, alii Apostatæ, alii denique hæretici. Pagani seu Gentiles dicuntur qui Christianam Religionem neque in seipsa neque in legalibus suis figuris unquam susceperunt. Iudæi, qui eandem in legalibus quidem figuris, at non in semetipsa susceperunt. Apostatæ, qui ab eadem in seipsa suscepta ita resilierunt, ut ne vocabulum quidem ipsum retinere voluerint: & hi vel ad Paganismum, vel ad Judaismum, vel certè ad Atheismum transeunt; nec tam attenditur in appellatione *Apostatæ* quò transeant, quàm undè abeant. Hæretici denique, qui sub prætextu Religionis Christianæ verioris, desciscunt à Religione Christiana vera unicaque. Animadvertendum præterea, præsentem nostram controversiam non institui de disputationibus ineundis cum Paganis, aut cum Iudæis, aut cum Apostatis, sed determinatè cum hæreticis: prout etiam suprà monuimus c. 22. §. 74. Ex quo patet, omnia exempla vel documenta objecta, in quibus de disputationibus initis cum Paganis, aut Iudæis, aut Apostatis ad eosdem vel etiam ad Atheos transmigrantibus agitur, nihil habere roboris ad infirmandam sententiam à nobis hactenùs firmatam: quippe quæ eas solas disputationes concernit, quæ cum hæreticis ineuntur, & quidem à Catholicis: Neque enim multum interest utrùm hæreticis liceat cum aliis hæreticis disputare, ut nimirùm *Satanas Satanam ejiciat.* Mat. 12. 26.
Quando enim quis de una hæresi in aliam disputatione convictus & persuasus transit, non corrigitur perfidia, sed mutatur; nec sanatur æger, sed alteratur. Unde rectè ait Augustinus: [B] Veritas debet, non falsitas pellere falsitatem: B. August. lib contra Priscillianist. c. 4.
„ nam hoc, mutare est malum, non evitare". Et lib. 4. ad Bonifacium cap. 5. loquens de Pelagianis: " Cùm isti (inquit) laudando nu- „ ptias, à Manichæis homines ad seipsos vo- „ lunt traducere; mutare illis morbum cupiunt, non sanare". Non ait, Morbum illis mutant, sed, *Mutare cupiunt*: quia tametsi frequenter hæretici alios hæreticos in suam hæresim traducere cupiant & satagant, raro tamen ad intentum perveniunt. Quod innuere volens Christus, ait apud Marcum: *Quomodo potest Satanas Satanam ejicere?* Marc. 3. 23.
Unde cùm Petilianus Donatista in sua Epistola quædam adversùs Manichæorum hæresim inseruisset, Augustinus cùm inter respondendum eò pervenisset: [C] Fortè (in- C. Aug. l. 1. cont. litteras Petiliani c. 26.
„ quit) expectatis à me, ut etiam de Mani- „ chæo quæ interposuit refellantur. Qua in re „ nobis non displicet, nisi quia pestilentiosissimũ „ & perniciosissimum errorem, id est, Mani- „ chæorum hæresim, omninò levissimâ & propè „ nullâ reprehensione culpavit; quem veritas „ Catholica fortissimis documentis expugnat: „ hæreditas enim Christi in omnibus gentibus „ constituta, adversùs omnes exhæredatas hæ- „ reses tuta est. Sed sicut ait Dominus, *Quomodo* „ *potest Satanas Satanam ejicere*? ita Manichæo- „ rum errorem quomodo potest Donatistarum error evertere"? Optimè autem monet Hilarius,

Hilarius, hæreticos dum adversùs se invicem pro suis respectivè erroribus decertant, nihil pro se, sed totum pro Ecclesia vincere, quicquid vincunt: D· Magna vis est veritatis (ait ille) „ quæ cùm per se intelligi non possit, per ea tamen ipsa quæ ei adversantur elucet: ut in „ natura sua immobilis manens, firmitatem „ naturæ suæ quotidie dum attentatur acqui„rat. Hoc enim Ecclesiæ proprium est, ut tum „ vincat, cùm læditur; tum intelligatur, cùm „ arguitur; tum obtineat, cùm deseritur. Om„ nes quidem illa secum atque intra se vellet „ manere, nec ex tranquillissimis sinubus suis „ aliquos abjicere aut perdere, dum indigni „ fiunt tantæ matris habitaculo: sed discedentibus ex ea hæreticis vel abjectis, quantū amit„ tit occasionis largiendæ ex se salutis, tantum „ assequitur ad fidem expetendæ de se beatitu„dinis. Cognoscere enim hoc ex ipsis hæretico„rum studiis promptissimum est: Nam cùm à „ Domino Ecclesia instituta, & ab Apostolis „ confirmata, una omnium sit, ex qua se diver„ sarum impietatum furens error absciderit; nec „ negari possit, ex vitio malæ intelligentiæ ex„ titisse fidei dissidium, dum quod legitur sen„ sui potiùs coaptatur quàm lectioni sensus „ obtemperat: tamen dum sibi partes singulæ „ adversantur, non solùm suis, sed etiam adver„ santium est intelligenda doctrinis; ut dum „ adversùs unam eam omnes sunt, impiissimum „ tamen errorem omnium, per id quòd sola est „ atque una confutet. Hæretici igitur omnes „ contra Ecclesiam veniunt: sed dum hæretici „ omnes se invicem vincunt, nihil tamen sibi „ vincunt: victoria enim eorum, Ecclesiæ „ triumphus ex omnibus est; dum in eo hæresis „ contra alteram pugnat, quod in hæresi altera Ecclesiæ fides damnat". Veritatem hujus Hilarianæ assertionis luculentis exemplis demonstrat Vigilius in libris adversùs Eutychen: Sabellii nimirum & Arii, Manichæi & Photini, Nestorii & Eutychis: E· *Sabellij* enim perfidia „ (ait ille) *Arij* damnat errorem, rursusque *Ariani* „ dogmatis error *Sabellij* impietatem excludit: „ siquidem Sabellius, unius quidem naturæ „ probabili confessione deceptus, Trinitatis „ unam putavit esse personam; ut ex hoc quòd „ trium una est natura, una intelligeretur esse „ persona. Contrà Arius tres substantias atque „ distinctas, sicut verè sunt, personas accipiens, „ tres earum dissimiles credidit esse naturas: & „ quod ad distinctionem attinet, hoc iste ad „ disparilitatem earundem retulit personarum: „ quamobrem & meritis & gradibus longè au„ sus est definire. Hujus igitur error ad confu„ tationem Sabellianæ impietatis proficiat: „ audiatque Sabellius, intantùm Patris & Filii „ & Spiritus Sancti tres esse personas, ut eos „ Arius & potestate dissimiles, & naturâ diver„ sos audeat profiteri. Audiat rursùs hic idem „ Arius, intantùm Patrem & Filium & Spiri„ tum Sanctum unius potestatis uniusque esse „ naturæ, ut Sabellius unam eorum dicat esse „ personam. Malum ergo tuum, ô Ari, illius „ corrige malo, & malum suum ille de tuo cor„ rigat malo: ut bonum, quod ambo nobiscum tenetis commune sit vobis". Hactenùs ille de duobus primis, Sabellio nimirum & Ario. Sequitur paulò infrà de Manichæo & Photino; quorum prior divinitatem Christi astruit, humanitatem destruit; posterior ex adverso humanitatem astruit, divinitatem destruit: "Ille „ dicit, Deus est: iste dicit, homo est. Grande „ miraculum, ut expugnatione sui veritas con„ firmetur; ut verum uterque dicat, dum uter„ que mentitur. Audi ergo Manichæe: quòd „ Deus sit, verum dicis; quòd & homo non sit, „ falleris. Audi Photine: verè homo est ut „ asseris; licèt non sicut asseris, sed idem & „ Deus est quod impiè refugis: intantùm Deus „ est, ut Manichæus hominem neget; intantùm „ homo, ut tu Deum esse neges. Cùm igitur „ ambo vobis contrarii sitis, ambo nobiscum „ fatemini: longè separati estis, in medio est „ via quam reliquistis: unus hinc, alius inde, „ huc ad nos venite, & vos invicem conveni„ te: transeat unus in alterius sententiam, ita „ ut non relinquat suam: sit vobis commune „ quod privatim habetis: fateatur ille homi„ nem, confitere tu Deum; & pro veritate à proprio tandem errore discedite". Hactenùs ille de Manichæo & Photino. Subdit porrò inferiùs de Nestorio & Eutyche: " Nunc videa„ mus, quo fuerint Nestorius & Eutyches er„ rore decepti. Nestorius duas inducendo na„ turas, duas putavit esse personas: & ob hoc „ arbitratus est, eo ut sacrilego dogmate, duos „ Christos induci. Eutyches respiciens unam „ personam, unam censuit esse naturam: & ob „ hoc humanam ausus est denegare. Et quia in „ Christo & naturarum est proprietas, & perso„ næ unio; Nestorius proprietatem attendendo „ naturarum, à personæ excidit unione, & duos „ putavit Christos, unum passibilem, alterum „ impassibilem esse. At Eutyches unam intuen„ do personam, à naturarum proprietate de„ scivit: & ipsam divinitatem asseruit passam. „ Intantùm ergo non sunt duo Christi, nec duæ „ personæ; ut Eutyches unam dicat esse natu„ ram. Rursùs intantùm non est una natura, „ sed duæ; ut Nestorius duos Christos, duasque dicat esse personas". Patet igitur istis exemplis, quemadmodùm hæreses sibi extremè contrariæ, dum se invicem impugnant aut expugnant, Ecclesiæ, utrasque execranti ac debellanti, tametsi invitæ ac contra intentionem, subserviant: ita ut Ecclesia usurpare de eis possit illud Josephi ad fratres suos: *Vos cogitastis de me malum, sed Deus vertit illud in bonum.*

D. Hil. l. 7. de Trinit.

E. Vigilius l. 2. contra Eutychen. Vide Novat. l. de Trinit. c. 18. & seq.

Gen. 50, 20.

CXXI. Animadvertendum tertiò, multiplices eſſe diſputationum, ſive cum hæreticis, ſive cum aliis infidelibus ineundarum, modos ac normas. Inprimis namque inſtitui poteſt diſputatio vel ſcripto, vel dicto, vel facto. Quorum modorum primus ut ſecuriſſimus, ita & uſitatiſſimus eſt: eumque amplexi ſunt omnes illi tam Patres, quàm Scholaſtici & Controvertiſtæ, quorum libri adversùs Judæos, vel Ethnicos, vel hæreticos proſtant; & alii complures, quos ſimiliter ſcripſiſſe conſtat, licet eorum ſcripta aut temporis injuriâ interierint, aut hominum incuriâ vel induſtriâ deliteſcant. Quin imò juxta hanc diſputandi normam prodierunt etiam nonnulli Canonici libri, ab Apoſtolis adversùs inſurgentes tunc hæreſes conſcripti; quorum aliquot commemoravimus ſupra cap. 10. § 31. Hunc diſputandi modum poſterioribus hiſce ſæculis non parùm facilitavit & facilitando multiplicavit ars typographica, ante ducentos jam annos in Europa primùm reperta: de qua in hunc modum ſcribit Guido Pancirollus: [F] Notatu digna eſt typographiæ inventio: quæ in Germania reperta fuit anno „ 1440. Et invaluit opinio, quendam per mare „ Germanicum & Balthicum navigantem, in „ Regionem Chinenſium, qui olim *Seres* dicebantur, fuiſſe delatum: eundemque, cui Luſitani cum celocibus ſuis ſe adjunxerant, animadvertiſſe, imprimendi artem ibi exerceri. „ Viſis itaque & probè conſideratis typis ac formis illis, in Germaniam reverſum, ſimilem Chalcographiam concinnaſſe; quæ maximo nobis hodie & adjumento eſt, & lucro: „ quandoquidem olim omnia neceſſum eſſet calamo ut deſcriberentur; quem in uſum multæ „ conſtitutæ erant tabernæ, in quibus nihil „ agebatur aliud, quàm ut ſcriberetur. Id quod „ multi laboris erat & ſumptuum, ei præſertim „ qui libros ſibi comparabat. Ego paginas aliquot vidi Chinæ impreſſas, etſi memoriæ „ proditum non eſt unquam ibi typographiam extitiſſe". Hæc itaque ars, ubicunque aut quandocunque innoteſcere primitùs cœperit, qua de re adhuc viget contentio, magnum proculdubiò rei ſcriptoriæ compendium attulit: adeò quidem, ut vir unus plura folia dietim impreſſerit, quàm centeni calamo perſcripſerint. Hæc proinde facilitas, per typographiam invecta, fecit ut multò crebriores nunc quàm olim divulgentur diſputationes ſcripto initæ, ſive à Catholicis pro veritate fidei propugnanda ac firmanda, ſive ab adverſariis fidei pro ſuis erroribus tuendis ac perſuadendis. Dixi autem ſuperiùs hunc diſputandi modum non ſolùm ob majorem facilitatem eſſe nunc uſitatiorem, ſed & ſecuriorem. Nam in vocalibus diſputationibus plerunque accidit ut alterutra pars alteri imponat, tanquàm dixiſſet quod non dixit, vel non dixiſſet, quod dixit.

F. Pancirol. l. 2. Memorabil. recens inventorum cap. 12. Vide Salmethum in Notis iſtius cap.

Quod ſi verba utrimque per Notarios excipiantur: etiam hac in parte pro Notariorum affectu fraus intervenire poteſt. Atque ut ſupponamus nullam à Notarijs fraudem committi, equidem Acta legitima poterunt poſteà depravari aut corrumpi, prout aliquoties factum prætenditur in Colloquiis initis cũ hujus temporis Sectariis. Denique ut hiſce incommodis obviari poſſe donemus, quàm facilè quis diſputatione peractâ dicturus eſt, hoc vel illud ſibi inter diſputandum excidiſſe, nec ſatis præmeditatè illud protuliſſe: hoc item vel illud ſibi ardore diſputationis exæſtuanti, non incidiſſe? Unde præclarè ſuo more ait hac de re Thomas Morus: [G] Non poteſt æquior eſſe „ planities, in qua dimicetur, aut minùs inſidiis expoſita, quàm libellis editis conflictatio; in qua neutra pars cauſari poteſt aut „ perperàm quicquam exceptum à Notariis, „ aut pòſt corruptum à falſariis, aut ſibi quicquam non proviſum calore ſubitariæ diſputationis excidiſſe: ſed quod ex cauſæ meritis „ per otium quicquid poteſt inſtructiſſimum „ protulerit, id ſincera fide prodibit in publicum". De diſputationibus porrò non ſcripto, nec dicto, ſed facto initis, illuſtre extat exemplum libro 3. Regum, ubi cùm Elias & Pſeudoprophetæ ſimul eſſent congregati, ait Elias coram populo: *Dentur nobis duo boves, & illi eligant ſibi bovem unum, & in fruſta cadentes ponant ſuper ligna, ignem autem non ſupponant: & ego faciam bovem alterum, & imponam ſuper ligna, ignem autem non ſupponam. Invocate nomina Deorum veſtrorum, & ego invocabo nomen Domini mei: Et Deus qui exaudierit per ignem, ipſe ſit Deus, Reſpondens omnis populus ait: Optima propoſitio.* Succeſſit Eliæ hæc diſputatio ad votum, igne cœlitus deſcendente ac devorante victimam ejus ſolius. *Quod cùm vidiſſet omnis populus, cecidit in faciem ſuam, & ait: Dominus ipſe eſt Deus, Dominus ipſe eſt Deus.* Ad hoc quoque diſputationis genus ſpectat factum Alexandri Epiſcopi Conſtantinopolitani, qui cùm Imperatoris Conſtantini juſſu compulſus fuiſſet inire diſputationem cum verboſo quodam Philoſopho Chriſtianæ Religioni cum aliis ſuis collegis obſtrepente, nihil aliud pro diſputatione dixit, quàm: [H] *In nomine Ieſu Chriſti præcipio tibi ne loquaris.* Quo dicto alter confeſtim obmutuit. Eòdem ſpectat & exemplum quod Theodorus Lector refert contigiſſe temporibus Martiani Auguſti: [I] Obſtupuit Imperator (ait ille) factum quoddam, quod accidit, „ duobus Epiſcopis inter ſe contendentibus, „ Orthodoxo uno, Ariano altero. Arianus „ quidem dialecticus erat, Orthodoxus autem pius & fidelis. Orthodoxus propoſuit „ hanc conditionem, ut relictis verborum concertationibus rogum ignis ingrederentur, & „ ſic oſtenderent, quæ ſententia magis pia eſſet, Cùm

G. Thomas Mor. lib. adverſ. Lutherum pro Rege Angliæ cap. 1.

3. Reg. 18. & ſeqq.

ibid. v. 39.

H. Apud Zozomen lib. 1. c. 18.

I. Theod. Lect. lib. 2. Collectani

„ Cùm autem Arianus conditionem hanc suf- „ cipere detrectaret, Orthodoxus ipse ignem „ ingressus, è rogo dissiluit, & illæsus servatus est". Huc etiam referendum est, quod de B. Germano Altissiodorensi, Pelagianos miraculo perpetrato redarguente, memoravimus ex Beda hic suprà cap. 29. §. 95. Cæterùm prædictæ omnes disputationum varietates possunt subdividi in publicas, & privatas: & harum rursùs singulæ in eas quæ per se tales sunt, & quæ per accidens tantùm aut præter intentionem sunt tales. Contingit enim interdum publicè seu in præsentia multitudinis disputari, sed non ex condicto aut ex publico Edicto, sed ex occasione duntaxat incidenter oblata vel data. Hujusmodi porrò disputatio potest dici publica de facto, sed non de jure. Quòd si verò ex condicto vel ex publico Edicto publicè ineatur, erit publica de jure simul & facto: si privatim ineatur ex publico Edicto, erit publica de jure, sed privata de facto: ex adverso autem si absque Edicto aut condicto ineatur publicè, erit publica de facto, sed non de jure. Quemadmodum autem pro defensione vitæ corporalis fas est aggressorem ubicunque & quandocunque armis corporalibus repellere, & vim vi coërcere; nec tamen fas est duellum offerre, vel oblatum acceptare: ita licitum fuerit fidem armis spiritualibus adversùs invasores defendere, eorumque argumenta per viam justæ defensionis elidere: non tamen idcircò licitum fuerit, monomachicum certamen pro ejus defensione offerre, aut oblatum acceptare.

CXXII. Animadvertendum quartò, hæreticos ipsos, qui ad disputationem provocant aut provocantur, considerari posse sub multiplici statu ac dispositione: Primus status est, simpliciter in materia fidei errantium: secundus status est, non solùm errantium, sed in errorem quoque alios mittentium, sive errores suos fidei contrarios disseminantium: tertius status est, non modò errantium & in errorem mittentium, sed Ecclesiæ insuper legitimis decisionibus contumaciter reluctantium: quartus denique est, in varias Sectas atque Subsectas sese dividentium ac diffundentium. Cum hæreticis primi, atque etiam secundi status, iniri disputationes non solùm privatas, sed etiam publicas, omninò fas est. Tales quippe non formales, sed tantummodò materiales hæretici sunt: errantes nimirum, aut etiam errorem disseminantes, in materia fidei Catholicæ, absque vitio pertinaciæ. Unde
Tit. 3. 11. nondum censeri debent *Subversi*, aut *à semetipsis damnati*: adeoque nec ex Apostoli præcepto *devitandi*, aut Ex Patrum Decretis ab audientia vel disputatione repellendi. Repulsio quippe ista rationem cujusdam pœnæ habet, quæ demum incurritur, cùm culpa jam plenè completur. Hæresis autem tametsi inchoëtur errando, non tamen completur nisi pertinaciter errori inhærendo. Unde dici solet quòd hæresis pro materia habeat errorem intellectus, pro formâ autem completivâ pertinaciam affectus. Sicut enim fides vera ac Christiana inchoatur affectu pio voluntatis, captivâte intellectû in obsequiũ primę veritatis obscurè revelantis, & sufficiente applicatione ad assentiendũ obligantis; completur autē ipso assensu inde subsecuto: ita vice versa, ut ordo destructionis contrarietur ordini generationis, hæresis inchoatur ab errore contrario assensui fidei, completur autem pertinaciâ contrariâ affectui pio credulitatis, quâ fit ut quis dedignetur captivare suum intellectum in obsequium primæ veritatis, obscurè quidem revelantis, sed sufficienti nihilominus propositione ad assentiendum obligantis. Applicatio porrò ista sive propositio revelationis divinitùs factæ, de lege ordinaria fit per Ecclesiam: quam voluit Christus à Christianis omnibus proponentē audiri. *Non* Mat. 18. 17. *audientes autem tanquam Ethnicos & Publicanos haberi.* Ubi profectò Christus miserrimè suis Christianis providisset, si eos ad audiendum Ecclesiam proponentem tam arctè obstrinxisset, nec ipsi Ecclesiæ privilegium inerrabilitatis in proponendo contulisset. Contulit igitur Ecclesiæ privilegium istud: & idcircò ejus Præco eam promulgavit esse *Columnam & fir-* 1. Tim. 3. 15. *mamentum veritatis.* Eapropter Augustinus adversùs Donatistas tractans de validitate & irreiterabilitate Baptismi apud hæreticos suscepti: K. Quamvis hujus rei (inquit) certè de K. Aug. lib. 1 contra Crescon. cap. 33. „ Scripturis canonicis non proferatur exem- „ plum, earundem tamen Scripturarum et- „ iam in hac re à nobis tenetur veritas, cùm „ hoc facimus quod universæ jam placuit Ec- „ clesiæ, quam ipsarum Scripturarum com- „ mendat authoritas: ut quoniam sancta scri- „ ptura fallere non potest, quisquis falli me- „ tuit hujus obscuritate quæstionis, eandem „ Ecclesiam de illa consulat, quam sine ulla „ ambiguitate sancta Scriptura demonstrat". Alibi quoque exponens quantum & quousque tolerandi sint errores, circa fidem hæsitantes, aut de fide disputantes: L. Ferendus est L. Id. Hom. 14 de verbis Apost. cap. 11. „ Disputator (inquit) errans in quæstionibus „ non diligenter digestis, NONDUM PLENA „ ECCLESIÆ AUTHORITATE FIRMATIS: „ ibi ferendus est error, non tantùm progre- „ di debet, ut etiam fundamentum ipsum Ec- „ clesiæ quatere moliatur". Usque ad diligentem igitur quæstionis digestionem, usque ad plenam Ecclesiæ decisionem tolerari utcunque poterunt errantes, sive materialem hæresim sustinentes, aut etiam docentes: sed hic murus aheneus esto, ultra quem si quis transiliat, ipsum Ecclesiæ fundamentum impetit, materiali errori pertinaciam, hæreseos comple-

tivam, adjungit: nec jam ampliùs diſputatione dignandus, ſed anathemate fulminandus, & omninò devitandus eſt. Nam ut ſuperiùs ex ipſo Auguſtino memoravimus: M. Hæreſis non adhuc ab Epiſcopis examinanda, ſed coërcenda eſt poteſtatibus Chriſtianis". Plurimum igitur intereſt qualiter quis erret in materia fidei, an ſcilicet ſine pertinacia, an cum pertinacia, ut notam hæreſeos incurrat, & à ſpe ulterioris audientiæ, vel diſputationis excidat, ſibique dimittatur tanquam jam *Subverſus, & proprio iudicio condemnatus*: N. Conſtituamus ergo (ait alibi idem) „duos aliquos iſto modo: unum eorum, verbi gratiâ, id ſentire de Chriſto, quod Photinus opinatus eſt, & in ejus hæreſi baptizari extra Eccleſiæ Catholicæ communionem: alium verò hoc idem ſentire, ſed in Catholica baptizari, exiſtimantem ipſam eſſe Catholicam fidem. Iſtum nondum hæreticum dico, niſi manifeſtatâ ſibi Catholicæ fidei doctrinâ reſiſtere maluerit, & illud quod tenebat elegerit. Quod antequam fiat, manifeſtum eſt illum qui foris baptizatus eſt eſſe pejorem. Itaque in hoc ſola falſa opinio, in illo autem etiam ipſa diviſio corrigenda eſt: ſed in neutro ipſorum Sacramenti veritas repetenda. Quòd ſi quiſquam idem ſentiat quod illi, & eſſe noverit hæreſim ab unitate Catholica ſeparatam, ubi hoc docetur & diſcitur; ſed alicujus ſæcularis emolumenti cauſa in Catholica unitate baptizari voluerit, vel in ea baptizatus propter hoc inde exire noluerit: non ſolùm ſeparatus habendus eſt, verum etiam tantò ſceleratiùs, quanto magis errori hæreſis, & diviſioni unitatis, fallaciam ſimulationis adjungit". Rectiſſimè quippe ait Bernardus: O. Quis magis impius, an profitens impietatem, an mentiens ſanctitatem? Nonne is, qui etiam mendacium addens, geminat impietatem"? Iam de quarto hæreticorum ſtatu illud addendum eſt, peculiares ſubeſſe rationes ob quas hæretici non ſolùm jam pertinaces, ſed inſuper in varias Sectas ab invicem diviſi debeant ab ulteriori audientia ac diſputatione repelli. Primò namque valdè exigua ſperari poteſt utilitas ex diſputatione cum una Sectula, etiamſi forte aliqui inde convincantur & convertantur, manentibus reliquis in ſua obſtinatione. Secundò tanta incommoda ex ejuſmodi diſputatione ſequi nata ſunt, ut illam quantulamcunque utilitatem abſorbeant. Si enim uni Sectæ annuatur audientia, reliquæ ſingulæ pari jure ſibi dari poſtulabunt audientiam. Nulla enim volet pejoris conditionis reputari quàm reliquæ. Ac per hoc cùm Sectæ nunquam ceſſent vel diſſolvi in Sectas vel parere Sectas, nunquam devenietur ad finem diſputationum, quia nunquam ad finem devenietur Sectarum.

M. Vide ſuprà c. 21. §. 71.

N. id. lib. 4. de Bapt cont. Donat c. 16.

Vide ſup. hic c. 29. §. 95.

O. Bern. in Apolog. ad Guliel. Abbatem.

CXXIII. Animadvertendum quintò, Diſputationes poſtulari ab hæreticis poſſe vel ſuper quæſtionibus facti, vel ſuper dogmatibus fidei. Circa hujus poſterioris generis diſputationes tota noſtra verſatur intentio & contentio. Cùm enim pro indubitato habeamus, nec Eccleſiam univerſam quaquaversùs diffuſam, nec generale Concilium legitimè indictum, congregatum, & confirmatum, eandem Eccleſiam repræſentans, errare poſſe ſive in credendis ſive in declarandis fidei dogmatibus; conſequenter cenſemus, dogmata fidei ſive univerſaliter per totum Eccleſiæ corpus ſemel credita, ſive per œcumenicum Concilium ſemel definita, nequaquam obnoxia eſſe reviſioni aut retractationi: alioquin nihil inviolatum aut inconcuſſum in tota Eccleſiaſtica doctrina remanſurum. Quanquam enim Eccleſia pro tempore & loco poſſit Decreta morum vel nova condere vel vetera abolere, dogmata tamen fidei nec nova cudere nec vetera vel in minimo mutare poteſt, ſed tantùm declarare. Quâ declaratione ſemel factâ, functa eſt officio ſuo, nec ampliùs temerare poteſt quod ſemel ſanciverit: Neque eſt domina, nedum auctrix fidei; ſed depoſitaria, ſed cuſtos, ſed conſervatrix: P. Chriſti Eccleſia (ait Lyrinenſis) ſedula & cauta depoſitorum apud ſe dogmatum cuſtos, nihil in eis unquam permutat, nihil minuit, nihil addit: non amputat neceſſaria, non apponit ſuperflua; non amittit ſua, non uſurpat aliena: ſed omni induſtriâ hoc unum ſtudet, ut vetera fideliter ſapienterque tractando, ſiqua ſunt illa antiquitùs informata & inchoata, accuret & poliat: ſiqua jam expreſſa & enucleata, conſolidet, firmet: ſiqua jam confirmata & definita, cuſtodiat. Denique quid unquam aliud Conciliorum Decretis eniſa eſt, niſi ut quod antea ſimpliciter credebatur, hoc idem poſtea diligentiùs crederetur? quod antea lentiùs prædicabatur, hoc idem poſtea inſtantiùs prædicaretur? quod antea ſecuriùs colebatur, hoc idem poſtea ſollicitiùs excoleretur? Hoc, inquam, ſemper, neque quicquam præterea, hæreticorum novitatibus excitata, Conciliorum ſuorum Decretis Catholica perfecit Eccleſia, niſi ut quod priùs à Majoribus ſolâ traditione ſuſceperat, hoc deinde poſteris etiam per Scripturæ Chirographum conſignaret: magnam rerum ſummam paucis litteris comprehendendo; & plerunque, propter intelligentiæ lucem, non novum fidei ſenſum, novæ appellationis proprietate ſignando". Ipſi ſanè ſupremi Eccleſiæ Præſules patenter agnoſcunt ſe non poſſe quicquam mutare eorum quæ non ſolùm Apoſtoli & Euangeliſtæ tradiderunt, ſed eorum quoque

P. Vinc. Lyr. cap.

que

que quæ ſancti Patres eos ſequentes definierunt: quod quidem de Patribus Synodaliter coëuntibus & dogmaticè definientibus vel maximè intelligendum eſt: Q. Contrà ſtatu-„ ta Patrum (ait Papa Zozimus) condere ali-„ quid vel mutare, ne hujus quidem Sedis „poteſt authoritas. Apud Nos enim inconvulſis „ radicibus vivit antiquitas, cui Decreta Pa-„ trum ſanxere reverentiam". Et alter item ejuſdem ſummæ Sedis Antiſtes: R. Ubi apertè „ Dominus (inquit) vel ejus Apoſtoli, & eos „ ſequentes ſancti Patres, ſententialiter aliquid „ definierunt; ibi non novam legem Roma-„ nus Pontifex dare, ſed potiùs quod prædi-„ catum eſt, uſque ad ſanguinem & animam confirmare debet". Et ne fortè quis ſuſpicaretur hæc intelligi debere de ſummis Pontificibus ſine Synodo procedentibus, non etiam ſynodaliter aliquod fidei dogma definientibus: recolendum eſt, œcumenicam Chalcedonenſem Synodum, cum aſſiſtentia & præſidentia Apoſtolicæ Sedis celebratam, atque ab eadem Sede ſubſequenter approbatam, profiteri, ſe non poſſe conſtitutis præcedentium Synododorum in quoquam derogare, vel aliquid in eis mutare. Cùm enim mentio incidiſſet Synodorum Nicenæ, Conſtantinopolitanæ, & Epheſinæ: S. Reverendiſſimi Epiſcopi cla-„ maverunt: *Expoſitionem alteram nullus facit*, „ *neque tentamus neque audemus exponere: docue-„ runt enim Patres, in Scriptis eorum cuſtodiun-„ tur quæ ab eis ſunt expoſita, & citra ea dicere non poſſumus*". Imò verò, quod amplius eſt, & quod noſtro ſcopo aptiſſimè congruit, eadem œcumenica Synodus anathema dicit non ſolùm innovanti quidquam, ſed etiam diſcutienti, eorum quæ definita fuerint à Patribus Synodalibus. Cùm enim Actione prima dictum à quoquam fuiſſet:" Vultis fidem San-„ ctorum Patrum innovare? Sancta Synodus „ dixit: *Si quis innovat, anathema ſit*: *Si quis* „ DISCUTIT, *anathema ſit*: *Sanctorum Patrum fidem ſervemus*". Ubi non ſolùm omnem innovationem, ſed omnem etiam ulteriorem *diſcuſſionem* dogmatum ſemel ritè deciſorum amputat, & quidem ſub anathemate. Nec huic doctrinæ obſtat quod Auguſtinus quodam loco ait, T. *Ipſa plenaria Concilia ſæpè priora poſterioribus emendari.* Nam apud Auguſtinum crebrò nomen *Concilij plenarij* extenditur ad Concilia nationalia vel regionalia, prout cernere licet ſignanter Epiſt 47. ubi Synodum Africanam cui ipſe Carthagine interfuit, *Plenariam* appellat; cùm tamen œcumenica non eſſet, ſed regionalis. Secundò Auguſtinus abſtrahit ab approbatis & non approbatis Concilijs. Tertiò Auguſtinus intelligi poteſt de emendatione priorum Conciliorum per poſteriora, non quoad fidei dogmata, ſed vel quoad Decreta morum, quæ cum tempore variari prudenter poſſunt; vel certè quoad quæſtio es facti non concernentes fidem: quomodò Lovanienſes Theologi in Notis ad locum objectum interpretantur Auguſtinum, conſonante Cardinale Hoſio. V. Quamvis enim ge-„ nerale Concilium (inquit Cardinalis de Tur-„ recremata) non poſſit errare in dogmatibus „ fidei definiendis, tamen errare poteſt in quæſtionibus de facto". Ubi ne quis putaret ſententiam hanc eſſe ſingularem iſtius authoris, advertendum eſt ex Cardinale Bellarmino, adeò non eſſe ſingularem, ut potiùs univerſaliſſima ſit, & omnibus Catholicis ſine exceptione communis: W Conveniunt (ait ille) OMNES „ CATHOLICI & hæretici in duobus: Primò, „ poſſe Pontificem etiam ut Pontificem, & „ cum ſuo cœtu Conſiliariorum; vel CUM „ GENERALI CONCILIO, errare in contro-„ verſijs facti particularibus, quæ ex infor-„ matione teſtimonijſque hominum præcipuè „ pendent. Secundò, poſſe Pontificem, ut „ privatum Doctorem errare, etiam in quæ-„ ſtionibus juris univerſalibus tam fidei quàm morum". Ex quo obiter refellitur calumnia Sectariorum, Catholicis affingentium quòd Pontificem Romanum vel œcumenicas Synodos æquiparent infallibilitate Scriptoribus Canonicis; ſive Spiritui Sancto per eos loquenti. Nemo enim Catholicorum ſobriè ſapientium ignorat aut dubitat, Scriptores canonicos pollere omnimoda inerrabilitate etiam in rebus facti quantumlibet particularibus, quas Spiritu Sancto dictante enunciant aut ſcribunt: cùm tamen univerſi, ut dictum eſt, agnoſcant, tam Romanum Pontificem quàm œcumenicas quaſque Synodos tali inerrabilitate non pollere. Non enim ea ipſis neceſſaria fuit ad debitè paſcendum gregem Chriſti. Nam ſicut Paſtor ovium materialium non indiget ſcire, ubinam, vel quando, vel quo cultore ſata, vel quo inſtrumento demeſſa fuerit herba, quam ovibus comedendam apponit, aut cavendam ſeponit; ſed ſatis eſt, ut noverit an ea conveniat, an diſconveniat bonæ nutritioni ac paſtioni earundem ovium: ita Paſtor ovium rationalium, id eſt, Chriſti fidelium, non indiget ſcire, ubinam, aut quando, aut quo authore digeſta aut explanata fuerit doctrina quam eiſdem ſuis ovibus amplectendam porrigit, aut devitandam circumſcribit; ſed ſatis ei eſt, quòd noverit, utrum ſalutaris ſit, an noxia. Sic enim ſufficienter providet ovibus, apponendo ſalutarem, removendo autem noxiam: X. Nunquam (ait qui-„ dam) ſuper verbis faciam quæſtionem, de „ qua Facultate ſumantur, dummodò ædifi-„ cent ad ſalutem. Nam nec de herbis quæri-„ tur, in qua terra, vel cujus hortulani curâ „ vel induſtriâ adoleverint, dummodò vim habeant ſanativam".

Q Zozimus apud Gratianum cauſa 25. q. 1. c. 7.

R. Vrban. apud eund. ibid. c. 6.

S. Synod. Chal. Act. 1.

Præoccupatio.

T. Aug. l. 2. de Bapt. contra Donat. c. 3.

Vide Notas Lovanienſium in iſtũ Aug. locum, & Hoſium in Confeſſ. fidei c. 24.

V. Turrecre. lib. 2. de Eccleſ. c. 93.

W Bellarm. lib. 4. de Pontif. c. 2.

X. Pet. Bleſen. Epiſt. 8. in fine.

CAP. XXXVIII.

CAPUT XXXVIII.

Inchoatur solutio obiectionum cap. XXXVI. *propositarum, & ostenditur inprimis Catholicos non contravenire Apostolicis præceptionibus §.* 117. *obiectis, denegando publicas disputationes hæreticis œcumenicè damnatis. Calumniatur Iulianus Pelagianista, Augustinum suscepisse in se summam prælij pro parte Catholicorum adversùs Pelagianos. Non est de Ecclesiæ totius causa adversùs hæreticos tanquam per monomachiam à quoquam decertandum. Longè securiùs & efficaciùs disputatur contra hæreticos librorum editione, quàm subitaria disputatione: & cur? Theodosij Augusti methodus stabiliendi fidem, & confundendi novitatis invectores. Nulli Iudices minùs suspicioni obnoxij, quàm qui priùs pronunciarant quàm controversia inter partes fervesceret. Cur Augustinus tantopere Donatistas tergiversantes urserit ut disputarent, nec ipse à disputando etiam cum nolentibus cessarit? Quid de disputationibus Christi Domini cum Pharisæis & Sadducæis, cum muliere Samaritana, cum ipso etiam diabolo, respondendum? Cur Christus cum quibusdam disputavit quos præscierat sua disputatione non emendandos; omissis aliis, disputatione alioqui flectendis?*

CXXIV. HIs ita præmissis, ad Objectiones cap. XXXVI. propositas singulatim respondere non erit operosum. Monet quidem Apostolorum Princeps, ut simus *Parati semper ad satisfactionem omni poscenti nos rationem* &c. Sed cùm multiformiter satisfacere, rationemque poscentibus reddere possimus, nec B. Petrus determinatam aliquam formam aut normam satisfaciendi præscripserit, perperàm profectò ejus verba ad publicas disputationes ex condicto ineundas torquentur. Si enim Rex quispiam edicat, ut omnes sui Subditi existant semper parati ad defensionem patriæ contra quoscunque invasores, non per hoc præciperet ut aut Subditi adversarios ad monomachiam provocent, aut ab adversarijs provocati monomachiam ineant. Quisque item privatus tenetur esse paratus ad defensionem propriæ vitæ adversùs injustum quemlibet aggressorem: non propterea tamen tenetur esse paratus offerre, vel ab aggressore oblatum acceptare duellum. Disputationes ex condicto publicè initas præ se ferre speciem duelli cujusdam doctrinalis, nemo ignorat. Quapropter sicut sanguinaria duella ut plurimùm sunt illicita, tametsi defensio propriæ vitæ per media ordinata unicuique sit licita: ita ejusmodi disputationes ut plurimùm sunt illicitæ, tametsi defensio veritatis per media opportuna fidelibus sit licita, imò etiam præcepta. Cùm

1. Pet. 3. 15.

Julianus Pelagianista Augustinum sugillans, Y. *Vnum* diceret *egressum, qui in se summam prælij sitam optet intelligi*: Z. Videlicet (reposuit „ ei Augustinus) ut Pelagianis tu videaris *David*, ego autem *Golias*. Videris si tu hoc in- „ duxisti pactum & placitum cum Pelagianis, „ ut si victus fueris, nihil ulteriùs illi aude- „ ant. Ego autem, absit ut ad monomachiam „ vos provocem, quos ubicunque apparueri- „ tis, ubique diffusus Christi debellat exerci- „ tus". Ad hunc locum Theologi Lovanienses in recognitione Operum Augustini ante octoginta annos hanc Notam marginalem appenderunt: *Non est de Ecclesiæ totius causâ adversùs hæreticos tanquam per monomachiam à quoquam decertandum.* Eòdem spectat quod Augustinus ipse Juliano responderat superiùs, dicens: A. Nec ego te ullius multitudinis nu- „ merositate perturbo; quamvis, propitio „ Deo, de hac fide, cui contradicis, Ca- „ tholica sanum sapiat etiam multitudo: in „ quâ usquequaque plurimi ubi possunt, quo- „ modò possunt, sicut divinitùs adjuvantur, „ vana vestra argumenta confutant. Unde ab- „ sit à me ista, quam mihi objicis, arrogan- „ tia; *Vt me istam causam contra vos, unum pro* „ *omnibus agere pollicerer.* Quod cùm tu inter „ Pelagianos facis, non erubescens dicere & „ scribere, *Maioris tibi esse apud Deum gloriæ,* „ *destitutam veritatem tueri*: multùm abjecti, „ & verè destituti sunt, multùmque abs te pendent,

Y. Iulian. apud Aug. l. 3. cont. Iulian. c. 1.
1. Reg. 17.
Z. Aug. ibid continuò.
Lovanienses.
A. Aug. lib. 3. cont. Iul. cap. 1.

„pendent, ſi hanc intolerabilem arrogantiam eſſe non judicant". Nunquid Auguſtinus quia monomachica certamina ſuper fidei negotio improbavit, idcircò vel Petro Apoſtolo præcipienti, ut *Parati ſemper ſimus ad ſatisfactionem*, vel Paulo præſcribenti ut Epiſcopus *Potens ſit contradicentes arguere*, & ut ſervus Dei *Corripiat cum modeſtia eos qui reſiſtunt veritati*, contravenit? Nullo modo. Quinimò iis ipſis locis quibus monomachiam ſuper fidei dogmatibus improbat, adverſariis fidei ex profeſſo *ſatisfacit*, & *rationem poſcentibus* reddit; *contradicentes arguit*, ac deniquе *veritati reſiſtentes corripit*. Optimè igitur conſiſtunt Apoſtolicorum iſtorum documentorum impletio, & monomachicorum ſuper fide certaminum improbatio. Optimus quippe modus curioſis ſatisfaciendi, poſcentibus rationem reddendi, contradicentes arguendi, & veritati reſiſtentes corripiendi, potiùs in librorum ſcriptione, quàm in ſubitaria diſputatione conſiſtit; prout ex Thoma Moro ſuperiùs memoravimus. Unde cùm Auguſtinus hæreſim Pelagianam à Juliano vehementer aſſertam, Sanctorum aliquot Patrum teſtimoniis in ſuo libro congeſtis refutaſſet, adjecit ad Julianum: [B.] Si Epiſcopalis Synodus ex toto Orbe congregaretur, „ mirum ſi tales poſſent illic facilè tot ſedere, „ quia nec iſti uno tempore fuerunt: ſed fideles, & multis excellentiores, paucos diſpenſatores ſuos Deus per diverſas ætates temporum locorumque diſtantias, ſicut ei placet, „ atque expedire judicat, ipſe diſpenſat. Hos „ itaque de aliis atque aliis temporibus atque „ regionibus, ab Oriente & Occidente congregatos vides, non in locum quò navigare „ cogantur homines, ſed IN LIBRVM QVI NAVIGARE POSSIT AD HOMINES". Longè nimirùm faciliùs liber unus diſtrahitur & per manus hominum diffunditur, quàm diverſi diſputatores diverſique auſcultatorii arbitri in locum unum congregantur. Majori quoque circumſpectione, maturitate, ac reflexione eduntur libri cum otio; quàm funduntur verba, promuntur argumenta, parantur reſponſa in diſputatione ſubitaria: ubi ſi quis paululùm hæſitet, aut longiuſculam moram in reſpondendo protrahat, à malè affectis aut minùs fortè eruditis ad metam taciturnitatis redactus proclamabitur, aut certè reputabitur. Minùs denique ſuſpecti eſſe poſſunt veteres authores, quorum ut arbitrorum ſuffragia in libro recitantur, quàm contemporanei auſcultatores qui in diſputationibus adhibentur. Hinc Auguſtinus ibidem ſuperiùs, alludens ad veteres authores à ſe in ſuo libro adversùs Pelagianorum errorem adductos, ait Juliano ejuſdem erroris propugnatori:" Ego, ubicunque ſis, ubi„ cunque legere iſta potueris, te ante iſtos ju„ dices intus in tuo corde conſtituo; quos non „ amicos meos & inimicos tuos, aliquâ in „ meam partem gratiâ propendentes, aliquo abs „ te merito tuæ offenſionis averſos, & ob hoc „ tibi adverſos, in hac noſtra diſceptatione conſtitui cognitores". Et poſt paucula rurſus de iiſdem:" Nullas nobiſcum (ſubdit) vel vobiſcum „ amicitias attenderunt, vel inimicitias exer„ cuerunt: neque nobis neque vobis irati ſunt, „ neque nos neque vos miſerati ſunt. Quod in„ venerunt in Eccleſia, tenuerunt: quod didice„ runt, docuerunt: quod à Patribus acceperunt, „ hoc filiis tradiderunt. Nondum vobiſcum „ apud iſtos Judices aliquid agebamus, & apud „ eos acta eſt cauſa noſtra. Nec vos nec nos eis „ noti fueramus, & eorum pro nobis latas con„ tra vos ſententias recitamus. Nondum vobiſ„ cum certabamus, & eis pronunciantibus vici„ mus". Et inferiùs iterùm in apoſtrophe ad Julianum, de eiſdem:" Quanto (inquit) tibi eſſent „ iſti Judices optabiliores, ſi teneres Catholi„ cam fidem, tanto tibi ſunt terribiliores, quia „ oppugnas Catholicam fidem; quam in lacte „ ſuxerunt, quam in cibo ſumpſerunt, cujus „ lac & cibum parvis magniſque miniſtrave„ runt, quam contra inimicos etiam vos TVNC „ NONDVM NATOS, undè nunc revelamini, „ apertiſſimè ac fortiſſimè defenderunt. Tali„ bus poſt Apoſtolos ſancta Eccleſia plantato„ ribus, rigatoribus, ædificatoribus, Paſto„ ribus, nutritoribus crevit. Ideò profanas vo„ ces veſtræ novitatis expavit: & cauta ac ſo„ bria ex admonitione Apoſtolica, *Ne ſicut ſer„ pens Evam ſeduxit aſtutiâ ſuâ, ſic & mens eius cor„ rumperetur à caſtitate quæ eſt in Chriſto*, Catho„ licæ fidei virginitati inſidias veſtri dogmatis „ ſurrepentis exhorruit, & tanquam caput co„ lubri calcavit, obtrivit, abjecit. His igitur „ eloquiis, & tantâ authoritate Sanctorum, „ profectò aut ſanaberis Dei miſericordiâ do„ nante, quod quantum tibi optem, videt qui „ faciat: aut ſi, quod abominor, in eadem quæ „ tibi videtur ſapientia, & eſt magna ſtultitia, „ perduraveris; non tu Iudices quæſiturus es „ ubi cauſam tuam purges, ſed ubi tot ſanctos „ Doctores egregios atque memorabiles Ca„ tholicæ veritatis accuſes".

CXXV. Dictum eſt ſuperiùs cap. 23. §. 76. quemadmodum Siſinnius Lector, per Nectarium Patriarcham ſuggeſſerit ac perſuaſerit Theodoſio Auguſto, & Catholicis Antiſtitibus Conſtantinopoli tunc ad diſputandum contra hæreticos congregatis, *Diſputationibus non ſolùm non uniri ſchiſmata, ſed etiam hæreſes ad maiores contentiones adduci*: ulteriorem autem negotij iſtius progreſſum in hunc uſque locum, tanquam commodiorem, reſervavimus: [C.] Viſus „ ille tum temporis (ait de Siſinnio Zozo„ menus) optima conſulere, ſuadebat, di„ ſputationes cum heterodoxis declinare, „ tanquam contentionis ac diſceptationis cauſas:

Tit. 1. 9.
2. Tim. 2. v. 25.
Vide Numero c. præcedenti §. 121. citatum.
B. August. ibid. paulò inferiùs.
2. Cor. 11. 3.
C. Zozomen. l. 7. Hiſtor. Eccleſ. c. 12. Vide Niceph. l. 12. c. 15. & Socrat. l. 5. c. 10.

,, causas: & consulebat, ut interrogarentur illi, ,, vellentne Præceptores eos ac Doctores sacra- ,, rum Scripturarum admittere, qui ante divi- ,, sionem Ecclesiæ vixissent. Etenim, aiebat, si ,, horum testimonia rejecerint, à suis ipsorum ,, consortibus explodentur: si verò illos suffi- ,, cientes ad declarandum controversias istas ,, judicaverint, proferendi erunt illorum libri: ,, certò namque sciebat, veteres illos, quoniam ,, Filium Patri coæternum esse cognoverant, au- ,, sos non fuisse de illo dicere quòd ex aliquo ,, principio initium sumpserit. Quoniam igitur ,, consilium hoc Nectario tunquam accommo- ,, dum placebat, & Imperator illud ubi cogno- ,, vit approbavit, percontatus est eos qui ex aliis ,, erant hæresibus, quomodò erga veterum essent ,, expositiones animati? Illis eas admodum ,, laudantibus, manifestè interrogavit an secun- ,, dùm illorum dicta vellent quæstiones ac con- ,, troversias componere, eosque reputarent fide ,, dignos dogmatum testes? Cùm autem ob ,, hanc causam oborta esset inter hæresum præ- ,, sides dissensio, neque enim idem singuli de ,, veterum libris sentiebant; intellexit Impera- ,, tor quòd propriorum duntaxàt sermonum ,, disputationibus confisi, propositam optionem ,, recusarent: damnatâque eorum sententiâ, ,, unamquamque hæresim dogmatis sui Scri- ,, pturam exhibere jussit. Ad constitutam itaque ,, diem, quâ id fieri debebat, convenerunt ad ,, palatium: pro iis quidem qui Trinitatem ho- ,, mousion esse sentiebant, Nectarius & Ag- ,, lius: pro Arianis, Demophilus hæresis ejus ,, Episcopus: pro Eunomianis, ipse Eunomius: ,, pro Macedonianis, Eleusius Cyzicenus Epi- ,, scopus. Acceptis Imperator singulorum ,, Scriptis, illud solùm approbavit, quod Tria- ,, dem homousion esse docebat, reliqua tan- ,, quam contraria disrupit". Censuit nimirum, & rectè, Orthodoxus Imperator, id esse verius atque fundatius, quod venerandæ antiquitati conformius. *Venerandæ*, inquam: quia teste Basi-

D. Basil. lib. de Spiritu S. cap. 29.

lio, [D] Veneranda sunt vetusta dogmata, quòd ,, ob antiquitatem ceu canitiem quandam, ha- beant quiddam reverendum". Et Homil. 1. de Jejunio "Quicquid vetustate præcellit,

1. Tim. 6. 20.

idem venerabile est". Ex adverso autem Apo- stolus Timotheo vehementer inculcat, ut *De- vitet profanas vocum novitates*:

E. Vincent. Lyrin. c. 33. & 34.

[E] *Vocum* (ait Ly- rinensis) id est dogmatum, rerum, senten- ,, tiarum. *Novitates*, quæ sunt vetustati, quæ ,, antiquitati contrariæ. Quæ si recipiantur, ne- ,, cesse est ut fides Beatorum Patrum, aut tota, ,, aut certè magna ex parte violetur: necesse est ,, ut omnes omnium ætatum fideles, omnes ,, Sancti, omnes casti, continentes, Virgines, ,, omnes clerici, Levitæ, & Sacerdotes, tanta ,, Confessorum millia, tanti Martyrum exerci- ,, tus, tanta urbium, tanta populorum celebri- ,, tas & multitudo, tot Insulæ, Provinciæ, Re- ,, ges, Gentes, Regna, Nationes; totus postre- ,, mò jam penè terrarum Orbis, per Catholicam ,, fidem Christo capiti incorporatus, tanto sæ- ,, culorum tractu, ignorasse, errasse, blasphemasse, ,, nescisse quid crederet, pronuntietur. *Profanas*, ,, inquit, *vocum novitates devita*: quas recipere ,, atque sectari, nunquam Catholicorum, sem- ,, per verò hæreticorum fuit. Et reverà, quæ ,, unquam hæresis, nisi sub certo nomine, certo ,, loco, certo tempore, ebullivit? Quis unquam ,, hæreses instituit, nisi qui se priùs ab Eccle- ,, siæ Catholicæ universitatis & antiquitatis consensione discreverit"? Hæc igitur expedi- tissima est controversias de Religione termi- nandi methodus, ut nimirum utraque pars suas scripto exhibeat sententias, & ei parti adjudice- tur veritas, cui Catholicorum Patrum suffraga- tur antiquitas: [F] Ego (inquit Tertullianus) ,, meum Euangelium dico verum, Marcion ,, suum: ego Marcionis dico adulteratum, Mar- ,, cion meum. Quis inter nos determinabit, nisi ,, temporis ratio, ei præscribens authoritatem, ,, quod antiquius reperietur; & ei præjudicans ,, vitiationem, quod posterius revincetur? In- ,, quantum enim falsum corruptio est veri, in- ,, tantum præcedat necesse est veritas falsum". Et lib. de Præscript. c. 31. "Revertar (inquit) ,, ad principalitatem veritati, & posteritatem ,, mendacitati deputandam, ex illius quoque ,, parabolæ patrocinio, quæ *Bonum semen fru- ,, menti à Domino seminatum* primò constituit, ,, avenarum autem sterilis fœni adulterium *ab ,, inimico diabolo* posteà superinducit. Propriè ,, enim doctrinarum distinctionem figurat, quia ,, & alibi *Verbum Dei seminis similitudo est*. Ita ex ,, ipso ordine manifestatur, id esse Dominicum ,, & verum, quod sit priùs traditum, id autem ,, extraneum & falsum, quod sit posteriùs im- ,, missum. Ea sententia manebit adversùs po- ,, steriores quasque hæreses, quibus nulla con- ,, stantia de conscientia competit ad defenden- ,, dum sibi veritatem". Irenæus item ut probaret, dogmata per Florinum hæresiarcham adinventa respui oportere, hoc solummodò ingere- bat authori: [G] Ista dogmata Præsbyteri, qui ,, ante nos fuerunt, quique ipsorum Aposto- ,, lorum discipuli erant, minimè tibi tradide- ,, runt". Athanasius quoque commemoratis qui- busdam novis Arianorum commentis: [H] Ad ,, ea (inquit) tantummodo respondendum est, ,, quod ipsum per se sufficit, ea orthodoxæ ,, Ecclesiæ non esse, neque Majores nostros ita sensisse". Stephanus item Papa cap. 19. § 64. relatus: *Nihil innovandum*, inquit, *nisi quod tra- ditum est*. Celestinus item Papa pauculis hisce verbis ebullientem tunc Semi-pelagianorum errorem censuit compescendum: [I] *Desi- nat incessere novitas vetustatem*. Hujus quo- que Successor Sixtus: [K] Ergo (inquit) ,, quia sicut dicit Apostolus, *Una fides est*, & vin-

F. Tert. 4. cont. Marc. c. 4.

Matt. 13.

Ibid. 3

Luc. 8.

G Iren. pist. ad F tinum.

H. Athan. Epist. ad Epict.

Steph. P.

I. Celest. Epist. 1. c. K. Sixtus III Epist. Eph. 4.

„ & vincentes obtinuit, dicenda credamus, & „ tenenda dicamus: Nihil ultrà liceat novitati, „ quia nihil adjici convenit vetustati: dilucida „ & perspicua Majorum credulitas nullâ cœni permixtione turbetur". Quem locum expendens Vincentius Lyrinensis: [L] Omninò Apo- „ stolicè (inquit) ut *Maiorum credulitatem*, *per-* „ *spicuitatis lumine* ornaret; novitias verò profanitates *Cœni permixtione* describeret". Ex quibus, & aliis consimilibus documentis, quæ commemorare perlongum sit; facilè perspicitur, quàm prudenter Theodosius de consilio Sisinnii prævertérit expetitas ab hæreticis disputationes, & disputaturientes remiserit ad Sanctorum Patrum decisiones. Hoc quippe compendio confestim deprehensum est, quinam pro hæreticis, quinam item pro Catholicis forent habendi. Nam ut idem Lyrinensis cap. 34. perhibet: "Hoc apud omnes ferè hæreses „ quasi solemne est ac legitimum, ut semper „ profanis novitatibus gaudeant, ANTIQVI- „ TATIS SCITA FASTIDIANT, & „ per oppositiones falsi nominis scientiæ à fide „ naufragent. Contrà verò, Catholicorum „ hoc ferè proprium, DEPOSITA SANC- „ TORVM PATRVM COMMISSA „ SERVARE, DAMNARE PROFA- „ NAS NOVITATES: &, sicut dixit & iterum dixit Apostolus, *Si quis annunciaverit præterquam quod acceptum est, anathemare*".

L. Vincent. Lyrin. c. 43.

Gal. 1. 9.

CXXVI. Ea quæ ex Augustino adversùs Cresconium Donatistam scribente sunt obiecta §. 117. non magis obstant sententiæ à nobis assertæ, quàm quæ ex Apostolicis Scripturis ibidem adducta, & §. 124. soluta sunt. Sicut enim Apostoli dum monent, ut *Semper parati simus ad satisfactionem* &c. vel ut Episcopus *Potens sit redarguere contradicentes doctrina sana* &c. nullum determinatum *satisfaciendi* aut *redarguendi* modum designant aut præscribunt: ita nec Augustinus ullum modum disputandi cum hæreticis ibidem determinat. Ac per hoc scopo Augustini satisfieri potest editione librorum quibus hæreses refutentur, veritas confirmetur: uti etiam disputatione verbali, sed vel privatâ, vel certè etiam publicâ, non ex condicto initâ, cum hæreticis præsertim œcumenicè jam damnatis; sed incidenter, pro tempore & loco, pro veritatis defensione adversùs aggressores susceptâ. Quæ responsio firmari inde potest, quòd Cresconius ille quem Augustinus ibi refutat, omnem prorsùs disputandi cum adversariis super Religione normam modumque improbaverit; usque adeò quidem ut ipsam Dialecticam, quæ disputandi ars est, de medio tollendam autumaverit. Eapropter Augustinus hæc ei inter alia reponit: [M] Quid est „ aliud Dialectica, quàm peritia disputandi? „ Quod ideò aperiendum putavi, quia etiam „ ipsam mihi objicere voluisti, quasi Christianæ „ non congruat veritati; & ideò me Doctores „ vestri velut hominem dialecticum meritò fu- „ giendum potiùs & cavendum, quàm refel- „ lendum revincendumque censuerunt. Quod „ cùm tibi non persuaserint (nam te adversùs „ nos SCRIBENDO DISPVTARE non piguit) tu „ tamen in me Dialecticam criminatus es, quò „ falleres imperitos, illosque laudares qui di- „ sputando mecum congredi noluerant. Sed tu „ videlicet non Dialecticâ uteris cùm contra „ nos scribis? Ut quid te ergo in tantum dispu- „ tandi periculum projecisti, cùm disputare „ non noveris? Aut si nosti, cur Dialecticus „ Dialecticam criminaris, ita vel temerarius, „ vel ingratus, ut aut imperitiam quâ vinceris „ non refrænes, aut doctrinam quâ juvaris ac- „ cuses? Inspicio sermonem tuum, istum ipsum „ quem ad me scripsisti: video te quædam co- „ piosè ornateque explicare, hoc est, eloquen- „ ter; quædam verò subtiliter arguteque disse- „ rere, hoc est, dialecticè: & tamen Eloquen- „ tiam Dialecticamque reprehendis. Si noxia „ sunt, quare hoc facis? Si non sunt, cur arguis"? Ex quibus Augustini verbis perspicuum est, Cresconium omnes universim disputandi modos ex Dialectica arte promanantes improbasse, signanterque eum quo disputatur in scriptis: nam & Augustinus hinc ejus inconstantiam redarguit, quòd *Scribendo disputare* præsumpserit, cùm tamen omnem disputationem, etiam scripto ineundam, unà cum ipsa Dialectica, disputationũ opifice ac directrice, reprobaverit. Quæ igitur ab Augustino adversùs hanc Cresconij sententiam scripta sunt, eò spectant ut non omnes prorsùs disputandi modos illicitos esse demonstrent. Hoc autem præstant, probando quasdam esse licitas, tametsi non probetur omnes esse licitas. Sufficienter enim refellitur una contradictoriarum astructione alterius, etiam non astructâ illius contrariâ. Hoc Augustini intentum, & nihil amplius, evincunt Scripturæ per ipsum ibi adductæ. Miror verò quâ oscitantiâ Neotericus quidam Scriptor, cæteroqui eruditus, scripserit, [N] Augustinum Epistolâ 48. ut refertur causâ 23. „ q. 9. eleganter pronuntiasse: *Cum hæreticis verbo esse agendum, disputatione pugnandum, ratione vincendum*". Etenim Augustinus eo ipso loco sententiam illam improbat: ut proinde non magis ei adscribi debeat aut possit, quam aliæ pristinæ sententiæ quas in libris Retractationum recantat. Integer Augustini locus sic habet: [O] Mea primitùs sententia „ erat, neminem ad unitatem Christi esse cogen- „ dum, verbo esse agendum, disputatione „ pugnandum, ratione vincendum: ne fictos „ Catholicos haberemus, quos apertos hære- „ ticos noveramus. Sed hæc opinio mea, non „ contradicentium verbis, sed demóstrantium superabatur exemplis". Fuerat ergo illa olim

M August. lib. 1. cont. Crescon. cap. 13.

N. Tann. tomo 3. Disput. 1. q. 9. Dubio 5. n. 155.

O. August. Epist. 48.

Augustini sententia, sed exemplorum multitudine convictus transivit ipse demùm in oppositam. Hoc quippe apertè sonant verba ista finalia, *Demonstrantium superabatur exemplis*. Unde in novissimo suo adversùs Julianum Opere: p. Hæresis (ait) ab Episcopis non adhuc examinanda, sed coërcenda est potestatibus Christianis". Exemplum Christi Domini disputantis sive cum Pharisæis & Sadducæis, sive cum muliere Samaritana, sive cum ipso diabolo, probè servit Augustino ad probandum contra Cresconium, disputationes non esse universaliter illicitas, nec Dialecticam totaliter abdicandam aut eliminandam: sed non officit scopo nostro, qui publicas duntaxàt disputationes cum hæreticis œcumenicè damnatis ex condicto inire dissuademus, tanquam rem plerunque non solùm inutilem, sed etiam noxiam, & malæ sequelæ. Ut autem planiùs pateat, disputationes illas Christi Domini non officere scopo nostro, animadvertendum est, disputationem cum Samaritana, atque etiam cum diabolo non fuisse publicam, sed duntaxat privatam: Disputationes item cum Pharisæis & Sadducæis, aliisve Judæis, non fuisse ex condicto, aut publico aliquo decreto initas, sed occasione data incidenter pro veritate tuenda vel falsitate refellenda susceptas. Mirum porrò quibusdam videtur cur Christus, futurorum omnium præscius, toties disputaverit cum eis, quibus profuturæ non erant disputationes & prædicationes ejus; præterierit autem alios, qui convertendi fuissent, si eum disputantem ac prædicantem audissent. Cæterùm hujus rei rationem, præter eam quam in Objectione citatus Augustinus assignat, peculiarem allegat Hugo Victorinus, ita scribens: q. Demonstrare volens Dominus, quòd ab ipso sit, & donum ejus sit, & quando veritatem cognoscimus, & quando agnitam debitâ devotione veneramur: quibusdam veritatem prædicavit, quorum corda ad dilectionem veritatis non emollivit; quorundam verò corda affectu bonitatis emollivit, sed agnitione veritatis non illuminavit. In illis aravit, & non seminavit; duritiem frangens, sed verbum non spargens: In istis verò seminavit, sed non aravit; verbum spargens, & duritiem non frangens: ut & utrumque ab eo esse sciamus, & utrumque ab eo petere discamus; cùm neutrum sine altero ad salutem sufficiens esse agnoscimus. Sic solvitur, quod ex Euangelio proponere solent: cur Deus in carne veniens illis verbum prædicavit, quos ipsum verbum non recepturos esse præscivit; & quibusdam aliis prædicationis verbum non impendit, quos credituros, si docentem audissent, agnovit: Quorundam enim duritiem increpans, quibus veritas prædicata fuerat, ait: *Væ tibi Corozain, væ tibi Bethsaida, væ tibi Capharnaum: quia si in Tyro & Sydone hæc facta fuissent, olim in cinere & cilicio pœnitentiam egissent.* Hoc ergo mirum videtur, quare Jesus, qui futurorum omnium scientiam habuit, in Capharnaum prædicavit; cùm illorum duritiem tantam esse præsciret, ut veritatem etiam oblatam non reciperent: & quare item in Tyro & Sidone illa operatus non est quæ operatus est in Capharnaum & Bethsaida; cùm istos tales esse non ignoraret, qui facilè veritatem reciperent si audire illam & agnoscere potuissent. Sicut enim impium videtur obedientes deserere, sic stultum videtur omnino rebelles docere. Sed illud judicii fuit, hoc exempli. Ne enim homo solum affectum boni sine agnitione sufficere putaret, ac per hoc, affectum se habere sentiens bonitatis, verbum veritatis non requirat; illos compunxit, non docuit, nec salvavit. Rursùs ne solam veritatis cognitionem sufficientem putet ad salutem; & legem audisse, non fecisse, consummatam justitiam: istos docuit, non compunxit, & damnavit: ut dum alterum sine altero vicissim habere cognoscuntur Reprobi, utrumque necessarium sibi fore intelligant Electi: & qui alterum habere se cognoscit, non de viribus suis præsumat, sed ab illo humiliter postulet quod non habet, à quo quibusdam alterum accepisse non profuit, quoniam alterum districtè judicandis non impendit. Non enim accipere meretur quod non habet, qui à se habere se putat quod habet. Et propterea vicissim è duobus alterum à Deo tribuitur, & alterum subtrahitur: ut ubi utrumque simul est, ab ipso esse utrumque demonstretur".

p. Vide sup. c. 21. §. 71.

q. Hugo Victor. lib. 1. Miscellan. cap. 17.

Mat. 11.

CAPUT

CAPUT XXXIX.

Diluuntur Obiectiones ab exemplis desumptæ, & §. 118. propositæ: & ostenditur pleraque exempla ibi obiecta, vel esse falsa; vel ad propositum impertinentia, propter diversitatem materiæ super qua disputabatur, aut conditionis personarum disputantium, aut modi quo inibatur disputatio. Quædam exempla admittuntur ut pertinentia ad propositum; negatâ nihilominus consequentiâ, propter disparitatem status Ecclesiæ tunc, & nunc. Quemadmodum medicamentum quod uno tempore sanativum est, alio fit nocivum: ita & disputatio Catholicorum cum hæreticis. Ecclesiastici Doctores experimentis fiunt cautiores. Miraculis aliquando suppletæ Catholicorum cum hæreticis concertationes. Cur rariora nunc quam olim fiant miracula ad fidei persuasionem?

Sequitur ut ad exempla § 118. obiecta respondeamus. Et quidem ad exemplum Christi Domini ibi replicatum, jam suprà responsum est. Modò adijcimus, disputationes illas non fuisse initas, saltem ut plurimùm, ad reducendum in Ecclesiam hæreticos jam judicio ipsius Ecclesiæ propter hæresim præcisos: de quibus solis nostra procedit tractatio. Disputatio item Michaelis cum diabolo, apud Judam Apostolum memorata, non concernebat fidei dogmata, sed quæstionem moralem sive politicam, utrum scilicet corpus Moysis palam & cum pompa exequiarum, an clàm & sine tali pompa sepeliendum esset. Priori modo sepeliendum contendebat diabolus, sperans fore ut populus ad idololatriam pronus illud aliquando divinis honoribus prosequeretur. Quod periculum prævertere studens Michael, clàm sepeliendum asserebat, & Deo tandem suffragante prævaluit. Ita passim interpretes tam veteres quàm recentiores, partim in caput 34. Deuteronomij, partim in Epistolam canonicam Judæ. Videri præterea potest Chrysostomus homil. 5. in Matthæum, & Theodoretus q. 43. in Deuteronomium, necnon author libri de Mirabilibus sacræ Scripturæ inter Opera Augustini in Appendice Tomi 3. qui sic ait: [h] Duabus causis, ut Sapientes aiunt, mortis ejus (*Moysis*) & sepulchri nemo conscius erat: quatenus illam faciem quæ consortio sermonis Domini ritulaverat, mortis mœrore repressam nullus videret: & ne sepulchrum ejus populus Israel, si cognovisset ubi esset, adoraret". Disputasse Abelem cum Caino super fidei dogmatibus non constat ullis authenticis documentis. Et quanquam Paraphrastes Hierosolymitanus referat Cainum effutiisse dogmata in Objectione memorata, non tamen meminit ullius disputationis inter fratres agitatæ vel initæ. Denique, ut gratis annuatur Abelem cum Caino disputasse etiam de fidei dogmatibus, non tamen hinc habetur eam disputationem fuisse publicam aut ex condicto initam. Accedit præterea quòd non etiam constet Cainum fuisse adhuc tunc ullâ publicâ sententiâ, divinâ, vel Ecclesiasticâ, declaratum hæreticum. Disputatio Beati Iob cum tribus amicis suis, typum hæreticorum gerentibus, non fuit ex condicto inita, sed per modum justæ defensionis ab ipso incidenter contra invasores suscepta. De illis quidem legitur, quòd *Condixerint ut pariter venientes visitarent eum, & consolarentur*: sed, quòd ipse condixerit ut cum eis disputaret, nusquam legitur aut traditur. Quinimò nusquam habetur quòd ipsi condixerint ut disputarent cum eo, sed ut *Visitarent eum & consolarentur*. Accedit denique quòd disputatio ipsa non tam de fidei dogmatibus, quàm de quæstione facti fuerit mota: an scilicet propter sua crimina afflictus à Deo fuisset Iob, & tantis ærumnis flagellatus. Disputatio Salomonis cum Hiramo, quantùm ex Iosepho colligi datur, non alia fuit quàm mutua propositio ænigmatum, & quidem per litteras inter absentes facta: [s] Quæstiones ænigmaticas (ait Iosephus) Tyrius Rex ad Salomonem transmisit, rogans ut eas explicaret, & dubitationem sibi eximeret. At ille callens hujusmodi rerum, ac prudentissimus, nihil inexplicatum relinquebat: sed omnia ratione pervincens, & perscrutatus, eorum intellectum apertissimè declarabat". Idem rursus ibidem inferiùs, & lib. 1. contra Apionem, recitat hoc fragmentum ex Dio, Scriptore rerum Phænicarum pervetusto:" Ad hunc Hiramum missa fuisse perhibent ab Hierosolymorum

[h] c. 11. — Iob. 2. 11. — [s] Ioseph. l. 8. Antiq. c. 2.

„ lymorum Principe Salomone ænigmata, & „ ab eo viciſſim poſtulata, ea conditione, ut „ uter ea explicare nequiviſſet, is ei qui ſol„ viſſet, pecuniam penderet. Itaque Hiramum, „ cùm ænigmata ſolvere non potuiſſet, in „ confeſſum, grandem pecuniam mulctæ no„ mine pendiſſe. Deinde Abdemonum quen„ dam, hominem Tyrium, propoſita ſolviſſe, „ & ipſum alia propoſuiſſe; quæ Salomon cùm „ ſolvere nequiviſſet, magnam inſuper pecu„ niam Hiramo ſolverit". Ecce diſputationem Salomonis cum Hiramo, nihil habentem commune cum ijs diſputationibus quas nos hactenus improbavimus. Nam non de fidei dogmatibus, ſed de rebus naturalibus aut fortè etiam politicis inita fuit: nec verbis cominùs, ſed ſcriptis eminùs peracta fuit: nec denique Hiramus fuit deſertor fidei quam profitebatur Salomon, nec contemptor Eccleſiæ cui inhærebat Salomon; ſicut hæretici ſunt deſertores fidei Catholicæ, & rebelles Eccleſiæ Catholicæ. Quæ reſponſio adhiberi quoque poteſt ad diſputationem ejuſdem Salomonis cum Regina Saba: ſalvo quòd hæc non ſcripto inter abſentes, ſed verbo inter præſentes inita fuerit. Conſiſtebat autem, ſicut præcedens, in propoſitione ænigmatum. Unde Scriptura

3. Reg. 10. 1. 2. Par. 9. 1. ait: *Regina Saba, auditâ famâ Salomonis in nomine Domini, venit tentare eum in ænigmatibus.* Et alibi: *Regina quoque Saba, cùm audiſſet famam Salomonis, venit ut tentaret eum in ænigmatibus in Hieruſalem.* Quænam porrò fuerint iſta ænigmata, Scriptura ſtudioſè ſubticuit. Refert autem Cedrenus quòd poſt perceptam ænigmatum enodationem, denuò illa Salomonem hoc modo tentaverit: T. Formoſos

T. Cedren. in Compend. Hiſtor. „ pueros & formoſas puellas, eodem veſtitu „ & ornatu inſtructos coram eo conſtituit, „ petijtque ut inter ſexum internoſceret. Rex „ omnes lavare faciem juſſit: & ita diſcrimen „ ſexus deprehendit, cùm mares fortiter ac „ validè facies ſuas tergerent, fæmellæ tene„ riter & timidè". An verò præter propoſitionem ænigmatum, & aliarum quæſtionum affinium, intervenerit aliqua conferentia de rebus fidei, ſaltem per modum inſtructionis, non admodùm refert. Neque enim conferentias inſtructorias, ſed diſputatorias duntaxat improbamus: & quidem non omnes, ſed juxta ſuperiùs dicta limitatas. Quidam conjiciunt, eam fuiſſe colloquiis Salomonis conver-

3. Reg. 10. 9. ſam ad fidem, quia tandem dixerit ei: *Sit Dominus Deus tuus benedictus.* Sed ſi tunc converſa fuerit, mirum eſt eam non potiùs dixiſſe, *Meus*, pro, *Tuus.* Dixiſſet ſaltem cum

Ruth. 1. 16. Moabitide: *Deus tuus Deus meus.* Deinde Veteres qui eam veri Dei cultricem ſtatuunt,

V. Theodor. q. 33 in lib. 3. Regum. ante colloquium Salomonicum fuiſſe fidelem indicant. Ex quibus Theodoretus, poſtquam prædicta ejus verba commemoraſſet: V. Ego

„ autem (ſubdidit) ſum recordatus Doctri„ næ Apoſtolicæ, quæ eos laudavit qui ſine „ lege ſunt juſtificati: *Quando enim*, inquit, Rom. „ *gentes quæ legem non habent, naturâ quæ legis* „ *ſunt faciunt, ipſi legem non habentes ſibi ſunt lex.* „ Ipſa enim cùm eſſet alienigena, & neque „ divinam accepiſſet legem, neque Pro„ pheticam percepiſſet agriculturam, contenta „ fuit lege naturæ, & admirata fuit juſtitiam, „ & juſtum commendavit judicium; & per „ eum qui ſapientiæ donum accepit, laudavit ſapientiæ datorem". Non ergo, juxta hunc authorem, ex inſtructione Salomonis, ſed ex magiſterio legis naturæ didicit verum Deum, eumque in ſuo typo Salomone videre & affari deſideravit. Habuiſſe eam quoque fidem aliquam in Chriſtum, innuit Iſidorus, undecunque eam hauſerit: V. Non ſolùm præmio W. Iſ. l. 3 R. cap. 5. „ (ait ille) cæleſtis reſurrectionis beata, ſed „ etiam poteſtate Apoſtolica de Judæis adul„ teris judicandis in ipſius ore Iudicis digna „ cenſetur: quia Chriſtum in Salomone mi„ rata, verum Reginæ cæleſtis affectum in „ imagine myſtica Eccleſiæ providentis impleverat". Sed hac de re modò ſatis.

CXXVIII. Ad recentiora veniamus, hoc eſt, ad eas diſputationes, quas tempore Legis Euangelicæ inierunt Apoſtoli vel Catholici Patres eos ſubſecuti, cum hæreticis aut alijs Chriſtianæ fidei adverſarijs. Inter quas primo loco objiciebatur diſputatio Petri Apoſtoli cum primo hæreſiarcha novæ legis Simone Mago, relata per Clementem Romanum in libris Recognitionum. Sed inprimis hoc exemplum non poteſt ſervire modernis Sectarijs, ſignanterque *Confeſſioniſtis*, qui volunt ex ſolis Scripturis diſputationes iniri: cùm tamen ibi referantur diſputationes complures ex media Platonis Philoſophiâ deprompræ, & Beato Petro adversùs hæreſiarcham decertanti attributæ. Secundò verius eſt, libros illos aut à Clemente non fuiſſe conſcriptos ſed ab impoſtore ſeu Suppoſtore quopiam ei obtruſos, aut certè ab aliquo nugivendo quiſquilias immiſcente depravatos. Unde in Synodo Romana ſub Gelaſio I. prohibentur & apocryphi declarantur, ſub nomine *Itinerarij*, vel *Circuituum Petri*, prout monet Bellarminus lib. de Scriptoribus Eccleſ. in *Clemente.* Tertiò diſputationes ibi deſcriptæ non fuerunt ex condicto initæ, ſed per occaſionem duntaxat habitæ. Quartò Petrus nihil profecit contra Simonem diſputando, ſed eum demùm proſtravit orando. Ac per hoc nobis potiùs ſervit illud Exemplum, qui ſuperiùs cap. 23. dixeramus, inutiliter cum hæreticis plerunque diſputari, utiliter autem pro eis orari. Non quòd protohæreſiarcha per orationem Petri converſus ſit, ſed quòd alij de ejus laqueis erepti ſint; & ipſe, ne reatum ſuum

ſuum diutiùs vivendo augeret, è vivis ſublatus. Sed poſtremæ iſtæ duæ ſolutiones, unà cum primâ, procedunt ex hypotheſi quòd Petrus reipſa diſputarit cum Simone, prout refertur à Pſeudoclemente: cui alioqui longè minùs credendum putamus quàm Hegeſippo, qui, ut cap. 10. §. 32. vidimus, diſertè perhibet, viventibus Apoſtolis hæreticos in abdito delituiſſe, nec niſi poſt Apoſtolorum deceſſum in apertum prodiiſſe. Unde & ibidem ex Philaſtrio memoravimus, ipſum protohæreſiarcham Simonem fugiſſe Petrum ex Syria in Italiam. Confictæ proinde ſunt illæ ejus cum Petro diſputationes apud Pſeudoclementem relatæ. Paulinæ quoque diſputationes in Actis Apoſtolorum relatæ, & ſubſequenter §. 118. objectæ, parùm faciunt ad rem. Nam neque ex condicto per modum monomachiæ; ſed incidenter occaſione data vel arrepta fuere initæ: neque cum hæreticis ab Eccleſia refugis, ſed vel cum Judæis, vel cum Gentilibus, nondum tunc Chriſtianiſmo initiatis, ſunt habitæ. Qua ſolutione eliduntur & alia quædam exempla ibidem ſubſequenter objecta: ut Iuſtini Martyris diſputantis cum Tryphone, Octavii diſputantis cum Cæcilio, & Catharinæ Virginis diſputantis cum Philoſophis per Maximinum Cæſarem convocatis. Harum quippe trium diſputationum prima inita fuit cum Iudæo, ſecunda & tertia cum Gentilibus; nulla omnium cum hæreticis, ab Eccleſia refugis, & ejuſdem Eccleſiæ judicio proſcriptis. De diſputatione Origenis cum Megethio & aliis Marcioniſtis, non conſtat an unquam reipsâ fuerit habita, an verò per Scriptorem quempiam repræſentata. Certè enim Dialogi iſti in quibus refertur, non poſſunt ab Origene vel alio ullo coætaneo fuiſſe conſcripti. Nam ibi memoratur qualiter Imperatores & Reges non ſolummodò crederent in Chriſtum & adhærerent Eccleſiæ, verùm etiam templa idolorum cum ſuis idolis everterent. Id quod diu admodùm poſt tempora Origenis contigit, ſub Conſtantino Magno. Deinde ut admittatur quòd Origenes cominùs diſputarit cum hæreticis illis, ejuſque diſputatio per recentiorem quempiam Scriptorem poſt tempora Conſtantini in formam dialogi redacta ſit, prout cenſet Petrus Halloix lib. 1. *Origenis defenſi* cap. 9. in fine: conſiderandum adhuc erit, quo ſucceſſu finita fuerit ea diſputatio. Et ſanè quantùm ex ipſis Dialogis colligere licet, Marcioniſtæ manſere Marcioniſtæ, nec quiſquam eorum per eam diſputationem eſt ab errore priſtino converſus; quanquam Eutropius ethnicus, in arbitrum adhibitus, reſipuerit: ut vel hinc appareat quàm verum ſit quod cap. 21. §. 70. dixeramus, faciliùs Ethnicos in Eccleſiam induci, quàm hæreticos reduci. Hujus igitur diſputationis exemplum nobis ſervit ad oſtendendum, inutiliter iniri cum hæreticis diſputationes pro ipſorum reductione ſeu converſione. Convertit quidem Origenes Ambroſium Marcioniſtam, non tamen ex condicto cum eo diſputando; ſed catechizando & ſimpliciter inſtruendo, vel fortè etiam interdum privatim diſputando, ac ſcrupulos eximendo. Diſputavit Gajus cum Proculo Montaniſta, ſed ſine fructu, nam Proculus tam procul à reſipiſcendo extitit poſt finitam diſputationem, quàm ante inchoatam extiterat. Diſputavit item Archelaus cum Manete hæreſiarcha, & Porphyrius Gazenſis cum Iulia ejus diſcipula: ſed parili infelicitate ſucceſſus; ſiquidem Manes manſit Manes, & Iulia manſit Manichæa. Ita vel hinc rursùs aſtruitur inutilitas diſputationum cum hæreticis pro ipſorum converſione. Diſputavit Hilarius cum Auxentio Ariano; ſed Auxentius poſt diſputationem æquè manſit Arianus. Unde iterum nobis ſuppeditatur novum exemplum inutilitatis hujuſmodi diſputationum. Poſtulavit idem Hilarius ab Imperatore Conſtantino per trinos libellos, ut ad publicè diſputandum de fide cum Arianis admitteretur. Sed id demùm poſtulavit, prout in eodem Breviario ibidem præmittitur, *Vbi extremum fidei periculum animadvertit*. Nullum modò tale periculum, Deo laus, ſubeſt aut imminet. Quapropter ex facto Hilarii perperam colligitur, Catholicos nunc poſſe doctrinariam monomachiam Lutheranis offerre, vel à Lutheranis oblatam acceptare. Pulchrè admodùm & appoſitè Auguſtinus: x. Magnus ille (inquit) noſtrorum temporum „ Medicus Vindicianus, conſultus à quodam, „ dolori ejus adhiberi juſſit quod in tempore „ congruere videbatur: adhibitum ſanitas „ conſecuta eſt. Deinde poſt annos aliquot, „ eâdem rursùs corporis causâ commotus, „ hoc idem putavit ille adhibendum: adhi„ bitum vertit in pejus. Miratus currit ad „ medicum; indicat factum. At ille, ut erat „ acerrimus, ita reſpondit: *Ideò malè acceptus es, quia ego non iuſſi*: ut omnes qui au„ diſſent, hominemque non noſſent, non eum „ arte Medicinali fidere, ſed neſcio quâ illi„ citâ potentiâ, putarent. Undè cùm eſſet „ à quibuſdam poſteà ſtupentibus interroga„ tus, aperuit quod non intellexerant, vi„ delicet: *Illi atati non hoc ſe fuiſſe iuſſurum*. „ Tantum igitur valet, ratione atque artibus „ non mutatis, quid ſecundùm eas ſit pro temporum varietate mutandum". Huc etiam referri poteſt & illud ejuſdem lib. 1. contra Creſconium cap. 23." Occurrere multa tibi „ ipſi non dubito, quæ, quamvis bona ſint, „ & ad utile aliquid inſtituta, non omnibus „ tamen habentibus ſunt utilia, ſed tantum„ modò benè utentibus. Nam quùm eâdem

x Aug. Epiſt. 5.

luce

„ luce & sani oculi perfunduntur, & saucij; „ istis adjumentum est, illis tormentum: idem „ cibus alias valetudines alit, alias lædit: „ Idem medicamentum hos curat, illos debi- „ litat: Eadem arma alios muniunt, alios im- „ pediunt: Eadem vestis alijs tegumento est, alijs implicamento". Ubi quod de medicamento, aliàs curante, aliàs debilitante, dicitur, illustrari potest exemplo hellebori, de

Y. Cassian. Collat. 17. c. 17.

quo Cassianus ait: Y. Quòd si imminente exi- „ tiali morbo sumptum fuerit, sit salubre: „ cæterùm absque summi discriminis necessitate perceptum, præsentis exitij est". Ad hunc ergo modum de publicis disputationibus cum hæreticis in causa fidei jam definita philosophandum est. Iniri namque possunt in extremo fidei periculo, & tunc prodesse magis quàm obesse natæ sunt: secluso autem istiusmodi discrimine, perniciosæ ut plurimùm sunt, rarò aut nunquam fructuosæ. Disputatio Athanasij cum Ario, conficta est ab aliquo Scriptore qui Athanasio recentior est, nam in fine Athanasium vocat *Sanctum*, quod de ipso Athanasio præsumendum non est: falsò prætereà in titulo fingitur habita fuisse in Concilio Niceno, cùm ex textu constet habitam in quodam cœnobio coram fratribus. Deinde ut habita fuisset in Niceno Concilio, verisimilius est, ante potiùs, quàm post Synodalem sententiam in Arium latam, fuisse habitam. Ac per hoc non fuisset habita cum hæretico jam œcumenicè damnato. Accedit quòd non ex condicto, sed incidenter inita fuerit, prout clarè indicat textus sub initium, his verbis: *Nobis hæc invicem communicantibus, quæ ad pietatem spectabant, multâ cum modestia & frugalitate: derepentè ex radice Christo inimici Arij, bellua sub humana specie ad nos insilijt.* Unde patet non solùm *derepentè* disputatorem irrupisse inexpectatum, sed præterea eum non fuisse ipsum Arium, prout falsò titulus præfert; sed quempiam *ex radice Arij*, hoc est, Sectatorem Arij. Circumfertur & alia ejusdem Athanasij disputatio, quasi Laodiceæ inita cum Ario, Sabellio, & Photino, jussu Constantini Cæsaris, coram Probo Cognitore, homine adhuc ethnico. Verùm hæc quoque conficta est, prout monet Bellarminus lib. de Scriptor. Ecclesf. in *Athanasio*. Authorem ejus se profi-

Vigilius.

tetur Vigilius, qui lib. 5. contra Eutychen sub initium ita ait: " De Conciliorum diver- „ sis Sanctionibus, & nominum religiosè ad- „ ditis novitatibus, plenissimè in ijs libris, „ quos adversùs Sabellium, Photinum, & „ Arium, sub NOMINE ATHANASII, tan- „ quam si præsentes cum præsentibus agerent, „ ubi etiam Cognitoris persona videtur in- „ ducta, conscripsimus". Disputatio Hieronymi cum Helladio Luciferiano, utrum reipsa fuerit inita, an verò repræsentativè per modum dialogi digesta, sicut alij ejusdem Hieronymi Dialogi adversùs Pelagianos, sub nominibus *Attici* & *Critobuli*, exantlati, haud constat. Atque ut reipsa fuerit inita, equidem incidenter & per occasionem inchoata fuerat, per modum justæ defensionis contra oblatrantem invasorem, ut ex ejus exordio colligitur. Et quamquam unus ille Luciferianus succubuisse dicatur & manus dedisse veritati: nihilominùs jam victus & persuasus luculentum præbuit testimonium impersuasibilitati hæreticorum. Ait quippe ad extremum suo debellatori: Z. Unum tibi confiteor, „ quia mores meorum apprimè novi; facilius eos vinci posse, quàm persuaderi". Hoc de hæreticis promiscuè omnibus verum esse, superiùs cap. 22. & 23. ostendimus: & ipse Hieronymus de ijs loquens alicubi ait: A. Multi „ utroque pede claudicant, & ne fractis qui- „ dem cervicibus inclinantur; habentes affe- „ ctum erroris pristini, cùm prædicandi eundem non habeant libertatem".

Z apud. Hier Dialog. cont. Lucifer. in fine.

A. Hieronym. Epist. 11.

CXXIX. Disputationum Augustini cum Manichæis, Arianis, & Donatistis, quædam quidem feliciter, sed plures infeliciter cesserunt. Felix namque Manichæus, & Fortunius Donatista, disputationibus Augustini non solùm convicti, sed & persuasi, resipuerunt: cæteri quantumlibet convicti persuaderi nequierunt: uti nec Crispinus Donatista persuaderi potuit, disputatione licèt Possidij convictus. Quamvis enim Proconsulari sententiâ post finitam pugnam declaratus sit hæreticus, adeò tamen non resipuit, ut ad Imperatoris tribunal provocaverit. Pascentius Arianus post conflictum cum Augustino, ut testatur Possidius, B. Magis magisque „ iratus & furens, mendacia multa pro fide „ sua falsa jactabat: victum esse à seipso procla- „ mans, multorum ore laudatum Augusti- num". Quid verò Maximinus? Audi Possidium ibidem subdentem: " Hæreticus ille de „ Hippone rediens Carthaginem, de sua mul- „ ta in Collatione loquacitate victorem se de „ ipsa Collatione recessisse jactavit, & mentitus est". Quid centeni Donatistarum Episcopi, in solemnissima Collatione Carthaginensi toties victi & revicti, tandemque sententialiter per Cognitorem damnati, profecerunt? Nihil, nisi impudentiùs mentiri, ut nimirum fingerent & apud suos divulgarent, Cognitorem præmio à Catholicis fuisse corruptum. Hinc Augustinus compulsus est librum quasi apologeticum edere, quo calumniam istam propulsaret, qui sic incipit: C. Quid „ adhuc, Donatistæ, seducimini ab Episco- „ pis vestris, quorum fallaces tenebræ clarâ „ luce discussæ sunt, quorum apparuit error, „ quorum pertinacia superata est? Quid adhuc „ vobis jactant vana mendacia? Quid adhuc

B. Possid. in vita August. c. 17.

C. Aug. l. post Collationem c. 1.

creditis

,, creditis hominibus victis? Cùm vobis dicunt JUDICEM PRÆMIO FUISSE CORRUPTUM, quid novum faciunt? Quid aliud omnes victi facere consueverunt, qui veritati consentire nolunt, nisi ut de Judicis iniquitate mentiantur". Reliquæ Concertationes Catholicorum cum hæreticis eodem §. 118. objectæ, parum aut nihil utilitatis adduxerunt: excepta duntaxàt concertatione B. Gregorii cum Eutychio, & B. Germani cum Pelagianis in Britannia. Verùm harum prima non fuit publica aut ex condicto inita per modum monomachiæ, sed privata & incidenter habita. Altera fuit quidem publicè inita, sed ut optatum consequeretur effectum, suppleri debuit per miraculum, quod à Beda refertur ibidem capite proximè sequenti, & ex ipso nos suprà hìc cap. 29. §. 95. & iterùm cap. 37. §. 121. ubi & alia exempla congessimus. Sed non ampliùs fiunt plerunque ejusmodi miracula: nec mirum, quia ut B. Gregorius Homil. 29. in Euangelia ait: " Hæc necessaria in exordio Ecclesiæ fuerunt: Ut enim ad fidem cresceret multitudo credentium, miraculis fuerat nutrienda. Quia & nos cùm arbusta plantamus, tamdiu eis aquam infundimus, quousque ea in terra jam coaluisse videamus: at si semel radicem fixerint, irrigatio cessabit". Disputationes à B. Bernardo initæ, sive cum Abailardo, sive cum Gilberto Porretano, non sunt ad propositum. Non enim cum hæreticis jam anteà Synodaliter damnatis, sed cum incipientibus nondumque provectis aut de contumacia adversùs Ecclesiæ sententiam notatis initæ sunt. Cæterùm pro pleniori præmissorum illustratione, & scopi nostri confirmatione, non pigebit aliqua hìc subjungere ex Epistola Conradi Bruni Jurisconsulti Germani, quam ille de utilitate ex historiarum notitia proveniente conscripsit paulò post exortum in Germania Lutheranismum:

D. Conrad. Brunus Epist. de Utilitat. ex Historiis capienda. Extat apud Cochl. præfixa lib. de Act. & Scrip. Lutheri.

D. Ad extirpandas (ait ille ibi) subortas alicubi hæreses, reconciliandamque in Religione discordantium pacem, Magistratus tam Ecclesiastici, quàm sæculares, ea sibi ex historiis consilia decerpent, quibus extinctæ olim hæreses, non quibus auctæ atque corroboratæ fuerunt. Ac proinde neque liberum permittent unicuique quod libeat credere. Quo consilio Jovianus Imperator, etiamsi Catholicus Princeps, & Valens hæreticus, usi sunt. Ille quidem, ut hoc modo blandimentis & suasione verborum, discordantium contentiones abscinderet: Hic verò, ut pace utcunque inter colentes factâ, Arianorum ipse interim hæresim confirmaret. Sic nec hæreticis Ecclesias dabunt, nec sacra peragere permittent. Quod Gratianum & Valentinianum lege sanxisse, tradunt historiæ. Sed nec Colloquia inter Catholicos & hæreticos instituent. Quod Principes quosdam Catholicos Augustini temporibus fecisse, ipse in Breviculo suo, & sæpè aliàs in Epistolis, testatur. Hæc, inquã, Veterum consilia nostri Magistratus sive Ecclesiastici sive sæculares, in extirpandis hæresibus, & componendâ inter discordantes pace, minimè amplectentur. Nam etsi pia & Catholica veterum Principum fuerit intentio, nempe ut his consiliis perturbatum hæresibus & Schismatibus Ecclesiæ statum ad concordiam & tranquillitatem reducerent: tamen quia hujusmodi consiliorum infelicem fuisse eventum historiarum exemplis docentur, minimè imitanda erunt; sed omnibus modis, quæ tam malè successerunt, repudianda. Contrà verò deligenda erunt, quæ feliciorem successum & eventum habuerunt: cujusmodi sunt, ut Catholici Magistratus suborientibus hæresibus in tempore occurrant: ut Ecclesiarum Prælati à Romano Pontifice, de admonendis convertendisque hæreticis, & qui ab his ipsis decepti fuerint; tum interponendis fundendisque pro ipsis ad Deum precibus; tum damnandis & anathemate feriendis his, qui pertinaciter in errore perseveraverint, admoneantur: Ut Ecclesiarum Episcopi & Prælati, quæ ad hunc modum à Romano Pontifice mandata fuerint, quæque juxta Paternas regulas ad eorum officium pertinent, in convertendis hæreticis, damnandisque & anathematizandis hæresibus, earumque authoribus, fautoribus, defensoribus, fideliter exequantur: Ut Imperator, cæterique Catholici Principes, à Romano Pontifice, cæterisque Episcopis & Prælatis, admoneantur, ut ipsi quoque sanctam Dei Ecclesiam adversùs hæreticorum insultum defendant, & quæ adversùs ipsos & eorum errores ecclesiastico judicio decreta fuerint, executioni mandent, ac injuriam Deo & Ecclesiæ ejus per illos illatam, ipso etiam gladio vindice persequantur: Denique ut Imperator, & Catholici Principes, ad hunc modum à Prælatis Ecclesiasticis admoniti, tum latis à se quoque legibus, tum publicis Edictis propositis, hæc omnia reipsâ exequantur. Hæc, inquam, & similia consilia, quibus, ad vindicandas extirpandasque hæreses, veteres Ecclesiæ Principes & Magistratus tam Ecclesiastici quàm sæculares usi sunt; nostri quoque Principes & Magistratus, quoties usui venit, quisque pro injuncto sibi officio, amplecti debent: quia hęc ipsa felicem olim habuisse eventum, ex historijs tam sacris quàm profanis edocentur".

CAPUT XL.

Diluuntur obiectiones cap. 36. §. 119. propositæ, ex authoritatibus Irenæi, Tertulliani, Prosperi, Augustini, Ivonis, Divi Thomæ, aliorumque Scholasticorum, nec non quarundam Synodorum deprompta. Collationis Carthaginensis cum Donatistis initæ occasio & necessitas. Ejus exemplo inaniter Pelagiani prætenderunt sibi jam prædamnatis annuendam esse ulteriorem audientiam. Discrimen notatu dignum inter Donatistas, & Pelagianos, & Maximianistas à Donatistis segregatos. Cum Donatistis in Collatione Carthaginensi magis de quæstione facti, quàm de dogmate fidei disceptatum fuit. Cur Florentina Synodus Græcos, & Basiliensis Bohemos ad conferentias invitaverint aut admiserint?

CXXX. SUperfunt adhuc diluenda ea documenta, quæ eodem capite XXXVI. §. 119. fuerunt objecta. Et quidem Irenæus, primo loco allegatus, quid de disputationibus cum hæreticis censuerit, colligi potest ex dictis superiùs cap. 23. & 24. Ad locum verò ex ipso objectum respondetur, non loqui eum de *confutatione* facienda per disputationem publicam, nedum ex condicto per modum monomachiæ ineundam, sed de ea maximè quæ Scriptione & editione librorum seu Tractatuum peragitur. Assignat quippe ibi rationem cur nolit Gnosticorum sententias singulatim in suo isto libro confutare: primò quidem propter nimiam sententiarum varietatem, quam in ordinem redigere, admodùm difficile, si non impossibile sit; præsertim cùm quotidiè nova commenta ebullirent. Huc spectat quod idem ipse Irenæus de illis ipsis hæreticis loquens ait alibi: [E] Cùm „ discrepant ab invicem & doctrinâ, & tradi„ tione; & qui recentiores eorum agnoscuntur, „ affectant per singulos dies novum aliquid „ adinvenire, & fructificare quod nunquam „ quisquam excogitavit, durum est omnium describere sententias". Secundò propter usitatum ipsis hæreticis morem occultandi sua sensa, adeò ut impossibile sit accuratè callere eorum mentem: [F] Tantæ sunt (ait ipse de eis) „ de uno inter eos diversitates, de eisdem Scri„ pturis varias habentes sententias; & uno eo„ demque sermone lecto universi obductis su„ perciliis gyrantes capita, valdè quidem altissi„ mè se habere sermonem dicunt, non autem „ omnes capere magnitudinem ejus intelle„ ctûs, qui ibidem continetur: & propter hoc, „ silentium maximam rem esse apud Sapientes". Et mox infrà ibidem: "Sic autem abeunt „ omnes, quotquot sunt, tantas de uno gestan„ tes sententias, in abscondito ferentes secum sua acumina". Quibus verbis continuò subnectuntur ea quæ in objectione allegantur; continentque tertiam rationem, ob quam videatur supervacaneum commenta eorum singulatim refellere: quia nimirùm quamdiu ipsi inter se discordes sunt, seipsis abundè refelluntur: discordia siquidem manifestissimum est falsitatis indicium: [G] Falsitas enim (ut præclarè monet „ Theodoretus) non solùm veritati, sed & sibi „ ipsi contraria est: veritas autem sibi concors, unam modò falsitatem habet infestam". Eodem itaque argumento Irenæus in Objectione adductus redarguit Gnosticos inter se dissidentes, quo Magnus Basilius erroris redarguit veteres Philosophos ab invicem discordantes: [H] Quid opus est (inquiens) ut laboremus in „ eorum falsis opinionibus redarguendis; qui„ bus satis sit, illorum libris inter se collatis, „ summo cum otio spectatores contentionis pugnæque ipsorum sedere"? Hoc nimirùm est, quod verbis illis in Objectione relatis ait de Gnosticis Irenæus: *Cùm inter eos convenerit de ijs quæ in Scripturis sunt prædicta, tunc & à nobis confutabuntur: Non enim benè sentientes interim semetipsos arguunt, de iisdem verbis non consentientes.* Addo præterea, quòd etiamsi Irenæus iis verbis promisisset Gnosticis verbalem aut subitariam disputationem sub conditione ibidem expressa, nimirùm *Ut inter se priùs convenirent:* equidem nihil præjudicaret assertioni nostræ. Optimè quippe ipse sciebat, nunquam fore ut ipsi conditionem illam implerent, atque adeò nunquam ipse disputationem sub ea promissam inire deberet. Ad Tertulliani testimonia ibidem subsequenter objecta, Respondetur, Tertullianum non loqui de disputationibus subitariis aut ex condicto ineundis cum hæreticis, sed de iis, quæ editione librorum, quibus eorum argumenta referantur ac refellantur, peraguntur. Patet id apertè ex ipso con-

E. Iren. l. 1. cap. 18.

F. Id lib. 4. cap. 69.

G. Theod. de Græc. affect. cur. serm. 5.

H. Basil. Hom. 1. Hexam.

Irenæus.

contextu singulorum locorum ex Tertulliano objectorum. Primus quippe locus descriptus est ex libro *De Resurrectione carnis* cap. 2. Ibi autem manifestè author aperit quonam modo ac ordine in eo ipso libro processurus sit adversùs hæreticos resurrectionem carnis inficiantes. Non igitur de *disceptatione* aliqua subitaria aut monomachica cum eis ineunda ibi loquitur, sed de illa disceptatione scriptoria sive libraria, quam toto isto volumine prosequitur. Idem omninò dicendum de duobus reliquis ejusdem Tertulliani locis ibidem subjunctis. Utrobique enim præfatur, se posse hæreticos illos uno verbo refellere per regulam abs se traditam in libro de Præscriptionibus; sed nihilominùs, *Salvâ istâ Præscriptione*, se velle adversùs eos respectivè Scripto agere, & libros istos edere. Nulla quippe est verisimilitudo quòd cum ipsis hæresiarchis, jam pridem vitâ functis, aut certè procul dissitis, Tertullianus cominùs decertare aut disceptare voluerit.

CXXXI. Ad Augustinum Tertulliano subnexum, jam suprà responsum est cap. 38. §. 126. Prosperi verò locus ibidem subinsertus, si integer proferatur, nobis magis quàm objicientibus patrocinabitur. Ait quippe ibi Prosper de Semipelagianis, Pelagianismi jam excisi favillas animare nitentibus: [L] Cur bellum confectum retractant, & munitiones securæ dudum pacis infirmant? An victores displicent, & victi placent; tantâque insolentiâ damnati foventur errores, ut pravitatis invidiâ & authores nostri pulsentur & Judices? An verò ita se novorum censorum norma exactior temperavit, ut & nulla eorum quæ excisa sunt asserat, & quædam ex his quæ defensa sunt respuat? ECCE SALVA CATHOLICÆ PACE VICTORIÆ, SALVA INDISSOLUBILIUM REVERENTIA DECRETORUM, parati sumus patronos doctrinæ emendatioris audire, & circumcisas ab omni errore lineas subtilissimæ discretionis agnoscere. Constituatur in medio, quod de novis emersit ingeniis". Indignationis profectò plena est ista percontatio, *Cur bellum confectum retractant* &c. Tanquam diceret: Quanta insolentia est, dogmata semel ritè decisa, ulteriori discussioni velle subjicere? Porrò quia Semipelagiani negabant sua dogmata coincidere cum Pelagianorum dogmatibus jam anteà damnatis, subdit Prosper inferiùs aliam istam interrogationem, *An verò ita se novorum censorum norma exactior temperavit, ut & nulla eorum quæ excisa sunt asserat* &c? Super isto ergo puncto audiri eos posse annuit Prosper iis verbis, *Parati sumus patronos doctrinæ emendatioris audire*. Sed nec hoc ipsum aliter annuendum censet, quàm sub ista protestatione, *Salvâ Catholicæ pace victoriæ, salvâ indissolubilium reverentiâ Decretorum*. De ipsis ergo Decretis, sive Canonibus pridem sancitis, nullam prorsùs patitur iniri disputationem; sed duntaxàt de eo, An Semipelagianorum dogmata essent eadem cum pridem excisis in causa Pelagianorum. Audientia præterea illa, quam super hoc ipso puncto eis annuit, non est verbalis aut monomachica, sed scriptoria potiùs aut libraria. Dicit enim se paratum lectori ob oculos proponere quæ scripserint, prout de facto per totum libri sui corpus sparsim facit, juxta quod illis finalibus verbis præindicaverat, *Constituatur in medio, quod de novis emersit ingeniis*. Factâ itaque per corpus libri passim collatione utrorumque dogmatum, & deprehensâ in multis consonantiâ Semipelagianorum cum Pelagianis quoad dogmata in his pridem damnata, concludit ad extremum de Semipelagianis: [K] Non ergo cum istis novâ acie dimicandum est, nec quasi contra ignotos hostes specialia sunt ineunda certamina. Tunc istorum machinæ confractæ sunt, tunc in superbiæ sociis ac principibus corruerunt, quando beatæ memoriæ Innocentius nefandi erroris capita Apostolico mucrone percussit: quando Pelagium ad proferendum in se suosque sententiam, Palæstinorum Episcoporum Synodus coarctavit: quando Africanorum Conciliorum Decretis beatę recordationis Papa Zozimus sententiæ suæ robur adnexuit, & ad impiorum detruncationem gladio Petri dexteras omnium armavit Antistitum: quando sanctæ memoriæ Papa Bonifacius piissimorum Imperatorum Catholicâ devotione gaudebat; & contra inimicos gratiæ Dei non solùm Apostolicis, sed etiam Regiis utebatur Edictis: & quando idē, cùm esset doctissimus, adversùs libros tamen Pelagianorum B. Augustini Episcopi responsa poscebat. Unde & venerabilis memoriæ Pontifex Celestinus, cui ad Catholicæ Ecclesiæ præsidium multa Dominus gratiæ suæ dona largitus est, sciens damnatis non examen judicii, sed solum pœnitentiæ remedium esse præstandum; Celestium, quasi non discusso negotio audientiam postulantem, totius Italiæ finibus jussit extrudi: adeò & Præcessorum suorum Statuta, & Decreta Synodalia inviolabiliter servanda censebat; ut QUOD SEMEL MERUERAT ABSCINDI, NEQUAQUAM ADMITTERET RETRACTARI". Ex qua tota deductione manifestissimè claret, beatum Prosperum non solùm contrariæ nobis sententiæ non patrocinari, sed plenissimè etiam ac validissimè ei adversari. Quid enim planius aut manifestius, quàm quod ubi collatione factâ deprehendisset Pelagianorum dogmata quædam pridem excisa, renovari à Massiliensibus, etsi nonnihil incrustata, concluserit: *Non ergo cum istis novâ acie dimicandum est* &c. Quid putabimus eum fuisse conclusurum, si deprehendisset

[L] L. Prosp. lib. [illegible] Col. [illegible] 41.

[K] Ibidem cap. 41.

Innocent.

Zozymus.

Bonifacius.

Celestinus.

hendisset renovari iisdem verbis dogma semel damnatum, qui sic conclusit ubi vidit renovari incrustatum? Sed nimirùm probè noverat, hæresim non tam in verbis, quàm in verborum sensu consistere. Unde & alibi exclamat contra eosdem Pelagiani dogmatis incrustatores: L. *Quid prodest verbis commentum Pelagianum respuere, & solâ damnatos plectere voce: Cum paucis squalidâ sublatis de cute nervis, intima viperij foveantur viscera sensus?*

L. Idem lib. de Ingratis cap. 38.

CXXXII. Neque huic solutioni, ex Prospero ipso stabilitæ, obstat locus Augustini ibidem objectus, quo asserit, Catholicos *Compulisse Donatistas per Imperialia Iussa, ut ad Collationem secum venirent.* Illam quippe compulsionem à Catholicis extorsit gravissima necessitas, prout idem ipse Augustinus ibidem perhibet. Constat porrò ex dictis superiùs cap. 39. §. 128. quædam fieri licitè & utiliter premente necessitate, quæ illicitè & noxiè attentantur seclusâ necessitate. Unde ipse Augustinus, qui cum aliis Coepiscopis compulit Donatistas ad ineundam collationem urgente necessitate, prorsùs renuit admittere ad disputationem Pelagianos cessante simili necessitate. Quemadmodùm enim hujus temporis Sectarii quoties ferè Catholicos ad disputandum provocant, Collationis istius Carthaginensis cum Donatistis initæ exemplum obtendunt: ita olim Pelagiani ulterioris erroris sui discussionem flagitantes, eodem exemplo prætensionem suam colorabant. Augustinus verò eis respondens, quid nos modernis Sectariis respondeamus edocuit. Ait itaque ipse ibi Pelagianis: M. Nec vos nec alios decipiatis, velut talem „vocem habeatis adversùs nos, qualem nos „adversùs Donatistas; quos ad Collationem „nobiscum venire per Imperialia Jussa com„pulimus. Illorum enim furor occupaverat „Africam totam, nec prædicari à Catholicis „veritatem contra suum patiebantur errorem; „violentis aggressionibus, latrocinationibus, „itinerum obsidionibus, rapinis, ignibus, cæ„dibus multa vastantes, cuncta terrentes: cum „quibus apud Episcopos, quos communes nos „habebamus, nihil agere poteramus: Quod „verò ante centum ferè annos Majores nostri „cum eis egerant, jam populorum memoria „non tenebat. Hæc igitur NECESSITAS „COMPVLIT, ut saltem Gestis nostrâ Col„latione confectis, eorum contunderemus in„verecundiam, & reprimeremus audaciam". Ecce quàm gravis ac premens necessitas adegerit Catholicos ad implorandum & impetrandum Imperiale mandatum, quo compellerentur Donatistæ inire secum Collationem! Qui ergo exemplum Collationis illius obtendunt, opus est, ut & ipsi consimilem necessitatem conferendi ostendant. Qualem quia Pelagiani ostendere nequierunt, ulteriorem suæ causæ discussionem impetrare nec debuerunt nec valuerunt: sed ab Augustino ibidem continuò audierunt: " Vestra verò, apud compe„tens Judicium communium Episcoporum, „modò causa finita est. Nec ampliùs vobiscum „agendum est, quantum ad jus examinis per„tinet, nisi ut prolatam de hac re sententiam „cum pace sequamini. Quod si nolueritis, à „turbulenta vel insidiosa inquietudine cohi„beamini". Ubi ne quis inde quærat subterfugiendi rimam, quòd Augustinus ait, *Apud competens Iudicium communium Episcoporum:* observandum est, Donatistas passim per Africam erexisse altare contra altare, & cathedram contra cathedram; ita ut pleræque per Africam Ecclesiæ cathedrales haberent duos simul Episcopos, Catholicum unum, Donatistam alterum. Unde rursùs fiebat, ut si quando Episcopi Catholici quidpiam decernerent contra Donatistas, vicissim Episcopi Donatistici contrarium decernerent contra Catholicos: & sicut plebs Catholica adhærebat Decretis Episcoporum suorum, ita & plebs Donatistica suorum. Pelagiani autem non creabant Episcopos in Sedibus occupatis per Catholicos Episcopos: & idcircò Augustinus eos Episcopos vocat *communes*, qui de Pelagianorum causa sententiam protulerunt. Certè enim cùm Pelagius esset natione Britannus, & Celestius Scotus; non legimus tamen Britannicos aut Scoticos ullos Episcopos interfuisse Synodis quibus illi judicati sunt priusquam Augustinus ista scripsisset. Cæterùm quia Pelagiani exemplum illud Collationis Carthaginensis pro sua prætensione obtendebant, non contentus Augustinus rationem disparitatis mox descriptam assignare, aliud è contrario exemplum eis opposuit, subdens ibidem continuò: " Similes autem estis „potiùs Maximianistis, qui cupientes exigui„tatem suam nomine saltem certaminis con„solari, & ideò videri aliquid apud eos qui„bus contemptibiles erant, quia inire nobis„cum finerentur examen, interpellantes eos, „& libellum dantes, provocantesque, con„tempsimus. Magis enim de certamine nomi„nari desiderabant, quàm formidabant in cer„tamine superari. Nec sperabant victoriæ glo„riam, sed famam requirebant Collationis, „quia multitudinis non habebant. Si ergo pu„tatis, ideò vos esse victores, quia non vobis „datum est quale desideratis examen, Maxi„mianistæ vos ad ista vaniloquia præcesserunt: „quamvis dederit vobis Ecclesia Catholica „Judicium quale debuit, ubi causa vestra fi„nita est; illis autem nullum dare dignata „est, quia non à nobis, sicut vos, sed à Do„natistis fuerant segregati. Si autem in Ma„ximianistis videtis non esse consequens, ut „qui conferre in aliquo Judicio non sinun„tur, putari debeant de veritate confidere, nolite

M. August. l. 3. contra Jul. c. 1.

„ nolite ulteriùs hæc jactare: Vobiſque ſuffici„ at, quòd vos Eccleſia Catholica & materna „ lenitate ſuſtinuit, & judiciariâ ſeveritate, „ vel potiùs medicinali neceſſitate damnavit". Ex toto iſto Auguſtini textu, quem diſpunctim per fragmenta deſcripſimus, tria documenta colligere licet: primum eſt, diſputationes ſeu conferentias cum hæreticis non ita eſſe intrinſecè malas, ut nullo unquam caſu etiam extremæ vel graviſſimæ neceſſitatis fas ſit Catholicis eas inire, aut etiam ad eas compellere hæreticos detrectantes. Patet id exemplo Collationis Carthaginenſis, ad quam ineundam & vi quodammodò à Donatiſtis extorquendam Catholicos adegit prægnantiſſima neceſſitas, ab Auguſtino memorata: Ut omittam, eam collationem potiſſimùm habitam fuiſſe ſuper innocentia Cæciliani Carthaginenſis Epiſcopi, quem Donatiſtæ Traditorem fuiſſe contendebant: ità ut quæſtio magis fuerit facti, quàm fidei: atque adeo hìc locum habeant quæ diximus ſuprà cap. 37. §. 123. undè minùs mirandum eſt cauſæ iſtius cognitionem Marcellino Tribuno, homini laico, fuiſſe commiſſam. Secundum eſt, hæreticos ſemel poſt competens examen ab Eccleſia damnatos, haudquaquam ad ulteriorem diſcuſſionem dogmatum ſic reprobatorum eſſe admittendos. Patet id ex ijs quæ adversùs Pelagianorum prætenſionem ab Auguſtino conſcripta recitavimus. Tertium eſt, Subſectis de principali aliquâ Sectâ pullulantibus nullam dandam eſſe audientiam aut diſputandi copiam. Patet id ex comparatione illa quam Auguſtinus inſtituit inter Maximianiſtas & Pelagianos, cùm dicit, *Eccleſiam Catholicam dediſſe Pelagianis Iudicium quale debuit, ubi cauſa eorum finita fuit: Maximianiſtis autem nullum dare dignatam fuiſſe, quia non à Catholicis, ſicut Pelagiani, ſed à Donatiſtis fuerant ſegregati.*

Vide Aug. Epiſt. 50. & 152. item l. poſt Collat. item in Breviculo Collationis.

CXXXIII. Ad locum Ivonis ibidem ſubſequenter objectum, facilis eſt ex dictis reſponſio: præſertim cùm Ivo ibi expreſsè alludat ad locum Auguſtini, Epiſtola 50. dicentis: „ In hujuſmodi cauſis ubi per graves „ diſſenſionum ſciſſuras non hujus aut illius „ hominis eſt periculum, ſed populorum ſtra„ ges jacent, detrahendum eſt aliquid ſeve„ ritati, ut majoribus malis ſanandis charitas ſincera ſubveniat". Ubi ex profeſſo agit de Donatiſtis, quos Eccleſia Catholica mitiùs ac benigniùs tractavit, propter urgentium periculorum neceſſitatem; quàm legum aut canonum ſeveritas, ceſſante ejuſmodi neceſſitate, poſtularet; prout præcedenti §. dictum eſt. Authoritas D. Thomæ & Scholaſticorum ei ſuffragantium, non plus probat quàm quod nos ultrò fatemur, & jam præcedenti §. monuimus, diſputationes nimirùm cum hæreticis non ita eſſe intrinſecè malas, ut nullo unquam caſu cujuſcunque neceſſitatis iniri licitè queant. Notandum præterea ex dictis ſuprà cap. 22. §. 74. D. Thomam non tractare ibi determinatè de hæreticis, ſed generaliter de infidelibus. Notandum demùm, eundē D. Thomam non ibi loqui ſpecificè de diſputationibus ſolemnibus ex condicto ineundis, ſed generatim & irreſtrictè de diſputationibus ſive Scripto, ſive verbo, ſive facto, ſive publicè, ſive priuatim, ſive incidenter, ſive ex prævio pacto ineundis. Quapropter ex ejus dictis nihil colligi poteſt noſtro ſcopo adverſum: A genere enim non diſtributo ineptè arguitur ad determinatam ſpeciem. Atque hinc eſt quod Scholaſtici Interpretes D. Thomæ ingenuè interdum fateantur diſputationes publicas cum hæreticis plerunque inutiles, imo & periculoſas eſſe, rariſſimè autem expedire: „ Meritò eſt obſervandum (ait horum quiſ„ piam) diſputationem cum hæreticis plerun„ que eſſe inutilem & periculoſam, atqueadeò „ rariſſimè expedire. Primò quia Scripturas „ non recipiunt, niſi quas & quomodò volunt. „ Secundò quia Eccleſiæ, traditionum, & ſan„ ctorum Patrum authoritatem aſpernantur. „ Tertiò quia in erroribus ſuis obſtinati non „ attendunt argumentorum ſolutiones, ut „ intellectis illis aſſentiantur; ſed cùm unum „ dicis, aliud extra propoſitum animo vol„ vunt, quod opponant; & ab uno dogmate „ quod examinatur, tranſiliunt ad aliud, non „ expectatâ reſolutione prioris. Addè quòd „ raro felices exitus habuerunt ejuſmodi diſ„ putationes, ſeu collationes, ſive colloquia, „ ſeu quocunque nomine vocentur: ut patet „ ex Tertulliano lib. de Præſcript. cap. 14. & „ aliquot ſequentibus, Nicephoro lib. 8. Hiſt. „ cap. 13. Driedone lib. 2. de Scriptura ſacra „ cap. 3. Ruardo Tappero Orat. 5. Cochleo „ in Actis Lutheri Anno 1527. Ut veriſſimè „ apud Socratem lib. 9. Hiſtoriæ Tripartitæ „ cap. 19. dictum ſit: *Diſputationem non ſolùm* „ *Schiſmata non unire, ſed etiam hæreſes ad conten*„ *tiones maiores adducere.* Neque his adverſatur, „ quòd Auguſtinus, Hieronymus, imò & „ Tertullianus, contra hæreticos ſcripſerint; „ quòdque Paulus Act. 9. *Invaleſcebat & con*„ *fundebat Iudæos*; & *diſputabat cum Græcis*, „ ſive, ut eſt in Græcis exemplaribus, *Loque*„ *batur & diſputabat adversùs Helleniſtas.* Aliud „ enim eſt, ſcribere confutationes hæreſeon; „ aliud, voce diſputare; præſertim ubi fre„ quenter hæretici ſunt planè pertinaces, & „ non diſputant animo veritatis indagandæ, „ ſed ut vel apud imperitos viciſſe videantur, „ vel ſaltem ne appareant eſſe victi. Ex quo „ fit, quòd, ut ſcribit Tertullianus cap. 15. „ *Firmos quidem fatigant, infirmos capiunt, me*„ *dios cum ſcrupulo dimittunt.* Nam ut cap. 18. „ loquitur: *Ille, ſi quis eſt, cuius causâ in con-greſſum*

Aug. Epiſt. 50.

O. Franciſc. Sylvius in 2.2. q 10. ar. 7.

Act. 9. 22. ib. v. 29.

Vide ſuprà hic cap. 24. §. 81. & c. 25 § 84.

„ *gressum descendis Scripturarum ut eum dubitan-*
„ *tem confirmes, ad veritatem, an magis ad hæ-*
„ *reses deverget*; *hoc ipso motus, quòd te videat*
„ *nihil promovisse, æquo gradu negandi & defen-*
„ *dendi diversâ parte statutum? Certè de pari al-*
„ *tercatione incertior discedet, nesciens quam hæ-*
„ *resim iudicet.* Præterea, non negamus licere,
„ imò & oportere interdum Catholicos Do-
„ ctores, benè in Scripturis & Patribus ver-
„ satos, contra hęreticos disputare, ad ipso-
„ rum perfidiam confutandam, & ad aliorum
„ fidem corroborandam: sed asserimus, RA-
RO ID EXPEDIRE". Dominicus quoque Bannez, insignis & ipse Thomista, rigidusque D. Thomæ Sectator: [p] Experientiâ novimus
„ (inquit) quàm sint inutiles disputationes
„ cum hæreticis in publico, nisi ad converten-
„ dos simplices ab illis seductos. Sed in his om-
„ nibus insistendum est Patrum vestigijs, &
„ consilio habito cum prudentibus & doctis
procedendum est contra hæreticos" Quid porrò hac de re Patres censuerint, abundè satis in præcedentibus ostendimus. Et revera post tam longam experientiam non solùm inutilitatis, sed etiam noxietatis disputationum publicarum cum hæreticis initarum, rarissimè occurrere possunt tales circumstantiæ, quæ viris prudentibus persuadere queant, ejusmodi disputationes hìc & nunc omnibus perpensis esse acceptandas, nedum offerendas. Quapropter licèt Florentina Synodus propter incidentes tunc necessitates prudenter admiserit, & etiam invitaverit Græcos ad conferendum publicè cum Catholicis de quibusdam etiam dogmatibus inter utrosque pridem controversis: nihilominùs Græci ad suos reversi, denuò resilierunt; & quamtumvis victi, invictos se jactaverunt: ut vel hinc cernere liceat, quàm verum sit illud ex Bannezio mox relatum: *Experientiâ novimus, quàm sint inutiles disputationes cum hæreticis in publico.* Necessitas porrò ista inde potissimùm suborta est, quòd Basiliensis Synodus pridem congregata, atque ex Latinis conflata, summo Pontifici palàm sese opposuerit, eumque in ordinem redigere contenderit: ita ut authoritas ipsius in summo tunc versaretur periculo, cui non aliâ commodiori viâ obviandum esse judicatum est, quàm advocatione Græcorum ad synodaliter disceptandum. Basiliensis Synodus invitavit quidem Bohemos, sed *ad instruendum*, prout ipsa Synodus verbis in objectione allegatis testatur. Et quanquam de superabundanti adjecerit, potuisse eos invitari etiam *ad disputandum*: Eugenius tamen Papa, cum alijs sibi tunc adhærentibus, contrarium censuit; & publico Scripto, cui Basilienses ibi respondent, declaravit. Unde sicut Eugenius tandem Basiliensibus in alijs prævaluit, ita & in hoc puncto prævaluisse haud immeritò censendus est. Nec tamen idcircò putandum est Basilienses temerè aut imprudenter invitasse Bohemos, præsertim *ad instruendum*: sed potiùs præsumendum, eos habuisse rationes saltem probabiles id faciendi. Sed ejusmodi rationum probabilitas non arguit veritatem, tametsi purget temeritatem: crebrò quippe accidit ut falsa sint probabiliora veris, at non idcircò veriora esse possunt. Quamvis igitur publicas cum hæreticis inire ex condicto disputationes, ut plurimùm sit illicitum: non tamen ita intrinsecè malum est, ut nullo unquam casu, nullâ circumstantiarum occurrentiâ, nullâ cujuscunque vel quantæcunque necessitatis aut utilitatis incidentiâ excusari possit. Cæterùm in particulari dijudicare quandonam & ubinam interveniat casus, occurrant circumstantiæ, incidat tanta necessitas aut utilitas, quibus excusari ejusmodi disputationes hìc & nunc possint; prudentiæ ac circumspectionis fuerit discernere ac determinare. Quòd si contingat eâ in determinatione errari saltem materialiter, error erit facti, non fidei: ut proindè etiamsi vel summus Pontifex, vel Synodus etiam œcumenica, talem aliquando errorem incurreret, non propterea à fidei tramite deviaret; prout colligere licet ex dictis hìc suprà cap. 37. §. 123. Illud interim præ oculis habendum, multò difficiliùs excusari posse ejusmodi disputationes hisce recentioribus Ecclesiæ temporibus, quàm olim. Ratio est, quia experientia inutilitatis & noxietatis earum paulatim per sæcula crevit & invaluit; contra quam difficile est formare judicium vel dictamen veræ prudentiæ. De hac quippe experimentali scientia rectè intelligitur scriptum: *Plurimi pertransibunt, & multiplex erit scientia,* Et hinc leges & canones processu temporis contra istiusmodi disputationes prodierunt, quæ antiquitus non fuerant.

[p] P. Bannez in 2.2.q.10. ar.7.

Dan. 12.4

CAPVT

CAPVT XLI.

Transitus à disputationibus cum hæreticis in generali, ad disputationes cum Lutheranis in speciali. Rationes devitandi publicas disputationes cum Lutheranis ad quatuor principales cardines summariè reducuntur: primò quòd Lutherani pleraque vel omnia legitima principia Theologicarum disputationum negent: secundò quòd pleraque eorum dogmata nihil aliud sint quàm errores olim in alijs hæreticis damnati: Tertiò, quòd experientia iam pridem manifestaverit, disputationes cum eis initas plus nocuisse hactenus quàm profuisse: Quartò quòd Catholici Doctores ita censuerint.

CCXXXIV. SUperiùs cap. XXII. §. LXXIV. pollicitus fueram me *Primò generaliter de Disputationibus cum hæreticis tractaturum, & quatenus eæ licitæ sint aut illicitæ indagaturum: Secundò particulariùs ad Lutheranos descensurum, & peculiares rationes vitandarum cum eis disputationum prolaturum: Tertiò demùm nuperum* CONFESSIONISTARUM *libellum Comitijs Imperialibus porrectum repræsentaturum, & insulsitatem adeoque inacceptabilitatem conditionum in eo præscriptarum remonstraturum.* Horum trium primum exinde huc usque per octodecim intermedia capita prosecutus sum, & magnâ nube testium de cunctis Christianæ Religionis sæculis accitorum ostendi, disputationes cum hæreticis, publicas signanter ac subitarias, ut plurimùm inutiles atque etiam noxias esse: quia nimirum, ut rectissimè aiebat & persuadebat Sisinnius, *Disputationibus Schismata non solum non minuuntur, sed hæreses ad maiores etiam contentiones adducuntur.* Quàm difficile sit dissidentes super Religione reconciliare, quotidiana manifestat experientia, & nos aliquid attigimus cap. VIII. Dicit autem Marcus Eremita: " Cave ne unquam „ tentes rem difficilem per contentionem dissolvere, sed per ea quæ lex spiritualis faci„ enda mandat; nempe per patientiam, & precationem, ut spem unicam". Illo itaque primo jam sufficienter expedito, supersunt duo reliqua: quorum primum nunc, cum ejus adjutorio, *In cuius manu & nos, & sermones nostri, & omnis sapientia, & operum scientia & disciplina*, aggrediar: postremum inferiùs suo loco, juxta præscriptum ordinem, cum ejusdem pariter auxilio, aggressurus. Ac inprimis quæcunque in præcedentibus hactenus adducta fuerunt pro cavendis ac devitandis disputationibus cum hæreticis in communi, militant contra disputationes cum Lutheranis aut Cõfessionistis in particulari; prout ibidem superiùs est indicatum, & aliàs crebrò occasione oblatâ patefactum. Hic proinde eas solas rationes seu motiva proferemus & prosequemur, quæ Lutheranis quodammodò sunt peculiares, sive ita propriæ ut non sint omnibus promiscuè hæreticis communes. Ut autem succinctiùs & compendiosiùs procedamus, totam rationum istarum seu motivorum varietatem ad quatuor principales cardines reducemus ac contrahemus: quorum primum est illud decantatissimum in scholis axioma, ex Philosopho lib. 1. Phys. cap. 2. desumptum: *Contrà negantem principia non est artifici disputandum.* Si enim ostendi potuerit, negari à Lutheranis omnia vel saltem pleraque principia, quibus Theologicæ disputationes tanquam fulcris niti, & controversiæ finiri debeant; consequenter clarebit, non esse adversùs eos Catholicis Theologis disputandum. Secundus cardo principalis est cohærentia Lutheranismi cum varijs ac multiplicibus alijs hæresibus jam olim per Ecclesiam debellatis & extirpatis: quæ omnes ad incudem jam denuò revocari videbuntur, si Lutherani ad publicè disputandum ex condicto admittantur. Certè enim quod de manichæismo scripsit olim Papa Leo, non minori fortassè ratione de Lutheranismo verificari hodie potest, nimirum: " Cùm in cunctis perver„ sitatibus multiformem diabolus teneat prin„ cipatum, arcem tamen sibi in Manichæorum „ (*Lutheranorum*) struxit insania; & latissimam „ in eis aulam, in qua se exultantiùs jactaret, „ invenit: ubi non unius pravitatis speciem, „ sed omnium simul errorum impietatumque mixturam generaliter possideret". Et mox infrà iterum ibidem: " Quod in omnibus hæ„ resibus sacrilegum atque blasphemum est, „ hoc in istos, quasi in sentinam quandam, „ cum omnium sordium concretione confluxit". Tales ergo ad disputandum de dogmatibus sic aliunde coacervatis & emendicatis atque in unam velut sentinam congestis admittere, nihil aliud fuerit, quàm veteribus omnibus

Vide suprà c. 22. § 74.

Vide sup. c. 21 §. 76.

Marc. Eremita de Paradiso & lege spirit. c. 10.

Sap. 7. 16.

Leo serm. 5 de Ieiunio 10. Mensis.

nibus vel saltem plerisque hæreticis animandis & convocandis classicum insonare. Unde meritò de Lutheranis usurpaverit quis illud Prosperi de Semipelagianis, veterem Pelagianorum perfidiam pridem debellatam resoventibus: S. Cur bellum confectum retractant, „ & munitiones securæ dudum pacis infirmant? An victores displicent, & victi placent? tantáque insolentiâ damnati foventur „ errores, ut pravitatis invidiâ & authores nostri pulsentur, & Judices"? Et inferiùs cap. 39. de ejsdem:" Pacem (inquit) victricis „ Ecclesiæ, resumptis de damnatorum schola quæstiunculis inquietant". Quid ergo? Talesne antiquatarum pridem hæresum refotores ad disputandum admitti debeant? Respondet inferiùs cap. 44. idem Prosper:" Igi„ tur (inquiens) huiusmodi hominum pravi„ tati NON TAM DISPUTATIONUM STUDIO, „ quàm authoritatum privilegio est resisten„ dum: ut de prostrati dudum dogmatis cor„ pore nullum membrum sinatur assurgere". Tertius cardo principalis est peculiaris experientia, tot actibus corroborata, qua deprehensum & exploratum est, Lutheranos disputationibus ac conferentijs Catholicorum secum initis non modò non corrigi aut correctioni appropinquare, sed indurescere magis atque à spe conversionis elongari: Similes nimirum ei, de quo B. Cyprianus diuturno experimento edoctus aiebat: T. Ineptum videbatur con„ gredi tecum, quando facilius esset & levius „ turbulenti maris concitos fluctus clamoribus „ retundere, quàm tuam rabiem Tractatibus coercere": nisi malit quis eos assimilare leopardicis illis militibus, de quibus Ignatius martyr aiebat: V. A Syria Romam usque terrâ „ marique cum bestijs depugno, noctu diuque „ alligatus decem leopardis, quæ est militaris „ custodia; qui & BENEFICIO AFFECTI, PEIORES FIUNT". Si ergo constiterit Lutheranos hactenus disputationibus Catholicorum non meliores evasisse sed deteriores, nec ulla adhuc spes contrarij successus affulgeat; devitanda profectò potiùs, quàm ineunda erit cum eis publica disputatio: W. Nam (ut præclarè „ ait Augustinus) si propterea quisque objur„ gandis & corripiendis malè agentibus parcit, „ quia opportunius tempus inquirit, vel EIS„ DEM IPSIS METUIT NE DETERIORES EX „ HOC EFFICIANTUR, vel ad bonam vitam „ & piam erudiendos impediant infirmos ali„ os, & premant atque avertant à fide; non „ videtur esse cupiditatis occasio, sed concilium charitatis". Quartus denique cardo principalis est authoritas Catholicorum Doctorum, qui Lutheranorum indolem accuratè noverunt, atque idcirco disputationes cum eis inire dissuaserunt.

S. Prosp. lib. contra Collat. cap. 1.

T. Cy[p.] lib. ad [De]met[ria]num.

V. Ign[at.] Epist. [ad] Rom.

W. Au[g.] 1. de C[iv.] c. 9.

CAPUT XLII.

De primo prædictorum quatuor cardinum differitur. Sicut corrupta habentibus vitalia supervacuè adhibetur medicina, ita inaniter initur disputatio cum negantibus doctrinalia principia. Citiùs & faciliùs erudiuntur simpliciter ignorantes, quàm dedocentur praviter errantes. Eius rei documentum ex Blesensi. Basilij Magni egregia sententia de disciplinalium principiorum præstantia. Locorum Theologicorum varietas ex Cano. Locus ab authoritate in Theologicis disputationibus tenet primatum, tametsi in Philosophicis vix mereatur secundatum. E Decem locis Theologicis solum primum, in Scripturæ authoritate consistentem, Lutherus cum suis asseclis appretiat. Articuli doctrinæ Catholicæ à Theologis Lovaniensibus ex Cæsareo mandato evulgati; quorum quinque, astruentes locos præcipuos Theologicos à Luhero repudiatos, recensentur. Lutheri in Lovanienses Articulorum conditores insolentissimæ debacchationes memorantur.

IAm de prædictis quatuor Motivis, seu Motivorum cardinibus, singulatim eo ordine, quo fuerant superiori capite prælibata, differendum est. Circa quorum primum notanda est illa Philosophi communiter in scholis recepta sententia: X. *Nulla est ad eum ratio, qui principia tollit.* Quemadmodum enim morbi quidam corporales siquando principales vitæ facultates infecerint, incurabiles fiunt; quia corruptis vitalibus, quibus medicamenta subservire deberent tanquam instrumenta, cessat ipsa

X. Arist. 1. Physi[c.] 2. Vide [...] cob. Lato[m.] l. de vari[is] quæst. ge[ne]ribus ve[rsus] finem.

ipsa medicamentorum operatio: ita & morbi spirituales, sive errores intellectuales, quando non solùm circa conclusiones hærent, sed ad ipsa etiam principia scientiarum pertingunt, curationem omninò respuunt, aut saltem non nisi ægerrimè admittunt. Hinc non malè neotericus quidam Scriptor bina ista axiomata ex Philosopho hausta conjungit: [Y] *Contra negantes principia non est disputandum*: Item, *Prima principia negantes difficile sanantur.* Sanatio quippe erroris non nisi persuasione fit veritatis: ægerrimè autem veritas persuadetur, quando circa principia quibus persuadenda est erratur. Longè quippe operosius est dedocere errantem, quàm docere simpliciter ignorantem. Unde cùm Archidiaconus quidam Nannetensis duos nepotes suos Petro Blesensi erudiendos commisisset, eidem posteà de eorum profectu inquirenti respondit in hunc modum idem Blesensis: [Z] Duos è nepotibus mihi „ erudiendos nudiustertiùs commisisti, alte- „ rum pueritiæ annos agentem, alterum ple- „ nâ integrum pubertate. Nunc autem per lit- „ teras tuas vehementer evehis & commendas „ majoris ingenium, & asseris te nunquam „ venæ subtilioris hominem invenisse: ideò „ supplicas & hortaris, ut circa eum tempe- „ stivius vigilantia magistralis appareat; leve „ æstimans, illi ædificio manum supremæ con- „ summationis apponi, cui aliena sollicitu- „ do contulit incrementum. Verumtamen res „ in contrarium versa est: meliùs enim spero „ de illius eruditione, qui ad me rudis & in- „ formis accessit, quàm de alterius, cujus „ jam ex parte induruit vena, sibique quasi „ effigiem alieni Doctoris impressit. Argilla, „ & cera, atque hujusmodi quæ susceptioni „ formæ & impressioni se offerunt, faciliùs & „ fideliùs effigiantur ad imprimentis arbi- „ trium, si nulla priùs in se susceperint linea- „ menta formarum. Refert equidem Quintilia- „ nus in libro *de Institutione Oratoris*, Timo- „ theum quendam, celebrem in arte tibiarum, „ solitum duplas ab his mercedes exigere, quos „ alius docuisset. Duplex enim in talibus labor „ est, alter in eluenda doctrina minùs commen- „ dabili, quâ imbuti fuerant; alter in exhiben- „ da scientia, quæ lucrum pariter generaret & „ famam: ægrè namque dediscitur, quod didicit „ ætas tenerior: quia, *Quo semel est imbuta recens* „ *servabit odorem testa diu.* In Jure etiam civili, „ ex ædilitio Edicto, veterana mancipia, quæ „ ad alienos mores informata sunt, reprobantur: „ & quandoque dubitabile fuit, utrùm veni- „ rent in causam redhibitionis. Nova verò „ mancipia favorabiliora visa sunt, eò quòd sint „ magis perceptibilia disciplinæ, & ad ministe- „ rium aptiora". Et inferiùs iterum prope finem epistolæ: " Nolite (subdit ad Archidiaco- „ num de nepote seniore) ulteriùs allegare sub- „ tile Guilielmi vestri nepotis ingenium: nec „ mihi imputetur ad culpam, si modico tem- „ pore non proficit ad perfectum. Purgatur „ enim ægrotus, antequam diætetur: & juxta „ sententiam Timothei, qui de aliorum disci- „ pulis retributionem laboris sui duplicem exi- „ gebat, inutilia priùs evellenda sunt, quàm „ utilia inserantur. Nam in Mercurialibus nu- „ ptiis Philologia, inutilis scientiæ libros evo- „ mit, antequam in eminentiam dignitatis op- „ tatæ mereatur assumi". Hæc eo fine adduxi, ut planiùs appareat, quàm difficulter emendentur qui pravis doctrinis ab ineunte ætate fuerint imbuti. Quod cùm de quavis promiscuè prava doctrina verum sit, quanto magis de doctrinâ principiorum, ex qua conclusionum omnium catena dependet? [A] *Principium enim*, ut Philosophus perhibet, *plus quàm dimidium totius esse videtur.* Idem rursùs lib. 1. de Cælo c. 5. *Quod in principio parvum est*, inquit, *id in fine valdè magnum emerget.* Et ibidem paulò superiùs: *Modica transgressio à veritate discedentibus, si longè progrediantur, fit decies millies maior.* Et lib. 5. Polit. cap. 4. *Principium dicitur esse dimidium totius. Unde parvum in principio erratum, correspondens est ad alias partes.* Maxima igitur est principiorum vis, sive in bonum, sive in malum. Et in malum quidem tanta est, ut qui circa ea erraverit, reduci in viam rectam ægerrimè unquam queat: adeoque supervacaneè quis pro ejus reductione fatiget. Hinc est illud Tertulliani superiùs relatum: [B] *Quid promovebis exercitatissime Scripturarum; cùm si quid defenderis, negetur ex diverso, si quid negaveris, defendatur?* Optimè in eandem rem Magnus Basilius: [C] Necesse est (inquit) cujusque dis- „ ciplinæ principia nullâ prorsùs prævià de- „ monstratione aut disquisitione tradi discen- „ tibus. Fieri enim nunquam potest, ut qui cir- „ ca principia disciplinarum contentiosiùs ve- „ litantur, ad finem aliquando viâ & ordine „ provehantur aut pertingant. Cujus sententiæ „ documentum liceat tibi mutuari ab externis „ disciplinis; Geometriæ enim artem tradenti, „ nisi tu prima ejus principia concesseris, im- „ possibile demùm fuerit ullam ut possis ex eis „ consectaneam elicere conclusionem. Jam „ Arithmetices qui primis & elementaribus ru- „ dimentis renititur utique hâc suâ intercessio- „ ne viam intercipit sibi, ne ad ulteriora pro- „ grediatur. Sunt & Medicis suæ professionis „ Medicæ principia, nullam desiderantia pro- „ batione. Atque ut semel finiam, in quocunque „ tandem humanarum artium exercitio, modò „ viâ & ordine ad præstitutum sibi progre- „ diatur finem, impossibile fuerit primarum „ propositionum inquirere demonstrationes. „ Imò necesse est ut cùm admiseris earum ar- „ tium, quæ certâ ratione nituntur, principia, „ ut confessa, nec proinde ullam requirentia demon-

Y Henric. ... luc. in ... mment. ... Sentsp. 1. ... 1. Dist. 3. q. 1. & 7.

Z Pet. Blesens. Epist. 16.

... lib. 2. c. 3.

Vide Horat. Epist. 2.

Vide suprà c. 21. §. 69.

A. Aristot. lib. 1. Ethic. cap. 7.

B. Tertull. sup. hic cap. 25. §. 84.

C. Basil. in Psal. 115.

„ demonstrativam probationem, id demùm „ inspicias quicquid ex præsuppositis ordine „ consequitur. Nihilo seciùs & Theologiæ „ mysterium requirit assensum, nullâ præviâ inquisitione nitentem".

CXXXVI. Cùm hæc ita sint, duo nobis præstanda supersunt, quibus expeditis consequenter perspicietur utrum cum Lutheranis sit à Catholicis Theologis ineunda disputatio nec ne. Quorum primum est, ut ostendamus quænam sint vera Theologicæ disputationis principia: alterum, utrum Lutherani ea principia reipsâ inficientur. Si enim inficiari constiterit, constabit pariter non esse cum eis disputandum. Notandum itaque, principia disputationis appellari fundamentales illos locos, è quibus velut promptuariis quibusdam eruuntur argumenta, ad probandum vel improbandum thesin controversam. Locorum porrò hujusmodi quidam appellantur *Maximæ*, quæ & alijs nominibus *Axiomata*, vel *Effata*, vel *Pronunciata*, vel *Proloquia*, interdum etiam *Sumptiones*, nonnunquam & *Dignitates*, quasi dignæ quibus sine probatione acquiescatur, indigitantur: alij dicuntur *Differentiæ Maximarum*, quæ sunt præviæ quædam habitudines rerum, aut vocum, aut personarum; quibus plures Maximæ nituntur ac discernuntur. Prioris generis *Principia* appellantur *complexa*, posterioris *incomplexa*. De hujusmodi *Principijs* seu *Locis*, quibus Theologica disputatio niti debet aut potest, tractant Scholastici in Prologum sententiarum, necnon in 1. p. Divi Thomæ q. 1. ar. 8 Omnium autem accuratissimè de eis disseruit Melchior Canus Episcopus Canariensis, in peculiari volumine *De Locis Theologicis* inscripto: in quo statim sub initium animadvertit, [D] Argumen- „ tum vel à ratione, vel ab authoritate duci: „ his enim duobus modis cujusque rei, quæ in „ controversiam venit, assensionem facimus. „ Cùm verò in reliquis disciplinis omnibus „ primum locum ratio teneat, postremum au- „ thoritas; at Theologia tamen una est, in qua „ non tam rationis in disputando, quàm autho- „ ritatis momenta quærenda sunt: Etenim lo- „ cum ab authoritate adeò sibi proprium ven- „ dicavit, ut rationes vel tanquam hospites & „ peregrinas excipiat, vel in suum etiam obse- „ quium asciscat, quasi longè repetitas. Quippe „ fide potissimùm innititur: quæ nisi ab autho- „ ritate proficiscatur, non modò fides esse, sed „ ne intelligi quidem potest: *Est namque fides*, „ ut Apostolus tradit, *argumentum rerum non ap-* „ *parentium*; quas si certas certâ velis ratione „ facere, cum ratione profectò insanies. Prin- „ cipem itaque locum, sicut apud fideles, ita „ apud Theologos, authoritas habet: ratio deinde velut pedissequa sequitur". Totam hujusmodi Locorum varietatem idem author ibidem sequenti capite, ad denarium redigit numerum: ita ut [E] *Primus* ei *Locus* sit authoritas sa- „ cræ Scripturæ, quæ libris Canonicis contine- „ tur: *Secundus*, authoritas Traditionum Christi & „ Apostolorum, quæ quoniam scriptæ non sunt, „ sed de aure in aurem ad nos pervenerunt, *vivæ* „ *vocis oracula* rectissimè dixeris: *Tertius* est „ authoritas Ecclesiæ Catholicæ: *Quartus*, au- „ thoritas Conciliorum, præsertim genera- „ lium, in quibus Ecclesiæ Catholicæ authori- „ tas residet: *Quintus*, authoritas Ecclesiæ Ro- „ manæ, quæ divino privilegio & est & voca- „ tur Apostolica: *Sextus* est authoritas San- „ ctorum veterum: *Septimus* est authoritas „ Theologorum Scholasticorum, quibus adjun- „ gimus etiam Juris Pontificii peritos; nam Ju- „ ris hujus doctrina, quasi ex altera parte „ Scholasticæ Theologiæ respondet: *Octavus* „ est ratio naturalis, quæ per omnes scientias „ naturali lumine inventas latissimè patet: „ *Nonus* est authoritas Philosophorum, qui „ naturam ducem sequuntur; in quibus sine „ dubio sunt & Cæsarei Juris Consulti, qui „ veram & ipsi, ut Jurisconsultus ait, Philo- „ sophiam profitentur: *Postremus* denique est „ humanæ authoritas Historiæ, sive per autho- „ res fide dignos scriptæ, sive de gente in gen- „ tem traditæ; non superstitiosè atque aniliter, „ sed gravi constantique ratione. Sunt itaque „ hi Loci decem, in quibus argumenta omnia „ Theologica delitescunt; eo scilicet discri- „ mine in lucem eruenda, ut quæ ex septem „ prioribus Locis eliciuntur, propria ferè sint „ ea hujus Facultatis: quæ verò ex tribus po- „ sterioribus, adscriptitia sint, ac velut ex alieno emendicata".

D. Melchior Canus lib. 1. de Locis cap. 2.

Heb. 11. 1.

E. Ibid.

CXXXVII. Ex hisce omnibus Theologicis Locis solum primum amplecti se tanquam idoneum ad persuadendum profitentur Lutherani. Ita enim primus ipse eorum Patriarcha faciendum præscripsit, ubi ait: [F] *Mira nostra perversitas, ut alijs testimonijs* QUAM SCRIPTURÆ, *nostra velimus probare*. Cui præscripto semetipsum conformans, ait in libro adversùs Regem Angliæ, prout suprà cap. 25. §. 82. relatum est: *Ego adversùs dicta Patrum, hominum, Angelorum, dæmonum, pono non antiquum usum, non multitudinem hominum, sed unius Maiestatis æternæ verbum*, EVANGELIUM: *quod ipsimet coguntur probare. Hic sto, hic sedeo, hic maneo, hic glorior, hic triumpho: hic insulto Papistis, Thomistis, Henricistis, Sophistis, & omnibus portis inferi, nedum dictis hominum quantumlibet Sanctorum, aut consuetudini fallaci. Dei verbum est super omnia, divina Maiestas mecum facit: ut nihil curem si mille Augustini, mille Cypriani, mille Ecclesiæ Henricianæ contra me stavent*. Ubi lector observet, eum per *antiquum usum*, item per *consuetudinem*, intelligere Traditiones quascunque non scriptas, etiam eas quas superiori §. diximus constituere *Secundum Locum Theologicum*: Simili-

F. Luth. Procemio Assert. Artic. Lutheri.

Similiter per *multitudinem hominum* intelligere universalem, tanta quanta est, Ecclesiam, cujus authoritas *Tertium Locum Theologicum* constituit. Cùm autem universalis Ecclesiæ authoritatem sic spernit, perspicuum est eum spernere pariter authoritatem Conciliorum etiam generalium; quippe quæ inde vel maximè robur habent, quòd Ecclesiam universam repræsentent. Atque ita *Quartum Locum Theologicum* unà cum tertio explodit. Item per *Papistas* intelligit vel Papam cùm omnibus generaliter sibi cohærentibus, vel specialiter cum Ecclesia Romana, cui uti proprius præest Episcopus. Atque ita *Quintum Locum Theologicum* enervat. Eandem quoque Romanam Ecclesiam intelligit per *Henricianam*, eò quòd Henricus VIII. Anglorum Rex, contra quem ibi scribebat, Romanæ Catholicæque Ecclesiæ tunc cohæreret. Item per *dicta Patrum* intelligit authoritates veterum Ecclesiæ Doctorum, è quibus nominatim exprimit *Augustinum* & *Cyprianum*: Quorum authoritati adeò insultat, ut non curet si millenario etiam numero sibi tales adversentur. Ac sic *Sextum Locum Theologicum* evacuat. Nomine item *Thomistarum* Scholasticos omnes Theologos complectitur, uti & nomine *Sophistarum* Philosophos rationis naturalis ductum instinctumve sequentes. Atque ita *Septimum Locum Theologicum*, unàque *Octavum* & *Nonum* expungit. *Decimum* denique *Locum*, id est, humanæ Historiæ authoritatem, configit, dum sine limitatione *Dicta hominum* facessere jubet. Quia verò nonnulli Theologi inter Locos Theologicos recensent eum qui in *authoritate Angelorum* consistit, etiam hunc repudiandum censuit iis verbis, *Dicta Angelorum*. In summa, nonnisi unicum Locum, ab authoritate nimirum sacræ Scripturæ, inconcussum manere voluit: quem tamen ipsum per obliquam viam penitùs perimit, prout infrà videbimus. Cæterùm ne fortè quis suspicetur eum generali vocabulo *Euangelij*, aut *Verbi Dei*, comprehendere etiam Traditiones divinas aut Apostolicas, non autem solas Scripturas; recolenda sunt verba illa superiùs hìc ex ipso relata, *Mira nostra perversitas, ut alijs testimonijs* QVAM SCRIPTVRÆ *nostra velimus probare*: & hæc item ejusdem verba in Commentario super Epistolam Pauli ad Galatas: *Neque alia doctrina in Ecclesia tradi aut audiri debet, quàm purum verbum Dei, hoc est* SANCTA SCRIPTVRA. *Doctores vel auditores alij, cum sua doctrina anathema sunto.* Indubitatum itaque est Lutherum nomine *Evangelij*, & *Verbi Dei*, solas intelligere Scripturas canonicas: neque enim aliud ullum verbum tanquam divinum agnoscit, quàm quod in Scripturis est expressum. Unde cùm paulò ante ipsius obitum, Facultas Theologica Lovaniensis, de mandato Caroli Augusti, certos Catholicæ doctrinæ Articulos ab omnibus orthodoxis credendos evulgasset: ipse in rabiem quodammodò actus, contrarios Articulos, cum insolentissima censura sua, edidit: inde potissimùm Lovaniensibus insultans, quòd *sine verbo Dei*, hóc est, sine expresso Scripturæ suffragio, quidquam fide credendum decernerent. Meminit hujus rei Cochlæus in Libro de Actis & Scriptis Lutheri; ubi cùm variarum Sectarum in Belgio tunc noviter exortarum memoriam præmisisset, hæc subdidit: " Cæsar itaque, ubi hæc accepit, magnâ severitate usus, gladio & igne in hujusmodi hæreticos animadvertit, & acerrimâ inquisitione tam nefariam Sectam (*Davidis nimirum Georgij*) extirpavit. Atque ut contra omnes novarum Sectarum errores & blasphemias, certos fidei & doctrinæ Catholicæ Articulos populi ejus haberent, commisit id negotii suis Theologis Lovaniensibus. Unde factum est, ut Decanus & tota Facultas Theologica Universitatis Lovaniensis, per juramentum in Collegio Theologorum congregata, unanimi sententiâ consignaverit & approbaverit triginta duos Articulos, pro Catholicis & orthodoxis ab omnibus habendos. Quos & Cæsar ipse publico Edicto, tum in Latina, tum in Burgundica lingua, comprobavit; ac per omnes populos & Provincias Inferioris Germaniæ divulgari, doceri, ac acceptari præcepit. Nec immeritò id fecit: Eleganti enim compendio asseritur in iis doctrina sana & Catholica, contra omnes novarum Sectarum errores & insanias. Hanc autem Cæsaris pietatem ægrè ferentes Sectarum Antesignani, præsertim verò Lutherus & Bucerus, variis calumniis & convitiis in Authores illorum Articulorum, Theologos Lovanienses, invecti sunt: Argentinenses quidem novos contra eos Teuthonicè commentarios evulgarunt: Lutherus autem septuaginta quinque Propositiones, superbissimâ censurâ, & Latinè & Germanicè in eosdem emisit. Inter quas, verbi gratiâ, istæ quoq; continentur, & quidem inter primas, velut aliarum fundamentum: *Quicquid in Ecclesia Dei docetur* SINE VERBO, *mendacium & impietas est*: *si idem pro Articulis fidei statuitur, impietas & hæresis est: cui si quis credit, idololatra diabolum pro Deo colit.* Hinc ita concludit: *Septem esse Sacramenta*, SINE VERBO *asseritur ab hæreticis & idololatris Lovaniensibus.* Item: *Doctrina Synagogæ Lovaniensis de Baptismate, est damnanda ut hæretica.* Item: *Explodenda est & abominanda doctrina Nostrollorum Lovaniensium in usu Eucharistiæ, cùm sit profanationis, hæresis, idololatriarum plenissima.* Item: *Missam pro defunctis offerri, hæreticum est & blasphemum: insigniterq; mentitur Lerna Lovaniensis, esse à Christo institutum.* Item: *Confutationes Lovaniensium sanguinariæ & incendiariæ pertinent ad parricidas, non ad eruditionem; quam*

G. Cochl. in Actis Lutheri Anno 1545.

„ IN SACRIS LITTERIS *nullam prorsùs* „ *habent. Quem, quæso Articulum hæresis illi con*„*futarent, qui ipsi sunt pleni & distenti innumeris* „ *hæresibus, blasphemijs, & idololatrijs? Deinde* „ NIHIL EX SCRIPTURIS, *sed om*„*nia ex doctrinis hominum ructant, vomunt, & ca*„ *cant in Ecclesiam, non suam, sed Dei viventis.* „ Item: *Ritus ordinandi Sacrificos Missales, id est,* „ *Crucifixores Christi, est inordinatio diaboli.* Item: „ *Matrimonium esse Sacramentum*, SINE VERBO „ *dicitur; & à Magistris Nostrollis in speculo Mar*„ *colsi visum est.* Item: *Cacolyca veriùs est Eccle*„*sia Papæ & Magistrollorum, Ecclesiæ Christi san*„*guinaria adversatrix & vastatrix.* Hæc, & id „ genus multa, furore plusquam hæretico plena ibi Lutherus". Ex quibus perspicuum est, Lutherum perstitisse usque ad extrema vitæ suæ tempora in ea sententia, quæ solam Scripturam statuit credendi ac de fide disserendi normam, exclusis reliquis Theologicis Locis superiùs memoratis. Lovanienses enim Theologi Articulos suos consignarunt die sexta Decembris anni M. DXLIV. hoc est, quatuordecim paulò plus Mensibus ante obitum Lutheri. Si cui porrò lubeat Articulos illos Lovaniensium pervolvere, reperiet eos apud Georgium

Ederus.

Ederum lib. 5. Oeconomiæ Bibliorum, sub hoc titulo: *Confessio Catholica Academiæ Lovaniensis, de Articulis controversis.* Extant quoque

Ruardus.

omnes apud Ruardum Tapperum ad calcem Tomi I. & viginti eorum priores ab eodem illustrati sunt duobus Tomis ea de re conscriptis. Nos hìc Lectori exhibebimus vigesimum primum cum quatuor sequentibus, qui doctrinam de *Locis Theologicis*, à Luthero & Lutheranis repudiari solitam, maximè concernunt. Itaque XXI. Articulus sic sonat:

Articuli Lovanien.

Firmâ fide tenendum est, unam esse in terris veram atque Catholicam Christi Ecclesiam, eamq; visibilem; quæ ab Apostolis fundata, in hanc usque nostram ætatem perdurans, retinet & suscipit quicquid de fide & Religione tradidit, tradit, & traditura est cathedra Petri; super quam ita à Christo Sponso suo est ædificata, ut in his quæ fidei sunt & Religionis errare non possit. XXII. sic: *Extra hanc nulli speranda est salus: suntq; extra eam hæretici, Schismatici, & excommunicati: unde vehementer formidanda est excommunicatio; nec humana, sed divina est excommunicandi potestas.* XXIII. sic: *Unus est Ecclesiæ summus Pastor, cui omnes obedire tenentur: ad cuius Iudicium, controversiæ, quæ super fide & Religione existunt, sunt referendæ.* XXIV. sic: *Summam hanc Præposituram primus omnium gessit sanctus Petrus, verus Christi in terris Vicarius, & totius familiæ eius Pastor: Post Petrum verò, ex Christi institutione, omnes deinceps Pontifices, Petri in cathedra successores.* Denique XXV. sic: *Certâ fide tenenda sunt non solùm quæ Scripturis expressè sunt prodita, sed etiam quæ per Traditionem Ecclesiæ Catholicæ credenda accepimus, & quæ definita sunt super fidei & morum negotijs per Cathedram Petri, vel per Concilia generalia legitimè congregata.* Quibus Articulis astruuntur quatuor præcipui Loci Theologici de eorum numero quos Lutherus cum suis asseclis rejicit: Ab authoritate nimirum Dei extra Scripturas tradentis, Ab authoritate Ecclesiæ Catholicæ uniformiter ubique credentis, Ab authoritate Concilii œcumenici eandem Ecclesiam repræsentantis, Ab authoritate Romanæ Ecclesiæ per suum Præsulem ex cathedra docentis. De quibus omnibus Locis singulatim tractarunt jam pridem, occasione Lutheranæ hæreseos, complures Scholastici & Controvertistæ, etiam ex ipsa Facultate Lovaniensi; & nos eorum vestigiis insistentes nonnulla in præcedentibus attigimus, signanter cap. 17. 19. 20. & alibi sparsim. Pro præsenti satis fuerit ostendisse, Lutherum cum suis asseclis negare principia, quibus Theologica disputatio, ex Catholicorum consensu, nititur. Hinc enim concludimus, non esse à Catholicis Theologis contra tales disputandum: quia, ut suprà jam visum est, *Contra negantes principia non est artifici disputandum.*

CAPUT

CAPVT XLIII.

Proponitur Lutheranorum eVasio, obtendentium non negari abs se omnia Theologicarum disputationum principia, sed suscipi ac suspici eorum præcipuum, sacræ nimirum Scripturæ præsidium. Confessionistas *nonnisi strophicè profiteri se non negligere primitiVæ Ecclesiæ & priscorum Patrum consensum. Qui sui temporis Ecclesiam Doctoresque spernit; Veteres spreturus fuisset, si cum eis Vixisset. Non minus in Christum & Spiritum Sanctum iniurius est qui præsentem aut posthac in finem Vsque sæculi duraturam Ecclesiam cum suis doctoribus spernit, quàm qui primitiVam contemnit. Lutheri in priscos Doctores; Ecclesiasticas Synodos, ipsamque Ecclesiam uniVersam debacchatio.* Confessionistarum *modernorum insincera Professio, Vel à maioribus degeneratio.* Georgij Ducis *de Lutheranorum inconstantia memorabile dictum. Familiare est hæreticis, Veterum Patrum, uti & Scripturæ sacræ, sententias in patrocinium sui erroris detorquere: & cur illis potiùs quam suis Synchronis abutantur. Ecclesiæ Doctores contra suorum respectiVè temporum hæreses & corruptelas inVigilant, nec futuras hæreses præVident: & quod non impugnatur, non defendunt.*

CXXVIII VErùm cùm Lutherani profiteantur se sacram Scripturam cum omni submissione suscipere, non videntur à disputatione penitùs repellendi, tanquam principia Theologicarum disputationum negantes: quandoquidem superfit unus Locus Theologicus, & quidem præcipuus, unde utraque pars disceptantium argumenta depromat. Hanc velut basin suæ prætensionis constituunt *Confessionistæ* in libello suo provocatorio, Comitijs Imperialibus porrecto, & inferiùs exhibendo, ubi sic scribunt n. 21. *Ex Verbo Dei rationes utriusque partis censendæ sunt;* HOC ENIM PRINCIPIUM UTRINQUE IN CONFESSO EST, *& semper in Ecclesia norma credendorum & agendorum habita est. Et hoc primum* ET UNICUM FIDEI PRINCIPIUM *cui parti salvum & illibatum est, nec dissentit primitiva Ecclesia in primis sæculis, illa proculdubio prævalebit.* Ubi per *Verbum* Dei intelligi ab ipsis solam Scripturam sacram, evidens est, non solùm ex eo, quòd solemne eis sit Traditiones non scriptas tanquam humana commenta explodere; sed prætereà, quòd inferiùs ibidem n. 31. quasi repetentes idipsum quod verbis jam relatis præmiserant, sic scribant: *Norma interim, ut diximus, in quam omnes quæstiones resolvi debent, sit* SACROSANCTA SCRIPTURA, *non interim neglecto consensu Patrum priorum sæculorum.* Ubi quod priùs dixerant *Verbum Dei*, nunc appellant *sacrosanctam Scripturam*: quemadmodum & quod priùs expresserant verbis istis, *Nec dissentit primitiva Ecclesia in primis sæculis*; nunc exprimunt istis, *Non interim neglecto consensu Patrum priorum sæculorum.* Ex solius igitur Scripturæ decisione summam rei pendere volunt, quanquam ad declinandam invidiam velint videri non omninò spernere primitivæ Ecclesiæ, aut priscorum Patrum consensum. Dixi, *Ad declinandam invidiam*: quia cùm præsentem Ecclesiam ejusque Pastores ac Doctores palàm contemnant, primitivam Ecclesiam priscosque ejus Patres non secundùm veritatem suspiciunt, sed in speciem duntaxat, ad avertendam indignationem venerari sese simulant: Similes utique eis, quibus salvator ait: *Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui ædificatis sepulchra Prophetarum, & ornatis monumenta iustorum, & dicitis: Si fuissemus in diebus Patrum nostrorum, non essemus socij eorum in sanguine Prophetarum. Itaque testimonio estis vobismetipsis, quia estis filij eorum qui Prophetas occiderunt.* In quem locum Chrysostomus: H. Ecce (inquit) ,, si quis de tuis Doctoribus voluerit te increpare propter peccatum tuum, & dicere tibi ,, quod verum est, statim irasceris, & blasphemas: sicut Judæi suos quidem Prophetas non sustinebant, antiquos autem quasi ,, sanctos colebant. Non ergo ille est bonus, ,, qui quod malum est reprehendere potest, ,, & bonum laudare; sed qui reprehensus in malo,

Confessionistæ. Matt. 23. 29. & seqq. H. Chrysost. Hom 45. in Matthæum.

„ malo, bono animo suscipit reprehensionem. „ In alterius causa facilè possumus omnes ju- „ sti Judices esse; ille autem verè bonus, & „ justus, & sapiens est, qui sibi ipsi Judex fieri „ potest. Cùm audieris aliquem beatificantem „ antiquos Doctores, proba illum qualis est „ circa suos Doctores. Si enim illos sustinet „ & honorat cum quibus vivit, sine dubio & „ illos honoraturus fuerat si cum illis vixisset: „ si autem suos contemnit, verè & illos contempturus fuisset, si cum illis vixisset". Juxta hanc regulam, luce clariùs evincitur, *Confessionistas* nonnisi ad frangendam invidiam profiteri venerationem primitivę Ecclesiæ & priscorum Patrum: quippe qui præsentem Ecclesiam viperinè discerpunt, & modernos Doctores petulanter explodunt: more nimirum alijs etiam hæreticis familiari, de quibus olim Papa Gregorius: [I] Sæpe „ (inquit) hæretici eosdem nobiscum Pa- „ tres quos veneramur laudant, sed intelle- „ ctu depravato ipsis nos eorum laudibus impugnant". Et inferiùs lib. XII. ejusdem Operis cap. XV. " Quia omnes hæretici (in- „quit) à sancta universali Ecclesia sunt egressi, „ testatur Ioannes, qui ait: *Ex nobis prodierunt,* „ *sed non erant ex nobis.* Sed ut ea quæ asserunt, „ commendare stultis mentibus hominum „ quasi de antiquitate possint, antiquos Patres „ se habere testantur, atque ipsos Doctores „ Ecclesiæ magistros suæ professionis dicunt: „ cùmque præsentes Prædicatores despiciant, „ de antiquorum Patrum magisterio FALSA „PRÆSVMPTIONE GLORIANTVR: „ ut ea quæ ipsi dicunt, etiam antiquos Patres „ tenuisse fateantur; quatenus hoc quod recti- „ tudine astruere non valent, quasi ex illorum authoritate confirment". Sed frustrà: nam nec primitiva Ecclesia à præsenti, nec prisci ejus Doctores à modernis dissentire in fidei dogmatibus possunt. Verissimum quippe est quod de Christo, Ecclesiæ Sponso ac vertice, scribit Apostolus: *Ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Evangelistas, alios autem Pastores, & Doctores, ad consummationem Sanctorum in opus ministerij:* Non planè in seductionem, aut subversionem; sed, prout mox sequitur, *In ædificationem corporis Christi.* Et quodnam illud, nisi Ecclesia? Prę-miserat enim idem Apostolus ibidem superiùs de Christo, quòd Deus *Ipsum dedit caput supra omnem Ecclesiam, quæ est corpus ipsius.* Et ne fortè quis suspicaretur datos fuisse Pastores & Doctores in ædificationem primitivæ duntaxat Ecclesiæ, quam venerari se simulant Lutherani; non etiam præsentis, & futuræ quoque usque ad sæculi finem, quæ condemnat & condemnabit semper Lutheranos: subdit continuò idē Apostolus: *Donec occurramus omnes in unitatē fidei, & agnitionis filij Dei, in virū perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi:* hoc est, donec sæculum finiatur, & corporum resurrectione beemur. Sequitur autem & finis ob quem dantur in Ecclesia ejusmodi Pastores & Doctores usque in finem: nimirum, *Vt iam non simus parvuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris.* Quemadmodum igitur superiùs c. 17. §. 56. & c. 20. §. 67. ostendimus, eos qui Ecclesiam erroris insimulant, Spiritum sanctum negligentiæ arguere, quasi officio ac muneri suo defuerit, sinens eam aliter interim intelligere, credere, ac docere, quàm ipse per Apostolos prædicaverat: ita pari ratione nunc dicendum est eosdem Ecclesiæ insimulatores in Christum injurios esse, qui *Ecclesiam non audientes, tanquam ethnicos & publicanos habendos* pręcepit; & per Apostolum suum tanquā pręconem promulgavit, dedisse se non solùm Apostolos & Prophetas, & Euangelistas, sed & *Pastores & Doctores ad consummationem Sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi, donec occurramus* &c. & ad quid dederit expressit, adjungens: *Vt iam non simus parvuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ* &c. hoc est, ut eam solam amplectamur & sequamur doctrinam, quàm ij nobis tradunt. Nunquid igitur si horum ductum sequentes erraremus, Christo authore erraremus, qui hos nobis tanquam ductores sequendos destinavit? Nonne horum prædicationi acquiescentes cum omni confidentia dicere possumus Christo: Domine, si erroneum est quod credimus, à te decepti sumus; qui eos nobis errorem propinare permisisti, quos ipse Doctores ac Ductores nobis dedisti; &, *Ne omni vento doctrinæ circumferamur*, audire sequique præcepisti? Quis porrò ambigat, immanem irrogari injuriam ei qui est ipsa *Veritas*, cùm ei adscribitur seductio aut falsitas?

CXXXIX. Quàm falsò obtendant *Confessionistæ* suam doctrinam non discordare à sensu primitivæ Ecclesiæ, & se nolle negligere consensum Patrum priorum sæculorum, patebit ex infrà dicendis super secundo cardine eorum quatuor quos cap. 41. pertractandos suscepimus: ubi singulatim recensebimus non pauca ipsorum dogmata à primitiva Ecclesia & priorum sæculorum Patribus in veteribus hæreticis condemnata, atque in orcum, unde prodierant, relegata. Quod probè sciens ipsorum Patriarcha Lutherus, ad solam Scripturam provocare maluit, quàm Ecclesiæ vel Patrum judicium etiam subsidiariè admittere: prout visum est capite præcedenti §. 137. Quinimò primitivæ Ecclesiæ pręcipuos Patres nonnunquam etiam nominatim explodit: ut cùm ait: [K] *Chrysostomum in nullo loco habeo, non enim est nisi loquaculus. Basilius nihil valet, totus est Monachus, ne pilo quidem*

Margin notes: I. Greg. lib. 8. Moral. c. 23. — 1. Io. 2. 19. — Ephes. 4. 11. & seqq. — Eph. 1. 22. — Eph. 4. 13. — Ibid. v. 14. — Mat. 18. 17. — Eph. 4. 14. — Io. 14. 6. — K. Luth. in c. 1. ad Galat.

quidem illum redimerem. Cyprianus infirmus est Theologus. Augustinus de fide nihil quod sit alicuius momenti tradit, nisi cùm illi negotium est cum Pelagianis. Apologia Philippi Melancthonis omnes Ecclesiæ Doctores superat, etiam Augustinum. Hieronymus non est dignus qui inter Ecclesiæ Doctores nominetur: fuit enim hæreticus. De fide & vera Religione ne verbum quidem in ipsius Scriptis extat. Nullum scio cui æquè infestus sim, ac Hieronymo: nam tantùm scribit de ieiunio, ciborum delectu, virginitate &c. Neque verò singulatim duntaxat, sed etiam conjunctim seu Synodaliter congregatos incessere Patres audet. Vidimus enim superiùs cap. 16. §. 53. quàm fædè proscindat authoritatem Conciliorum. In libro item de captivitate Babylonica præfidenter affirmat, *Se concilijs anteferre duorum suffragia bonorum & eruditorum hominum, siquando in Christi nomine consensissent.* In libro item de Concilijs, loquens de canonibus œcumenicæ Synodi Nicenæ, trecentorum octodecim Patrum, sub Constantino Magno adversùs Arianos congregatæ: *Hi omnes Articuli*, inquit, *fœnum, stramen, ligna, stipulæ fuerunt.* Et paulò inferiùs ibidem generalem hanc censuram de omnibus sine exceptione Concilijs profert: *Etiamsi omnium Synodorum Decreta per infundibulum demitti in tuum corpus possent, tamen nondum esses Christianus: quia nimis parùm conferunt.* Rursùs in caput 15. Actuum Apostolorum: *Incerta*, inquit, *sunt Concilia, neque fidendum est illis: Nullum enim purum unquàm fuit, quin fidei aliquid addiderit, vel detraxerit.* Neque ab hac generalitate excipit ipsum Apostolorum Concilium, eodem Actorum capite memoratum; imò verò disertè comprehendit, præmittens ibidem: *Hoc ipsum Apostolorum Concilium, quanquam omnium est primum & purißimum, tamen aliquid unà immisceetur.* Atque ut tandem citandis ejus adversùs Conciliorum authoritatem testimonijs finem imponam, describam verba Cochlæi, qui loquens de ijs quæ in causa Lutheri gesta fuerant Anno 1537. ita ait: L. Romanus Pontifex Paulus III. indi- (L. Cochl in Actis Lutheri Anno 1537.)
„ xit hoc anno generale Concilium, Mantuæ
„ celebrandum: ad quod Lutheranos quo-
„ que Principes vocavit. Quod ubi intellexe-
„ runt Lutherus & complices ejus, varijs ma-
„ chinationibus ac Scriptis authoritatem Con-
„ cilij impugnare cæperunt. Etenim Witten-
„ bergæ evulgarunt triginta Propositiones,
„ contra Concilia publicè disputandas: inter
„ quas duodecima sic habet: *Concilium, aut*
„ *Episcopi congregati errare poßunt, æquè benè sicut*
„ *alij homines.* Et sequens hanc ita ait: *Si au-*
„ *tem non errent, hoc fit à casu, aut ex merito*
„ *alicuius sancti ac boni viri qui inter eos est, aut*
„ *etiam generalis Ecclesiæ*". Quandonam verò contingat Concilia errare, vel è contrario verum definire sive casualiter, sive ex merito cujuspiam personæ, vel generalis Ecclesiæ; nullam statuit Lutherus ibi regulam. Alibi tamen innuit, id indagandum esse ex conformitate vel difformitate cum sua ipsius doctrina. Ait namque: M. *Esto sanè, Ecclesia, Augustinus, & alij Doctores; item Petrus, Apollo, imò Angelus de cœlo diversum doceat: tamen mea doctrina est eiusmodi, quæ solius Dei gloriam illustrat.* (M. Luth. Tom. 6. Germ. Ien. pag. 86.) Nunc percontari lubet *Confeßionistas*, utrum Lutherum suum, Conciliis & Patribus, ipsique Ecclesiæ, imò Apostolis & Angelis cælestibus taliter obstrepentem insultantemque sequi velint? Si sic: Consequens planè est, ut nonnisi simulatoriè, ad declinandam nimirum invidiam, ingerant in suo libello provocatorio mentionem prædictam *Ecclesiæ primitivæ*, *& Patrum priorum sæculorum.* Si non: consequens pariter est, ut non solùm Luthero, sed antiquioribus quoque *Confeßionistis* valedicant & adversentur. Tractans quippe de prima *Evangelicorum* classe Lindanus in suo Dubitantio: N. Horum (inquit) variæ sunt factiones hodie (N. Lindan. in Dubitantio Dialog 2. c. 4.)
„ per Saxoniam: uti Confessionibus suis anno
„ 61. declararunt Mansfeldenses & Vinarienses,
„ qui septem ferè Lutheranorum damnant Se-
„ ctas, ceu minùs Evangelicas, aut Lutheri
„ dogma non verè secutas. Sed QVI EO-
„ RVM VOLUNT VIDERI LUTHE-
„ RANISSIMI, SESE CONFESSIO-
„ NISTAS, A CONFESSIONE AV-
„ GVSTANA, IACTITANT: quam
„ tamen nunc sectantur variatam, & reverà
„ depravatam, atque adulteratam à doctrinâ
Anno 30. Carolo V. exhibitâ". Si igitur moderni *Confeßionistæ* Lutherum suum quoad dogmata mox memorata derelinquant, & primitivæ Ecclesiæ, priscorum Patrum, & Conciliorum Ecclesiasticorum authoritatem in pretio aliquo habeant; non solùm Luthero ejsdem obstrepenti adversantur, sed antiquioribus quoque Confessionistis refragantur. Hi enim *Volebant Lutheranißimi videri*: ipsi autem in prætactis jam dogmatibus non solùm non Lutheranissimi, sed ne Lutherani quidem volunt haberi. An fortè hìc verificatur quod jam pridem de eis scripserat Cardinalis Hosius: O. Non ipsi modò inter se (inquiens) (O. Hosius in Confess. fidei cap. 92.)
„ sed ne secum quidem ipse eorum aliquis per-
„ sæpe consentit. Indicant hoc Loci quorun-
„ dam communes, indicant & Commentarij;
„ quos quotannis ferè novos edunt, cum prio-
„ ribus illis magna ex parte pugnantes. Tanta
„ est in dogmatibus etiam unius Sectæ varie-
„ tas & inconstantia, ut crebrò dictitare soli-
„ tum ferant illustrem olim Principem Geor-
„ gium Saxoniæ Ducem, qui fuit ad extre-
„ mum usque vitæ suæ diem, Catholicæ sem-
„ per & orthodoxæ fidei tenacissimus: *Scire se*
„ *quidem quid hoc anno crederent vicini sui VVitten-*
„ *bergenses, cæterum quid essent anno proximè inse-*

quenti

quenti credituri, se nescire"?

P. Vincent. Lyrin. c. XI.

CXL. Sed non est novum, ut novi Dogmatistæ veterum Patrum patrocinium obtendant: P. Captant plerunque (aiebat olim de „ hæreticis Lyrinensis) veteris cujuspiam viri „ Scripta, paulò involutiùs edita, quæ pro „ ipsa sui obscuritate dogmati suo quasi con„ gruant: ut illud, nescio quid, quodcun„ que proferunt, neque primi, neque soli sentire videantur". Cujus pessimæ praxeos complura exempla congerit Filesacus in Commentario super Vincentio n. 57. quorum unum desumptum est ex Gennadio Massiliensi, qui de Timotheo Alexandrino, Proterij Catholici successore hæretico, loquens: Q. Ad gratiam plebis (inquit) quæ Proterium exosum habuerat, omnes quibus ille „ communicaverat, Nestorianos esse pronun„ tiat: & maculam conscientiæ temeritate „ abluendam præsumens, scripsit ad Leonem „ Imperatorem libellum valdè suasorium; „ quem pravo sensu Patrum testimonijs in„ tantum roborare conatus est, ut ad deci„ piendum Imperatorem, & suam hæresim „ constituendam, penè Leonem Urbis Romæ „ Pontificem, & Chalcedonensem Synodum, „ ac totos Occidentales Episcopos, illorum adminiculo Nestorianos ostenderet". Neque verò mirum videri debet, hæreticos detorquere testimonia Patrum, vel Synodorum, in sui dogmatis Patrocinium; cum etiam testimonia Sanctarum Scripturarum, à Spiritu sancto alioqui dictatarum, similiter detorqueant. Quis enim sanctorum Doctorum, aut quæ Synodorum, meliùs loqui potuit, quàm Scriptores Canonici? R. Si igitur (subinfert quidam) ne ipsis quidem sacris lit„ teris alieni ab orthodoxa fide parcunt, quan„ to minùs falsarias manus à Doctorum lucubrationibus abstinebunt"? Et Augustinus ad Valerium Comitem: S. Non est mirum (in„ quit) si Pelagiani dicta nostra in sensus „ quos volunt detorquere conantur; quando „ & de Scripturis sanctis, non ubi obscuriùs „ aliquid dictum est, sed ubi clara & aperta „ sunt testimonia, id facere consueverunt: „ more quidem hæreticorum etiam cætero„ rum". Constat sanè ex eodem ipso Augustino lib. de Natura & Gratia cap. 61. & aliquot sequentibus, Pelagium hæresiarcham in favorem sui nefarii dogmatis allegasse non solùm vetustiorum quorundam Patrum, sed ipsius etiam Augustini tunc viventis, testimonia. Constat item ex eodem Augustino, Julianum Pelagianum abusum fuisse testimoniis quorundam Patrum, signanterque Basilii & Chrysostomi, in suæ hæreseos patrocinium. Dixerat quippe alicubi Chrysostomus, *Infantes baptizamus, quamvis peccata non habentes.* Julianus id traxit ad abnegationem Originalis peccati: utique contra mentem Scriptoris, qui non de peccato parentali, sed de personali seu proprio loquebatur: T. Vides certè (ait Ju„ liano objicienti Augustinus) non ab eo „ dictum esse, parvulos non coinquinatos „ esse peccato, sive peccatis; sed, *Non ha„ bere peccata.* Intellige *propria*, & nulla „ contentio est. *At*, inquies, *Cur non ipse ad„ didit*, PROPRIA? Cur putamus, nisi „ quia disputans in Catholica Ecclesia, non se „ aliter intelligi arbitrabatur, tali quæstione „ nullus pulsabatur, vobis nondum litiganti„ bus securiùs loquebatur"? Quibus ille verbis non solùm objicientis & abutentis Juliani prætensionem elidit, sed præterea insinuat cur Patres subinde tam indistinctè loquantur, ut hæreticis in speciem velut favere videantur: quia nimirùm hæreses futuras non prævident, & jam extinctas non timent; à præsentibus verò auditoribus se Catholicè intelligendos non dubitant, quamvis accuratam loquendi normam non observent. Hinc cùm Semipelagiani in favorem sui erroris, *De gratia & prædestinatione*, allegassent vetustiorum quorundam Tractatorum suffragia, Augustinus eis respondens: V. Quid opus est (inquit) „ ut eorum scrutemur Opuscula, qui pri„ usquam ista hæresis oriretur, non ha„ buerunt necessitatem in hac difficili ad „ solvendum quæstione versari: quod pro„ culdubio facerent, si respondere talibus „ cogerentur? unde factum est, ut *de gratia „ Dei* quid sentirent, breviter, quibusdam „ Scriptorum suorum locis, & transeunter „ attingerent; immorarentur verò in eis quæ „ adversùs alios inimicos Ecclesiæ disputa„ bant". Rem istam exemplo satis accommodato illustrat Anselmus Cantuariensis Antistes, qui paulò post suscitatam à Berengario hæresim de Sacramento Eucharistiæ, eatenus in Ecclesia inauditam, floruit, & peculiarem librum, *De Sacramento Altaris* inscriptum, contra eandem hæresim edidit, ubi hæc inter alia scripsit: W. Considerare libet attentiùs, cur super hac re „ in sanctorum Patrum Tractatibus reperiantur „ sententiæ tam dubiæ, tam scrupulosæ, & „ quæ etiam sibi invicem nonnunquam con„ trariæ videantur: ut non solùm qui contem„ nendi intentione illas congregant, materiam „ in eis inveniant errandi; sed & ex eis astruere „ qui velint fidem Catholicam, non facilè se „ inde queant expedire. *Oportet*, inquit Apo„ stolus, *hæreses esse, ut qui probati sunt manifesti „ fiant.* Quod in hoc evidentissimè comproba„ tur: Iam enim obscurissimam de Trinitate „ sententiam, claram omnibus effecerunt Aria„ norum contentiones, & disputationes sub„ tilissimæ: Iam de Incarnatione Dei graves „ & perplexas quæstiones, Apollinaris, Ne„ storii, & Eutychetis, multorumque aliorum hære-

Filesacus.

Q. Gennad. l. de viris illust. cap. 72.

R. Anast. Sinaita in Duce Viæ c. 12.

S. Aug. l. 2. de Nupt. & Concup. c. 31.

Vide Chrys. Hom. ad Neophytos Tom. 5.

T. Aug. l. [...] cont. Iul. c. 6.

V. Aug. l. de Prædest. Sanct. c. 14.

W. Anselm. de Sacram. Altaris p. [...] cap. 11.

1. Cor. 11.

„ hæreticorum errores, claras & evidentes fe-
„ cerunt in Ecclesia Dei. Quod, nisi coe-
„ gisset necessitas, de re de qua quærebatur,
„ viros sanctos & pereruditos altius aliquid
„ sentire & proferre, semper timidæ homi-
„ num mentes habuissent obscurum. Unde
„ quia ab initio sanctæ Ecclesiæ usque ad nostra
„ pene tempora, hæc ab hominibus quæstio (*De Sacramento nimirum Altaris*) intacta relicta est,
„ sancti Patres quod non impugnabatur, non
„ defendebant; nisi quòd aliquando in Tracta-
„ tibus suis hoc unum proferebant, quod res
„ postulabat, & habebatur in manibus. Quod,
„ quia quæstionibus non respondebat quæ non-
„ dum erant, parùm modò sufficere videtur
„ ad eas, cùm exurgunt, compescendas: con-
„ tra quas quia tunc non vigilabat eorum in-
„ tentio, plurima de Sacramentis in Scriptu-
„ ris suis reliquerunt, quæ loco suo, sensu suo
„ bene dicta, ab eis, qui contendere vel erra-
„ re amant, eruta de locis suis, per se viden-
„ tur aliud sonare, quàm sonent unde assum-
„ pta sunt, & quàm senserunt qui scripserunt.
„ Sed & multa de eadem re ab eis relicta sunt,
„ quæ bene dicta, sed obscuriùs, utpote ab
„ eis qui ut homines venturas omnes erro-
„ rum calumnias non poterant prævidere, malè
„ intellecta, materiam errandi vel conten-
„ dendi perditis videntur præstare. Quæ Bea-
„ to Augustino in multis accidisse non igno-
„ rant, qui librorum ejus lectionem familia-
„ rem habent. Antequam enim Pelagiana hæ-
„ resis exurgeret, in libris quos jam ediderat
„ non pauca posuit, quæ exurgens exinde illa
„ hæresis sic sumpsit ad patrocinium sui erro-
„ ris, ut etiam paria secum sentire jactaret vi-
„ rum per omnia Catholicum. Unde illi ne-
„ cessitas imposita est plures posteà libros con-
„ tra pestem illam edere; & confiteri, crebrò
„ bene dicta sua, ad vitandum tamen pra-
„ vum legentium intellectum, aliter quàm
„ dixerat debuisse se dixisse. Quod scire potest
„ qui libros Retractationum ejus legerit,
„ aliosque quos ipse conscripsit: quoniam etiam
„ super hac re, de Sacramentis scilicet, præ-
„ dicto viro simile quid accidisse videtur. Sed
„ qui errare vult, vel errorem docere, nihil
„ est tam bene dictum, quod non possit pravo
intellectu depravare". Hæc ex Anselmo &
aliis tam diffusè descripsimus, ut lectori ex eis
planum fieret, quàm sit hæreticis ab antiquo
usitatum, obtendere consensum Priscorum Ec-
clesiæ Magistrorum: qui ante ipsorum exor-
tam hæresim securiùs loquebantur ad plebem
Catholicam necdum talibus quæstionibus pul-
satam: spernere verò alios Doctores, qui con-
tra hæresim abs se suscitatam aut fotam, tan-
quam Medici contra morbum sibi probè per-
spectum, depugnaverint, & intentâ mentis
acie ex professo dimicaverint: cùm tamen, ut
aliàs visum est, hæreses à Deo idcircò permit- Vide suprà
tantur, ut earum aculeis Doctores compun- hic cap. 29.
gantur, compuncti excitentur, excitati perscru- §. 96 & c.
tentur, perscrutando acuantur. Testatur id 31 §. 100.
Augustinus tam de se ipso, quàm de aliis Ec-
clesiæ Magistris, qui diversarum hæreseon
temporibus floruerunt: X. Hæc est (inquiens) X. August.
„ Prædestinatio manifesta & certa Sanctorum: lib. de Bono
„ quam posteà diligentiùs & operosiùs, cùm persev c. 20.
„ jam contra Pelagianos disputaremus, defen-
„ dere necessitas compulit. Didicimus enim,
„ singulas quasque hæreses intulisse Ecclesiæ
„ proprias quæstiones; contra quas diligentiùs
„ defenderetur Scriptura divina, quàm si nulla
„ talis necessitas cogeret. Quid enim coegit,
„ loca Scripturarum, quibus prædestinatio
„ commendata est, copiosiùs & enucleatiùs
„ isto nostro labore defendi, nisi quòd Pela-
„ giani dicunt, *Gratiam Dei secundùm merita*
„ *nostra dari*? Quod quid est aliud, quàm gra-
tiæ omninò negatio".

CAPVT XLIV.

Occurritur Lutheranorum evasioni sub initium superioris capitis propositæ, eique hic adiunctæ authoritati S. Thomæ. Discrimen inter scientias inferiores & supremas quoad probationem suorum respectivè Principiorum. Vtrum Lutherani habeant divinam Scripturam, discutitur: & varijs rationibus pars negativa suadetur. Germanica Bibliorum Versio per Lutherum lucubrata, à multis Sectarijs unà cum Catholicis reprobatur, quibus & ipse Lutherus suffragatur. Lutheri querimonia de Latinis Bibliorum Versionibus nimis per Sectarios multiplicatis. Cùm Lutherani Scripturas non ex Ecclesiæ sensu aut Patrum consensu, sed ex privato suo spiritu interpretentur, convincuntur non credere Scripturis, sed suis phantasiis. Augustini in eam rem attestatio. Leges disputandi iniquissimæ per Lutherum Catholicis præscriptæ referuntur ex Erasmo, & exploduntur per eundem Erasmum; exemplo nobis imitando, adversùs Lutheri posteros sub iisdem conditionibus tacitè provocantes.

CXLI. NUnc videamus quid respondendum sit prætensæ Lutheranorum evasioni in principio præcedentis capitis relatæ, quâ contendunt se non esse à disputatione repellendos tanquam principiorum negatores, eò quòd præcipuum inter omnia Theologicarum disputationum Principium, Scripturam scilicet divinam, nobiscum pariter admittant. Si enim veraciter Principium istud admittant, non videntur omnimodè à disputatione repellendi, sed argumentis ex Scriptura depromendis revincendi. Cujus evasionis vis pleniùs perspicietur ex iis quæ tradit D. Thomas, communiter in scholis receptus, ubi sic scribit: [Y] Sicut aliæ scientiæ non argumentantur ad sua Principia probanda, sed ex Principiis argumentantur ad ostendendum alia in ipsis Scientiis: ita hæc Doctrina (*Theologia*) non argumentatur ad sua Principia probanda, quæ sunt Articuli fidei; sed ex eis procedit ad aliquid ostendendum: sicut Apostolus 1. ad Corinthios 15. ex resurrectione Christi argumentatur ad resurrectionem communem probandam. Sed tamen considerandum est in Scientiis Physicis, quòd inferiores Scientiæ nec probant sua principia, nec contra negantem Principia disputant; sed hoc relinquunt superiori scientiæ: Suprema verò inter eas, scilicet Metaphysica, disputat contra negantem sua Principia, si adversarius aliquid concedit: si autem nihil concedit, non potest cum eo disputare; potest tamen solvere rationes ipsius. Unde sacra Doctrina, cùm non habeat superiorem, DISPVTAT CVM NEGANTE SVA PRINCIPIA; ARGVMENTANDO QVIDEM, SI ADVERSARIVS ALIQVID CONCEDAT EORVM QVÆ PER DIVINAM REVELATIONEM HABENTVR: SICVT PER AVTHORITATEM SACRÆ SCRIPTVRÆ DISPVTAMVS CONTRA HÆRETICOS, ET PER VNVM ARTICVLVM CONTRA NEGANTES ALIVM. Si verò adversarius nihil credat eorum quæ divinitùs revelantur, non remanet ampliùs via ad probandum Articulos fidei per rationes, sed ad solvendum rationes, si quas inducit, contra fidem. Cùm enim fides infallibili veritati innitatur, impossibile autem sit de vero demonstrari contrarium, manifestum est, probationes quæ contra fidem inducuntur non esse demonstrationes, sed solubilia argumenta". Hic Divi Thomæ discursus omninò videtur evincere, Lutheranos non posse à disputatione Theologica penitùs repelli sub eo prætextu quòd principia inficientur, si verum est eos admittere divinas Scripturas. Certum quippe est divinam Scripturam esse aliquid eorum quæ divinitùs revelantur, sive per divinam revelationem habentur: Apertè autem D. Thomas asseverat, quòd *Sacra Doctrina disputat cum negante sua principia, & quidem argumentando, si adversarius aliquid concedat eorum quæ per divinam revelationem habentur.* Imò insuper ad eximendum omnem scrupulum suspicanti contrarium, exemplum subdit de ipso casu nostro: *Sicut*, inquiens, *per authoritatem sacræ Scripturæ disputamus contra hæreticos.* Tota ergo quæstio in hoc vertitur, utrum Lutherani reverà authoritatem sacræ Scripturæ admit-

[Y] D. Tho. 1. p. q. 1. a. 1. in corp.

admittant. Dixi, *reverà:* quia nihil crebriùs & insolentiùs ore jactant, quàm *Verbum Dei, sacrosanctam Scripturam.* Quinimò seipsos quasi antonomasticè *Euangelicos* nominant & nominari affectant, tanquam qui cæteris sinceriùs ac puriùs Euangelicas Scripturas interpretentur, & venerentur: ᶻ *Iubilaus* EVANGELICORUM, ait unus ipsorum, *primus à Reformatione per B. Lutherum factâ.* Ipse quoque Lutherus in lib. adversùs Regem Angliæ profitetur se *Adversus dicta Patrum, hominum, Angelorum, dæmonum, ponere non antiquum usum, non multitudinem hominum, sed unum Maiestatis æternæ Verbum,* EVANGELIUM. Rursùs, prout visum est cap. 16. §. 55. seipsum intitulat *Euangelistam.* Non ergo hìc quæstio est quidnam ipsi de Scripturarum admissione profiteantur, sed quidnam secundùm rei veritatem sit censendum.

Z. Helvicus sup. hic cap. 15. §. 49.

Vide suprà cap. 25 §. 32. & c. 42. § 137.

Vide Lindan. in Dubit. l. 1. c. 10.

CXLII. Pro decisione hujus quæstionis recolenda sunt ea quæ superiùs dicta sunt c. 20. penè per totum, signanter § 56. ubi ostendimus, Scripturas sacras non tam in legendo, quàm in intelligendo consistere: & subsequenter ostendimus, veram Scripturarum intelligentiam sine clave Traditionum, penes Ecclesiam Catholicam asservatâ, haberi non posse. Unde cùm Lutherani extra Ecclesiam sint, & Ecclesiæ magisterium spernant; ac per hoc, clave Traditionum careant; veram ac genuinam Scripturarum intelligentiam non habent: adeò que eo, quod in Scripturis præcipuum est, carent. Hinc quamvis minus videatur, *Habere scripturas,* quàm *eas admittere;* non desunt tamen Catholici Scriptores, qui simpliciter Lutheranos negent habere Scripturas: quorum palmaris ratio est, quòd tria potissimùm spectari in Scripturis debeant, canon, Versio, & interpretatio seu intelligentia. Lutherani autem nec canonem habent authenticum, prout sequenti capite videbimus; nec versionem legitimam, multò minùs autographa exemplaria, nusquam jam extantia; nec denique genuinam interpretationem seu intelligentiam, quippe quæ absque Ecclesiæ magisterio & Traditionum clave haberi nequit. Ex quibus consectarium apparet, Lutheranos simpliciter carere Scripturis. Ubi enim Scriptura sacra, ibi Verbum Dei; ubi autem Verbum Dei, ibi veritas. Ac per hoc, cùm apud Lutheranos non veritas sed falsitas existat, apud eos nec Dei Verbum, nec sacra Scriptura esse dicenda est. Accedit quòd Scriptura corrupta non sit absolutè Scriptura divina, non magis quàm virgo corrupta sit absolutè virgo. Apud Lutheranos autem Scripturam esse corruptam non modò Catholici pro indubitato habent, sed major quoque pars ipsorum hæreticorum asseverat. Nam cùm innumeræ apud eos extent Versiones de variis linguis in varias linguas, nulla

Vide Becan in Manuali lib. 1. cap. 2. q. 6.

Vide Marið in Proleg. Script. q. 3. & 6.

hactenùs à quoquam ipsorum lucubrata prodiit, quam non alii complures reprehendant ac reprobent. Nunquid igitur potiori jure credendum est pluribus Versionem unius reprobantibus, quàm uni suam, contra tot reprobatores approbanti? ᴬ· Rectiùs sit necesse est (ait in simili Lactantius) quod plurimi sentiunt, „ quàm quod unus: Nemo enim potest de se „ rectè judicare. Quod nobilis Poëta testatur: „ Ita enim comparatam esse hominum naturam „ omnium, ut aliena meliùs videant & dijudicent, quàm sua". Imò verò ne suas quidem proprias Versiones, plerique eorum constanter approbant, sed tanquàm proficientes crebrò demutant: ᴮ·In hæreticis versionibus (ait Leo- „ nardus Marius) neque Catholici acquiescunt, neque hæretici alii: neque, quod mi- „ rum, ipsi novæ prolis parentes, dum singulis „ penè annis in prole sua aliquid desiderant, „ aliquid minùs probant, & fingunt, ac refingunt". Ipse Lutheranorum Patriarcha Lutherus Scripturas in vernaculum Germanorum idioma convertit, quam Versionem non solùm alii plures, sed ipse quoque author postmodùm sugillat. De hac Serarius in Prolegomenis Bibliacis: ᶜ· Lutherana Versio (inquit) secundùm „ editiones varias varia est. De qua notanda „ hæc: *Primò*, valdè commendatam à Melan- „ cthone contra Staphylum, à Mathesio Conc. „ XII. de Luthero, ubi refert, labore, diligen- „ tiâque tantâ illum hac in Versione versatum, „ ut cum Melancthone, Rorario, Sodalibusque alijs cœnas ageret dapsiliores, poculis „ indulgeret largioribus, & cantum, Musicamque oblectationem adhiberet. Quin & tantò- „ pere à Pomerano laudatam, ut diem Trans- „ lationis hujus anniversarium festum institui „ optaret. *Secundò*, sæpè tamen ab ipso Luthero „ posteà mutatam, ut in editionis ultimæ Præ- „ fatione testis ipsemet. *Tertiò*, tandem à plu- „ rimis vituperatam & rejectam: 1. à Catholi- „ cis, è quibus Emserus in Præfatione Novi „ Testamenti, & Cuthbertus Tonstallus, plu- „ rimas in ea depravationes notarunt: ille in „ principio sui Novi Testamenti, hic Londini „ palàm pro concione supra bis mille, uti no- „ tat Cochlæus lib. de Novis Interpretibus, & „ Lindanus lib. 1. Dubitantij pag. 94. 2. à Ti- „ gurinis, & Sacramentarijs alijs: qui, ut de- „ plorat Stoltzius in Defensione Lutheri, qui- „ bus possunt sannis, ejus Versionem car- „ punt & Commentarios. 3. ab Osiandri- „ nis, teste *Confessione Mansfeldica*, dum, ut „ verba hujus retineam, Luthero non veren- „ tur objicere *Loca Scripturarum ab ipso magna* „ *falsitate & dolo interpretata.* 4. à Bucero, Dia- „ logo contra Melancthonem, dum ait: *Lutheri* „ *lapsus in vertendis Scripturis manifestos esse, eosque* „ *non paucos.* 5. à Munstero, qui Præfatione „ in Vetus Testamentum: *Sunt*, ait, *plurimi*

A. Lactant. l. 3. c. 4.

B Marius in Prolegom. Scrip. q. 6. Sect. 7. nu. 108.

C. Serar. in Proleg. Bibliacis c 20. q. 2.

„ *versus omissi in Sante, sicut & in Lutheri recogni-*
„ *tione.* Nota, *In Recognitione*, non in prima tan-
„ tùm Editione. 6. Ipsemet Lutherus post an-
„ nos prope viginti fassus est in sua Biblica
„ Præfatione, *Santem, Munsterum, & se crebro*
„ *errasse, quod Rabbinorum Glossis nimis credide-*
„ *rit.* 7. Prædicantem fuisse quendam scribit
„ Lutheranus Mathesius Conc. XII. de Lu-
„ thero, qui Lutheri Versionem publicè è suo
„ Concionatorio suggesto *virgis flagellarit*, hæc
„ addens verba: DISCAS MELIVS. 8. Depra-
„ vationum verò exempla illustria legere est
„ in citato l. 1. Dubitantii fol. 80. & seq. &
„ in Leni Responso P. Schereri contra Wittem-
bergenses". Hæc ibi de Germanica Lutheri Versione Serarius: apud quem item superiùs cap. 18. q. 2. extat acerba querela ejusdem Lutheri de nimia multitudine Versionum Latinarum, hisce verbis: *Tam multæ sunt nostro tempore interpretationes Bibliorum, ut tempore progrediente tot fortassè sint futura Biblia, quot sciolti in lingua Hebraica Magistri erunt: nec enim finis erit.* Et hoc dictum inter Prophetica Lutheri vaticinia recenset Georgius Walterus Prædicantius Hallensis. Verùm facile fuit novo Pseudoprophetæ ex præsenti tunc Gregalium suorum dispositione, ac novandi prurigine, prognosticare quid sequens ætas paritura foret.

Lutherus.

CXLIII. Cùm igitur tanta sit apud Lutheranos Versionum discrepantium varietas, quarum nulla Ecclesiæ calculo, vel ipsorum etiam Lutheranorum concordi suffragio comprobata dignoscitur: nunquid consectaneum est, eos ne unum quidem Locum Theologicum habere inconcussum? Nam novem posteriores Locos jam suprà semovimus; primum verò, in Scripturæ sacræ authoritate consistentem, quàm infirmiter imò nulliter habeant modò perspeximus. Falsum proinde atque adeò negandum est, eos vel unum Locum Theologicum nobiscum admittere communem. Restabat namque solus primus, quem jam ostendimus non ab eis communem nobiscum haberi, nedum admitti: Neque enim vel ipsi nostram, vel ipsorum nos Versiones admittimus: & quanquam in quibusdam Scripturæ periodis concordent nobiscum quoad sonum verborum aut corticem litteræ, longè tamen aliter ipsi, quàm nos, periodos illas intelligendas contendunt, siquando ad Articulos utrinque controversos applicandæ venerint. Nec mirum, cùm longè diversa apud ambos sit regula interpretandi Scripturam. Apud nos enim pro regula est Ecclesiastica Traditio, Patrumque omnium sæculorum consensus: apud ipsos, cujusque phantasia, quam ridiculè obtrudunt pro divino impulsu vel afflatu; redarguente eos manifestè ipsâ eorum inter se dissensione ac contradictione. Sed audiant quid de hujusmodi privato cujusque spiritu jam olim Manichæis responderit Augustinus, & attendant quàm inde consequens sit, eos Locum Theologicum in Scripturæ authoritate consistentem non solùm non admittere, sed penitùs abolere: [D] Videtis „ ergo (ait ille) id vos agere, ut OMNIS DE „ MEDIO SCRIPTVRARVM AVFERATVR AV- „ THORITAS, & suus cuique animus author „ sit, quid in quaque Scriptura probet, quid im- „ probet: id est, ut non authoritati Scriptura- „ rum subjiciatur ad fidem, sed sibi Scripturas „ ipse subjiciat: non ut ideò illi placeat aliquid, „ quia hoc in sublimi authoritate scriptum le- „ gitur; sed ideò rectè scriptum videatur, quia hoc illi placuit". Quibus ille verbis continuò ibidem hanc subjungit exclamationem: "Quò „ te committis anima misera, infirma, carnali- „ bus nebulis involuta, quò te committis"? Verùm quocunque se Lutherani committant, quamdiu reliquos Theologicos Locos abjicient, & Scripturas sacras non ex Ecclesiæ sensu, sed ex privato suo spiritu interpretari pergent; non est Catholicis Theologis committendum, ut cum eis solemnem disputationem ineant, cùm ne vel unum quidem Principium Theologicæ disputationis veraciter admittant. Jam dudum est quòd Erasmus expresserit conditiones iniquissimas, quibus Lutherus secum à Catholicis disputari volebat, ut certus posset esse de triumpho si quis tam fatuus reperiretur ut eis conditionibus cum ipso congrederetur. Nec dubium quin hodierni Provocatores Catholicorum easdem conditiones animitùs exoptent, quanquam præ verecundia præscribere in suo libello non audeant: [E] Vide „ (ait Luthero Erasmus) quas leges præscri- „ bas, nondum victor: *Deponite quicquid arma-* „ *turæ suppeditant orthodoxi Patres, Theologorum* „ *Scholæ, authoritas Conciliorum & Pontificum, con-* „ *sensus tot sæculorum, ac totius populi Christiani.* „ *Nihil recipimus, nisi Scripturas: sed sic, ut penes* „ *nos solos sit certa authoritas interpretandi. Quod* „ *nos interpretamur, hoc sensit Spiritus Sanctus: quod* „ *afferunt alii, quamvis magni, quamvis multi à spiritu* „ *Satanæ & alienata mente profectum est. Quod ortho-* „ *doxi docuerunt, quod authoritas Ecclesiæ tradidit,* „ *quod populus Christianus amplexus est, quod scholæ* „ *defendunt, exitiabile venenum Satanæ: quod ego do-* „ *ceo, Spiritus est vita. Credite, in Scripturis nihil* „ *prorsus esse obscuritatis, vel quod egeat Iudice: aut* „ *ut omnes caecutiant, ego non caecutio. Nam conscius* „ *mihi sum, me habere Spiritum Christi, quo possum* „ *de omnibus iudicare, nemo de me. Neque quenquam* „ *vel tantillum moveat multitudo, magnitudo, la-* „ *titudo, profunditas, miracula, sanctitas Ecclesiæ* „ *Sanctorum: Omnes perierunt, si senserunt ut* „ *scripserunt, nisi qui fortè resipuerunt ante su-* „ *premum vitæ diem. Qui meis probationibus* „ *diffidunt, aut carent sensu communi, aut* „ *blasphemiam committunt in Spiritum sanctum,* *& sub-*

D. August. lib. 32. contra Faustum cap. 19.

E. Erasmus in Hyperasp. pisten. 71. Lutherus apud Erasm. ibid.

& subvertunt Christianismum". Quibus verbis ex Lutheri persona adductis subdit continuò ibidem Erasmus:" Hujusmodi leges si „ recipimus, nimirum tua est victoria. Rur- „ sus postulas, *Ne quid fidamus veteribus ortho-* „ *doxis, quòd nonnunquam inter se varient*: cùm „ inter vos paucos tanta sit controversia, de „ Prophetis, de Imaginibus, de Disciplinis, „ de Baptismo, de Eucharistia: & vis ut ni- „ hil seciùs credamus vestris dogmatibus, „ præsertim cùm quotidie expectemus nova: „ Et blasphemi vocamur, quòd adhuc hærea- „ mus Ecclesiæ veteri, nec audeamus tuis ca- „ stris adjungi. Et occinitur nobis illud ex Matt. 12. 30. „ Euangelio: *Qui non est mecum, contra me est; & qui non colligit mecum, spargit*". Porrò ne quis suspicaretur, hæc non fuisse à Luthero re ipsâ præscripta vel tradita, subnectit ibidem continuò Erasmus:" Nihil hìc affingo: certa notaque loquor". Cui non perspicuum sit, eum qui prædictas leges disputaturis secum Theologis præscribit, omnes fine exceptione Locos Theologicos de medio tollere, Scripturæ sacræ authoritatem privato suo spiritui subijcere, unicam arguendi ac respondendi regulam nonnisi suam phantasiam ultimatè astruere? Hunc porrò imitantur moderni ejus Asseclæ, non quidem eodem verborum fastu, sed tamen consimili cordis affectu: prout ex præcedenti capite cernere est. Tam proindè à disputatione repellendi sunt isti, quàm repellendus fuit ille: quia non minùs Principiorum omnium negatores sunt isti, quàm fuit ille; licèt ille apertiùs, isti opertiùs; ille patentiùs; isti latentiùs. Nec verò aut illi D. Thomas favet, aut istis; sed & illi reclamat; & istis. Palàm quippe asserit, contra Principiorum omnium negatores non esse disputandum eis, qui scientias etiam supremas profitentur: quia non est unde argumenta probativa desumant quibus convincantur, tametsi argumenta solvere queant quibus abutuntur.

CAPVT XLV.

Cùm tria in Scripturis divinis sint potissimùm spectanda, Versio, interpretatio, & canon; Lutherani nihil horum integrum habentes aut genuinum, à disputationibus è Scriptura ineundis repellendi prorsùs ostenduntur. Quosnam libros utriusque Testamenti de Canone exturbent Lutherani? Brentij in veteres Patres & sacrosanctas Synodos insolentia. Manichæorum Sacrilegum privilegium à Lutheranis hæreditatum. Canon Biblicus hodie in Ecclesia usitatus, quàm vetustus? An saltem ex Scripturis quas Lutherani admittunt, & Protocanonicas *vocitant, ineunda cum eis sit disputatio, disquiritur: & negativè resolvitur.* Non est luctandum cum hominibus, qui dicunt: Non sapit palato meo, quod sapere dicis tuo. *Ostenditur Lutheranos magis deprimere divinæ Scripturæ maiestatem, subjiciendo eam privato suo spiritui, quàm Catholicos eandem interpretando ex Ecclesiæ Traditione ac consensu. Scriptura, prout profertur à Catholicis, est Verbum Dei; prout autem ab hæreticis, est Verbum diaboli. Lutheri in Scripturas etiam protocanonicas, quas suscipere se profitetur, irreverentia; & in earum authores maledicentia. Concluditur Lutherum non ideò appretiare, vel repudiare libros Scripturisticos, quia tales sunt vel non sunt; sed quia suo scopo congruere vel discongruere, sibi videntur. Sacrorum librorum divisio in* Protocanonicos, & Deuterocanonicos, *à Sectarijs abusivè detorta, & perperam intellecta.*

E Tribus illis quæ superiori capite spectanda esse in canonica Scriptura perhibuimus, duo postrema jam ibidem decurrimus, Versionem scilicet, & interpretationem: quorum prius litteram, posterius intelligentiam Scripturæ concernit. Superest primum modò tractandum, quod est ejusdem Scripturæ canon: videndumque an saltem hunc Lutherani nobiscum habeant communem. Respondeo, Non

habere. Non solùm enim librorum quorundam partes expungunt; sed integra aliquot volumina rejiciant: ex Veteri quidem Testamento ea quæ in Hebræorum canone non habentur, ut *Tobiam*, *Hestherem*, *Sapientiam*, *Ecclesiasticum*, *Baruch*, *Machabæos*: ex Novo item Testamento *Epistolam ad Hebræos*, *Epistolam Iacobi*, *secundam Petri*, *secundam tertiamque Ioannis*, *Epistolam Iudæ*, *Apocalypsin*. De his quippe libris dubitatum aliquando in Ecclesia fuisse constat, etiam inter Catholicos; ita ut non statim ab exordio in canonem, publico Ecclesiæ Decreto vel concordi fidelium consensu, relati fuerint. Lutherani verò in sua Confessione Wittebergensi, oblatâ Tridentinis Patribus die XXIV. Januarij Anni M. DLII. generalem hanc statuunt regulam, satis consonam Lutheri sui Principijs: [F] *Sacram Scripturam vocamus, eos canonicos libros Veteris ac Novi Testamenti, de quorum authoritate in Ecclesia nunquam dubitatum est.* Brentius in Apologia hujus Confessionis, præmemoratos à nobis jam superiùs libros omnes, duabus Ioannis Epistolis demptis, disertè pronuntiat *Apocryphos*; salvo quòd non integrum librum *Hesther*, sed *particulas ejus* nominet, quæ nimirùm Hebraicè non extant: quibus similiter addit *Particulas in Daniele*, quæ scilicet in Hebræo non haberi notantur. Ac tum subdit Brentius: *Sunt ex Veteribus, qui recipiunt hos Apocryphos in numerum canonicorum Scriptorum, similiter & quædam Concilia iubent eos ut canonicos agnoscere. Non ignoro quid factum sit: illud autem quæro, num iure factum sit?* Sed nunquid aliùs rectiùs quæsierit à Brentio, quo jure ipse à canone rejiciat libros, quos plerique Veterum pro canonicis habuerunt, & Concilia Ecclesiastica habendos decreverunt? [G] Neque enim sine causa (ut rectissimè monet Augustinus) tam salubri vigilantiâ canon Ecclesiasticus constitutus est, ad quem certi Prophetarū & Apostolorum libri pertineant; quos omninò judicare non audeamus, & secundùm quos de cæteris litteris vel fidelium vel infidelium liberè judicemus". Non inquirit Augustinus, *Num iure factum sit?* Sed supponens nonnisi optimo jure factum esse, ait: *Neque enim sine causa* &c. Nec factum audet judicare, sed juxta illud de cæteris litteris aut libris judicium efformare. Sed nimirùm Lutherani, jure velut hæreditario, vendicant sibi privilegium Manichæorum, qui non solùm Veteris Instrumenti Scripturas rejiciebant, [H] Verùm etiam (teste eodem Augustino) eas quæ ad Novum pertinent Testamentum sic accipiebant, ut suo quodam PRIVILEGIO, imò SACRILEGIO, quod volebant sumerent, quod nolebant rejicerent". An fortè putandum est libros illos, sive unius sive alterius Testamenti, quos Lutherani repudiant, non fuisse ab

F. Confessio Wirtenberg. cap. de sacra Scriptura.

Brentius.

G Aug. l. 2. cont. Cresc. con. cap. 31.

H. Aug lib. de Bono persev. c. XI.

Augustino in canone Scripturarum computatos? Fuerunt prorsùs, ad unum omnes; salvo, quòd librum *Baruch* non separatim expresserit; sed sub *Hieremia*, more tunc usitato, comprehenderit. Videatur canon Scripturarum ab ipso recitatus libro 2. de Doctrina Christiana cap. 8. & deprehendetur verissimum esse quod dico, & canonem illum Augustinianum consonare cum nupero Tridentino; cum vetustiori Florentino, prout est apud Caranzam in Summa Conciliorum; cum Carthaginensi, temporibus Augustini ibidem præsentis condito; cum Innocentiano, per Innocentium Primum in Epistola 3. ad Exuperium Tolosanum digesto; cum Gelasiano, per Gelasium primum in Synodo Romana sancito, salvo quod uterque Esdræ liber sub unius ibi nomine recenseatur. Laodicena quoque Synodus non quidem omnes, sed tamen aliquot libros à Lutheranis rejectos canoni inserit, ut *Hesther* & *Baruch* nominatim: & in Novo Testamento universos, præter *Apocalypsin*. Nicenam quoque primam œcumenicam Synodum inter canonicas Scripturas computasse librum *Iudith*, à Lutheranis jam expunctum, testatur Hieronymus hisce verbis: [I] „Hunc librum (*Iudith*) Synodus Nicena in numero sanctarum Scripturarum legitur computasse". Ex quo & hoc conficitur, penes Ecclesiasticas Synodos ab antiquo fuisse jus constituendi canonem sacrorum voluminum: ut proinde ridiculè & insulsè scribat Brentius, *Non ignoro quid factum sit: illud autem quæro, num iure factum sit?* Verùm quia de canone divinarum Scripturarum innumeri Scholastici & Controvertistæ largiter & accuratè contra modernos Sectarios disseruerunt, superfluum foret huic serræ reciprocandæ diutiùs immorari. Videri signanter possunt Jodocus Coccius in Thesauro Catholico Tomo 1. lib. 6. ar. 4. & seqq. item Cardinalis Hosius in Confutatione Prolegomenon Brentij lib. 3. de authoritate sacræ Scripturæ: item Cardinalis Bellarminus lib. 1. de Verbo Dei cap. 4. & seqq. item Serarius, Bonfrerius, & Marius in suis respectivè Prolegomenis Bibliacis: item Petrus à Soto in Confessione Catholica cap. de sacra Scriptura, & in Defensione ejusdem Confessionis P. 1. cap. 48. & aliquot sequentibus: & p. 2. cap. 35. & sequentibus: item Melchior Canus lib. 2. de Locis Theologicis cap. 7. & sequentibus; item Ioannes Driedo lib. 1. de sacra Scriptura, per totum: item Sixtus Senensis in Bibliotheca sancta lib. 1. 7. & 8. Notatu quoque dignum est, Lutheranis non solùm Catholicos plenè hac in re adversari, sed etiam hæreticos Sacramentarios, ipsumque Calvinum, saltem pro parte: Nam etsi eis consentiant quoad canonem librorum Veteris

Vide C... siod. l. 1. ... vin Insti... 13. & lib. 6. Orig... & Raba... 2. de In... Cleric. c...

I. Hier. Ep. CXI. sive Præfatio in Iudith

Brentius.

Coccius.

Hosius.

Bellarm. Serarius Bonfrer. Marius Pet. So...

Canus. Driedo.

Sixtus Senens.

teris

teris Testamenti, tamen quoad canonem Novi Testamenti eos deferunt, & Catholicis accedunt: prout observat Coccius Art. 4. mox memorato.

CXLV. Dicet fortè hic quispiam, Lutherani aliquos saltem libros utriusque Testamenti nobiscum pariter canonicos admittunt, omnes nimirum Protocanonicos, tametsi rejiciant deuterocanonicos. Quid igitur obstat quominùs cum eis ineatur à Catholicis disputatio, deprompris utrinque argumentis ex librorum eorum authoritate, quos utrique communiter pro canonicis suscipiunt ac suspiciunt? Hujus Objectionis solutio pendet ex dictis capite præcedenti: ubi ostensum est, Lutheranos non uti ulla stabili Bibliorum Versione nobiscum communi: & si forte in quibusdam periodis aut lacinijs consonet eorum Versio cum nostra, ne vel tunc quidem interpretatio eorum congruit cum nostra, in eis præsertim locis qui concernunt controversiam mutuam, vel ex quibus pendet controversia mutua. Rursus si super ipsa Versione vel interpretatione emergat inter disputantes nova controversia, nullum superent Principium, partibus commune, ad eam terminandum. Lutherani etenim recurrent finaliter ad privatum suum spiritum, Catholici ad communem Ecclesiæ traditionem & consensum. Et tunc revera experientur disputatores quàm verè ac sapienter dixerit Augustinus: k. Non „est luctandum cum hominibus, qui di„cunt: Non sapit palato meo, quod sape„re dicis tuo". Neque enim corporalem luctam intelligit ibi Augustinus, neque sensuale palatum, sed doctrinalem luctam, & intellectuale palatum. Ac per hoc Augustinus ijs verbis dissuadet disputationes cum eis qui diffident in primis Principijs, vel in eorundem intelligendorum regulis. Unde idem Augustinus ibidem superius lib. x i. cap. 2. aiebat Fausto, Scripturas ad suum arbitrium detorquenti ac dijudicanti: " Tu es ergo regula veritatis? „Quicquid contra te fuerit, non est verum"? Quæ verba non minùs profectò regeri possunt modernis Sectarijs spiritum privatum obtendentibus, quàm veteribus Manichæis Scripturas suo pede metientibus. Ex quo patet, quàm frivolè à Protestantibus improperetur Catholicis, quòd Verbum Dei substernant pedibus hominum: cùm ipsi illud substernant pedibus suis, qui nonnisi homines sunt: l. Judicet æquus Lector (ait Cardinalis Hosius) „uter de Scriptura scribat reverentiùs, isne „qui vel recipit vel rejicit quosvis libros ca„nonicos arbitratu suo; an is qui recipit om„nes, quos à Spiritu Sancto editos Ec„clesia recipit ac veneratur; qui non sequitur „hac in re spiritum suum, quod faciunt insi„pientes Prophetæ, sed Ecclesiæ Spiritum „sequitur; & quos illa canonicos esse quocun„que tandem tempore judicavit, eos pro ca„nonicis recipit. Nam etsi de nonnullis du„bitatum fuit aliquando, num ideò dubitari „perpetuò debet? Dubitavit enim Thomas „de Christi resurrectione, num in hac sua du„bitatione permanere nihilominùs debuit, „etiam postquam suas illi cicatrices Christus „ostendit? Sed sicut dubitatum est à Thoma, „ne dubitaretur à nobis: sic etiam de quibus„dam canonicæ Scripturæ libris dubitatum „aliquando fuit, ut per eorum, quorum in„tererat, præsertim verò Patrum in Concilio „congregatorum, sententiam, dubitationi „quandoque finis imponeretur. Ad hoc enim „Concilia congregantur, ut quibus de rebus „dubitatur, de ijs, quid pro certo teneri debeat, decernatur". Provocant quidem Lutherani specie tenùs ad Scripturam: sed dùm & canonem & interpretationem Scripturæ refundunt in suum spiritum, non tam ad Scripturam provocant, quàm ad suum spiritum. Quapropter non de nihilo scripsisse videtur idem Hosius in fine ejusdem libri: " Scriptura, „quomodo profertur à Catholicis, Verbum „est Dei; cui absit ut quidquam anteponen„dum putemus: quomodo profertur ab Hæ„reticis, verbum est diaboli. Nam sicut per „membra sua Christus, ita per membra sua „loquitur & diabolus: & sunt utrisque Scri„pturæ communes, quæ non in legendo, sed „in intelligendo consistunt: Omnes hæretici „(inquit Cyrillus) de Scriptura divinitùs „inspirata sui colligunt erroris occasiones; „ea quæ à Sancto Spiritu rectè dicta sunt, suâ „malitiâ corrumpentes, & super sua capita „flammam inextinguibilem excitantes. Quæ „verba & in septima Synodo proferuntur, & „est hæc Cyrilli Epistola Actis Synodi quoque Chalcedonensis inserta". Cùm igitur Lutherani, pro suo beneplacito, libros nonnullos è canone divinarum Scripturarum expungant; reliquos verò non ex Ecclesiæ traditione aut consensu, sed ex privati sui spiritus illusorio instinctu interpretandas esse mordicùs contendant, cæteros quoque Theologicos Locos proterviter spernant; nequaquam profectò disputationibus conveniendi, sed vel potestatibus legitimis coercendi; vel, si id fieri nequeat, suis opinionibus sunt dimittendi: prout superiùs cap. 29. §. 94. ex Papa Leone, & adhuc superiùs cap. 21. §. 71. ex Augustino in simili memoravimus. Certè enim non minùs supervacua & inanis videtur disputatio cum eis ex Scripturis quas se profitentur admittere, quàm ex eis quas palam præsumunt rejicere: quia, ut ex Tertulliano retulimus cap. 20 § 66. *Tantum veritati obstrepit adulter sensus, quantum corruptor stylus.* Quapropter etiamsi Calvinistæ, seu Sacramentarii, pauciores

k. Aug. l. 22. cont. Fauft. cap. 55.

Vide Iren. lib. 3. c. 2.

l. Hosius in Confut. Prolegom. Brentij l. 3. de Scriptura Sacra.

Vide Cyrill. Alex. Epistola 28.

ciores è canone libros expungant, quàm Lutherani; non tamen capaciores sunt disputationis, quàm Lutherani: quia eorum librorum pervertunt sensum, quorum retinent textum.

CXLVI. Quamvis Lutherani persuadere nitantur, se libros Scripturæ, quos pro canonicis habent, summoperè venerari; nescio tamen quomodò fieri possit ut & Lutherum sequantur, & eos libros venerentur. Primi enim inter protocanonicos sunt libri Moysaici, Pentateucho comprehensi. Audi verò quid Lutherus de his, & eorum authore, suadeat Lectori suo: M. *Vide* (ait ille) *ut sis prudens, & Moysen cum sua lege quàm longissimè amoliri, & in malam partem abire iubeas: neque quidquam illius terrore ac minis movearis, sed suspectum eum habeto ut pessimum hæreticum, anathematizatum & condemnatum hominem, multòq; deteriorem Papâ, ipsoq; diabolo.* Et rursùs in Colloquiis Convivalibus cap. De Lege & Euangelio: *Moysen* (inquit) *cum sua Lege non suscipiam: nam hostis Christi est. Si mecum ad iudicium accesserit, ejiciam eum in nomine Dei, & dicam: Hic Christus stet.* Et in caput 5. ad Galatas: *Nos prorsùs nec debemus nec volumus pati, vel unicam Moysis Legem, aut unicum Præceptum cervicibus nostris imponi.* Et ne fortè quis putaret eum loqui de cæremonialibus duntaxat aut judicialibus præceptis, non etiam de naturalibus Decalogo comprehensis, ait rursùs ibidem: *Omninò manifestum est, Iudæis tantùm, non nobis, data esse decem Præcepta.* Et in Colloq. Isleb. de Fanaticis: *Tollantur* (inquit) *de medio decem Præcepta Dei, & cessabunt omnes hæreses. Nam decem Præcepta sunt fons, ex quo velut ex scaturigine hæreses omnes emanant.* Ita egregius Libertinus, sub prætextu libertatis Christianæ, non modò humanas, sed divinas quoque & quidem Juris naturæ leges eliminat. Nam de humanis Legibus aperta est illa ejus sententia lib. de captivitate Babylonica: *Neque Papa, neque Episcopus,* NEQUE ULLUS HOMINUM *habet ius unius Syllabæ constituendæ super Christianum hominem, nisi id fiat eiusdem consensu. Quicquid aliter fit, tyrannico spiritu fit.* Sed qui Pentateuchum Moysaicum tam contemptim habet, forsan Tetrateuchum Euangelicum venerabiliter suspicit? Non hoc sanè indicat primum ejus Proœmium in Editionem suam Novi Testamenti, cujus contentum huc spectans repetit & approbat in posteriori Proœmio, hisce verbis: *Non immeritò admonui in Prologo Novi testamenti Lectores, ut hanc falsam aboleant opinionem, quòd scilicet quatuor sint Euangelia, & quatuor tantùm Euangelistæ: dixi autem Ioannis Euangelium esse unicum, pulchrum, verum, ac principale Euangelium; aliisque tribus longè lateq; præferendum & anteponendum: adeoque ut etiam Pauli ac Petri Epistolæ longè præcedant tria illa Euangelia, Matthæi, Marci, ac Lucæ.* Quid jam ab eo expectandum de reliquis protocanonicis libris, qui Pentateuchum Moysaicum & tres solidas partes Tetrateuchi Euangelici incessit? Planè id quod ipsemet aperuit in Commentario super caput 3. ad Galatas, nihil nimirum eum curare Scripturam, quandoquidem ipse nitatur Christo, qui Dominus est ipsius etiam Scripturę: *Tametsi Papistæ,* ait ipse ibi, *ingentem cumulum locorum Scripturæ afferant, in quibus bona opera præcipiuntur,* EGO TAMEN NIHIL CVRO OMNIA DICTA SCRIPTVRÆ, SI ETIAM EIS ADHVC PLVRA AFFERRENTVR. *Tu Papista valdè quidem fastidis, & ferocem facis cum Scriptura: quæ tamen Christo, ut Domino, subest. Itaque nihil eâ re moveor. Age sanè, famulo nitere quantum voles: at ego nitor Christo, vero Magistro, Domino, & Imperatore Scripturæ. Huic ego assentior, & scio eum nihil mihi mentiturum, neque me in errorem inducturum esse. Illi honorem habere & credere malo, quàm ut omnibus dictis Scripturæ vel unguem latum à sententia me patiar dimoveri.* Sed fortè quia sacra Scriptura humano ministerio digesta est, Lutherus eam tam contemptim habet; non habiturus alioqui, si Angelico fuisset ministerio conscripta? Non hoc certè indicant ista ejus verba in libro contra falsò nominatum Ecclesiasticum statum: *Certus sum dogmata mea me habere de cælo. Non sinam vel vos* (Prælatos Ecclesiasticos alloquitur) *vel ipsos Angelos de cælo de mea doctrina iudicare. Cum enim certus de ea sim, per eam quoque & Vester, & Angelorum Iudex esse volo.* Sed quid si Christus ipse, cujus authoritate scilicet nisus Scripturam sibi refragantem spernit, ei refragaretur? Fortassis repeteret quod pridem evulgaverat in Disputatione de Deo, Thesi 18. *Nihil mirum, si Arius, Iudæus, Mahumetes, & totus mundus, negent Christum esse Deum.* Fortè demùm dicturus est, Christum fuisse non quidem Deum, sed excellentem tamen creaturam, non solùm hominibus sed & Angelis sublimiorem, potentiorem, veraciorem, sapientiorem? Non hoc sonant hæc ejus verba in caput 3. ad Galatas: *Omnes Prophetæ hoc in spiritu de Christo praviderunt, quòd Christus futurus esset omnium maximus latro, homicida, fur, sacrilegus, blasphemus.* Profectò enim si talis à Prophetis prævisus fuerat, necesse est ut & talis reapse fuerit, nisi Prophetæ ea in re fa[illegible] aut fallaces fuerint. Et certè non rectè de Christi divinitate sensisse Lutherum, innuit ipse in Confutatione rationis Latomianæ, hisce verbis: *Quòd si odit anima mea vocem* HOMOUSION, *& nolim eâ uti, non ero hæreticus. Quis enim me coget uti?* Quòd si opponas authoritatem Synodi œcumenicæ Nicenæ, cui Spiritum Sanctum adstitisse persuasum habent orthodoxi, quæ vocem illam approbavit, & Symbolo fidei inseruit: respondebit Tomo 7. Germanicæ editionis

M. Luth. in cap. 4. ad Galat.

editionis Wittenbergensis fol. 262. *Inter maxima Christianitatis mala, numeranda est illa perniciosissima & abominabilis opinio, quâ putantur Concilia Spiritum Sanctum habere.* Occasione præmissorum venit mihi in mentem tragica historiola, quam de quodam Monacho sibi noto refert Dorotheus Archimandrita: N Memini (inquiens) „ vidisse me aliquando hominem, qui in hanc „ miserrimam conditionem decidisset: Initio „ quidem si quis è Fratribus locutus quidpiam „ fuisset in alterius commendationem & lau- „ dem, statim illum spernebat, & quasi con- „ spuebat dicens: *Quis est ille? Non est alius qui* „ *aliquid valeat, præter Zosimam, & qui cum eo* „ *sunt*. Post cœpit & hos contemnere ac dicere, „ *Neminem alicuius pretij esse, præter Macarium.* „ Et paulò post: *Quis*, ait *Macarius? Nullus est*, „ *præter Basilium, & Gregorium.* Atque etiam „ non multò pòst cœpit hos quoque pariter „ spernere, & nullum ullius pretii æstimare, *nisi* „ *Petrum & Paulum.* Cui ego prædixi, quod & „ evenit, fore ut hos quoque tempore contem- „ neret. Quod sanè factum est: nam eos sprevit, „ & *nihil esse in pretio, præter* Trinitatem, asserere „ cæpit. Statimque in Deum quoque, factus insolentior intumuit". Conferat Lector ea quæ de miserabili isto Monacho, gradatim in pejus proficiente, Dorotheus memorat; cum iis, quæ partim hìc proximè, partim superiùs toto capite XVI. à nobis de Luthero item Monacho memorata fuerunt: & facilè deprehendet, non minùs, imò verò etiam magis in Luthero quàm in illo Dorotheano Monacho verificari Apostolicum illud vaticinium: *Mali homines, & seductores, proficient in peius: errantes, & in errorem mittentes.* An Dorotheanus ille Monachus alios in errorem miserit, nescio: ipsum tamen errasse, ac seipsum seduxisse, atque in pejus gradatim profecisse, haud dubium est. Nihil horum Luthero defuit: cui & illud præterea accessit, quòd ingentem hominum multitudinem indubitanter seduxerit, & errorum laqueis penè inextricabiliter implicuerit. Sed vide justissimam divinæ animadversionis retributionem. Seducti per Lutherum levavere calcaneum adversùs seductorem: & quemadmodum ipse contra Ecclesiam obtendit dictamen spiritûs sui, ita & ipsi contra ipsum obtenderunt ductum spiritûs sui: O. *Non vides*, ait ipse id expertus, *durissimam plagam Dei, quâ nos punit per innumeros falsos fratres, & Sectas, quas nobis undique immittit? qui tam securè prædicant, perinde ac si Spiritum Sanctum penitùs devoraverint.* Et rursùs in Epistola ad Antuerpienses Tomo 2. German. Ien. fol. 101. *Tot inter nos*, inquit, *Religiones sunt, quot homines. Nec asinorum quisquam est tam hebes & vecors, qui insomnia proprij capitis, & propriam opinionem, pro instinctu Spiritûs sancti, & seipsum Prophetam haberi nolit.* Hoc quippe consentaneum fuit Principiis per Lutherum traditis, ut quisque sibi credendi dux, quisque sibi author existeret: Spiritui Ecclesiæ spiritum suum privatum opponeret, ac Doctores omnes præ se uno ac solo contemneret: P. Mentior (aiebat olim de hæreticis Tertul- „ lianus) si non etiam à regulis suis variant „ inter se, dum unusquisque perinde arbitrio „ suo modulatur quæ accepit, quemadmodum „ de suo arbitrio ea composuit ille qui tradi- „ dit. Idem licuit Valentinianis (*Lutheranis*) „ quod Valentino (*Luthero*) idem Marcioni- „ tis, quod Marcioni, de arbitrio suo fidem „ innovare. Denique penitùs inspectæ hæreses „ omnes, in multis cum authoribus suis dissentientes deprehenduntur". Quanquam verò in multis discipuli à Magistro Luthero dissentiant, in hoc tamē passim omnes tā cum ipso quàm secum ipsi consentiunt, quòd libros aliquot sacros, etsi non eosdem universi, pro suo arbitrio de canone expungant, & eos quos retinent pro suo arbitrio in sensus sibi arridentes detorqueant, Ecclesiæ magisterium despiciant, quisque sibi Magister existat. Orthodoxi autem, eos omnes & solos libros pro sacris & canonicis habent, quos Ecclesia Catholica, tanquam fidissima custos veritatis sibi concreditæ & apud se depositæ, pro talibus habendos proponit: Nec inter Protocanonicos & deuterocanonicos, quantùm ad sanctitatem vel authoritatem attinet, discernunt; sed universos, Canoni quovis tempore insertos, pari veneratione suscipiunt ac suspiciunt: Heterodoxos eâ sacrorum voluminum divisione abutentes monent vitandos, optant sanandos. Et quod Augustinus de libro Actuum Apostolorum à Manichæis repudiato dicebat, hoc quisque ipsorum de unoquoque libro in canonem recepto dicere non dubitat, nimirum: Q. Huic libro ne- „ cesse est me credere, si credo Euangelio: „ quoniam utramque Scripturam similiter mihi Catholica commendat authoritas".

N Doroth. Archimand. doctrin. 1. de Renun. [illegible]

2. Tim. 3.

O Luth. Ser. Hierusal.

P. Tertull. lib. de Præscrip. c. 42.

Q. August. lib. cont. Epist. Fundamenti cap. 5. Vide supra § 67.

CAPUT XLVI.

Quæ causa Lutheranos impulerit ad expungendum è canone Biblico deuterocanonicos utriusque Testamenti Libros? Hæreticis familiare est repudiare Scripturas, per quas revincuntur; vel saltem eas ita depravare aut detorquere, ut omnem efficaciam redarguendi ipsorum contumaciam amittant. Naturale est odisse, quem timeas; & quem timueris, infestare, si possis. Irascuntur contumaces ipsi veritati, siquando adversus suam apparuerit voluntatem. Comparantur Lutherani ex una parte Manichæis, ex altera Priscillianistis: ex una item parte Marcionistis, ex altera Valentinianis. Plus plerunque periculi est in insidiatore occulto, quàm in hoste manifesto. Recensentur varia dogmata in libris deuterocanonicis singulatim expressa, Lutheranicis paradoxis adversa: unde concludatur, libros istos idcircò à Lutheranis respui, quòd nimis indissimulabiliter suis erroribus contraveniant.

CXLVII. NUnc indagandum est penitiùs, quænam causa impulerit Lutherum & suos, ut *Deuterocanonicos* libros de canone exturbarent, non obstante pacificâ tot annorum, imò & sæculorum, possessione. Proculdubiò enim privatus ille spiritus, sive instinctus, quem jactant, non est prima vel fundamentalis ratio, ob quam libros illos rejiciunt; sed alia quæpiam sese præviè immiscet, cujus intuitu dictamen sui spiritûs inflectunt. Videndum proinde num hìc non habeat locum quod ait Tertullianus: [R] Variæ præsumptiones necessariò nolunt agnoscere ea, per quæ revincuntur": & quod item de veteribus Gnosticis ait Irenæus: [S] Cùm ex Scripturis arguuntur, in accusatio-„nem convertuntur ipsarum Scripturarum, „quasi non rectè habeant, neque sint ex authoritate". Audivimus superiùs Lutherum profitentem, *Se nullum sine cui æquè infestus ipse sit, ac Hieronymo*: & continuò pro ratione subdentem, *Nam tantùm scribit de ieiunio, ciborum delectu, virginitate* &c. Hoc igitur est quod Luthero Hieronymum tantoperè exosum reddidit, quòd nimirum *de ieiunio, ciborum delectu, virginitate*, expressiùs fortè cæteris, adversùs Lutheri dogmata scripserit. Quapropter si in sacris illis libris, quos Lutherus de canone exturbat, quædam reperiantur, quæ Lutheri paradoxa patentiùs & potentiùs evertant; mirum non est, si ipse eos de canone divinarum Scripturarum resecuerit, ob eandem scilicet causam qua Hieronymum è numero Patrum expunxit: [T] Naturale est (ait Minutius) „odisse, quem timeas: & quem metueris, infestare, si possis". Et Seneca: [V] Habet iracun-„dia hoc mali (inquit) non vult regi. Irascitur „veritati ipsi, si contra voluntatem suam ap-„paruerit: clamore, & tumultu, & totius cor-„poris jactatione, quos destinarit, insequitur; adjectis convitiis, maledictisque". Lutherus itaque, pravis suis opinionibus præoccupatus, vehementer excanduit in sacros illos codices, quibus eædem patentiùs evertuntur: malens utique illos exauthorare, quàm istas ad eorum normam reformare. Quam perversitatem in antiquis quibusdam hæreticis nonnemo culpans dicebat: [W] Præventus falsæ opinionis errore „humanus auditus, ad veri rationem perci-„piendam durus & perdifficilis invenitur, „quantiscunque testibus urgeatur. Mavult „enim pravi dogmatis sententiam, quâ semel „infectus est, perversus vindicare, quàm hanc „eandem tantis divinarum humanarumque le-„gum authoritatibus & rebus salubribus immutare". Magis modesti, etsi fortè non minùs molesti, fuere ij, quos insimulat Augustinus, cùm ait: [X] Si animum præoccupaverit alicujus „erroris opinio, quicquid aliter asseruerit Scri-„ptura, figuratum homines arbitrantur". Tales fuisse Priscillianistas indicat ipse lib. de Hæresibus ad Quodvultdeum cap. 70. quos asserit in hoc *Versutiores fuisse Manichæis*, quòd nihil Scripturarum canonicarum repudiarent, sed in suos sensus allegorizando verterent quicquid in eis errorem ipsorum everteret. Lutherani porrò non solùm sacrilegam Manichæorum audaciam, sed impiam quoque Priscillianistarum versutiam hæreditasse videntur. Quorum enim librorum catalogum retinent, eorum interpretationem pro libitu distorquent; imitantes in hoc Priscillianistas: salvo, quòd hi, spreto vel abdicato litterali proprioque sensu, allegoricum affingerent; ipsi verò etiam

R. Tertull. lib. de Præscript. c. 17.

S. Iren. l. 3. cap. 2.

Vide suprà cap. 43. §. 119.

T. Minutius in Octavio.

V. Seneca l. 1. de Ira c. 16.

W Vigi[l.] lib. 1. co[ntra] Eutych. init.

X Aug[ust.] lib. 3. Doct. C[hri]stiana c.

etiam litteralem à se confictum suis paradoxis velut congruum obtrudant. Quosdam denique libros de canone audacter abscindunt, quos scopo suo apertiùs præjudicare conspiciunt: imitantes in hoc Manichæos, quorum sacrilegum privilegium ex Augustino aliàs memoravimus. Pulchrè & appositè Tertullianus : [Y] Quibus fuit propositum aliter docendi (in- „ quit)eos necessitas compulit aliter disponen- „ di instrumenta doctrinæ. Aliàs enim non „ potuissent aliter docere, nisi aliter haberent „ per quæ docerent hæresim. Sicut illis non „ potuisset succedere corruptela doctrinæ, sine „ corruptela instrumentorum ejus : ita & no- „ bis integritas doctrinæ non competisset, „ sine integritate eorum per quæ doctrina tra- „ ctatur". Et pauculis interpositis ibidem inferiùs, comparans corruptores Scripturistici sensus, cum perversis litteræ integræ interpretatoribus: " Alius manu Scripturas(subdit) „ alius sensu expositiones intervertit. Neque „ enim si Valentinus integro instrumento uti „ videtur, non callidiore ingenio quàm Mar- „ cion, manus intulit veritati. Marcion enim „ exertè & palàm machæra, non stylo usus „ est; quoniam ad materiam suam, cædem „ Scripturarum confecit. Valentinus autem „ pepercit; quoniam non ad materiam Scri- „ pturas, sed materiam ad Scripturas excogi- „ tavit: Et tamen plus abstulit, & plus ad- „ jecit; auferens proprietates singulorum quo- „ que verborum,& adjiciens dispositiones non comparentium rerum". Quamvis ergo Lutherani videantur audaciores, dum Marcionistarum & Manichæorum more, libros quosdam sacros,tanquam apocryphos resecant: versutiores tamen sunt & periculosiores, dum Valentinianorum, & Priscillianistarum more, eorum librorum,quos suscipere se profitentur, intelligentiam depravant : [Z] Plus plerunque periculi „ est(inquit Leo Papa) in insidiatore occulto, quàm in hoste manifesto".Et Aurelius Cassiodorus : [A] Gravissimum(inquit) inimicitiæ ge- „ nus est,esse corde adversarios,& linguâ simulare devotos". Et Cicero in Verrem: "Tacitæ „ inimicitiæ (inquit) magis metuendæ sunt, quàm indictæ & apertæ". Et hinc est quòd superiori capite scripserimus,nequidem ex protocanonicis libris ineundam esse cum Lutheranis disputationem: nam eorum librorum depravant sensum, quorum se profitentur suscipere textum. Et quid dico, *Sensum*? Etiam ipsum textum suis translationibus mutant, non in melius, sed in pejus, prout suo scopo magis congruere censent : quemadmodùm cap. 44 §. 142. visum est. Imò verò in ipsos libros furibundè interdum Lutherus despuit, sicut de Pentateucho Moysaico & Tetrateucho Euangelico jam superiori capite prodidimus: & de Ecclesiaste similiter patet ex his

Vide suprà cap. 45. §. 144.

Y. Tertul. lib. de Præs. cap. 38.

Z Leo Ser. 4. de Quadrag. c. 1.

A Cassiod. in Psal. 54.

Cicero.

Lutheri de eo verbis : [B] *Hic liber non est perfectus: multa abrepta sunt : neque ocreis, neque calcaribus indutus est : hoc est, nullam habet perfectam sententiam : equitat in arundine longa, sicut ego dum essem Monachus in Monasterio.*

CXLVIII. Jam de deuterocanonicis libris singulatim videamus ; & cur Lutheranis displiceant particulariùs inquiramus. Ac inprimis de libris *Judith*, & *Tobiæ*, sic censet Lutherus: [C] JUDITH *mihi videtur esse tragœdia, in qua finis describitur tyrannorum* : TOBIAS *verò comœdia, quæ de mulieribus loquitur. Doctor Jonas cùm* TOBIAM *transtulisset, scriptum translatum afferens dixit, permulta stulta esse in eo libro, præcipuè de tribus noctibus : & iecinore piscis assato, quo diabolus fugatus sit. Respondit Martinus Lutherus : Est Poëma Iudaicum : Diabolus acerrimus hostis non tam facile fugatur.* Hujus censuræ caussa vera, tametsi alia prætexatur, hæc fuisse videtur, quòd in utroque isto libro quædam commendentur, quæ Lutheranorum placitis adversantur : in *Judith* nimirum quòd *Ieiunaverit omnibus diebus vitæ suæ, præter Sabbata, & neomenias,& festa domus Israel.* Item quòd *Non cognoverit virum omnibus diebus vitæ suæ, ex quo defunctus est Manasses vir eius.* Denique quòd finalibus verbis totius libri legatur : *Dies victoriæ huius festivitatis, ab Hebræis in numero sanctorum dierum accipitur, & colitur à Iudæis ex illo tempore usque in præsentem diem.* Displicet inprimis Luthero jejunium, qui in libro adversus Catharinum scribit, quòd *Ieiunare, quia bonum opus sit hoc die ieiunasse,isto vel isto cibo abstinuisse,quo cælum mereamur : quid hoc aliud, quàm impia facies Antichristi est?* Castitas item illa vidualis, quæ in Juditha laudatur, Luthero vehementer improbatur, qui in eodem libro adversùs Catharinum ait : *Decima facies Antichristi est insignis ille cælibatus & castitatis monasticæ multitudo, planè Angelica facies, sed diaboli res.* Et de vitâ conjugali : *Quod scriptum est*, Crescite & multiplicamini, *Non est præceptum, sed plusquam præceptum, quod nos non possumus impedire vel prætermittere ; & perinde necessarium est ac edere, bibere, purgare, expuere,dormire, & vigilare. Sicut in mea potestate non est, quo minus sim mas ; ita minimè situm in me est, ut sine muliere sim.* Ob eandem itaque caussam Lutherus reprobat librum Judith & authorem ejus,ob quam profitetur se infestum esse supra alios Hieronymo, scribenti *de ieiunio, ciborum delectu, virginitate.* De quo item Hieronymo ait in Colloquiis Germanicis cap. de Vita conjugali : *Sanctus Hieronymus scribit de tentationibus carnis. Parva res est: uxor domi detenta facilè huic morbo mederi potest. Eustochia hac in re potuisset Hieronymo auxilio venire. Quale enim quæso est, quòd coniugium prohibet ac damnat, quod omninò est naturalis iuris? Tale profectò est, ac si quis prohiberet, ne cibum potumq; sumamus.* Ex Lutheri igitur sententia non

B. Luther. l. 2 Colloquior. latin. c. de Vet. Test. ap d Rebenstock

C. Luther. apud Cocleum to. 1. l. 6 ar. 13.

Iud. 8. 6.

Iud. 13 26.

Ibid v. 31.

Lutherus.

Gen 1. 28.

Vide suprà c. 43. §. 134.

debuit laudari Juditha ob custodiam castitatis vidualis, sed culpari potiùs ob violationem juris naturalis. Displicet prætereà Lutheranis illa institutio diei festi, in libro Judith ad calcem memorata. Vident enim consequens esse ut si Judæorum Synagoga citra speciale Dei mandatum potuerit instituere novam festivitatem, etiam Christiana Ecclesia simili vel potiori jure idem possit. Quod invitissimè admittunt, præsertim cùm ipsorum Patriarcha Luthe-
Vide suprà c.45.§.146. rus præfidenter asseveret, *Nec Papam, nec Episcopum, nec ullum omninò hominem habere ius constituendi unam syllabam super homine Christiano, sine eius consensu.* Atque ob hanc eandem causam displicet Lutheranis liber *Hesther*: quia nimirum ibi constituuntur citra speciale Dei mandatum certi dies festivè celebrandi, de quibus
Esth. 10.13. ibi scriptum est: *Observabuntur dies in mense Adar, quartadecima & quintadecima die eiusdem mensis, cum omni studio & gaudio in unum cœtum populi congregati, in cunctas deinceps generationes populi Israël.* Eandem rursùs ob causam displi-
1.Mac.4.59. cent eis libri Machabæorum, in quibus *Ecclesia Israël* legitur *statuisse ut agatur dies dedicationis altaris in temporibus suis, ab anno in annum, per octo dies.* Sed nec minùs eis in eisdem Ma-
2.Mach. 12. 43. chabæorum libris displicet *Oblatio sacrificij pro peccatis mortuorum.* Et vide quantoperè displicuerint Luthero Machabæorum & Estheris volumina. Sic enim de ipso legitur in Colloquiis Germanicis cap. de Sacra Scriptura: *Cùm Machabæorum librum corrigeret, dixit: Ego isti libro, & libro Esther, adeò sum infensus; ut optarem neutrum eorum extare. Nimium enim iudaizant, & multa referunt quæ Gentilium superstitionem sapiunt.* Dixerat item Articulo 37. per Leonem X. damnato, *Purgatorium non posse probari ex Scriptura sacra, quæ sit in canone.* Cùmque in Assertione Articulorum suorum pervenisset ad istum Articulum vindicandum, & quædam sibi Psalmographi & Pauli loca ex Catholicorum persona objecisset: *Vnum locum habent,* subdidit, 2. *Machabæorum* 12. *usitatum. Quem librum dixi, sicut adhuc dico, non esse in hac re ullius authoritatis.* Ecce quemadmodum imitetur eos de quibus Irenæum suprà hîc §. 147.
Irenæus. audivimus dicentem: *Cùm ex Scripturis arguuntur, in accusationem convertuntur ipsarum Scripturarum: quasi non rectè habeant, neque sint ex authoritate.* Sed nimirum Lutherus, quamvis Machabæorum libros eo inter alios prætextu repudiet, quòd *nimium iudaizent*: super eorum tamen authoritate mavult ipse judaizare, quàm
D. August. lib. 18. de Civit. c. 36. Vide lib. 2. cont. Gaudent. c. 31. Christi Ecclesiam sequi: D. Machabæorum „ libros (ait Augustinus) non Judæi, sed Ecclesia pro canonicis habet". Alibi rursùs idem Augustinus eorundem librorum authoritatem adducit, ad astruendam oblationem sa-
E Id lib. de Cura pro mortuis c.1 crificii pro mortuis: E. In Machabæorum li„ bris (inquiens) legimus *Oblatum pro mortuis* „ *sacrificium.* Sed etsi nusquam in Scripturis 2. Mac. 43.
„ veteribus omninò legeretur, non parva tamen „ est universæ Ecclesiæ, quæ in hac consuetu„ dine claret, authoritas: ubi in precibus Sa„ cerdotis, quæ Domino Deo ad ejus altare „ funduntur, locum suum habet etiam commendatio mortuorum". Unde & in Enchiridio cap. 110. ait: " Neque negandum est, de„ functorum animas pietate suorum viventium „ relevari, cùm pro illis sacrificium Mediatoris „ offertur, vel eleëmosynæ in Ecclesia fiunt". Atque ut noverint Lutherani quantâ cum certitudine id senserit ac tradiderit Augustinus, advertant ad hæc ejus verba Serm. 32. de verbis Apostoli: " Orationibus sanctæ Ecclesiæ, „ & sacrificio salutari, & eleëmosynis quæ pro „ eorum spiritibus erogantur, NON EST DVBITANDVM MORTVOS ADIVVARI". Ad quod probandum non expressè ibi adducit testimonium ex libris Machabæorum, sed sufficit ei authoritas Ecclesiæ, quæ pro canonicis habet libros Machabæorum: " Hoc enim (sub„ dit) à Patribus traditum VNIVERSA OBSER„ VAT ECCLESIA, ut pro eis qui in corporis „ & sanguinis Christi communione defuncti „ sunt, cùm ad ipsum sacrificium loco suo com„ memorantur, oretur; ac pro illis quoque id offerri commemorentur". Quam regulam arguendi ex Ecclesiæ authoritate, tanti ipse facit, ut non vereatur alibi generaliter de moribus in Ecclesia observari solitis scribere:
F. Si quid horum tota per Orbem frequentat F. Id. 118. c
„ Ecclesia, quin ita faciendum sit, disputare, INSOLENTISSIMÆ INSANIÆ EST". Quam notam si Lutherani præcavere voluissent, nunquam unius Apostatæ authoritatem, authoritati Ecclesiæ prætulissent: nunquam prædictos libros, *Iudith, Esther, Machabæorum*, ab Ecclesia in canonem receptos, extra canonem cum Judæis ejecissent: nunquam oblationem sacrificii pro mortuis, custodiam castitatis, cibariam parcitatem ex voto vel præcepto susceptam improbassent: nunquam festivitates ab Ecclesia indictas profanare statuissent: nec Lutherum sibi insonantem audissent, G. *Omnium* G. Lut de Fest Miss.
Sanctorum Festa prorsùs abroganda putamus. Multò minùs huic ejusdem blasphemiæ auscultassent: H *Duodecima facies Antichristi est festorum* H. Idem cont. tharin.
dierum observatio; cùm omnes dies liberi sint, & ad feriandum & ad laborandum. Sed quid in libro *Tobiæ* peculiariter displicuit Luthero cum suis Gregalibus? Inprimis illud, quod in commendationem senioris Tobiæ scriptum ibi est: *Pergebat in Hierusalem ad templum Domini* Tob. 1.
&c. Hoc quippe pessimè quadrat cum Lutheri dogmatibus, quorum illud unum est:
I. *Vndecima Antichristi facies est, Reliquiarum veneratio: bella quidem, & lucri feracissima. Hinc excogitatæ PEREGRINATIONES innumeræ, quibus stultum vulgus operam, pecuniam, & tempus perderet:* I. Ibid.

perderet : cùm domus sua interim vel impiè curam
negligit, relictis uxoribus & filijs, contra manda-
tum Dei ; vel incomparabiliter meliora operari po-
tuisset erga proximum suum. Secundò displicuit,
Sir.2.13. quod ibidem de eodem legitur : *Ab infantia*
sua semper Deum timuit, & mandata eius custo-
divit. Hoc enim stare nequit cum eo quod in
Confutatione Latomianæ rationis ait Luthe-
rus : *Tot Scripturæ testimonia probant mandatum*
esse nobis impossibile, ut nihil sit manifestius. Item
in Responsione ad Dialogum Sylvestri : *Non*
possumus in hac vita mandata Dei implere. Ter-
tiò displicuit quod de seipsa ibi profitetur
Sara, junioris Tobiæ postmodùm uxor, di-
Tob.3.16. dens Deo : *Tu scis Domine, quia nunquam con-*
cupivi virum, & mundam servavi animam meam
ab omni concupiscentia. Hoc enim consistere non
potest cum doctrina Lutheri superiùs hìc re-
lata de necessitate rei maritalis, perinde ac
cibi vel potus. Qui rursùs in Sermone de tri-
bus Regibus ait : *Non minùs vires naturæ trans-*
greditur, hominem esse cælibem, quàm si nihil om-
ninò comederet vel biberet. Plura in eandem
rem scribit Epistola ad Wolfgangum Reissen-
busch.

CXLIX. Percurramus reliquos Scripturæ
libros, à Lutheranis de canone exturbatos.
K.Aug. lib. de Prædest. Sanct. c.14. Ubi inprimis occurrit liber Sapientiæ : [K] qui
„ (teste Augustino) meruit in Ecclesia Chri-
„ sti, de gradu Lectorum Ecclesiæ Christi,
„ tam longâ annositate recitari ; & ab omni-
„ bus Christianis, ab Episcopis usque ad ex-
„ tremos laicos, fideles, pœnitentes, cate-
„ chumenos, cum veneratione divinæ autho-
ritatis audiri". Sed non meruit cum tali ve-
neratione à Lutheranis in fine jam sæculo-
rum audiri. Displicuit enim eis quod ibi scri-
Sap.5.16. ptum est de Justis, *Apud Dominum est merces eo-*
rum. Merces quippe correlativè respondet
Merito : quod usqueadeò odiosum est Lu-
theranis, ut ipsorum Patriarcha Articulo 454.
Lutherus. Vide ib Art. 266. 267. 446. 448. 456. 457. inter 500. dicat : *Ego certè, si cælum viderem*
apertum, & possem illud levatione unius festucæ pro-
mereri, nollem tamen facere : ne ausim dicere,
Ecce promerui. Hinc mirum non est, odiosum
eisdem esse *Ecclesiasticum*, in quo scriptum est:
Eccli.16.15. *Omnis misericordia faciet locum unicuique secundùm*
MERITUM OPERUM SUORUM. Et in quo item
contra Articulum 36. Lutheri à Leone X.
damnatum, astruitur liberum hominis arbi-
Eccli.15.16. & seqq. trium, cui dicitur : *Si volueris mandata serva-*
re, conservabunt te, & in perpetuum fidem placi-
tam facere. Apposui tibi aquam & ignem, ad quod
volueris porrige manum tuam. Ante hominem vita
& mors, bonum & malum : quod placuerit ei, da-
bitur illi. Quæ verba cùm præmisisset alicubi
L. Aug. de Grat. & lib. Arb. cap. 2. Augustinus, subjunxit continuò : [L] "Ecce
„ apertissimè videmus expressum liberum hu-
manæ voluntatis arbitrium" Hæc ergo aper-
tissima expressio libertatis humani arbitrij ac-
cendit Lutheranorum furorem in *Ecclesiasti-*
cum : quia nimirum conformiter ad Bullam
Leonis X. evertit Articulum istum Lutheri,
ordine 36. inter damnatos : *Liberum arbitrium*
post peccatum res est de solo titulo : & dum facit quod
in se est, peccat mortaliter. Et hoc item Lutheri
dogma in Assertione ejusdem Articuli : *Vbi*
ergo est liberum arbitrium ? Figmentum est penitùs.
Et ibidem adhuc inferiùs : *Nulli est in manu sua*
quidpiam cogitare boni aut mali : sed omnia, ut
VVicleffi Articulus Constantiæ damnatus rectè docet,
de necessitate absoluta eveniunt. Quod & Poëta vo-
luit, quando dixit : Certâ stant omnia lege. Ve-
rùm quis non malit hìc audire *Ecclesiasticum*
& Leonem Papam, exprimentes commu-
nem sensum totius generis humani, quàm
Lutherum & Wicleffum cum insano Manichæo
refragantes communi sensui generis humani?
[M] Datum est animæ (inquit Augustinus) li- M.Aug. lib. de Quantit. animæ c.36.
„ berum arbitrium : quod qui NUGATORIIS
„ ratiocinationibus labefactare conantur, usque-
„ adeò COECI SUNT, ut ne ista ipsa quidem
„ VANA atque SACRILEGA propriâ voluntate
se dicere intelligant". Et lib. de vera Religi-
one cap. 14. Defectus iste (inquit) qui pec-
„ catum vocatur, si tanquam febris invitum oc-
„ cuparet, rectè injusta pæna videretur, quæ
„ peccantem consequitur, & quæ damnatio
„ nuncupatur. Nunc verò, usque adeò pecca-
„ tum voluntarium est malum, ut nullo modo
„ sit peccatum, si non sit voluntarium. Et
„ hoc quidem ita manifestum est, ut nulla
„ hinc doctorum paucitas, nulla indoctorum
„ turba dissentiat. Quare, aut negandum est
„ peccatum committi, aut fatendum est vo-
„ luntate committi. Non autem rectè negat
„ peccasse animam, qui & pænitendo eam cor-
„ rigi fatetur, & veniam pœnitenti dari, &
„ perseverantem in peccatis justa Dei lege
„ damnari. Postremò, si non voluntate male
„ facimus, nemo objurgandus est omninò,
„ aut monendus. Quibus sublatis, Christiana
„ lex & disciplina omnis Religionis auferatur
„ necesse est. Voluntate ergo peccatur. Et
„ quoniam peccari dubium non est, nec hoc
„ quidem dubitandum video, HABERE ANI-
„ MAS LIBERVM VOLVNTATIS ARBITRI-
VM". Et lib. de Duabus animabus contra
Manichæos, postquam toto capite 10. idipsum
operosè probasset, subdidit mox cap. XI. "Pec-
„ catum est voluntas retinendi vel consequendi
„ quod justitia vetat, & VNDE LIBERVM EST
„ ABSTINERE. Quanquam si liberum non est,
„ non est voluntas : sed malui crassiùs quàm
„ scrupulosiùs definire eam rem. Nec hìc libri
„ obscuri mihi scrutandi erant unde discerem,
„ neminem vituperatione suppliciove dignum,
„ qui aut id velit quod justitia velle non pro-
„ hibet, aut ID NON FACIAT QVOD FACERE
„ NON POTEST. Nonne ista cantant & in mon-

„ tibus Pastores, & in theatris Poëtæ, & in-
„ docti in circulis, & docti in bibliothecis,
„ & Magistri in Scholis, & Antistites in sacris,
„ & IN ORBE TERRARVM GENVS HVMANVM"?
Ecce quot suffragatores habet *Ecclesiasticus* quoad eam clausulam ob quam respuitur potissimùm ac despuitur à Lutheranis! Sed quid eos offendit in libello *Baruch*, ut meruerit à Luthero hisce verbis flagellari: A· *Admodùm vilis est hic liber, quicunque demum Baruch iste est. Verisimile est, Hieremiæ ministrum, qui itidem Baruch dicebatur, maiorem ac sublimiorem, quàm hunc, habuisse spiritum*. Hoc inprimis offendisse videtur, quòd ibi toties inculcetur observatio mandatorum Dei, quam Lutherani censent impossibilem. Item quòd observantibus legem promittatur vita, violantibus intentetur mors: cùm dicitur: *Hic est liber mandatorum Dei, & lex quæ est in æternum: omnes qui tenent eam, pervenient ad vitam; qui autem dereliquerunt eam ad mortem. Convertere Iacob, & apprehende eam, ambula per viam ad splendorem eius contra lumen eius.* Quòd si objicias, observationem mandatorum indici etiam à Christo, sub promissione vitæ: ut cùm ait, *Si vis ad vitam ingredi serva mandata*: quænam verò sint ista mandata, particularius exprimit Marcus cap. 10. v. 19. & Lucas cap. 18. v. 20. qui singulatim ea ex Decalogo Moysaico commemorant. Respondebit Lutherus B· *Quando sic docetur: Fides iustificat quidem, sed simul servare oportet mandata Dei, quia scriptum est, SI VIS AD VITAM INGREDI, SERVA MANDATA: ibi statim Christus negatus est, & fides abolita: quia mandatis Dei sive legi tribuitur, quod est solius fidei.* Et hæc videtur esse ratio potissima ob quam Lutherus tres istos Euangelistas tantopere depresserit, prout suprà audivimus cap. præcedenti §. 146. Atque hinc facilè conijcitur cur de canone Scripturarum Novi Testamenti expungant Lutherani Epistolam ad Hebræos, & Apocalypsin, cum quinque Epistolis Apostolorum canonicis, cap. 45. §. 144. memoratis. In Epistola quippe ad Hebræos nimis apertè astruuntur merita bonorum operum, cùm dicitur: *Beneficentiæ & communionis nolite oblivisci: talibus enim hostijs promeretur Deus.* Quò spectat & illud ibidem superiùs: *Non est iniustus Deus, ut obliviscatur operis vestri.* Sed nec potest non displicere Libertinis illud ibidem: *Obedite Præpositis vestris, & subiacete eis.* Hoc quippe nimis patenter adversatur Articulo isti 27. Lutheri per Leonem X. damnato: *Certum est, in manu Ecclesiæ aut Papæ prorsùs non esse statuere Articulos fidei, imò nec leges morum, seu bonorum operum.* In Apocalysi supra modum eis displicet illud Christi: *Ecce venio cito, & MERCES MEA MECVM EST, reddere unicuique secundùm OPERA SVA.* Cur denique canonicas Apostolorum Epistolas jam mentionatas respuant, planum est: quia nimirum veterem Pseudoapostolorum hæresim, in ijs Epistolis ex professo refutatam, renovant; quâ prætenditur, fidem sine operibus sufficere ad salutem: C· Quoniam
„ hæc opinio (inquit Augustinus) tunc fuerat
„ exorta, Apostolicæ Epistolæ Petri, Ioannis,
„ Iacobi, Iudæ, contra eam maximè dirigunt
„ intentionem, ut vehementer astruant, FI-
„ DEM SINE OPERIBVS NIHIL PRODESSE". Quantâ porrò cum præfidentiâ Lutherus opinionem illam Pseudoapostolorum contra tam vehementem Apostolorum intentionem astruat, patet ex ejus verbis cap. 16. §. 55. in fine relatis. Quibus addenda sunt modò ista ejusdem verba: D· *Ego tibi dico, quia angusta est via, oportet te fieri tenuem, si vis per eam transire. Cæterùm qui operibus onerati sunt, sicut conchilibus videmus onustos S. Iacobi peregrinos, ij non potetunt penetrare.*

A. Luther. Præfat. German. in Baruch.

Bar. 4. 1. & 2.

Præoccupatio

Mat. 19. 17.

B. Luth. in c. 2. ad Galatas

Heb. 13. 16.

Heb. 6. 10.

Heb. 13. 17.

Apoc. 22. 12.

C. Aug. l. de Fide & operibus c. 14.

D. Luther. in illud, Sic Deus dilexit Mundum.

CAPUT

CAPUT XLVII.

Præmissâ recapitulatione dictorum super primo cardine, transitur ad secundum, in cohærentia Lutheranismi cum antiquis hæresibus consistentem. Argumentum Prosperi de Semipelagianis evincit denegandam esse disputationem Lutheranis. Non fuit data audientia aut disputandi copia Semipelagianis in Synodo Arausicana. Quid Arausicani Patres in causa Semipelagianorum præstiterint? Nonnulla de Euangelicorum *nomine perstringuntur.* Ludderi *nomen commutatum in* Lutherum, *uti* Manichæi *in* Mannichæum. *Dogma Lutheranorum de fide sine operibus salvante, in primitiva Ecclesia per Pseudoapostolos excogitatum, per Apostolos perimitur, & canonicis Epistolis confutatur.*

CL. DE primo cardine eorum quatuor, quos capite 41. recensuimus ac perpendendos suscepimus, satis jam per quinque præcedentia capita tractatum esse confidimus. Ostensum est enim Lutheranos universa Theologicarum disputationum Principia partim apertâ professione, partim occultâ insidiatione inficiari: adeòque in eos quadrare axioma istud tam verum quàm tritum: *Contra negantes Principia non est artifici disputandum.* Sequitur tractandus secundus cardo, consistens in cohærentia Lutheranæ hæreseos cum antiquis hæresibus ab Ecclesia debellatis, ac denuò per Lutherum & ejus Partiarios ex Orco resuscitatis. Ubi enim constiterit Lutheranorum dogmata non tam esse ipsorum, quàm veterum hæreticorum ab Ecclesia pridem contritorum, constabit pariter Lutheranos non esse ad novum certamen admittendos, sed ad veteres Sententias, Patriarchis ipsorum intimatas, remittendos. Unde cùm Beatus Prosper in libro adversùs Collatorem prolixo discursu deprehendisset, eundem Collatorem cum sibi cohærentibus non tam novella dogmata procudisse, quàm antiquatos jam Pelagianorum errores renovasse, conclusit ad extremum: [E] Non ergo cum istis novâ acie „ dimicandum est, nec quasi contra ignotos „ hostes specialia sunt ineunda certamina". Et continuò, quasi rationem hujusce suæ conclusionis assignans, subdidit: " Tunc „ istorum machinæ fractæ sunt, tunc in superbiæ socijs ac Principibus corruerunt, „ quando beatæ memoriæ Innocentius nefandi erroris capita Apostolico mucrone per„ cussit: quando Pelagium ad proferendum „ in se suosque Sententiam, Palæstinorum „ Episcoporum Synodus coarctavit: quando „ Africanorum Conciliorum Decretis beatæ „ recordationis Papa Zozimus Sententiæ suæ „ robur annexuit, & ad impiorum detruncati„onem gladio Petri dexteras omnium armavit Antistitum" &c. Nec est quòd prædictæ Beati Prosperi conclusioni objiciatur, Massilienses illos Pelagianismi renovatores, de quibus ibi sermo est, fuisse ad novam audientiam in Synodo secundâ Arausicanâ, post centum circiter exinde annos habitâ, admissos: ut proinde Ecclesia videatur suo facto regularem illam Prosperi conclusionem improbasse. Falsum namque est Massilienses fuisse in Arausicana Synodo auditos, sive ad audientiam admissos. Nihil enim aliud in eorum causa ibi actum est, quàm quòd Patres Synodales capitula quædam rectæ fidei, ab Apostolica sibi Sede transmissa, suis munita subscriptionibus publicaverint, & universis credenda suscipiendaque inculcaverint: [F] Cùm ad dedicationem „ Basilicæ (aiunt ipsi) quam illustrissimus „ Præfectus & Patricius, filius noster Libe„ rius, in Arausica civitate, fidelissimâ devo„ tione construxit, Deo propiciante, & ipso „ invitante, convenissemus; & de rebus, quæ „ ad Ecclesiasticam regulam pertinent, inter „ nos fuisset spiritualis oborta collatio: per„ venit ad nos, esse aliquos, qui de gratia & „ libero arbitrio minùs cautè, & non secun„ dùm fidei Catholicæ regulam, sentire velint. „ Unde & nobis, SECVNDVM AVTHORITATEM ET ADMONITIONEM SEDIS APOSTOLICÆ, justum & rationabile visum est, „ ut pauca capitula, AB APOSTOLICA NOBIS „ SEDE TRANSMISSA, quæ ab antiquis Patri„ bus de certis Scripturarum voluminibus in „ hac præcipuè causa sunt collecta, ad docen„ dos eos, qui aliter quàm oportet sentiunt, „ ab omnibus observanda PROFERRE, & mani„ bus nostris SVBSCRIBERE deberemus. Qui„ bus lectis, qui hucusque non sicut oporte„ bat de gratia & libero arbitrio credidit, ad „ ea quæ fidei Catholicæ conveniunt, animum suum inclinare non differat". Nulla hic mentio alicujus audientiæ erronibus concessæ, nulla dis-

[Margin notes: E. Prosp. supra hic c. 40. §. 111. — Præoccupatio. — F. Synod. Arausic. c. 1.]

disputationis cum eis habitæ, nulla collationis cum eis initæ. *Cùm* INTER NOS, inquiunt, *fuisset spiritualis oborta collatio.* Non aiunt, cùm inter Massilienses & nos: sed, *Cùm inter nos.* Non ergo cum dogmatistis disserebant, sed inter se conferebant. Nec aiunt, pervenerunt ad nos aliqui qui de gratia & libero arbitrio minùs cautè & non secundùm fidei Catholicæ regulam sentire velint: sed, *Pervenit ad nos, esse aliquos, qui de gratia* &c. Nec aiunt, secundùm authoritatem nostram: sed, *Secundùm authoritatem & admonitionem Sedis Apostolicæ*: Quia nimirum ea capitula non ab ipsis concepta, sed *ab Apostolica Sede ipsis* fuere *transmissa*. Unde non aiunt, visum est nobis capitula ab omnibus observanda procudere, vel condere; sed, *subscribere*, & *proferre*: hoc est, subscriptionibus nostris signata in publicum emittere. Nihil itaque in ista Synodo dictum aut gestum est contra regularem illam Prosperi conclusionem, *Non ergo cum istis novâ acie dimicandum est, nec quasi contra ignotos hostes specialia sunt ineunda certamina*: quia nimirum non tam nova dogmata procudebant, quàm pridem in aliis hæreticis damnata refovebant. Quod & ipse eis exprobrat alibi, ita canens:

G. Prof. l. de Ingrat. c. 4.

G. *Laudis amore, virtutum studium corrumpitur: atque ab honesto principio in vitium exitur plerumque tumoris: quo quidam inflantur nunc turpiter, atque* PEREMPTI DOGMATIS EXTINCTAS TENTANT ANIMARE FAVILLAS". Quid igitur restat, nisi ut in casum quo Lutherani non tam nova dogmata condunt, quàm peremptorum olim dogmatum favillas animare tentant; nos cum Prospero concludentes dicamus de eis: *Non ergo cum istis nova acie dimicandum est, nec quasi contra ignotos hostes specialia sunt ineunda certamina?*

CLI. Videamus jam utrum revera Lutheranorum dogmata noviter ab ipsis adinventa, an verò de veterum hæreticorum cœnosis lacunis hausta sint. Quòd si hoc postremum monstrari, & manifestum omnibus fieri potuerit: in hoc fine disputatione vincemus eos, quòd omnes Ecclesiæ cognoscent, quid sentiant. Sententias eorum prodidisse, superasse est. Patet primâ fronte blasphemia: nec necesse habet convinci, quod suâ statim professione blasphemum est. Quis enim suæ adeò salutis incurius esse velit, ut dogmata quæ cum tota Ecclesia in antiquis hæreticis, ipso etiam nomine horrendis, execratur; sub *Lutheranorum* novo vocabulo venditata deosculetur ac veneretur? Et quid dico, *Lutheranorum*? Etiam, *Reformatorum*? Etiam, quod alioqui blandissimè sonat, *Euangelicorum*? Sed ne vocabulorum blanditie falleremur, Scriptura nobis proposuit nomen optimum hominis pessimi. Vocabatur is *Bar-Iesu*, hoc est, filius Jesu, filius Salvatoris: erat nihilominus *Magus* & *Pseudo-propheta*: meruitque ab Apostolo Paulo audire, *ô plene omni dolo, & omni fallaciâ, fili diaboli, inimice omnis iustitiæ, non desinis subvertere vias Domini rectas.* Pulchrè Chrysostomus: H. Nomen habere Principis „(inquit) non est esse Principem: vocantur „& alii magnis nominibus, ut *Paulus*, *Petrus*, „*Iacobus*, *Ioannes*; sed non propter nomina sunt id quod vocantur". Quod si verum est quando ab aliis nomina imponuntur, quanto magis tunc quando ipsi à seipsis fastuosè cognominantur? Facile quippe est ut sibi ipsi quisque abblandiatur. Imò, ut rectè monet Nazianzenus, I. Nihil facilius est, quàm ut „seipsum quis fallat, ac se aliquid esse putet, „cùm nihil sit: inani videlicet opinione inflatus". Antiquissimi quidam hæretici seipsos appellabant *Gnosticos*, id est, gnaros, eruditos, rerum peritos. Alii seipsos vocabant, *Catharos*, id est, puros, mundos, immaculatos. Alii quoque se *Encratitas* dicebant, id est, abstemios. Manichæi seipsos nominabant *Manichæos*, & Patriarcham suum Manetem vel Manichæum, appellabant *Mannichæum.* Quâ de re Augustinus: K. *Manichæi* (inquit) à „quodam Persâ extiterunt, qui vocabatur „*Manes*: quamvis & ipsum cum ejus insana „doctrina cœpisset nomen prædicari, nam „antehac *Vrbicus* vocabatur; sed in Græcia „discipuli ejus, vitantes nomen *insaniæ*, quasi „doctiores, & eo ipso mendaciores, geminatâ n. litterâ, *Mannichæum*, quasi *manna* „*fundentem*, pro *Manichæo*, id est, *insano*, appellaverunt". Quidpiam simile de Luthero refert Lindanus in Dubitantio hisce verbis: L. Aliquando *Lutter*, aliàs *Luther*, aliàs *Lauther* sese scripsit: sed *Ludder* vel *Lodder*, impudicitiæ vocem, verum esse ejus nomen, cives honesti affirmant". Et latiùs superiùs lib. 2. cap. 4. " *Lutherani* (inquiens) sunt, „qui impuram Lutheri Pseudomonachi sectantur doctrinam. Hic se Christi *Euangelistam* gloriabatur, uti Manichæus se Christi Apostolum, *quòd Germania ante suam doctrinam*, inquit, gloriosè suum commendans fictitium dogma, *nunquam verum habuisset Euangelium*: item *tertium Heliam*, uti „olim Noëtus se *Moysen*, & fratrem suum *Heliam* jactabat. Post varia eaque familiaria „cum diabolo habita colloquia, quibus ille „argumenta suggerebat novo suo Pseudo-„apostolo digna: imò *Visiones diaboli cùm aliis* „*in Scriptis iactet*, ait Abbas Vet. Cellæ, *libro de Missa angulari manifestè fatetur diabolum* „*esse præceptorem suum, qui disputando ipsum docuerit, Missam nihil esse boni.* Ab hoc Euangelista novo cùm nihil boni aut puri expectari posset, cùm antea *Ludder*, infausto „fœdoque nomine vocitatus, se postea *Lutherum*, quasi *purum*, dixit: quem tamen Erasmus

Vide Hieron. in Ep. ad Ctesiphont.

Act. 13. 6
Ib. v. 10.
H Chrysost. Hom. 32. in Acta Apost.
I. Nazianz. Orat. 27.
K. Aug. lib. de Hæresi-bus ad Quodvultd. cap. 46.
L. Lindan. in Dubit. lib. 3. cap. 5.

„ Erasmus Epist. ad Goclenium, *ex ipsius Scri-* „ *ptis se deprehendere* affirmat, *virum esse scelera-* „ *tissimum.* Seditionis verò illius Germanicæ „ authorem fuisse, quæ rusticorum absum- „ psit 150. millia, inficiari nequeunt Euan- „ gelici: imò, si Ioannes Stoltzius in *Lutheri* „ *Defensione* meretur fidem, *inducit Camerarius* „ *Lutherum de suis sceleribus, adeoq́; in sancta*, in- „ quit, *vocatione designatis declamitantem: nam* „ *eum turbarum Germaniæ causam ausus est procla-* „ *mare, culpamq́; omnium ærumnarum, quibus* „ *adhuc conflictatur Respublica, in illius transfert* „ *contentiones.* Istum ergo Euangelistam, *Lu-* „ *therum*, id est, *purissimum Euangelij Doctorem*, „ vocitant. Sed simili stoliditate olim *Ma-* „ *nichæum*, id est, *insanientem*, sui, immutato „ etiam nonnihil infausto magistri nomine, di- „ cebant *Mannichæum*, quasi *manna fundentem*". Hisce Lindani verbis paucula subdam ex Bernardo Luxemburgico, qui circa initium Lutheranismi ebullientis scripsit Cathalogum seu Elenchum hæreticorum, ordine alphabetico: ubi postquam de Luciferianis tractasset, hæc proximè subjunxit de *Lutheranis*, sive, ut ipse ait, de *Luterianis*: M. *Luteriani*, à quodam „ Martino Luter nuncupati. Et hic est debi- „ tus ordo, quòd post *Luciferianos* subsequan- „ tur Luteriani. Nam *Luterus* cum *Lucifero*, „ de luto fœcis paratus est, cum suis satelliti- bus, suscitare sopitas hæreses". Hoc igitur nobis præstandum modò superest, ut ostendamus quasnam veteres hæreses Lutherus de luto fœcis suscitaverit; & in *Lutulentorum* ejus rivorum cœnosam vliginem, quarum voraginum humor exudet.

M. Bernard. Luxemb. in Catalogo hæreticor. verbo Luteriani.

CLII. Exordiamur autem ab illo capitali Lutheranorum Articulo; *Sola fides iustificat*: de quo Lutherum tam præfidenter pronuntiantem audivimus superiùs: & ad quem quoquo modo persuadendum ausus est, in Teutonica sua Versione Novi Testamenti, falsare textum Apostoli; ut cùm ille scripsisset, *Arbitramur iustificari hominem per fidem*, Lutherus verterit, *Arbitramur iustificari hominem per* SOLAM *fidem.* Ubi notatu dignum est quod refert Cochlæus his verbis: N. Lutherus, cùm esset interro- „ gatus à quodam amico, cur in Paulo ad „ Rom. 3. diceret in Teutonico, *Hominem iu-* „ *stificari solâ fide*; cùm id Paulus non diceret: „ & per hoc daret Papistis ansam calumniandi „ Teutonicam ejus translationem? Ipse super- „ bissimè, magno cum contemptu Papistarum, „ illi respondit: *Primùm ut ita diceret Papistis:* „ *Si Lutherus certò scire potuisset, omnes Papistas* „ *in unum coniunctos, ita habiles esse, ut vel unum* „ *capitulum in Scriptura nossent rectè ac benè in Teu-* „ *tonicum vertere, quòd eâ voluisset esse humilitate,* „ *ut eos orasset pro ope & adiutorio ad vertendum* „ *Novum Testamentum. Deinde, ut eis diceret, Lu-* „ *therum vertisse Novum Testamentum in Teutoni-* „ *cum, iuxta summam diligentiam facultatemq́;* „ *suam; & per hoc neminem coëgisse ut legat. Suum* „ *itaque esse Testamentum, suamq́; interpretationem:* „ *si erraverit ibi, nolit super hoc Iudices pati Papistas:* „ *quia habeant adhuc nimis longas ad hoc aures;* „ *& eorum* IKA, IKA, *sit nimis debile ad iudican-* „ *dum super interpretatione ex Latino in Teutoni-* „ *cum. Ipsum quidem probè scire, eos verò minùs* „ *scire quàm animal Molitoris, quid artis, diligentiæ,* „ *rationis, & intelligentiæ requiratur ad bonam in-* „ *terpretationem: quia non sunt experti. Qui si duo* „ *prima verba Matth.* 1. LIBER GENERATIO- „ NIS, *interpretari deberent, nullus eorum scivisset* „ *ad hoc dicere* GACK; *& iudicant mihi nunc totum* „ *Opus: Pulchri sanè socij. Si ergo Papista tuis multa* „ *vult garrire de hac voce,* SOLA, *ei confestim dicito* „ *sic, Doctor Martinus Luther vult sic habere, & di-* „ *cit: Papistam & asinum esse rem unam:* SIC „ VOLO, SIC IVBEO, SIT PRO RATIONE „ VOLVNTAS. *Nolumus enim Papistarum discipuli* *esse, sed Magistri ac Iudices*". Hactenus ille pro sua modestia, nimirum Euangelistica; aut certè pro superbia potiùs Donatistica: Nam Donatistarum symbolum fuisse memoratur, *Quod volumus sanctum est.* Cui planè consonum est illud Lutheri mox relatum: *Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas.* Quemadmodùm autem corrupit pro sua voluntate textum Apostoli jam memoratum, adjiciendo vocem, *solam*: sic & alibi corrupit ejusdem Apostoli textum, detrahendo aliquid pro sua voluntate. Ubi enim ille ait, *Vt communicatio fidei vestræ evidens fiat in agnitione omnis operis boni*, Lutherus in sua Versione, cæteris relictis, abstulit vocem, *Operis.* Atque ita de sua hæresi verificari fecit, quod jam olim indefinitè aiebat Tertullianus: O. Ista hæresis non recipit quasdam Scripturas: „ & si quas recipit, adjectionibus & detracti- „ onibus ad dispositionem instituti sui inter- „ vertit". Nec enim ob aliud Lutherus prædictas voces adjecit respectivè & detraxit, quàm ut dogma illud suum, de fidei sufficientia ad salutem sine operibus, astrueret. Cui dogmati usqueadeo addictus fuit, ut pro reliquarum Scripturarum abs se forsan non interversarum intelligentia hancce methodum Lectori inculcaverit: P. *Vbicunque Scriptura iubet bona opera facere, tu id sic intelligas, quòd Scriptura prohibeat bona opera facere.* Qui rursus in Argumento Epistolæ ad Galatas editionis primæ ait: *Summa ars & sapientia Christiana est, nescire legem, ignorare opera, & totam iustitiam activam.* Et in Serm. de Novo Testamento: *Caveamus*, inquit, *à peccatis, sed maximè ab operibus bonis, & legibus; solamq́; promissionem Dei attendamus, & fidem. Ipsa enim brevis est perfectio: nec aliqua lex requiritur, nec opus: imò & legem proscindit, & opus.* Et in Serm. de Piscatura Petri: *Erga Deum*, inquit, *non operibus, sed nudâ fide indigemus: Debemus enim cum solo Isaac venire, hoc est, cum* *fide*

Vide sup. c. 46. § 55. & c. 46. § 149

Rom. 3. 28.

N. Cochl. in Actis Luth. Anno 1530.

Vide Aug. Epist. 48.

Vide Lindanum in Dubit. l. 1. c. 11. Ad Philem. v. 6.

O. Tertul. lib. de Præscrip. c. 17.

P. Luth. in Psalm. 5.

cum fide: servos & asinos, hoc est, opera, deorsum demittere oportet. Quanto sceleratior es, tanto citiùs Deus suam gratiam infundit. Si adornes te ut cattus bonis operibus, ut te Deus acceptet, nihil efficies. Et in Euangelium Dominicæ 8. post Trinitatis: *Nullum opus*, inquit, *tam malum est, quod hominem damnare queat: neque ullum tam bonum, quod salvare possit. Cæterùm sola fides salvat, sola incredulitas damnat.*

COHÆRENTIA I.

CLIII. Hæc porrò hæresis non est nova, nec à Luthero primùm inventa, sed de Orco per eum resuscitata. Eunomiani enim eandem tenuerunt, ante mille trecentos annos, dicente Augustino de eorum Patriarcha Eunomio: (Q. August. Hæresi 54.) Q. Fertur usque adeò fuisse bonis moribus inimicus, ut asseveraret, *Quod nihil cuique obesset quorumlibet perpetratio ac perseverantia peccatorum, si fidei quæ ab illo docebatur particeps esset*". De eisdem Eunomianis, vel aliis ejusdem furfuris hæreticis antiquis, ait Hieronymus: (R. Hieron. in c. 4. Oseæ.) R. Cùm viderint aliquos delinquentes, aiunt: *Nihil aliud quærit Deus, nisi fidei veritatem: quam si custodieritis, non curat quid agatis*". Sed nec Eunomiani fuere primi hæreseos istius adinventores: longè quippe antiquior fuit, & sub ipsis Apostolis non solùm suscitata, sed per eosdem quoque Apostolos refutata & proscissa: (S. Aug. lib. de Fide & Oper. c. 14.) S. Jam illud videamus (ait Augustinus) quod excutiendum est à cordibus religiosis, ne malâ securitate salutem suam perdant, si ad eam obtinendam sufficere solam fidem putaverint; benè autem vivere, & bonis operibus viam Dei tenere neglexerint. Nam etiam TEMPORIBVS APOSTOLORVM, non intellectis quibusdam subobscuris sententiis Apostoli Pauli, Hoc eum quidam arbitrati sunt dicere, (Rom. 3. 8.) *Faciamus mala ut veniant bona*" &c. Et rursùs post pauca subdit: "Cùm ergò dicit Apostolus, (Rom. 3. 28.) *Arbitrari se iustificari hominem per fidem sine operibus legis*: non hoc agit, ut perceptâ ac professâ fide, opera justitiæ contemnantur; sed ut sciat se quisque per fidem posse justificari, etiamsi legis opera non præcesserint: sequuntur enim justificatum, non præcedunt justificandum: unde in præsenti Opere non opus est latiùs disputare, præsertim quia modò de hac quæstione prolixum librum edidi, qui inscribitur, *De Littera & Spiritu*. Quoniam ergo hæc opinio tunc fuerat exorta, aliæ Apostolicæ Epistolæ, Petri, Joannis, Jacobi, Judæ, contra eam maximè dirigunt intentionem, ut vehementer astruant, *Fidem sine operibus nihil prodesse*: sicut etiam ipse Paulus non qualemcunque fidem, quâ in Deum creditur, sed eam salubrem planeque Euangelicam definivit, cujus opera ex dilectione procedunt: (Gal. 5. 6.) *Fides*, inquit, *quæ per dilectionem operatur.* Unde illam fidem quæ sufficere ad salutem quibusdam videtur, ita nihil prodesse asseverat, ut dicat: (1. Cor. 13. 2.) *Si habeam omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum.* Ubi autem hæc fidelis charitas operatur, sine dubio benè vivitur: *Plenitudo enim Legis est charitas*". (Rom. 13. 10.) Et adhuc inferiùs sub finem ejusdem capitis subdit: "Jacobus autem tam vehementer infestus est eis, qui sapiunt, fidem sine operibus valere ad salutem, ut illos etiam dæmonibus compararet, dicens: *Tu credis, quoniam unus est Deus: Benè facis; & dæmones credunt, & contremiscunt.* (Iac. 2. 19.) Quid brevius, veriùs, vehementius dici potuit: cùm in Euangelio legamus hoc dixisse dæmones, cùm *Christum Filium Dei* confiterentur & ab illo corriperentur, quod in Petri confessione laudatum est? (Mar. 3. 11.) *Quid proderit*, ait Jacobus, *fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? Nunquid poterit fides salvare eum?* (Iac. 2. 14.) Dicit etiam: *Quia fides sine operibus mortua est.* (Iac. 2. 20.) Quousque igitur falluntur, qui *fide mortuâ* sibi vitam perpetuam pollicentur". Ex his satis claret, quàm antiqua, & antiquitùs ab ipsis etiam Apostolis *displosa* ac contrita sit illa capitalis Lutheranorum *hæresis*, sufficientiam fidei sine operibus astruens. Cæterùm quia Jacobus tam vehementer infestus fuit patronis istius hæreseos, ut eos etiam dæmonibus comparare non dubitaverit: Lutherus vicissim eum *delirare* affirmat, inquiens: T. *Abraham fuit iustus fide, antequam cognoscitur à Deo talis. Igitur malè concludit Iacobus, quod nunc demum iustificatus sit post istam obedientiam. Per opera enim, tanquam per fructus, cognoscitur fides & iustitia. Non autem sequitur, ut Iacobus* DELIRAT, *igitur fructus iustificant. Facessant igitur è medio adversarij, cum suo Iacobo, quem toties nobis objiciunt.* (T. Luth. in cap. 22. Geneseos.) (Iac. 2. 21.) Epistolam verò ipsam Jacobi, *verè stramineam, & non habentem Euangelicum genium*, appellat idem Lutherus in Præfatione Novi Testamenti. In Symposiacis quoque suis, titulo *De libris Novi Testamenti*, negat eam conciliari posse cum Paulo: Rationem subdens: *Sunt enim contraria, Fides iustificat, Fides non iustificat.* Ex quo cernere est, Lutherum ob id potissimùm indignari Jacobo, quòd hæresim ipsius de sufficientia fidei mortuæ indissimulabiliter ante tot sæcula suffocaverit. Eapropter ut ei Paulum inconciliabiliter opponeret, Pauli textum adjectione exclusivæ falsavit, prout suprà hìc visum. Sed longè rectiùs Lutheranicæ sententiæ patronos, adeoque modernos etiam Lutheranos, licèt nondum tunc notos, aut natos, Augustinus vocat *Non intelligentes*, quàm Lutherus Jacobum appellat *Delirantem*: (V. Aug. l. de Grat. & lib. arb. c. 7.) V. Homines (ait ille) NON INTELLIGENTES quod ait Apostolus, (Rom. 3. 28.) *Arbitramur iustificari hominem per fidem sine operibus legis*, putaverunt eum dicere, sufficere homini fidem, etiamsi malè vivat, & bona opera non habeat. Quod absit ut sentiret *vas electionis*: (Act. 9. 15.) qui cùm dixisset quodam loco,

In Christo

Gal. 5. 6. „ *In Christo Iesu neque circumcisio aliquid valet,* „ *neque præputium*: mox addidit, *Sed fides quæ per* „ *dilectionem operatur.* Ipsa est fides, quæ fideles „ les Dei separat ab immundis dæmonibus: „ nam & ipsi, sicut dicit Apostolus Jacobus: Iac. 2. 19. „ *Credunt & contremiscunt*, sed non benè operantur. „ rantur. Non ergo habent istam fidem *Ex* Rom. 1. 17. Gal. 5. 6. „ *qua iustus vivit*, id est, *Quæ per dilectionem ope-* „ *ratur*: ut reddat ei Deus vitam æternam secundùm opera ejus". Qualiter porrò inter se conciliandi sint Paulus & Jacobus in hac materia, manifestat idem Augustinus in libro octoginta trium quæstionum qu. 76. & Præfatione in Psalmum XXXI. ubi facilè Lector deprehendet, quam non modò insulsè, sed & impiè Lutherus effutierit, inconciliabiles esse. Si quis demùm particulariùs nosse aveat, quisnam fuerit primus Lutheranici istius dogmatis commentor. Respondetur, Simonem Magum videri primum qui tempore Novæ Legis illud suscitaverit. Is enim, hæresiarcharum omnium sub Christianismo exortorum primipilus, W. Theod. l. 1. Hæret. Fabul. c. 2. [W] Jubebat eos, qui in ipsum „ crederent, legis minas non pertimescere, „ sed tanquam liberos facere quæ vellent: „ NON ENIM PER BONAS ACTIO- „ NES, SED PER GRATIAM IPSOS „ SALVTEM CONSECVTVROS. „ Quamobrem qui hujus erant Sectæ, liberè omnem libidinem exercebant". Ita de ipso scribit Theodoretus, & ante ipsum Irenæus Irenæus. Feuardent. lib. 1. cap. 20. observatque Feuardentius in Notis super eodem Irenæi capite n. 7. & superiùs item in Notis super capite 1. ejusdem libri n. 64. Et vide quemadmodum Lutherus hortetur suos ad imitandum eos qui *Liberè omnem libidinem exercebant*, solâ fide contenti: [X] *Esto peccator*, ait ipse discipulo suo, X. Luther. Epist. 238. ad Melanct. *& pecca fortiter.* Et mox quasi rationem sui hortamenti assignans: *Sufficit enim*, subdit, *quòd per divitias gloriæ Dei agnovimus agnum qui tollit peccatum Mundi: ab hoc enim non avellit nos peccatum, etiamsi millies millies uno die fornicemur, aut occidamus.* Et lib. de captivitate Babylonica cap. de Baptismo: *Vides*, inquit, *quàm dives sit homo Christianus, sive baptizatus: qui, etiam volens, non potest perdere salutem, quantiscunque peccatis, nisi nolit credere. Nulla peccata eum damnare possunt, nisi sola incredulitas. Nulla aliâ viâ potest homo cum Deo convenire aut agere, nisi per fidem: Opera ille nihil curat, nec indiget.* Et in caput 2. ad Galatas: *Sola fides Christi necessaria est, ut iusti simus: cætera omnia liberrima, neque præcepta ampliùs, neque prohibita.* Et in libro de libertate Christiana: *Sola fides & Verbum in anima regnant: ut clarum sit, homini Christiano suam fidem sufficere pro omnibus: nec operibus ei opus esse, ut iustificetur. Quòd si operibus non habet opus, nec lege opus habet. Si lege non habet opus, certè liber est à lege; verumque est, Iusto non est lex posita.* 1. Tim. 1. 9. *Atque hæc est Christiana libertas, fides nostra.* Judicet nunc æquus arbiter an non de Lutheranis, quantùm ad præsens istud dogma ab Eunomianis & Simonianis mutuatum, usurpare liceat Prosperi regularem conclusionem §. 150. memoratam, dicendo: *Non ergo cum istis novâ acie dimicandum est, nec quasi contra ignotos hostes specialia sunt ineunda certamina* &c.

CAPUT XLVIII.

Alter annulus cohærentiæ Lutheranifmi cum antiquatis olim hærefibus, evacuatio nimirum liberi arbitrij: quam Lutherus palàm teftatur effe cardinem dogmatum fuorum. Quanta inde abfurditatum monftra fuppullulent? Inter apicem præfumptionis & voraginem demiffionis, tanquam inter dexteram & finiftram, indeclinanter gradiendum. Quàm incunctanter & confonanter veteres Ecclefiæ Patres, Pontifices, & Synodi, libertatem humani arbitrij, etiam in actionibus fupernaturalibus, afferuerunt; & contrarium commentum in prifcis erronibus exhorruerunt & exploferunt? Lutheranorum genealogia, quantùm ad hærefim obftricti arbitrij, ab Hofio pertexta; aliorum quoque progenitorum infertione ampliata. Lutherus non folùm rem, fed ipfum etiam nomen liberi arbitrii *execratur, & tanquam Satanæ magifterio in Ecclefiam invectum calumniatur.* Pelagianifmi *ignominia Catholicis per Lutherum afperfa, in ipfum retorquetur calumniatorem.*

CLIV. IAm de primo annulo cohærentiæ Lutheranifmi cum veteribus hærefibus abundè tractatum eft: fequitur nunc alius annulus, humani fcilicet arbitrii libertatem concernens, & Lutheranifmum compluribus veterum hæreticorum perfidiis connectens. Lutheri porrò dogma de libero arbitrio fuperiùs cap. 46. §. 149. perftrinximus, nec opus eft hic repetere quæ illic ex ipfo memoravimus. Notandum interim non malè à Cardinale Hofio iftud dogma appellari *Lutheranæ doctrinæ cardinem*: Y. Reverà (ait ille) CARDO LVTHERANÆ „DOCTRINÆ vertitur in hoc uno dogmate, DE LIBERO ARBITRIO: „quod ruere non poteft, quin fimul eodem „motu labefactata concidant omnia, quæ de „juftificatione præfertim, deque rebus ad illam pertinentibus, ab eo fcripta funt". Probat id Hofius difertis ipfius Lutheri verbis, qui in libro de *Servo arbitrio*, Erafmum antagoniftam fuum inde laudat, quòd prætermiffis aliis minoris momenti quæftionibus inter fe & Catholicos agitatis, quæftionem de libero arbitrio fpecialiter difcutiendam delegerit: Z. *In hoc te vehementer laudo*, ait Erafmo Lutherus, *quòd folus præ omnibus rem ipfam es aggreffus, hoc eft*, SVMMAM CAVSÆ: *nec me fatigaveris alienis illis caufis, de Papatu, indulgentijs, Purgatorio, & fimilibus, nugis potiùs quàm caufis; in quibus me hactenùs omnes venati funt fruftrà. Vnus tu & folus* RERVM CARDINEM *vidifti, & ipfum jugulum petivifti.* Eft fanè quæftio ifta totius Religionis cardo & fundamentum. Nam, ut ex

Y. Hofius l. 1. de Hærefibus noftri temporis.

Z. Luther. apud Hofiū ibid. fup.

Vide eund. in Affert. Artic 36 per Leonem X. damnati.

Auguftino aliàs recitavimus: A. Si non voluntate malè facimus, nemo objurgandus eft „omninò, aut monendus. Quibus fublatis, „Chriftiana lex, & difciplina omnis RELIGIONIS auferatur neceffe eft". Eòdem fpectat & illud Clementis Alexandrini: B. Nec lau„des, nec vituperationes, nec honores, nec „fupplicia jufta funt, fi anima non habeat libe„ram poteftatem & appetendi & aggrediendi, fed fit vitium involuntarium". Et illud item Eufebii Cæfarienfis: C. Jaceret omnis Philofo„phia, jaceret pietas; nulla effet laus virtutis, „nullus fructus laboris; nec puniendi effent im„probi, nec admirandi ftudiofi, fi non libera „voluntate, & noftra fponte fufceptis labori„bus, fed neceffitate fatorum hæc fierent. Ita „univerfam hominum vitam hæc evertit opinio". Et illud item Tertulliani: D. Nec boni „nec mali merces jure penfaretur ei, qui aut bo„nus aut malus neceffitate fuiffet inventus, non voluntate". Sed quid pluribus in hanc rem adducendis immoror, cùm ex Auguftino fuperiùs ibidem habeamus, hanc effe communem humani generis per Orbem terrarum cantilenam? Pulchrè quoq; idem Auguftinus alibi hac de re ait: E. Quofdam nimia fuæ voluntatis fi„ducia extulit in fuperbiam, & quofdam nimia „fuæ voluntatis diffidentia dejecit in negligen„tiam. Illi dicunt: ut quid rogamus Deum ne „vincamur tentatione, quod in noftra eft pote„ftate? Ifti dicunt: ut quid conamur benè vi„vere, quod in Dei eft poteftate? O Domine, ô „*Pater qui es in cælis*, ne nos inferas in quamlibet „iftarum tentationum, *Sed libera nos à malo*".

A. Auguft. fup hic cap. 46. §. 149.

B. Clemens Alex. lib. 1. Stromat.

C. Eufeb. lib 6. Præp. Euang. c. 5.

D. Tertull. lib. 2. cont. Marc. c. 6.

E. Auguft. Tract. 53. in Ioan.

Mat. 6. 9. & 14.

Malum proculdubio est à fide sana & Catholica in alterutram extremitatem declinare : F. Id. Epist. 47. F. Fides autem sana & Catholica (ut alibi ipse „ ait) neque liberum arbitrium negat, siue in „ vitam malam, sive in bonam : neque tantum „ ei tribuit, ut sine gratia Dei valeat aliquid, „ sive ut ex malo convertatur in bonum, sive „ ut in bono perseveranter proficiat, sive ut ad bonum sempiternum perveniat". Huic proposito ibidē mox applicat quod scriptum est Prov. 4. 27. in Proverbijs, *Ne declines ad dexteram, neque ad sinistram*. Ac demùm subdit : " Quicunque „ dicit, Voluntas mea mihi sufficit ad facien„da opera bona, declinat in dexteram. Sed „ rursùs qui putant bonam vitam esse deseren„dam, quando audiunt sic Dei gratiam præ„dicari ut credatur & intelligatur voluntates „ hominum ipsas ex malis bonas facere, ipsas „ etiam quas fecerit custodire, & propterea di- Rom. 3. 8. „ cunt, *Faciamus mala ut veniant bona*, in sini„stram declinant : ideò nobis dixit, *Non de„clinetis in dexteram, neque in sinistram* : hoc est, „ non sic defendatis liberum arbitrium, ut ei „ bona opera sine Dei gratia tribuatis ; nec sic „ defendatis gratiam, ut quasi de illa securi „ mala opera diligatis : quod ipsa gratia Dei avertat à nobis". Rursùs lib. de correptione & gratia cap. 1. postquam quædam Scripturæ testimonia præmisisset, subintulit :" Liberum „ itaque arbitrium, & ad malum & ad bonum „ faciendum, confitendum est nos habere": Confessione utique non qualicunque, sed fidei Christianæ. Sequitur quippe ibidem inferiùs: " Hanc fidem, quæ SINE DUBIO VERA, ET „ PROPHETICA, ET APOSTOLICA, ET „ CATHOLICA FIDES EST, etiam in fratre nostro Floro invenisse me gaudeo".

CLV. Ab hac indubiâ, verâ, Propheticâ, Apostolicâ, Catholicâ fide declinavit Lutherus in sinistram, nimis deprimendo, vel potiùs omnimodè evacuando liberum arbitrium, quasi sub prætextu extollendi divinam gra- G Aug. Epist. 89. q. 1 tiam : G. Neque enim (ut rectissimè ait Au„ gustinus) voluntatis arbitrium ideò tolli„ tur, quia juvatur : sed ideò juvatur, quia Psal. 26. 9. „ non tollitur. Qui enim dicit Deo, *Adiutor „ meus esto*, confitetur se velle implere quod „ jussit ; sed ab eo qui jussit, adjutorium poscere ut possit". Sed nec divina prædestinatio eidem libertati derogat aut præjudicat, ut nimis inscitè post Wicleffum Lutherus prætendit. Nam, ut Augustino consonans Prosper H Prosp. in Sent. sup. c. 6. Gallor. Vide in Respons. ad c. 1. Gallor. asseverat : H. Qui dicit quòd liberum arbi„ trium in homine nihil sit, sed sive ad bo„ num sive ad malum prædestinatio Dei in „ hominibus operatur, NON EST CATHOLI„ CUS. Arbitrium enim hominis gratia „ Dei non abolet, sed adolet ; & ab errore „ in viam revocat ac reducit : ut quod sua „ libertate erat pravum, Spiritu Dei agente sit rectum". Quam sententiam pro posteriori signanter parte confirmat suo oraculo Pontifex Celestinus, dicens : I. Auxilio & I. Celestini Epist. 1. c. 12. „ munere Dei non aufertur liberum arbitrium, „ sed liberatur : ut de tenebroso lucidum, de „ pravo rectum, de languido sanum, de impru„ dente sit providum. Tanta enim est erga „ omnes homines bonitas Dei, ut nostra velit „ esse merita, quæ sunt ipsius dona : & pro „ his quæ largitus est, æterna præmia sit donaturus". Et ante Celestinum Papa Zozimus in Epistola ad totius Orbis Antistites, cujus fragmentum recitat Celestinus superiùs ibidem cap. 8. Cui rescribentes Africani Præsules ibidem, inter alia aiunt : " Quid tam Africani Episcopi. Vide Prosp. cap. 10. contra Collat. „ LIBERO fecisti ARBITRIO, quàm quòd „ universa in nostræ humilitatis conscientiā re„ tulisti ? Et tamen *Instinctu Dei factum esse*, „ fideliter sapienterque vidisti, veraciter fi„ denterque dixisti. Ideò utique, quia *præpa*- Prov. 8. 35 „ *ratur voluntas à Domino*, & ut boni aliquid „ agant, paternis inspirationibus suorum ipse „ tangit corda filiorum : *Quotquot enim Spiritu* Rom. 8. 14 „ *Dei aguntur, hi filij sunt Dei*: ut NEC NOSTRUM „ SENTIAMUS DEESSE ARBITRIUM, & in „ bonis quibusque voluntatis humanæ singulis „ motibus magis illius valere non dubitemus auxilium". Et ante Zozimum Innocentius I. Innocentius. Epist. 25. ad Synodum Milevitanam : " In „ omnibus (inquit) divinis paginis VOLUNTA„ TI LIBERÆ nonnisi adiutorium Dei legimus „ esse nectendum, eamque nihil posse cælestibus præsidijs destitutam". Et adhuc anteriùs, Carthaginensis Synodus in sua ad eundem Innocentium Synodica, quæ inter Augustini Epistolas est nonagesima, loquens de Pelagiani erroris authoribus : " Id agunt isti (in- Synod. Carth. „ quit) damnabilibus disputationibus suis, „ ut non defendendo, sed potiùs in super„ biam sacrilegam extollendo liberum arbi„ trium, nullum relinquant locum gratiæ „ Dei, quâ Christiani sumus, QUA ET IP„ SUM NOSTRÆ VOLUNTATIS ARBITRIUM „ VERE FIT LIBERUM, dum à carnalium „ concupiscentiarum dominatione liberatur, „ dicente Domino : *Si vos Filius liberaverit*, Io. 8. 36. *tunc verè liberi eritis*". Et Episcopi Africani in Sardinia pro fide exules, in sua Synodica, Synod. Sard. quæ extat inter Opera Fulgentij :" Gratiæ „ lumine illuminatur (inquiunt) & juvamine „ gubernatur LIBERUM HUMANÆ MENTIS ARBITRIUM". Et Beatus Fulgentius Ruspensis in Africa Episcopus, cum eisdem suis Coëpiscopis & Coexulibus : K. Oportet (in- K. Fulgent. l. de Incar. & gratia cap. 20. „ quit) humiliter salubriterque cognoscere „ pariter & fateri, *Gratiâ Dei nos esse quod su*- 1. Cor. 15. 10 „ *mus*, si tamen aliquid sumus. Quâ gratiâ „ humanum NON AUFERTUR, sed SANA„ TUR ; NON ADIMITUR, sed CORRIGI„ TUR ; NON REMOVETUR, sed ILLUMI-

„ NATUR; NON EVACUATUR, sed ADIUVA-
„ TUR ATQUE SERVATUR ARBITRIUM".
L. Prosp. l. de Ingratis c 45. Et Prosper Poëmate de Ingratis : L. *In Sanctos*, inquit, *animum cùm intendimus actus, cùm desiderijs carnis mens sancta repugnat, cùm tentatori non cedimus, & per acerbas vexati pœnas, illæso corde manemus*; LIBERTATE AGIMUS, *sed libertate redempta, cui Deus est rector, summoq; ex lumine lumen, vita, salus, virtus, sapientia: gratia Christi est, qua currit, gaudet, tolerat, cavet, eligit, instat, credit, sperat, amat, mundatur, iustificatur. Si quid enim recti gerimus, Domine, auxiliante Te gerimus: Tu corda moves, Tu vota petentis quæ dare vis tribuis; servans largita, creansque de meritis merita, & cumulans tua dona coronis.* Quibus Sanctorum Patrum; summorum Pontificum, sacrarumque Synodorum testimonijs luculenter evincitur, libertatem arbitrij non solùm non perimi, sed etiam vegetari, roborari, confortari, ac stabiliri divinis inspirationibus & opitulaminibus.

M. Aug. l. de Spir. & lit. cap. 30. M. Liberum ergo arbitrium „(inquit Augustinus) evacuamus per gratiam? „ Absit, sed magis liberum arbitrium statui-
Rom. 3. 31. „ mus. Sicut enim *Lex per fidem*, sic liberum „ arbitrium per gratiam *non evacuatur, sed sta-* „ *tuitur*: neque enim lex impletur nisi libero
Rom. 3. 20. „ arbitrio, sed *Per legem cognitio peccati*, per fi- „ dem impetratio gratiæ contra peccatum, „ per gratiam sanatio animæ à vitio peccati, „ per animæ sanitatem libertas arbitrij, per „ liberum arbitrium justitiæ dilectio, per ju- „ stitiæ dilectionem legis operatio. Ac per „ hoc sicut *Lex non evacuatur, sed statuitur per fi-* „ *dem*, quia fides impetrat gratiam qua lex im- „ pleatur: ita liberum arbitrium non evacua- „ tur per gratiam, sed statuitur; quia gratia „ sanat voluntatem, quâ justitia liberè diliga- „ tur". Contra tam lucida antiquitatis oracula clausis oculis pugnat Lutherus, ut cum Wicleffo superiùs astruat hunc Articulum, inter Wiccleffianos in concilio Canstantiensi dam-
Vide sup. c. 46 §. 149. Wicleff. natos vigesimum septimum: *Omnia de necessitate absolutâ eveniunt.* Nihil penitus exceptum voluit, qui *Omnia* dixit: nec necessitatem voluntariam aut hypotheticam duntaxat intellexit, qui *absolutam* expressit. Porrò nullum genus actionum nostrarum huic *absolutæ necessitati* Lutherus subtraxit, sed omne prorsùs genus subjecit: primò quidem naturales actiones exprimens, atque inde per argumentum à fortiori de supernaturalibus concludens. Quod ne ei affingere videamur, en ejus verba:
N. Luth. in Assert Artic. 36. N. *Hieremias cap.* 10. *sic dicit, Scio Domine quoniam non est hominis via eius, nec viri est ut dirigat gressus suos. Quid potuit apertiùs dici? Si via sua, & gressus suus, non sunt in potestate hominis; quomodò via Dei, & gressus Dei erunt in potestate eius? Via enim hominis est ea, quam ipsi vocant naturalem virtutem faciendi quod est in se. Ecce hæc non est in arbitrio hominis, seu liberi arbitrij. Quid ergo liberum arbitrium est, nisi res de solo titulo?* Quid, quòd ipsum nomen *liberi arbitrij*, tanquam à diabolo in Ecclesiam invectum detestetur? Subdit quippe ibidem inferiùs: *Verè Paulus Ephes.* 1. *dixit, Deus operatur omnia in omnibus. Perijt itaque hic etiam generalis illa influentia, quâ garriunt, esse in potestate nostra naturales operationes operari. Secùs rem habere monstrat experientia omnium. Et vide nos insensatos: Ipsam radicem operum, nempe vitam ipsam, quæ caput est omnium operum, scimus omnes nullo momento esse in manu nostra? Et audemus dicere, aliquam cogitationem esse in manu nostra? Quid absurdius dici potest? Qui ergo vitam nostram in manu sua retinuit, motus nostros & opera in manu nostra posuit? Absit. Vnde non dubium,* SATANA MAGISTRO *in Ecclesiam venisse hoc nomen,* LIBERUM ARBITRIUM, *ad seducendos homines à via Dei ad vias proprias.*

CLVI. Sed nec hujus pestilentissimi dogmatis primus author aut assertor fuit Lutherus. Nam, vel ipso superiùs fatente, Wicleffus istud pridem tradiderat. Sed nec hic ipse extitit author primus, at solummodò resuscitator. Qua de re Cardinalis Hosius: O. Hæc „ est, (inquit) non continuata, sed sæpius „ interrupta successio, quòd attinet ad hunc „ (*De libero arbitrio abnegato*) Articulum, „ Ecclesiæ Lutheranæ; in quo Lutherus „ *Summam esse causæ suæ* scribit. Primus asser- „ tor fuit SIMON MAGUS: Simoni „ post annos centum successit MARCION: „ Marcioni, centum alijs & triginta interje- „ ctis, MANICHÆUS: Manichæo post oc- „ tingentos & ampliùs, PETRUS ABAILAR- „ DUS: Abailardo, post ducentos quadra- „ ginta, JOANNES WICLEFF: Joanni Wi- „ cleff, post centum quadraginta annos, MAR- „ TINUS LUTHERUS. Cujus successionis adeò „ pudet Lutherum & Sectatores ejus, ut in „ hujus sui impij erroris defensionem, „ nullum ex his authorem citare audeat: citiùs „ adeò, qui confutarunt hunc errorem, quo- „ ties illi commodum videtur, Augustini, „ Bernardi, & aliorum Catholicorum, in „ aliam, quàm ipsi scripserunt, sententiam „ detorto usus fuerit testimonio: Sic suo ipse, „ tanquam sorex, perit indicio. Catholicos, „ velit nolit, fateatur necesse est, quorum „ sententiam oppugnat. Quorum verò dogma „ tuetur, eos hæreticos fuisse, negare non „ potest. Unus est ex omnibus impij dogma- „ tis hujus assertor, quem nominare tamen au- „ det, Ioannes Wicleff, Ecclesiæ judicio con- „ demnatus. Quem (tanta hominis est au- „ dacia & impudentia) ob hoc ipsum, quòd „ ab Ecclesia est condemnatus, in Sanctorum „ Album referre non dubitat. Sed quorum „ Sanctorum? Quos jam enumeravimus, Si- „ monem Magum, Marcionem, Mani-

chæum

COH REN l ... O. Ho Conf de ca...

chæum, Petrum Abailardum". Quibus & nos addere poſſumus *Bardeſanem* hæreſiarcham, à quo *Bardeſaniſtæ*: P. Qui (teſte Auguſtino) „ in doctrina Chriſti priùs extitiſſe perhibetur „ inſignis: ſed poſteà, quamvis non per om„ nia, in Valentini hæreſim lapſus eſt: addens „ de ſuo, VT FATO ASSCRIBERET CONVERSATIONES HOMINVM". Addere præterea poſſumus *Priſcillianum*, à quo *Priſcillianiſtæ*: qui teſte eodem Auguſtino ibidem Hæreſi 70. "Aſtruebant fatalibus ſtellis homines colligari". De quibus & Leo magnus in Epiſtola ad Turribium: Q. Fatalibus ſtellis (inquit) „ & animas hominum & corpora opinantur aſtringi". Addere item poſſumus *Albanenſes*: qui ut ex Guidone Carmelita memorat Alphonſus à Caſtro, R. Aſſerebant, *Nullum eſſe hominis liberum arbitrium*. Addere item poſſumus *Albigenſes*, ex Prateolo: qui cùm Albanenſium errorem iam memoratum, unà cum alijs, retuliſſet ex Antonino 4. parte Summæ tit. 11. cap. 7. ſubjecit ad calcem: S. De his „ vide plura in *Albigenſibus* titulo ſequenti: „ qui & ipſi IN OMNIBVS HIS ERRORIBVS CVM ILLIS CONVENIVNT". Hos igitur in Majorum ſuorum genealogica ſerie numerare poſſunt Lutherani. Qui ſi fortè obtendant, Lutherum revocaſſe illud quod Articulo 36 per Leonem X. damnato dixerat, *Liberum arbitrium poſt peccatum eſt res de ſolo titulo.* Fatemur revocaſſe, ſed in pejus, ſaltem quoad loquendi modum. Etenim in Aſſertione ejuſdem Articuli, præter ea quæ præcedenti §. memoravimus, hæc ſcribit: *Hunc Articulum neceſſe eſt revocare: Malè enim dixi, quòd liberum arbitrium ante gratiam ſit res de ſolo titulo. Sed ſimpliciter debui dicere:* LIBERVM ARBITRIVM EST FIGMENTVM IN REBVS, SEV TITVLVS SINE RE. *Quia nulli eſt in manu ſua quidpiam cogitare mali aut boni: ſed* OMNIA *(ut VVicleffi Articulus Conſtantiæ damnatus rectè docet)* DE NECESSITATE ABSOLUTA EVENIUNT. Ubi obiter Lector advertat, Lutherum non ſatis fideliter hìc referre Articulum ſuum à Pontifice damnatum. Nam clauſulam illam Articuli damnati, *Poſt peccatum*, mutat in iſtam, *Ante gratiam*: quarum prior idem ſonat quod, Poſt lapſum humani generis in Protoplaſto; poſterior autem, Ante reparationem cujuſque in Chriſto Quò fit ut cùm prior in totum evacuet libertatem arbitrij in poſteris Adæ, non ſolùm gratiâ deſtitutis, ſed ſub gratia quoque iam conſtitutis: poſterior tamen non niſi ea deſtitutis adimere videatur libertatem. Verùm ſive propter hoc, ſive propter aliud voluerit ipſe Articulum mutare, conſtat planè eum ſuâ retractatione rem eò perduxiſſe, ut in totum abnegaret arbitrij libertatem, & reſuſcitaret illam Wicleffi Aſſertionem, *Omnia de neceſſitate abſoluta eveniunt.* Cæterùm quia ibidem inferiùs Catholicos appellat *Pelagianos*, imò & *Peiores Pelagianis*: videndum pauliſper eſt, quantopere ipſe hac in parte adjuvet Pelagianos. Non quidem negabant Pelagiani ſimpliciter arbitrij humani libertatem, prout negat ipſe: nihilominùs contendebant eam gratiæ prædicatione evacuari. Articulus quippe eorum decimus apud Auguſtinum Epiſt. 106. eſt iſte: *Non eſt liberum arbitrium, ſi Dei indiget auxilio*: quem à ſancta Dei Eccleſia reprobari teſtatur Synodus Dioſpolitana apud eundem Auguſtinum lib. de Geſtis Palæſtinis cap. 19. Unde & apud eundem lib. 2. ad Bonifacium cap. 5. improperabant Catholicis, *Quòd ſub nomine gratiæ fatum aſſererent*: quaſi ſimul ſtare nequeant Dei gratia, & arbitrij libertas. Eundem errorem tenuerunt & Adrumetini Monachi, propter quos idem Auguſtinus ſcripſit librum *De Gratia & libero arbitrio*: T. Qui (te„ ſte ipſo) cùm defenditur Dei gratia putan„ tes negari liberum arbitrium, ſic ipſi defen„ dunt liberum arbitrium, ut negent Dei gratiam": Quaſi iterum nequeant ſimul conſiſtere gratia & libertas. Eundem item errorem paulò pòſt amplexi ſunt Semipelagiani: V. Exiſtimantes (ut de eis ait Proſper) quòd „ prædicatione gratiæ liberum negetur arbitrium". Unde & apud eundem Proſperum in Epiſtola ad Ruffinum, "Scripta Auguſtini „ quibus error Pelagianorum impugnatur, in„ famabant, dicentes, Eum liberum arbitrium „ penitùs ſubmovere, & ſub gratiæ nomine neceſſitatem prædicare fatalem". Et hi quidem omnes mordicùs defendebant liberum arbitrium, ſed negabant Dei gratiam, tanquam cum arbitrii libertate incompatibilem. Fuerunt autem ex adverſo alii quidam inter prælmemoratos Adrumetinos, qui in oppoſitum extremum abeuntes, admittebant Dei gratiam; ſed propter eandem, quam apprehendebant, incompatibilitatem, abnegabant arbitrii libertatem. Contra hos ſcripſit Auguſtinus librum *De Correptione & gratia*: in cujus ſecundo capite inducit eos ita dicentes: *Vt quid nobis prædicatur atque præcipitur, ut declinemus à malo, & faciamus bonum, ſi hoc nos non agimus, ſed id velle & operari Deus operatur in nobis?* Omnibus porrò quatuor prædictis errorum generibus communiter inerat hæretica iſta perſuaſio, quòd inter gratiam ab Auguſtino prædicatam, & arbitrii libertatem, tanta eſſet incompatibilitas, ut aſtructio unius, deſtructio eſſet alterius. Unde priores tres ſic ratiocinabantur: *Inter gratiam & arbitrii libertatem tanta eſt incompatibilitas, ut ſi alterutra ſtet, altera neceſſariò corruat. Atqui ſtare debet libertas arbitrii. Igitur corruit neceſſariò gratia Dei.* Poſtremi, ſub eadem Majori Præmiſſa ſubſumebant: *Atqui ſtare debet gratia Dei.* Unde concludendo inferebant: *Ergo corruit neceſſariò*

P. Aug. Hæreſi 35.

Q. Leo Epiſt. 93. c. XI

R. Alp. à Caſtro l. 9. adverſùs hæreſes, verbo Libertas.

S. Prateol. in Elencho Hær. lib. 1. cap. 22.

Lutherus.

Pelagiani.

T. Aug. l. 2. Retract. cap. 66.

V. Proſp. l. 1. de Vocat. gent. c. 1.

Adrumetini

rio libertas arbitrii. Cum hisce postremis integrè per omnia, consentit Lutherus, prout ex superiùs dictis perspicuè claret. Cum tribus prioribus consentit quoad Majorem Præmissam, prout indidem quoque manifestum est: quoad consequentiam etiam dissentire ab eis non potest, cùm illa sit naturæ lumine evidens. Igitur quoad solam Minorem præmissam ab eis discrepat. Agnoscat proinde in se potiùs ipso discipulatum Pelagianicum, quàm Catholicis eum calumniosè improperet. Catholici enim Principium istud commune præfatorum erronum, quod Lutherus ab eis haustum propugnat, prorsùs negant: constanter, cum Magistro gratiæ Augustino, dicentes: W. Primò Dominus Noster Iesus Christus, sicut scriptum est in Euangelio Ioannis Apostoli, *Non venit ut iudicaret Mundum; sed ut salvaretur Mundus per ipsum.* Postea verò, sicut scripsit Apostolus Paulus, *Iudicabit Deus Mundum*, quando *venturus est*, sicut tota Ecclesia in Symbolo confitetur, *Iudicare vivos & mortuos.* Si igitur non est Dei gratia, quomodo *Salvat Mundum?* Et si non est liberum arbitrium, quomodo *Iudicat Mundum*"? Huic quæstioni nunquam pertinenter respondebunt Lutherani, nisi priùs abjuraverint suum Patriarcham Lutherum: qui cùm alicubi pro evacuando libero arbitrio adduxisset Isaiæ Oraculum, dicentis: *Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos fœni. Exiccatum est fœnum, & cecidit flos, quia Spiritus Domini sufflavit in illud. Verbum autem Domini manet in æternum*: hanc subdidit Glossam: X. *Da fœnum, & florem eius? Nonne caro, homo, seu liberum arbitrium, & quicquid est hominis? Flos eius, & gloria, nonne est virtus, sapientia, iustitia, liberum arbitrium, unde possit gloriari, aliquid esse, & posse? Qua ergo ratione fit, ut flante Spiritu exiccetur & cadat, & manente verbo pereat? Nonne Spiritus est* GRATIA, *quâ tu dixisti liberum arbitrium iuvari, & eius præparationem consummari? Cur ergo hic exiccatum & cecidisse dicit quicquid est etiam optimum carnis? Nondum vides,* SPIRITUM, ET LIBERUM ARBITRIUM, ESSE CONTRARIA? *Siquidem illo flante,* HOC CADIT, & NON MANET CUM VERBO. Quid patentius, quàm Lutherum hìc evacuare arbitrii humani libertatem, sub prætextu extollendi divinæ gratiæ activitatem; atque adeò cum Pelagianis, Adrumetinis, & Semipelagianis, astruere divinæ gratiæ cum humano arbitrio incompatibilitatem? Quid igitur restat, nisi ut quandoquidem ipse cum suis Asseclis, in hoc dogmate evacuati arbitrii, tot hæreticos antiquitùs explosos ac disiectos resuscitat, regeramus eis illam regularem Prosperi conclusionem: *Non ergo cum istis novâ acie dimicandum est, nec quasi contra ignotos hostes specialia sunt ineunda certamina*" &c?

W. August. Epist. 46.

Io. 3. 17.

Rom. 3. 6.

Isa. 4. 6. & seqq.

X. I Asser ticul

Pros

CAPUT

CAPVT XLIX.

Vlterior præcedentis Articuli proſecutio. Iactantia Lutheri adverſus Catholicos tanquam minus idoneos ad ſecum ſuper quæſtione liberi arbitrij certandum. Recenſentur aliquot Doctores qui iſtam Lutheri jactantiam repreſſerunt. Sepulvedæ *de Luthero & eius fratribus cenſura. Lutheri inconſtantia, per Viennenſem Epiſcopum, in ſua* Antilogiarum Luthericarum Babyloniâ *propalata. Tranſitus ad tertium annulum cohærentiæ Lutheraniſmi cum veteribus hæreſibus, in culpando Deum velut peccatorum noſtrorum authorem, conſiſtentem. A quibuſnam antiquioribus hæreticis emendicaverit Lutherus dogma iſtud?* Simonianorum *&* Florinianorum *ſuper eo dogmate concordia & diſcordia. Conciliantur Irenæus & Vincentius Lyrinenſis ſuper ea re. Quoſnam magis imitetur Lutherus, an Simonianos an Florinianos? Præſtetne potiùs Atheum eſſe, quàm Deum peccatorem agnoſcere? Lutherus ob eundem ſcopum finxit Deum peccatorum authorem, ob quem olim Ethnici falſos Deos divulgarunt ſceleratos ac criminoſos: Et quis ille?*

CLVII. PRæcedentem Articulum tam fusè proſecuti & perſecuti ſumus proptereà, quòd author, vel potiùs renovator ejus Lutherus, tanti eum fecerit, ut in ejus comparatione cæteros penè omnes Articulos ſuos pariter damnatos, pro nugis habeat: [Y] *In cæteris Articulis*, ait ipſe, *de Papatu, de Concilijs, Indulgentijs, alijſq; non neceſſarijs* NVGIS, *ferenda eſt levitas & ſtultitia Papæ, & ſuorum: ſed in hoc Articulo* (de libero arbitrio) *qui omnium optimus, &* RERVM NOSTRARVM SVMMA EST, *dolendum ac flendum eſt, miſeros ſic inſanire. Tantùm enim abeſt, ut Papa & ſui diſcipuli myſteriam hoc gratiæ Dei vel uno iotâ intelligant, aut aliquando agnoſcant, ut anteà caſurum cælum credam. Non ſtabit huius Articuli veritas cum Eccleſia Papæ, non magis quàm cum Chriſto Belial, & cum luce tenebræ.* Et inferiùs ibidem rursùs poſt paucula, aſſignans rationem, ob quam prolixiùs Aſſertioni iſtius Articuli, quàm cæterorum, immoratus fuerit: *Verboſus*, inquit, *in hac parte ſui*, NECESSITATE REI; *quæ non modo per hanc Bullam* (Leonis X.) *quam ne pili quidem facio, ſed per omnes penè Scholaſticos Doctores oppreſſa & extincta eſt, plus trecentis annis. Nemo enim hìc non contra gratiam pro gratia ſcripſit; ita ut non ſit res æquè* NECESSARIA *tractatu: quam & ſæpiùs optavi, omiſſis illis Papenſibus* NVGIS, *& negotijs, quæ nihil ad Eccleſiam pertinent, niſi ut vaſtent, tractare. Sed longitudine temporis, & magnitudine uſus, operatio Satanæ ſic inſedit, & errore iſto ſic hebetavit animos hominum, ut nullos videam qui idonei ſint ut intelligant; nedum ut nobiſcum certent.* Hànc Lutheri arrogantiam egregiè repreſſit Roffenſis Antiſtes, tum alibi ſparſim in ſua *Confutatione Aſſertionis Lutheranæ*, tum potiſſimùm in Confutatione Aſſertionis 36. Eraſmus quoque in ſua *Diatriba*, atque item in *Hyperaſpiſte* id ipſum præſtitit: necnon Ruardus, Driedo, Latomus, aliique Lovanienſis Academiæ Theologi. Joannes item Geneſius Sepulveda Hiſpanus, tribus libris *De Fato & libero arbitrio* inſcriptis, Catholicam doctrinam adversùs eundem Lutheri Articulum eleganti admodùm ſtylo propugnavit. In cujus Operis limine hæc de Luthero & ejus illo cardinali Articulo ait: [Z] Cùm multæ veterum Philoſophorum controverſiæ divinis oraculis, & Chriſtianæ Religionis beneficio, diremptæ fuiſſent, quid in quaque veriſſimum ſit conſtituto, abundè, doctiſſimorum & egregiâ pietate virorum conſentiente Decreto, effectum eſſe videbatur, ut nemo jam magis poſſet de volũtate & arbitrii libertate, quàm de Mundi primordio, vel animorum immortalitate, dubitare: niſi hoc tempore, AVTHOR OMNIS IMPIETATIS, & INFAMIA NOSTRI SÆCVLI MARTINVS LVTHERVS, extitiſſet: qui dum è mentibus hominum Religionem Chriſtianam, omnemque Dei cultum, nititur cunctis rationibus abolere; certiſſimam rem, & Principium tum Philoſophorum tum Theologorum authoritate confirmatum, in dubium revocare tentaret; tanto ſtudio & contentione, ut de

[Y] Luther. in Aſſert. Artic. 36.

Roffenſis. Eraſmus. Ruardus. Driedo. Latomus.

[Z] Sepulveda l. 1. de Fato & lib. arb. ſub initium.

„ ut de SERVO ARBITRIO librum, qui ipsâ „ ſtatim inſcriptionis inſolentiâ ſimul Autho- „ ris temeritatem præferat, ſimul impiam arro- „ gantiam, in Eraſmum Roterodamum edi- „ derit, cùm hic de LIBERO ARBITRIO li- „ brum doctè & eleganter, ac perinde religioſè „ conſcripſiſſet, quo Lutheranum hunc erro- „ rem, ac potiùs fraudem & malitioſam impie- „ tatem, ſcienter quidem ille & peracutè, ſed „ juſto tamen modeſtiùs, ne dicam parciùs & „ timidiùs, inſectatur. Qui ſi totam cauſam „ fuiſſet complexus, nec bonam partem inta- „ ctam reliquiſſet, conſuluiſſet vir eloquens & „ eruditus labori meo, meque gravi hoc ſcri- „ bendi munere liberaſſet. Nunc cùm ſenten- „ tiam ſuam teſtimonio duntaxàt ſacrarum lit- „ terarum confirmare contentus, dum ſatis Re- „ ligioni ſit factum iri putaret; quid natura re- „ rum humanaque ratio poſcat omiſerit; officii „ eſſe duxi, quæſtionem, cujus diſcrimine ma- „ xima & morum & Religionis momenta ver- „ ſantur, paulò altiùs repetitam, latiùs etiam „ explicare: ut Lutherano furori, qui nova „ monſtra nullo non tempore comminiſcitur, „ nec ceſſat Religioni perniciofiores inſidias „ machinari, hac in quæſtione, quæ non minùs „ Philoſophos quàm Theologos attingit, cun- „ ctis rationibus, quantum ſtudio & labore con- „ ſequi poſſumus, occurramus. Simul nec cùm „ cætera ejus impia & nefaria dogmata viri ſin- „ gulari tum doctrinâ tum etiam gravitate „ multi ſingula libris editis cohibuerint, hoc, „ quod non ſolùm CHRISTIANÆ RELIGIONI, „ SED OMNI DIVINO CULTUI, LIBERTATI „ HOMINUM, CUNCTIS LEGIBUS HUMANIS „ IUXTA AC DIVINIS latenter inſidiatur, „ campo liberiori debacchetur, ſi minùs mul- torum teſtimonio & Scriptis refellatur". Hæc ibi ille. Qui rursùs ſub initium libri 3. incon- ſtantiam redarguit Lutheri; qui cùm homines libero arbitrio ſpoliet, & fatali neceſſitati ſub- jiciat, non ceſſat tamen verbis & Scriptis eos hortari ut in ſuam Sectam tranſeant, aut in ea jam poſiti perſeverent. Unde concludit, non zelo veritatis aut Religionis, ſed ſtudio obve- landi ſua ac ſuorum vitia, eum indixiſſe bel- lum libero arbitrio: "Martino Luthero (ait ille „ ibi) nihil ſanè eſt, quòd hanc imprudentiam „ aut inconſtantiam objiciamus: qui hoc ipſum „ agit, hoc elaborat, ut homines à Religione, à „ virtute, in omnem impietatem ſceluſque tra- „ ducat; quò multorum in flagitiis ſocietate, „ ipſius ſcelera minus turpitudinis habere vi- „ deantur: nec per ſummum ſtudium aliam „ viam commodiorem hac, nec magis compen- „ diariam excogitare potuit, ad excuſandum ſa- „ crilegia, & inceſtus vel ſuos, vel eorum quos „ habet ſatellites impietatis, & quos legitimè ſolet FRATRES ſuos nuncupare". Ac demùm ibidem aliquanto inferiùs idem Author aſſe-

verat, Lutheri dogmata non ab ipſo inventa, ſed aliundè fuiſſe emendicata: "Quid enim „ hactenùs (inquit) excogitavit Lutherus, „ quod ante ipſum à pleriſque non fuerit ani- „ madverſum primùm, ac deinceps magno conſenſu damnatum"? Sed nec hanc ipſam peſ- ſimam praxim renovandi veteres hæreſes exco- gitavit ex ſemetipſo. Dudum quippe eſt, quòd de quibuſdam ſui ævi Dogmatiſtis ſcripſerit Theodoretus: A· Cùm novorum dogmatum „ authores eſſe cuperent, ex multis Sectis im- „ pietatem emendicarunt, & pernicioſam hæ- reſim conflarunt". Hos ergo imitatus eſt Lu- therùs, ſignanter quoad bina illa dogmata prin- cipalia, ſuperioribus duobus capitibus diſcuſſa: atque adeò quoad alia complura, quæ ab eis quaſi rami ex truncis vel radicibus pendent: ut ſunt bonorum operum inanitio: Meritorum ac demeritorum, mercedum ac ſuppliciorum demolitio: Juſtitiæ inſititiæ deſtructio, impu- tatitiæ aſtructio: Legum ac præceptorum, ſub impoſſibilitatis prætextu, abolitio. Ubi obiter notandum, non ſatis ſibi conſtare Lutherum, dum ex una parte liberum arbitrium penitùs tollit, prout præcedenti capite viſum; ex altera autem parte fidem ſaltem fatetur eſſe præce- ptam, dicens: B· *Sola fides Chriſti neceſſaria eſt, ut juſti ſimus: cætera omnia liberrima, neque præ- cepta ampliùs, neque prohibita.* Cur fidei excipit præceptum, ſi liberum arbitrium penitùs ex- tinctum eſt? C· Quid illud (inquit Auguſtinus) „ quòd tam multis locis omnia mandata ſua „ cuſtodiri & fieri jubet Deus? Quomodò ju- bet ſi non eſt liberum arbitrium"? Et ibidem inferiùs: " Ubi dicitur, *Noli hoc*, & *noli illud*: „ & ubi ad aliquid faciendum vel non facien- „ dum in divinis monitis opus voluntatis exi- „ gitur, ſatis liberum demonſtratur arbitrium". Et iterum capite proximè ſequenti: " Dicit „ Apoſtolus (inquit) *Noli vinci à malo, ſed vince* „ *in bono malum.* Et utique cui dicitur, *Noli vinci*, „ arbitrium SINE DUBIO voluntatis ejus convenitur". Quomodò igitur homini præci- pitur ut credat, ſi arbitrio voluntatis caret? Mihi hic incidit illud Nazianzeni: D· Tale „ quiddam eſt ſtoliditas: & ſecum ipſa, & cum „ veritate pugnat; ut nec cùm ſibi ipſi adver- ſatur, id intelligat, aut erubeſcat". Et illud item Vigilii, de veteribus Dogmatiſtis: E Quid „ ſibi velit tanta profeſſionis veſtræ varietas, „ ut quod unâ manu ædificatis, aliâ iterùm de- „ ſtruatis, non intelligo: niſi quia veritatem Religionis mendaciorum fucis eluditis". Sed inconſtantiam Lutheri jampridem peculiari li- bello propalavit Epiſcopus Viennenſis Joannes Fabri. Ubi per 52. titulos ſeu Locos commu- nes, centurias aliquot contradictionum hæ- reſiarchæ diſtribuit: præfixo Operi hoc- ce titulo generali: *Antilogiarum Martini Lu- theri Babylonia.* Ibi titulo vigeſimo octavo ponit

A Theod. Præfat. in Polymorphum.

B. Lutherus in c. 2. ad Galatas.

C. Auguſt. lib. de grat. & lib. arbit. cap. 2.

Rom. 12. 21.

D Nazian. Orat. 32.

E. Vigil. 4. cont. Eutyc.

Ioan. Fabri.

ponit novem ejus antilogias super Articulo *De sola fide iustificante*. Item titulo 41. ponit quatuor ejusdem antilogias super Articulo *De libero arbitrio*. Item titulo 32. ponit duas super Articulo *De meritis*. Item titulo 48. ponit decem super Articulo *De bonis operibus*. Item titulo 36. ponit septem super Articulo *De Præceptis Dei*. Item titulo 43. ponit tres super Articulo *De absoluta necessitate*. Item titulo 42. ponit tres super Articulo *De libertate Christiana*. Item titulo 51. ponit duas super Articulo *De certitudine salutis*. Quos titulos specialiter hic commemorandos censui, eò quòd binos istos Articulos præcedentibus duobus capitibus discussos directè concernant, vel saltem accessoriè attingant. Unde non est necesse de singulis hic particulatim indagare, è quorum hæreticorum veterum lacunis Lutherus eos hauserit; cùm sufficiat ostendisse, unde hauserit primarios duos hactenùs discussos, quibus reliqui sunt consectarii. Nam ut vulgò dici consuevit, *Qui dat antecedens, dat quæ consequuntur ad illud.*

CLVIII. Tertius porrò annulus cohærentiæ Lutheranismi cum veteribus hæresibus, est dogma istud, vel ipso auditu horrendum ac blasphemum, quo Deus statuitur author peccatorum. Lutheri verba huc spectantia sunt ista:
F. Luth. in Assert. Art. 36. Vide lib. de capt. Babyl. — F. *Mala opera in impijs Deus operatur.* Ubi ne fortè quis suspicaretur hoc ei velut aliud agenti præcipitanter excidisse, ibidem continuò pergit id ex professo probare, subdens: *Vt Prov. 16. dicit: Omnia propter semetipsum operatus est Dominus, etiam impium ad diem malum. Et Rom. 1. Tradidit illos Deus in reprobum sensum, ut faciant quæ non conveniunt. Et XI. Quem vult indurat, cuius vult miseretur. Sicut & Exod. 9. de Pharaone dicit, In hoc ipsum excitavi te, ut ostendam virtutem meam in te. Ideo enim est terribilis Deus in iudicijs & operibus suis.*
COHÆRENTIA III. — Hanc porrò hæresim non Lutherus invenit primus, sed extinctam revocavit ab Inferis. Ut enim omittam quòd
Wicleffus. — *VVicleffus* eam docuerit ut probabilem lib. 2. Trialogi cap. 3. certè ducentis propemodùm annis ante Lutherū condemnata fuerat Parisiis
Io. de Mercuria. Vide hos errores ad calcem Magistri Sentent. — inter errores *Ioannis de Mercuria*, quorum quartus ita sonabat: *Deus facit quòd aliquis peccet, & quòd sit peccator: & vult voluntate beneplaciti quòd ille sit peccator.* Septimus item sic: *Quemlibet peccantem Deus vult peccare voluntate beneplaciti, & facit eum peccare, & vult quòd peccet.* Octavus denique sic: *Deus facit malum esse, & peccatum esse.* Sed & isto longè adhuc vetustiores
Seleuciani. Hermiani. Floriniani. — *Seleuciani* & *Hermiani*, apud Augustinum lib. de Hæresibus ad Quodvultdeum cap. 59. asserebant, *Malum esse aliquando à Deo.* Et ante hos adhuc *Floriniani*, qui apud eundem Augustinum ibidem cap. 66. dicebant, *Deum creasse mala.* Videat Lector quæ de his scripsimus superiùs cap. 23. §. 78. Eandem denique

Simoniani. Priscillianistæ. — hæresim Vincentius Lyrinensis attribuit *Simonianis* & *Priscillianistis*, de quorum respectivè Patriarchis loquens: G. Quis (inquit) ante
G. Lyrin. cap. 34. — „ *Magum Simonem*, Apostolicâ districtione per„ cussum, à quo verus ille turpitudinum gurges „ usque ad novissimum *Priscillianum* continuâ „ & occultâ successione manavit, authorem „ malorum, id est, scelerum, impietatum, fla„ gitiorumque nostrorum, ausus est dicere
DIFFICVLTAS. — Creatorem Deum"? Cæterùm hæc Vincentii opinio difficultate non caret, pro ea parte quâ Magum Simonem insimulat. Simon enim Apostolorum ætate vixit & hæresim evomuit: Florinus verò non nisi demùm post centum & ampliùs exinde annos dogmatizare occœpit; ætate nimirum Irenæi, cujus in Schola Polycarpi fuit aliquando condiscipulus, licèt jam provectior. Testatur autem Irenæus, antiquiores Florino hæreticos nunquam ea dogmata, quæ Florinus prædicabat, asseruisse. Ex quo planè apparet, Simonem Magum protohæresiarcham ea non tradidisse. Irenæi ad Florinum, in hæresim jam lapsum, verba sunt hæc:
H. Irenæus Epist. ad Florinum. — H. Ista dogmata, Florine, ut tecum agam hu„ maniùs, sanæ doctrinæ & sententiæ non sunt. „ Ista dogmata sunt Ecclesiæ repugnantia, ut„ pote quæ eos qui illis obsequuntur, in maxi„ mam impietatem dejiciant. Ista dogmata NE „ HÆRETICI QUIDEM, QUI ERANT AB EC„ CLESIA EXTURBATI, UNQUAM AFFIRMARE AUDEBANT". Ex quibus verbis arguere licebit in hunc modum: Dogmata Florini adeò horrenda fuerunt, ut ne hæretici quidem usque in id tempus ea affirmare ausi fuerint. Præcipuum verò maximèque horrendum inter ea fuit illud, quo Deus fingebatur author peccatorum; ut cap. 23. §. 78. vidimus. Igitur hæretici usque in id tempus affirmare illud ausi non fuerunt. Ac per hoc nec Simoniani nec ipse eorum Patriarcha Simon illud affirmarunt, quippe qui ante istud tempus viguerunt & errores suos seminaverunt. Hæc difficultas
EXPEDITVR. — commodiori viâ expediri non posse videtur, quàm dicendo, dogma Florini quadantenùs novum fuisse, nec per omnia cum Simoniano coincidisse, sed horribilius quodammodò extitisse. Sic enim verificabitur dictum Irenæi, nec falsificabitur dictum Lyrinensis. Discrimen porrò Floriniani dogmatis à Simoniano in hoc consistere videtur, quòd Florinus formalia hominum peccata Deo authori attribuerit, Simon Magus autem nonnisi materialia. Ratio est, quia Florinus non ademit hominibus arbitrij libertatem, sed asseruit eam à Deo inclinari ad liberè peccandum, adeòque ad formale peccatum perpetrandum. Quemadmodùm enim Catholici docent, bona opera à Deo in nobis fieri, non solùm manente, sed liberè etiam cooperante voluntatis nostræ arbitrio; ita Florinus

contendebat, mala opera sive peccata à Deo in nobis fieri, non solùm manente, sed liberè etiam cooperante voluntatis nostræ arbitrio. At verò Simon Magus, hominum libertatem penitùs evacuavit, unde consequens erat homines non nisi materialiter scelera perpetrare, formalem verò malitiam in solum Deum naturæ authorem & instinctorem redundare. Hinc Vincentius Lyrinensis post verba illa superiùs citata, quibus Simonem perhibet ausum dicere authorem malorum esse Deum, continuò subdit: " Quippe quem asserit, „ talem hominum manibus ipsam suis creare „ naturam, quæ proprio quodam motu, & „ necessariæ cujusdam voluntatis impulsu, nihil aliud possit, nihil aliud velit, nisi peccare: eò quòd furiis omnium vitiorum „ exagitata & inflammata, in omnia turpitudinum barathra, inexhaustâ cupiditate rapiatur".

Lyrinens. suprà.

Scrupulus.

CLIX. Dicet fortè hìc quispiam, ex jam dictis consequens apparet, perperàm à nobis numeratos fuisse Florinianos inter priscos hæreticos à quibus Lutherus suum dogma, de Deo peccatorum authore, emendicaverit. Nam discrimen à nobis assignatum inter Florinianos & Simonianos, pari jure secernit eosdem Florinianos à Lutheranis; quippe liberum arbitrium evacuantibus perinde ac evacuabant Simoniani: ac proinde nonnisi materialia hominum peccata Deo authori adscribentibus; sicut dictum est de Simonianis: quos in hoc secrevimus à Florinianis, quòd Deo affingerent peccata hominum duntaxàt materialia, Floriniani autem etiam formalia. Respondetur negando id esse consequens, quod prætenditur. Primò quia ut Floriniani inter Lutheranismi patronos, quoad præsens dogma rectè numerarentur, sufficiebat quòd in ipso dogmate propugnando Lutheranis patrocinarentur, etiamsi alio medio ad illud persuadendum uterentur. Patrocinati sunt autem: quia docuerunt, *Deum esse authorem peccatorum*, quem similiter docet Lutherus authorem esse peccatorum: tametsi illi id docuerint ex motivis aliis, iste ex aliis. Secundò, quia etsi Lutherus locis ex ipso superiùs citatis magis imitari videatur Simonianos, quàm Florinianos, alibi tamen adhærere se indicat Florinianis magis quàm Simonianis: ut cùm ait, [I.] *Si præscivit Deus Iudam fore proditorem, necessariò Iudas fiebat proditor: nec erat in manu Iudæ aut ullius creaturæ aliter facere, aut voluntatem mutare*: LICET ID FECERIT VOLENDO, NON COACTVS. *Sed velle illud erat opus Dei.* Ecce hìc agnoscit opus peccaminosum esse hominis volentis & non coacti ad volendum. In quo recedere videtur à Simonianis, & accedere ad Florinianos. Eapropter Joannes Fabri in sua *Antilogiarum Lutheri Babylonia* suprà memoratâ, contraponit antilogicè

Excutitur.

I. Luther. lib. de Servo arbit.

prædictis verbis Lutheri hæc item ejusdem alibi verba: [K.] *Omnia ex absoluta necessitate eveniunt: adeò quòd etiam Deus non solùm est causa peccati permissivè, sed effectivè.* Imò verò idem Lutherus subinde omnem libero arbitrio adimit activitatem, puram & meram ei tribuens passivitatem. Præmissis namque illis Dei ad Israëlitas verbis, *Sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea, domus Israël*; hanc subdidit glossam, [L.] *Quid, obsecro, activitatis habet lutum, quando figulus formam ei affingit? Nonne mera passio ibi cernitur?* Quâ similitudine ex professo ibi probare contendit, liberum arbitrium non cooperari Deo activè, sed habere se merè passivè. Quod planè contrarium est ei quod de Juda proditore dixerat: *Id fecit volendo, non coactus.* Nec refert quod ibidem subdiderit, *Sed velle illud erat opus Dei.* Nam & Catholici agnoscimus, actus nostros supernaturales esse munera & opera Dei, juxta illud Christi ad Judæos, *Hoc est opus Dei, ut credatis in eum*: Nihilominùs non dubitamus tales actus esse nostros, & procedere à nostro libero arbitrio, liberè volente, & non coacto, nec fataliter necessitato. Itaque Lutherus quoad dogma de Deo authore peccatorum, non ita adhæret Simonianis, quin subinde declinet ad Florinianos; nec ita remanet apud Florinianos, quin denuò excurrat ad Simonianos. Quapropter inter Magistros è quorum Scholis hausit præsens suum dogma, rectè numerati à nobis sunt *Simoniani* pariter & *Floriniani.* Est verò dogma ipsum ita horrendum, quemadmodum cap. 23. §. 78. indicavimus, ut ejus horrore perculsi veteres quidam Dogmatistæ, cùm non possent originem & radicem primam malorum extra Deum reperire, maluerint duos potiùs Deos, bonum unum & malum alterum, fingere, quàm uni Deo bono peccata hominum ascribere. Inter ipsos Ethnicos non defuere, qui Deum tantâ istâ infamiâ liberare tategerint: ut Maximus Tyrius Differt. 23. Seneca quoque tametsi *Deos* pluraliter nominet, non vult tamen cuiquam eorum aspergi infamiæ labem. Imò verò Deorum infamatores eorundem negatoribus æquiparat: [M] Quid interest (inquiens) utrum Deos neges, an infames"? Pulchrè etiam Tertullianus adversùs Gnosticos: [N.] *Deum* sufficit di- „ ci, ut necesse sit bonum credi: malum enim „ Deum qui præsumpserit, constare in utroque „ non poterit; aut Deum negare debebit, quem „ malum existimarit: aut bonum dicere, quem „ Deum pronuntiarit. Bona igitur erit & voluntas ejus, qui nisi bonus, non erit Deus". Ego sanè si alterutrum eligere constringerer, atheus hac in parte, quàm Lutheranus fieri præeligerem. Sed nec cunctor dicere, Deum quoque ipsum malle non esse, quàm talem esse, qualis à Luthero post prisca illa Mundi peripsemata fingitur esse. Nonne enim ipse est, qui

K. Id. Assert. 36.

Hier. 18.

L. Id. Psalm.

Io. 6.

M. Sen. Epist.

N. Tert. in Scorp. cap. Vide Cl. Alex. Pædag.

qui per os assumptæ humanitatis dixit de Iscariote Traditore suo, propter unum ipsum traditionis facinus; *Bonum erat ei, si natus non fuisset?* Et tamen ex Lutheri sententia, vel potiùs dementia, Deus hujus ipsius tanti facinoris author & architectus est: nec solùm hujus, sed quorumlibet etiam aliorum toto Mundo commissorum, aut posthac committendorum. Cur igitur in consequentiam regulæ abs se positæ, & Traditori intimatæ, non liceat dicere, Melius fuisset Deo non esse, quàm tot tantorumque scelerum opificem esse? Est quidem hoc consectarium ad Lutheri hypothesim, ut proinde de hac nihil aptiùs dici posse videatur, quàm quod est apud Tertullianum: O. Horrebo planè spurcum blasphemiæ afflatum, de hæretico ore fœtentem". Addo præterea, Lutherum, aliosque blasphemi istius dogmatis patronos, videri, solatjum aliquod suis vitijs, ex vitiosi Dei consortio, quæsivisse: quemadmodum olim profana Gentilitas Deos sibi facinorosissimos finxerat, non tam ut eos sincera devotione percoleret, quàm ut eorum imitatione velamen nequitiæ suis flagitijs ac sceleribus superinduceret: P. Deos (inquit Nazianzenus) vitiorum patronos effinximus: ut peccatum non modò crimine careat, sed etiam divinum censeatur; ad ea videlicet, quæ pro Dijs adorantur, defensionis causâ confugiens". Et Athanasius: Q. Omnes propemodum civitates (inquit) omnibus libidinibus scatent, ob immanitatem morum quam in Dijs suis conspiciunt". Et Cyprianus: R. Deos suos (inquit) quos venerantur, imitantur: fiunt miseris & religiosa delicta". Et Augustinus: S. Nonne ego (inquit) in flumine moris humani lego & tonantem Iovem, & adulterantem? Et utique non posset hæc duo: sed actum est, ut haberet authoritatem ad imitandum verum adulterium, lenocinante falso tonitruo". Et Minutius Felix: T. Quid loquar (inquit) Martis & Veneris adulterium deprehensum, & in Ganymedem Jovis stuprum cælo consecratum? Quæ omnia in hoc prodita, ut vitijs hominum quædam authoritas paretur". Et Julius Firmicus: V. Cuicunque (inquit) placet superstitionis istius metuenda contagio, aut malis suis solatium quærit, aut facinora Deorum tacitâ collaudat cogitatione: hoc optans, hoc quærens, hoc utique magnopere desiderans, ut & sibi liceat, quod Dijs suis licuit; ut & se ad consortium talis vitæ, morum similitudo perducat. Adulterio delectatur aliquis? Jovem respicit, & inde cupiditatis suæ fomenta conquirit: probat, imitatur, & laudat, quòd Deus suus in cygno fallit, in tauro rapit, ludit in satyro; & ut liberalis in flagitijs esse consuescat, quòd inclusam regiam virginem aurò largiter fluente corruperit. Puerorum aliquis delectatur amplexibus, Ganymedem in sinu Jovis quærat, Herculem videat Hylam impatienti amore quærentem, Hyachinti desiderio captum Apollinem discat. Chrysippum alius, alius Pelopem videat: ut per Deos suos sibi licere dicat, quicquid hodie severissimè Romanis legibus vindicatur". Et post paucula ibidem inferiùs: " Alienum aliquis desiderat, & hoc cum morte domini conatur implere? Videat, ut Hercules occiso Geryone Iberas abegerit boves. Si quis promiscuâ hominum cæde gaudet, præposteras Martis cupiditates diligenter inspiciat. Semina penè omnium scelerum à Dijs suis peccantium turba colligit: & ut perditus animus impunè facinus posset admittere, ex præcedentibus facinorum exemplis majore se authoritate defendit. Si stupri præmia corruptor inquirit, si viam optat sollicitationis addiscere, in sinu corruptæ mulieris aurum videat Iovis. Si publicus parricida commissam sibi regni custodiam nefariâ prodere cupiditate desiderat, respiciat ad eos qui Saturnum filio prodiderunt. Quatenus jus lædatur hospitij, vel quatenus amicitiæ jura turbentur, vel quatenus mensæ conciliatio sancta violetur, si quis ad injuriam pronus quærit, ordinem scelerum de Tantali casibus discat. O facinorosæ cupiditatis triste solatium! O hominum deflenda persuasio! O infelicis imitationis cruenta meditatio! Scenam de cælo fecistis, & errantes animos per abrupta præcipitia crudeli calamitate duxistis; dum hominibus peccare cupientibus facinorum via de Deorum monstratur exemplis". Quid, quæso, minùs fecit Lutherus: qui ut homines ad laxandum in omnia facinorum ac flagitiorum genera habenas induceret, Deum omnium facinorum ac flagitiorum architectum confinxit? Sed non fuit ipse primus hujus execrandæ strophæ commentor, sive inter Pseudochristianos, sive inter Paganos: prout jam satis ex dictis perspicuum est. Quapropter tam ipsi, quàm reliquis quibuslibet ejusdem blasphemiæ hodie resuscitatoribus refricandum est illud Prosperi corollarium: *Non ergo cum istis novâ acie dimicandum est, nec quasi contra ignotos hostes specialia sunt ineunda certamina. Tunc istorum machina fracta sunt tunc in superbia socijs ac Principibus corruerunt quando &c.*

Mat. 26. 24.

O. Tertull. in Scorpiaco cap. 7.

P. Naz. Orat. 39. Vide Orat. 3.

Q. Athan. Orat. cont. Idola.

R. Cyp. Epist. 2.

S. Aug. lib. 1 Confess. c. 16. Vide Epist. 202. & l. 2. de Civit. c. 7.

T. Minutius in Octavio.

V. Iul. Firm l. de Errore profan Relig c. 13. Vide Arnob l. 5. & Lactant. l. 1 c. 10 & l 5 c. 10. & Cyril. Alex. l. 7 cont. Iul & Ambros l. 1. de virginib. & Isid. Pelusiot. l. 2. Epist. 92.

CAPUT L.

Recensentur & astruuntur novem alij annuli cohærentiæ Lutheranismi cum antiquioribus hæresibus: Quartus nimirum de remanentia peccati in parvulis baptizatis: Quintus de Scripturistici canonis repudiatione: Sextus de Scripturistici sensus arbitraria depravatione: Septimus de divinarum Traditionum rejectione: Octavus de ecclesiæ Catholicæ defectione: Nonus de Romanæ Ecclesiæ depressione: Decimus de Romani Pontificis insectatione: Vndecimus de Conciliorum Ecclesiasticorum enervatione: Duodecimus de Sacrorum Tractatorum vilipensione. Singuli annuli ad priscos suos patronos & patriarchas reducuntur.

CLX. IAm reliquos hujus cohærentiæ annulos celeriori passu percurremus; non quidem universos, propter nimiam multitudinem, sed tamen præcipuos & maximè obvios: quos inter inprimis occurrit ille: W *In puero post Baptismum negare remanens esse peccatum, est Paulum & Christum simul conculcare.* Hic porrò error à Waldensibus emendicatus est; qui, teste Reinero, dicebant, X *Quòd ablutio quæ datur infantibus nihil prosit.* De ijsdem Etmengardus: Y Di„cunt hæretici (inquit) *Quòd nulli, nisi proprio* „ *ore & corde hoc Sacramentum* (Baptismum) *pe*„ *tat, potest prodesse: Inde adducentes hunc erro*„ *rem, quòd parvulis Baptismus aqua nihil prosit*". Refutat in Waldensibus eundem errorem Ebrardus Bethuniensis lib. contra Waldenses cap. 6. Verùm nec Waldenses fuere primi inventores, sed duntaxat renovatores istius hæreseos. Diu quippe ante ipsos eandem docuerant *Massaliani*, qui & *Euchitæ*, atque *Enthusiastæ*: qui apud Damascenū dicebant: Z *Baptismum non perficere hominem, nec divina Sacramenta accepta expiare sordes animi, sed solas preces, quæ ab illis rectè fundantur.* Item, *Neque aut Baptismo Ecclesiæ, aut Clericorum Ordinationibus omnino Spiritus Sancti participes eos fieri qui sacrâ aquâ expiantur: sed eos demùm, qui paulò studiosiùs socios se eorum precum orationumq́ præbuerint.* Et ante Damascenum Theodoretus: A *Massaliani* „ (inquit) quod nomen in Græcam linguam „ translatum *Euchitas* seu Precatores significat, „ *Baptisma* dicunt *suscipientibus nihil prodesse*: „ *Novaculæ enim instar præcedentia peccata aufert*, „ *peccatorum autem radices stirpitùs non exscindit*: „ *perpetua autem oratio radicem peccati funditus evellit*". Inter hos & Lutheranos interesse illud videtur, quòd tametsi concorditer admittant peccatum baptismate secundùm se sive ex opere operato non evelli, adeoque illud in infantibus nihil operantibus remanere post Baptismum: Lutherani tamen fidei, Massaliani autem orationi expiationem adscribant. De Massalianis id patet ex mox dictis: de Lutheranis id patet ex hisce Lutheri verbis: B *Baptismus neminem iustificat, nec ulli prodest; sed fides in verbum promissionis, cui additur Baptismus: hæc iustificat, & adimplet id quod Baptismus significat.* Verùm cùm fides sit fons orationis, juxta illud Apostoli, *Quomodo invocabunt, in quem non crediderunt?* consequenter apparet, Massalianos perinde ac Lutheranos requisivisse fidem ad consequendum peccati abolitionem sive evulsionem: adeoque parvulis fide carentibus, quantumvis baptizatis, negasse remitti peccatum. Unde inter *Lutheranorum* Progenitores numerantur *Massaliani* à Prateolo post Lindanum: C De his (ait ille) qui hoc no„ stro sæculo *Massalianorum* imitantur errorem, „ sic scribit Lindanus, Dubitantij sui Dialogo „ secundo: *Massaliani negabant per Baptismum* „ *homines sanctificari, neque per Sacramenta sordes* „ *animi expiari. Planè nunc ita Lutherus, Calvinus,* „ *& Suenckfeldius, Baptismum adeo docent inefficacem, ut peccatum originis verè maneat, neque* „ *animus peccati labe expietur, aut cor expurgetur*". Hanc porrò vetustissimam Massalianorum hæresim, à Lutheranis novissimè de Orco resuscitatam, Pelagiani olim Augustino & Catholicis ei consentientibus affingebant, quasi docerent ac dicerent, D *Baptisma non dare omnem indulgentiam peccatorum, nec auferre crimina, sed radere: ut omnium peccatorum radices in mala carne teneantur.* Sed calumniam hanc à se & Catholicis cæteris Augustinus ibidem continuò propellit: E Quis hoc (inquiens) adversùs „ Pelagianos, nisi infidelis affirmet? Dicimus „ enim Baptisma dare omnium indulgentiam „ peccatorum, & auferre crimina, non radere, nec „ *Vt omnium peccatorum radices in mala carne teneantur, quasi rasorum in capite capillorum, unde* „ *crescant iterum resecanda peccata*: nam & istam „ similitudinem comperi, suæ illos adhibere „ calumniæ, tanquam hoc nos sentiamus atque dicamus.

W. Luther. Art. 2 per Leonem X. damnato.

COHÆRENTIA IV.

X. Reiner. contra Walden. cap. 5.

Y Etmeng. cont. Walden. cap. 12

Ebrardus

Z Massaliani apud Damasc. l. de Hæresib.

A Theod l. 4 Hæret. Fab. cap. xi.

B Luth. capt. B... c. de B...

Rom. 10

C Prat. in Elen. hæreticor. xi. cap.

Vide ... in Dub. Dial. 2.

D Pela... nor. ca... nia apud Aug. l. ... Bonif. c...

E Aug. ad Bo... cap. 13

„ dicamus. Sed de ista concupiscentia carnis „ falli eos credo, vel fallere, cum qua necesse „ est ut etiam Baptizatus, & hoc si diligen- „ tissimè proficit & Spiritu Dei agitur, piâ „ mente confligat. Sed hæc etiamsi vocatur „ *Peccatum*, non utique quia peccatum est, sed „ quia peccato facta est, sic vocatur: sicut „ scriptura, *manus* cujusque dicitur, quòd manus eam fecerit". Cùm Augustinus calumniam istam à Pelagianis sibi aspersam tam disertè propulerit ac refellerit, mirum profectò est Lutherum non erubuisse, in patrocinium sui Articuli per Pontificem ut suprà damnati, eundem ipsum Augustinum adducere: F· *Dicunt* (ait ille) *Baptismi injuriam esse, si non omnium peccatorum tribuere dicatur remissionem, sicut habet fides Catholica Ecclesiæ, & Sanctum Euangelium. Si ergo remissa sunt omnia peccata, quod reliquum est, peccatum dici non debet. Respondeo, quid hic dicere possum, nisi quod, urgentibus eodem argumento Pelagianis, Augustinus dixit? Scilicet peccatum remitti quoad reatum, sed non quoad actum: seu, ut ipsius verbis utar*, PECCATUM ISTUD REATV TRANSIT, ACTU MANET. Ubinam Augustinus ea verba protulerit aut scripserit, Lutherus non indicat, sed nec indicare potuit, quia nusquam & nunquam Augustinus ea protulit aut scripsit. Dixit quidem sæpiùs & scripsit, concupiscentiam in renatis actu manere, reatu transire seu tolli: *Peccatum* verò *actu in renatis manere*, nusquam dixit, nusquam scripsit. Imò disertè aliquoties asseverat, concupiscentiam in renatis manentem non esse peccatum, nisi ei ad illicita à renato consentiatur. Tunc verò manifestum est non esse peccatum originale, sed actuale sive personale. Quid enim manifestius quàm quod mox suprà ex ipso retulimus? Quàm item quod ait alibi, G· Concupiscentia jam „ NON EST PECCATUM IN REGENERATIS, „ quando illi ad illicita opera non consentitur"? Quàm item quod ibidem paulò post subjicit de eadem: " Sic autem vocatur *peccatum*, quia peccato facta est, CUM JAM „ IN REGENERATIS NON SIT IPSA PEC- „ CATUM; sicut vocatur *lingua* locutio quam „ facit lingua; & *manus* vocatur scriptura „ quam facit manus. Itemque sic vocatur *peccatum*, quia peccatum si vincit facit; sicut „ vocatur frigus *pigrum*, non quòd à pigris „ fiat, sed quòd pigros faciat"? Ex quibus facilè perspicitur quàm sit contrarius Augustino non solùm secundus ille Lutheri Articulus jam discussus, sed etiam tertius ab eodem Leone X. damnatus, quo ait: H· *Fomes peccati, etiamsi nullum adsit actuale peccatum, moratur exeuntem à corpore animam ab ingressu cæli*. Cujus oppositum disertè etiam alibi tradit Augustinus, ut cùm ait: I· Nec mireris, quòd dixi, „ manente concupiscentiali lege peccati, reatum ejus solvi per gratiam Sacramenti. Si- „ cut enim facta, & dicta, & cogitata iniqua, „ quantùm ad ipsos motus animi & corporis „ pertinet, jam præterierunt, & non sunt; „ eis tamen præteritis, & non jam existentibus, reatus eorum manet, nisi peccatorum „ remissione solvatur; sic contrà, in hac, non „ jam præteritâ, sed adhuc manente lege con- „ cupiscentiæ, reatus ejus solvitur, & non „ erit, cùm fit in Baptismo plena remissio pec- „ catorum. Denique si continuò consequatur „ ab hac vita migratio, NON ERIT OMNINO „ QUOD OBNOXIUM HOMINEM TENEAT, SOLUTIS OMNIBUS QUÆ TENEBANT". Falsò itaque, atque etiam falsariè, Lutherus in suæ hæreseos patrocinium arrogat sibi suffragium Augustini: cui tam est dissonus, quàm est *VValdensibus* ac *Massalianis* consonus. Sed quid mirum si audeat imponere Augustino, qui ausus est imponere B. Paulo, & Christo?

F Luth. in Assert. Artic. 2. per Leonem X. damnati.

G. Aug. l. 1. de Nupt. & conc. c. 23. Vide ib. c. 25. 26. & 27. & l. 2. de pec. cat. Merit. c. 4. & 28.

H. Luth. Art. 3 per Leonem X. damnato.

I. Aug. l. 2. de pec. Merit. cap. 28.

CLXI. *Quintus* ejusdem cohærentiæ annulus est canonis Scripturistici per Ecclesiam approbati repudiatio. *Sextus* item, Sensus Scripturistici pro suo commodo ex privati spiritus dictamine depravatio. De his duobus annulis satis superque tractatum à nobis est superiùs cap. 45. per totum, & cap. 46. §. 147. ubi specialiter ostensum est, Lutheranos quoad primum cohærere *Manichæis* & *Marcionistis*: quoad posteriorem, *Valentinianis* & *Priscillianistis*. Præter loca verò Patrum ibidem adducta, videri potest Epistola 253. Augustini ad Ceretium, & Epistola 93. Leonis Papæ ad Turribium cap. 16. *Septimus* annulus rectè statuitur Articulus ille Lutheranicus cap. 42. §. 137. relatus: *Neque alia doctrina in Ecclesia tradi vel audiri debet, quàm purum verbum Dei, hoc est, sancta Scriptura*. Quam hæresim pridem ante Lutherum tradiderat *VVicleffus*, qui in Supplemento Trialogi cap. 9. ait: *Quidquid Papa vel Cardinales sciunt ex Scriptura sacra deducere, id tantùm est credendum, vel ad eorum monita faciendum: quicquid extrà præsumpserint, contemnendum est tanquam hæreticum*. Sed nec iste extitit primus ejusdem hæreseos inventor: longè quippe antiquior est ista Pelagij hæresiarchæ vox: K· *Credamus quod legimus; & quod non legimus, nefas credamus astruere. Quod de cunctis etiam dixisse sufficiat*. Et ante hunc Semi-Ariani exertè pronuntiabant: L· *Vocem* COESSENTIALIS *penitùs rejicimus, nimirum velut alienam à divina Scriptura*. His quoque pridem anteà præluserant Ariani, quorum vox est: M *Vnde nobis* ESSENTIÆ *nomen affertur? Cur filius* COESSENTIALIS *Patri dicitur? Quæ Scriptura dixit de* COESSENTIALITATE? Maximinus quoque Arianorum Episcopus, horum sectator, apud Augustinum lib. 1. adversùs ipsum sub initium, dicebat eidem Augustino: *Si quid de divinis Scripturis protuleris, quod commune est cum omnibus*,

COHÆRENTIA V. ET VI.

Augustinus. Leo.

Lutherus.

COHÆRENTIA VII. Wicleffus.

K. Pelag. apud Aug. l. de Nat. & grat. c. 39.

L. Semi-Ariani apud Epiph. Hæresi 73.

M. Ariani apud Epiphan. Hæresi 69.

Maximinus

bus, necesse est ut audiamus: hæ verò voces quæ extra Scripturam sunt, nullo casu à nobis suscipiuntur; *cùm ipse Dominus moneat nos, & dicat: Sine causa colunt me, docentes mandata & præcepta hominum.*

Mat. 15. 9.

Pneumatomachi quoque eandem hæresim Lutheranis præcuderunt, quorum Patriarcham Macedonium alloquens Gregorius Nazianzenus: N. Identidem (inquit) & sæpiùs „ nobis inculcas, *Spiritus Sancti divinitatem nullo Scripturæ loco proditam haberi*". De eisdem & Basilius Magnus: O. Probationes (inquit) „ è Scriptura clamore exigunt: Patrum testimonia, quæ Scripto prodita non sunt, veluti nullius momenti reijciunt". Quòd si Lutheranis lubeat ex Veteri quoque Testamento patronos sui erroris accersere, invenient Sadducæos Judæorum Sectarios, dicentes apud Iosephum, P. *Oportere ea tantùm servari, quæ Scripto continentur.* Et ut paucis hunc cohærentiæ annulum expediam, proferam testimonium Cardinalis Hosij, summariè rem totam his verbis complectentis: Q. Magnâ ex parte quotquot „ fuerunt hæretici, solum esse Dei verbum as- „ severabant, quod Scripturis contineretur, „ cui fidem habere Christianum quemlibet „ opporteret. Contrà Catholici contendebant, „ & soli & omni verbo Dei, sive scriptum „ id, sive traditum esset, fidem haberi debere. „ Ex quo cuivis perspicuum esse potest, quæ sit „ honestæ matronæ, quæ contrà vox adulteræ mulieris". Vox nimirum *matronæ honestæ*, id est, castissimæ Christi sponsæ Ecclesiæ Catholicæ, est illa: Omni Dei verbo, sive in Scripturis expresso, sive in thesauro Traditionum reposito, fides adhibenda est: *Mulieris adulteræ* vox est; Soli illi verbo, quod in Scripturis expressum est, fides habenda est. Ista porrò *adultera*, id est, hæresis, vel hæreticorum synagoga, non contenta ipsa fornicari, etiam *matronæ honestæ* calumniam fornicationis impingit: R. Hoc enim modo (inquit Chrysostomus) se habet malitia, semper contra „ virtutem pugnat, & ei sua peccata affricare & impingere vult". Hæc ibi ille, occasione nimirum Ægyptiæ, uxoris Putipharis, quæ castissimo Iosepho crimen adulterij abs se attentati affinxit. Qua de re etiam Theodoretus ait: S. Qui factam pro nobis dispensationem „ negant, hæreticos nos appellarunt; impuris „ mulieribus simile quidpiam factitantes. Illæ „ namque, cùm formam suam venalem habe- „ ant, meretricijs probris castos vexant, & „ intemperantiæ suæ nomina ijs qui intempe- „ rantiam illarum detestantur imponunt. Hoc „ Ægyptia fecit, quæ turpis desiderij servi- „ tutem amplexa, quum servili adulatione „ aggressa esset castum Iosephum, nec inescare „ ac voluptatis laqueis irretire potuisset, alieni „ thori prædonem appellabat amatorem continentiæ". Atque hinc patescit nobis aditus

N. Nazian. de Pneumat. tom. Ora. 37.

O Basil. lib. de Spirit. S. cap. 10. Vide ib. c. 25.

P Sadducæi apud Iosep. l. 13. Anti. c. 18. Vide l. 18. c. 2.

Q Hosius l. 4. cont. prolegomena Brentij sub initium.

R Chrysost. Hom. 62. in Genesim

S Theodoret. Epistolâ 145. Vide Isid. Pelusiot lib. 2. Epist. 263.

ad octavum annulum cohærentiæ Lutheranismi cum antiquis hæresibus: quem statuere possumus illum Lutheri Articulum: T. *Tertulliani & Cypriani ætate degeneravit Ecclesia: imò ipsis Apostolis adhuc viventibus.* Ubi notandum, non eum loqui de particularibus personis, sed de ipsa universali Ecclesia: quam dicit *degenerasse*, hoc est, à fide pristina decidisse, Sponsi thorum violasse, adulterio hæretico sese polluisse. Hinc illud est ejusdem Lutheri dictum apud Erasmum suprà: V. *Neque quenquam vel tantillum moveat multitudo, magnitudo, latitudo, profunditas, miracula, sanctitas* ECCLESIÆ SANCTORUM. *Omnes perierunt, si senserunt ut scripserunt* &c. Hanc porrò hæresim Luthero & Lutheranis jam olim præformarunt *Luciferiani*: quorum causam agens quispiam, apud Hieronymum, W. Asserebat, *universum Mun-* „ *dum esse diaboli*: & ut jam familiare est „ eis dicere, FACTUM ESSE DE ECCLESIA LUPANAR". Antè hos quoque eandem hæresim seminaverant *Donatistæ*: qui, teste Augustino, X. Falsitatis Rei deprehensi, perti- „ naci dissensione firmatâ, in hæresim „ schisma verterunt: tanquam Ecclesia Chri- „ sti, propter crimina Cæciliani, seu vera, „ seu, quod magis Iudicibus apparuit, falsa, „ DE TOTO TERRARUM ORBE PERIERIT, „ ubi futura promissa est, atque in Africa „ Donati parte remanserit, in alijs terrarum „ partibus quasi contagione communionis extincta". De hac cohærentia Lutheranismi cum Donatismo videri præter alios potest Richardus Bristous Tomo 1. Motivorum cap. 1.

T Luth. Colloq. latinis ... mo 1. c. Patrib.

V Sup. 44. §. 1.

COH. RENT. VIII.

W Luci pud Hie. Dial. c. ipsos ca.

X Aug. res. 69.

Bristou.

CLXII. Præcedenti annulo vicinissimè appropinquat annulus nonus, in infamatione Ecclesiæ Romanæ consistens. Lutherus quippe superiùs cap. 16. §. 53. relatus, Romanam Ecclesiam appellat *Sodomæ colluviem*, item *cathedram pestilentiæ*, *Antichristianam*, *diabolicam*. Alibi rursùs, non de sola Romana prout particularis quædam Ecclesia est, sed prout comprehendit etiam eam omnem quæ Romano Pontifici cohæret & subhæret, loquens, asserit: Y. *Eam Ecclesiam quæ sub Papa regitur, quia sine amore & pastu verbi Dei regitur, nihil minus quàm Ecclesiam esse.* Quòd si quis ei obijciat multitudinem Eruditorum, qui tam constanter ac perseveranter contrarium tenuerunt ac docuerunt, respondebit ibidem paulò inferiùs: *Non ego tantillum curo, quòd longitudinem temporis, & multitudinem conspirantium mihi obiectant; quòd talibus argumentis Mundus contra Apostolos usus fuerit, & tamen ob hoc veritatem Euangelij recentem, à paucis idiotis prædicatam, redarguere non potuerunt.* Hæc ille, sed non fuit primus hujus insaniæ architectus. Dudum enim anteà eandem tradidere *Fratricelli*, qui apud Turrecrematam lib. 4. de Ecclesia p. 2. cap. 37.

Luther.

Y Lut. Assert. 25. per onem damnat.

COHÆ. RENT. IX.

Fratricelli cap. 37. dicebant, *Romanam Ecclesiam esse Meretricem.* Waldenses item apud Reinerum lib. contra ipsos cap. 5. dicebant, *Quod Romana Ecclesia non sit Ecclesia Iesu Christi, sed sit Ecclesia malignantium, & quod defecerit sub Sylvestro, quando venenum temporalium infusum est in Ecclesiam: & quod ipsi sint Ecclesia Christi, quia Christi doctrinam Euangelij & Apostolorum verbis & exemplis observent.* Et apud Ursbergensem ad annum 1180. *Totum Romanæ Ecclesiæ statum in capite & membris damnabant: & Romanam Ecclesiam purpuratam meretricem appellabant.* Dulcinistæ apud Eymericum parte 2. cap. 11. & apud Guidonem Carmelitam lib. de Secta Pseudo-Apostolorum cap. 1. dicebant, *Quod tota authoritas à Christo Domino tradita & collata Ecclesiæ Romanæ, est omninò evacuata, & iam dudum cessavit propter malitiam Prælatorum: & quod Ecclesia Romana, quam tenent Papa, Cardinales, Clerici, & Religiosi, non est Ecclesia Dei, sed reprobata Ecclesia.* Primum porrò hujus pestilentissimæ hæreseos authorem Lanfrancus Cantuariensis Antistes statuit Berengarium, Sacramentariæ perfidiæ inventorem. Qui cernens suum errorem, contra præsentiam Christi in Eucharistia, ab Ecclesia Romana fuisse damnatum; in ipsam excandens, aiebat: [z] *Reverà non sanctam Ecclesiam experta est veritas ipsam, sed Ecclesiam malignantium, Concilium vanitatis: nec Apostolicam, sed sedem Satanæ.* Cui respondens ibidem mox infrà Lanfrancus: " Traditus in reprobum sensum (inquit) San-„ ctam Romanam Ecclesiam vocas *Ecclesiam* „ *malignantium, Concilium vanitatis, sedem Satanæ.* „ Et hoc impio ore garrivisti, quod garrivisse „ NEMO LEGITUR, NON HÆRETICUS, NON „ SCHISMATICUS, NON FALSUS ALIQUIS „ CHRISTIANUS. Quotquot enim à primor-„ dio Christianæ Ecclesiæ Christiani nominis „ dignitate gloriati sunt, etsi aliqui relicto ve-„ ritatis tramite per devia erroris incedere ma-„ luerint, Sedem tamen Sancti Petri magnificè „ honoraverunt, nullamque adversus eam hu-„ jusmodi blasphemiam dicere vel scribere præ-„ sumpserunt. Quod indubitatum habet qui „ eorum scripta legit, quæ diversis tempori-„ bus ac diversis de causis Sedes Apostolica ab eis transmissa vel porrecta recepit". Scripserat ante Lanfrancum contra Berengarii errorem Humbertus Cardinalis. Berengarius autem non correctioni, sed contentioni studens, rescripsit adversùs eum admodùm virulentè, juxta morem Dogmatistarum: asserens inter alia, *Quod scripsit contra Catholicam veritatem.* Et hanc clausulam refellens Lanfrancus ibidem superiùs ait Berengario: " Dum *Contra Catholicam* „ *veritatem scripsisse eum* asseris, non ipsum so-„ lum, sed & Romanos Pontifices, Romanam „ Ecclesiam, multosque Sanctos Patres fedar-„ guis: incurrisque in illud, quod Beati Docto-„ res si non eisdem verbis, eisdem tamen sen-„ tentiis in multis locis concorditer astruxe-„ runt, HÆRETICUM ESSE OMNEM HOMI-„ NEM, QUI A ROMANA ET UNIVERSALI „ ECCLESIA IN FIDEI DOCTRINA DISCOR-„ DAT. Evenitque tibi, justo Dei judicio, ut „ qui alios esse hæreticos astruere conaris, tu ipse „ in hæresim devolutus hæreticus esse convin-caris". Atque hæc de nono isto annulo impræsentiarum sufficiant. Sequitur modò decimus annulus, præcedenti affinis, ac penè gemellus, Romani nimirum Archipræsulis insectatio. Huc spectant multa Lutheri in Pontificem convitia & maledicta, sparsim in præcedentibus relata, signanter cap. 16 §. 53. Quibus addi potest iste ejusdem Articulus: [A] *Romanus Pontifex Petri successor non est Christi Vicarius super omnes totius Mundi Ecclesias ab ipso Christo in Beato Petro institutus.* Qui rursus in Assertione ejusdem Articuli asseverat, *Papam nihil minus quàm Pastorem Ecclesiæ Dei esse, sed idolum adversarium Christo & Euangelio eius.* Sed nec de hujus erroris adinventione gloriari potest Lutherus. Eum quippe illi præcuderat Joannes Hussius, inter cujus Articulos per Alanum Episcopum collectos, & à Cochlæo lib. 3. Historiæ Hussitarum relatos, iste est ordine vigesimus: *Papa, vita Beati Petri non conformis, non debet dici Papa, vel Vicarius Christi, sed potiùs Antichristi.* Iste item vigesimus secundus: *Papa est bestia, de qua habetur in Apocalypsi: Et datum est illi bellum facere cum Sanctis.* Nec ipse quoque Hussius de ejusdem erroris inventione potest gloriari: quem utique ex Wicleffo antiquiore didicerat. Hic namque in illud Euangelicum commentans, *Cùm videritis abominationem desolationis* &c. sic ait: *Romanus Pontifex radix est totius malitiæ, quoniam mendacijs à sequela Christi degenerat. Ipse est abominatio desolationis in abstracto.* Ante hunc quoque Waldenses eundem præformarunt errorem, quorum apud Reinerum lib. adversùs ipsos cap 5. iste refertur Articulus ordine octavus in prima classe: *Papa est caput omnium errorum.* Et ante hos quoque Berengarius: qui, ut refert Coccius Tomo 1. Thesauri Catholici lib. 7. Art. 6. *Romanum Pontificem* per probrum appellabat *Pompificem, & Pulpificem.* Sequitur nunc annulus undecimus, in repudiatione Synodorum Ecclesiasticarum consistens: de quo Lutherum toties in præcedentibus sua sensa promentem audivimus, signanter cap. 16. §. 53. & cap. 43. §. 139. Verùm hanc ei pravitatem propinaverat Wicleffus, qui p. 2. serm. 45. ait: *Non accipi debet vel credi Concilium Apostolorum, nisi de quanto creditur quòd Spiritus Sanctus confirmaverit eorum sententiam. Sed cùm multi concurrentes ad modernum Concilium sint ut plurimùm apostatæ, stolidi, & ignari, blasphema foret lex vel regula quæ dictaret, quòd generaliter standum sit & credendum*

Marginalia (left): Fratricelli. — Walenses. — Dulcinistæ. — [z] Berengarius apud Lanfran. de Eucharist. — Lanfrancus.

Marginalia (right): A. Luth. Artic. 25. per Leonem X. damnato. — CONSEQUENTIA X. — Hussius. — Apoc 13. 7. — Matt. 24. 15. Wicleffus. — Waldenses. — Berengarius. — CONSEQUENTIA XI. — Wicleffus.

credendum iudicio maioris partis. Quin & longè antiquiores Wicleffo Eutychiani eandem hæresim reipsâ tradiderant, rejiciendo œcumenicam Synodum Chalcedonensem, omnesque sibi cohærentes ad eandem anathematizandum compellentes: prout superiùs cap. 30. & aliquot sequentibus visum est. Imo verò eodem ipso capite 30. §. 97. ostensum est, solenne fuisse veteribus hæreticis, Arianis, Macedonianis, Nestorianis & aliis, accusare Synodos quibus fuissent condemnati. Sequitur jam duodecimus annulus, in Sanctorum Patrum vilipensione consistens: de quo Lutherum toties in superioribus audivimus censentem, signanter cap. 42. §. 137. & cap. 43. §. 138. & 139.

COHÆRENTIA XII.

Sed hanc portam ipsi aperuerat jam pridem Petrus Abailardus, cujus apud Bernardum vox est: B. *Omnes quidem sic, sed non ego sic.* Diu quoque ante Abailardum Paulus Samosatenus protervissimus hæresiarcha, C. In mortuos divinarum Scripturarum Interpretes importunè in Ecclesia debacchando, seipsum jactabat, non tanquam Episcopus, sed tanquam sophista & incantator". Sed quid pluribus hic recitandis immoror? Testatur enim Vincentius Lyrinensis, D. Hoc apud omnes ferè „ quasi solemne esse ac legitimum, ut semper „ profanis novitatibus gaudeant, ANTIQUITATIS SCITA FASTIDIANT".

B. Abailard. apud Bern. Epist. 90.
C. Apud Euseb. l. 7. Hist. Eccles. c. 30.
D. Lyrinens. cap. 34.

CAPUT LI.

Decimus tertius annulus Lutheranicæ cohærentiæ, in Academiarum reprobatione consistens, perpenditur: quem Lutheranis præcuderant Wicleffistæ, & Gnosimachi, *hæretici; nec non* Julianus Augustus *Christianismi abjuratione infamis. Quæ ratio movit apostatam Cæsarem ad occludendum Christianis Scholas; eadem movit & hæresiarcham Lutherum ad reprobandum Catholicas Academias. Lutherani non sibi constant, dum in suis Scholis non cessant discipulis elucidare divinas Scripturas, quas alioqui per se ipsas contendunt esse lucidissimas, facillimas, apertissimas. Decimus quartus annulus, in Monachismi execratione situs perstringitur; & unde eum Lutherani emendicaverint ostenditur. Tria vota monachalia recensentur, quæ à Lutheranis singulatim, post antiquos hæreticos, reprobantur, atque adeò hinc tres novi annuli, decimus quintus, decimus sextus, & decimus septimus, conflantur.*

CLXIII. INtegram jam dedimus duodenam annulorum, quibus Lutheranismus antiquioribus hæresibus cohærescit. Nondum tamen finis: nam Lutherus tam ferax est antiquorum monstrorum, quàm Africa novorum. Decimus tertius itaque annulus, præcedenti utcunque affinis, est Academiarum insectatio. Ostensum quippe est c. 16. §. 52. & 53. quàm ferociter insectetur Lutherus præcipuas Orbis Christiani Academias, errorum suorum damnatrices; eaque occasione in omnes indiscriminatim ejusmodi scholas insurgat, vocans eas *Lupanaria, Sodomas, Gomorrhas.* In libro item adversus Regem Angliæ, *Academias* & *Doctores* numerat inter *zizania, per Satanam, principatum idoli sui Romani, super agrum Domini seminata, quibus Ecclesia non modo potest saluberrimè carere, verùm etiam nec consistit quidem nisi careat, aut pro libero arbitrio utatur.* Hunc porrò errorem non invenit Lutherus, sed ex antiquiori hæresiarcha *Wicleffo* emendicatum renovavit. Inter errores quippe Wicleffi, in concilio Constantiensi Sess. 8. & 45. condemnatos, iste est ordine vigesimus nonus: *Universitates, studia, collegia, graduationes & magisteria in eisdem, sunt vana Gentilitate introducta: & tantum prosunt Ecclesiæ, sicut diabolus.* Wicleffo quoque hac in parte præluserant *Gnosimachi*: qui, ut refert Damascenus, E. Omni Christianorum cognitioni ac scientiæ ita „ adversabantur, ut *Vanum ac superfluum laborem* „ *esse* dicerent *eorum, qui in divinis Scriptis aliquam* „ *exquirunt scientiam. Neque enim Deum aliud à* „ *Christiano postulare, quàm præclaras bonasq; actio-* „ *nes. Itaque aliquem simplici rudiq; animo insti-* „ *tutum suum prosequi melius esse* aiebant, *quàm* „ *multam curam in cognoscendis Decretis atque sen-* „ *tentiis ponere*". Julianus quoque Apostata Scholas Christianorum recludi jussit: F. Christianos (ait de eo Egnatius) impio quodam odio adeò est insectatus, ut STVDIA, & militiam eis interdixerit". Et Ruffinus de eodem: G. Ludos litterarum (inquit) „ illis solis qui Deos Deasque venerarentur, patere

Lutherus. Vide Thom. lib. 1. cont. Luth. c. 15.
COHÆRENTIA XIII.
Wicleffus.
E. Damasc. lib. de Hæres. in Gnosimachis.
F. Io. Bapt. Egnat. l. 1. Rom. Princi. in Iuliano.
G. Ruffin. lib. 1. Hist. Eccles. c. 32.

patere decrevit". Quod ejus Decretum egregiè redarguit Gregorius Nazianzenus Orat. 3. sive Invectivâ primâ in Julianum. Hoc quippe suo Edicto providere versipellis studebat, ut adversus Gentiles, ad quos defecerat; inermis consisteret Christiana Religio à qua defecerat. Indicat hoc apertè Nicephorus, cùm de eo ait [H] Ne Christianorum pueri Græcis disciplinis erudirentur, aut Poëtas Scriptoresque „ eorum legerent, scholasve publicas frequen- „ tarent, lege cavit: *Nè linguis eorum*, inquit, „ *acumine perpolitis, facilè disputatoribus nostris re-* „ *sistere, & facta sua amplificare, Religionem verò nostram refellere facilè queant*". Imitari nimirùm voluit Philisthæos, qui *caverant ne facerent Hebræi gladium aut lanceam.* Unde factum, *ut cùm venisset dies prælij non inveniretur ensis & lancea in manu totius populi, qui erat cum Saule & Ionatha.* Academiæ sunt velut officinæ fabriles, in quibus spiritalia arma cuduntur, quibus Catholica Religio contra Allophylorum insultus propugnatur. Mirum proinde non est, si has summoperè oderint, qui Catholicam Religionem evertere student. Et sanè siquandò talibus suppetit potestas, odium istud suum perducere ad effectum, immane Religioni procreant nocumentum. Hinc Augustinus ut ostenderet Julianum Apostatam inter Ecclesiæ Persecutores esse numerandum: [I] An ipse „ (inquit) non est Ecclesiam persecutus, qui „ Christianos liberales litteras docere ac discere vetuit"? Theodoretus istam Juliani inhibitionem appellat *Apertam Dei infestationem*: [K] Jam APERTE DEO INFESTUS (ait ille de „ Juliano) contra pietatem leges ferebat. Ac „ primò quidem vetuit, ne *Galilæi*, sic Salva- „ toris Nostri sectatores appellabat, Poëticis, „ Rhetoricis, vel Philosophicis studiis operam „ darent: *Nam proprijs*, aiebat, *pennis, quod est* „ *in proverbio, configimur. Ex nostris enim libris arma* „ *sumunt, quibus instructi contra nos bellum gerunt*". Certè illud Juliani Edictum ipsis etiam Ethnicis adeò inhumanum est visum, ut eorum unus non dubitaverit, [L] *Inclemens*, & *perenni silentio obruendum* appellare. Hinc itaque inclementiam, perpetuo alioqui silentio obruendam, imitari volens post Wicleffum & Gnosimachos Lutherus, Catholicas Academias de medio tollendas suasit; & ut persuaderet, *Lupanaria, Sodomas, Gomorrhas, Zizania* nuncupavit. Sed quod de una Rhetorica scripsit olim Augustinus, hoc de reliquis liberalibus scientiis in Catholicis Gymnasiis tradi consuetis, maximè verò de Scientiarum regina, *Theologia*, dici meritò potest, præsertim cùm & hæretici in suis quoque Gymnasiis Theologiam quandam fucatam, cum reliquis similiter liberalibus disciplinis, tradere non cessent; non ut veritatem elucident, sed ut falsitatem colorent: [M] Cùm „ per Artem Rhetoricam (ait ille) & vera sua- „ deantur, & falsa; quis audeat dicere adversùs „ mendacium in defensoribus suis inermem „ debere consistere veritatem? Ut videlicet illi, „ qui res falsas persuadere conantur, noverint „ auditorem vel benevolum, vel intentum, vel „ docilem procœmio facere; isti autem non no- „ verint: illi falsa breviter, apertè, verisimili- „ ter; & isti vera sic narrent, ut audire tædeat, „ intelligere non pateat, credere postremò non „ libeat: Illi fallacibus argumentis veritatem „ oppugnent, asserant falsitatem; isti nec vera „ defendere, nec falsa valeant refutare? Illi ani- „ mos audientium in errorem moventes impel- „ lentesque, dicendo terreant, contristent, exhi- „ larent, exhortentur ardenter; isti pro veritate „ lenti frigidique dormitent. Quis ita desipiat, ut hoc sapiat"? Desipuit planè Lutherus, ut id saperet: sed non fuit primus qui sic desipuit, prout jam patuit. Habent Lutherani suas Academias, suosque Doctores; sed molestè ferunt Catholicos habere Academias suas, Doctores suos: sicut Julianus Apostata volebat Ethnicos Deorum cultores habere scholas suas, Professores suos; Christianos autem habere scholas occlusas, Magistros mutos, discipulos surdos: ut nimirùm cùm veniret dies prælii, cultores idolorum sine pugna vincerent, sine certamine triumpharent. Obiter tamen hìc advertendum, non satis consequenter ad aliud suum Principium Lutheranos erigere vel fovere Academias. Nam cùm sacra Scriptura ipsis sit omnia, quid opus est scholis aut Magistris ut discipuli hanc addiscant; quæ juxta suum Lutherum clarissima & apertissima est? [N] *Quo Iudice*, ait ipse, *finitur quæstio, si Patrum Dicta sibi pugnaverint? Oportet Scripturâ Iudice hic sententiam ferre. Quod fieri non potest, nisi Scripturæ dederimus principem locum in omnibus, quæ tribuuntur Patribus: hoc est, ut sit ipsa* PER SE CERTISSIMA, FACILLIMA, APERTISSIMA, SVI-IPSIVS INTERPRES, OMNIVM OMNIA PROBANS, IVDICANS, ET ILLVMINANS. Si ita est, ut Lutherus asseverat, profectò superflua fuerit pro Scripturis intelligendis erectio Academiarum, frequentatio Gymnasiorum, auscultatio Magistrorum. Quis enim non videat, in eum, qui Lutheri sententiæ jam relatæ acquiescit & tamen scholas visitat, rectissimè usurpari adagia ista vulgaria: [O] *Lucernam adhibes in meridie*: item, *Lumen Soli infers*: *Lumen soli mutuas?*

CLXIV. Decimus quartus annulus statui potest vitæ Monasticæ detestatio. Huc spectat Articulus ille Lutheri inter damnatos à Leone X. quadragesimus primus; sive postremus: *Prælati Ecclesiastici, & Principes sæculares, non malè facerent, si omnes saccos mendicitatis delerent.* Negat quidem Lutherus Articulum hunc esse suum: sed ita tamen, ut addat: [P] *Si dixissem tamen, Principes benè facere, si saccos mendi-*

H. Niceph. lib. 10. Hist. Eccles. c. 25.

I. Iul. Apost.

Vide Mendozam l. 6. Viridarii Orat. 4. n. 76 & in cap. 13. lib. 1. Reg. Annot. 15. Sect. 1. n. 9. 1. Reg. 13. 19. Ibid. v. 22.

I. Aug l. 18. de Civitate c. 52.

K. Theodoret. lib. 3. Hist. Eccles. cap. 4.

L. Ammian. Marcell. lib. 22.

M. Aug l. 4. de Doctrin. Christ. c. 2.

N. Luther. in Proœmio Assert. Art. suorum per Leonem X. damnatorũ. Vide eund. l. de Servo Arbitrio.

O. Vide Erasm. Chiliadis 2. Centuria 5. c. 6. & 7.

Lutherus.

P. Luth. in Assert. Artic. 41. per Leon. X. damnat.

mendicitatis delerent: *in quam Scripturam, in quem articulum fidei peccaßem? Scilicet in ventrem Papæ & Ecclesiæ Papalis, & in regnum Satanæ & Antichristi*. Verùm ne quis fortè suspicaretur Lutherum non propter ipsum statum Monachalem, sed duntaxàt propter mendicitatem quibusdam Ordinibus Religiosis solemnem, insectari Religiosos, noverit eum scripsisse peculiarem librum *De Votis Monasticis*, seu veriùs contra vota Monastica: in quo generaliter omnia prorsùs Monastica Instituta execratur, dicens: *Cupio eradicata, & extincta, & abolita* UNIVERSA MONASTERIA. *Quæ utinam Dominus igne & sulphure cælesti ad exemplum Sodomæ & Gomorrhæ demergat: adeò ut ne memoria quidem illorum supersit. Neque satis fuerit, illis anathema imprecari*. Ecce nihil hìc discernit inter saccos mendicitatis, & horrea ubertatis: sed omnia indiscriminatim Monasteria cupit eradicari, extingui, aboleri, obliterari, imbre sulphureo cælitùs immisso exuri. Subdit prætereà quasi pro ratione tantæ execrationis: *Vota Monastica sunt impia, Gentilitia, Iudaica, sacrilega, mendacia, erronea, dæmoniaca, hypocritica, apostatica, etiam Sanctorum exemplis adversaria. Quare, cum omni fiducia revocanda & discindenda sunt, etiamsi piâ & seriâ intentione emissa fuerint*. Et in caput 7. prioris Epistolæ ad Corinthios: *Qui cælibem*, inquit, *in Monasterijs vitam degunt, idolo Moloch corpora suâ cremant*. Hunc porrò errorem Luthero præcuderant Hussitæ, de quorum capitaneo Joanne Ziska sic scribit Cochlæus: [R] Victoriis elatior indies factus Ziska, magis „ ac magis in Ecclesias & MONASTERIA, & in „ omnem clerum sæviebat. Statuas & imagi„ nes ubique abjecit; Sacerdotes & monachos, „ qui alicujus erant existimationis apud Catho„ licos, aut cremabat vivos, aut aliis exquisi„ tis suppliciis interimebat: viliores verò, „ exectis testiculis, dimittebat: ut plebi ludibrio essent". Sed nec Hussitæ fuere primi hujus pravitatis inventores: quam utique didicerunt & hauserunt à Wicleffistis. Articulus quippe vigesimus primus Wicleffi, in Synodo Constantiensi Sess. 8. & 45. damnatus, sic sonat: *Si aliquis ingreditur Religionem privatam qualemcunque, tam possessionatorum, quàm mendicantium, redditur ineptior & inhabilior ad observationem mandatorum Dei*. Articulus item quadragesimus quartus sic: *Augustinus, Benedictus, & Bernardus damnati sunt, nisi pœnituerint de hoc, quòd habuerunt possessiones, & instituerunt & intraverunt Religiones: & sic à Papa usque ad ultimum Religiosum omnes sunt hæretici*. Articulus denique quadragesimus quintus sic: *Omnes Religiones indifferenter introductæ sunt à diabolo*. Eundem errorem Waldensibus quoque antiquioribus attribuit Alphonsus à Castro lib. 10. verbo *Monachatus*, Æneam allegans Sylvium de Origine Bohemorum cap. 35. "Waldenses (ait ille) in „ tantam proruperunt insaniam, ut dicerent, „ *Mendicantium Religiones fuisse malorum dæmonum inventionem*". Sed longè adhuc antiquiores quidam apud Fulgentium, asserebant, *Monachos esse vasa contumeliæ*. Et adhuc antiquior Petilianus Donatista, de quo Augustinus: R. Perrexit (inquit) ore maledico in vitupera„ tionem Monasteriorum, & Monachorum: „ arguens etiam me, quòd hoc genus vitæ à me „ fuerit institutum. Quod genus vitæ omni„ nò quale sit nescit; vel potiùs, toto Orbe notissimum, nescire se fingit". Hos igitur, & alios similis furfuris hæreticos, & hæresiarchas, Lutherani habent hujusce sui dogmatis Patriarchas & Præcursores: ut proinde nec de hujus suæ hæreseos adinventione possint gloriari.

COHÆRENTIA XIV. Hussitæ.

R. Cochl. lib. 5. Hist. Hussit. ad an. 1421.

Wicleffus.

Waldenses.

Alph. à Cast.

Vide Fulg. l. 2. de Verit. Prædest. c. 21. & seqq.

R August. lib. 3. cont. Petil. c. 40.

CLXV. Monasticus statuS trium votorum voluntariâ emissione perficitur, castitatis videlicet, paupertatis, & obedientiæ: quorum totidem improbationes à Luthero attentatæ, tres sequentes annulos cohærentiæ Lutheranismi cum antiquatis pridem hæresibus constituunt. Sit igitur decimus quintus istius cohærentiæ annulus, improbatio votivæ castitatis, quam Lutherus aggreditur, ubi ait: [S] *Quid vovit cælebs vovendo castitatem, nisi rem quæ prorsùs nec est nec esse potest in manibus suis; cùm sit solius Dei donum, quod accipere, non offerre potest homo? Irridet ergo Deum dum vovet, non aliter quàm si voveat se fore Episcopum*. Et Epistola ad Wolfgangum Reissenbusch: *Votum continentiæ, contra verbum & opus Dei susceptum, ut impossibile & impium, nullius est momenti. Deus reprobat illud, non secùs ac si vovissem, Dei Matrem me fieri velle, aut novum cælum condere velle*. Et libro adversùs Catharinum: *Decima facies Antichristi est, insignis ille cælibatus, & castitatis Monasticæ multitudo. Planè Angelica facies, sed diabolica res*. Et in Symposiacis cap. de Vita conjugali: *Castitatem vovere nihil aliud est, quàm Sanctum conjugium damnare*. Cæterùm antiqua admodùm est hæresis ista: quippe quâ ante tot sæcula tenuerant *Helvidiani, Iovinianistæ, Vigilantiani, Gnostici, & Nicolaitæ*. Helvidius etenim apud Hieronymum lib. adversùs ipsum, nihilò meliorem esse dicebat pudicitiam virginalem, amplexu conjugali: [T] Idem tu putas „ esse (ait ei Hieronymus) diebus & noctibus „ vacare orationi; vacare jejuniis: & ad ad„ ventum mariti expolire faciem, gressum frangere, simulare blanditias". Et superiùs capite proximo: "Virginitatem (inquit) & nuptias „ comparando, disertus esse voluisti. Risimus „ in te Proverbium, *Camelum vidimus saltantem*". Joviniani primus Articulus, apud eundem est: [V] *Virgines, viduas, & maritatas, quæ semel in Christo lotæ sunt, si non discrepent cæteris operibus, ejusdem esse meriti*. Hujus velut hæres Vigilantius, [W] *Continentiam dicebat hæresim, pudicitiã libidi-*

S. Luther. lib. de Votis Monast.

COHÆRENTIA XV.

Helvidius.

T. Hier. lib. cont. Helvid. c. 10.

V. Iovinian. apud Hier. lib. 1. contra ipsum c. 2.

W. Vigilan. apud eund. l. cont. Vigilant. c. 1.

libidinis seminarium. Subdit porrò de ipso ibidem Hieronymus: " Quomodo Euphorbus „ in Pythagora renatus esse perhibetur, sic in „ Vigilantio Ioviniani mens prava surrexit: „ ut in illo, & in hoc, diaboli respondere „ cogamur insidijs. Cui jure dicetur; *Semen* „ *pessimum para filios tuos occisioni peccatis Patris* „ *tui.* Ille Romanæ Ecclesiæ authoritate damna„ tus, inter phasides aves, & carnes suillas, „ non tam emisit spiritum, quàm eructavit: „ Iste caupo Calagurritanus, & in perversum „ propter nomen viculi mutus Quintilianus, „ miscet aquam vino, & de artificio pristino „ suæ venena perfidiæ Catholicæ fidei sociare „ conatur, impugnare virginitatem, odisse „ pudicitiam, in convivio sæcularium contra „ Sanctorum jejunia proclamare; dum inter „ phialas philosophatur, & ad placentas liguriēs „ Psalmorum modulatione mulcetur". Et ante hos adhuc eandem pravitatem docuerunt *Gnostici*, & *Nicolaitæ*: quorum illi apud Epiphanium in Panario Hæresi 26. *Corruptibilibus corporibus permisceri persuadebant*: Isti verò, apud eundem Hæresi 25. eousque insaniæ prosilierunt ut dicerent: *Nisi quis singulis diebus venere exerceat, non posse eum vitæ æternæ fieri participem.* Nunquid enim huic doctrinæ consonat Lutherus suprà relatus, cùm ait: [X] *Quod scriptum est*, Crescite & multiplicamini, *non est præceptum*, *sed plusquàm præceptum*; *quod non possumus impedire*, *vel prætermittere*: *& perinde necessarium est ac edere, bibere, purgare, expuere, dormire, & vigilare* &c. Et verò quomodò virginali castitati favere vellet, qui etiam conjugali adeò est infestus, ut in Sermone de Matrimonio, habito Wittebergæ anno 1522. ibidemq; excuso anno 1557. loquens de marito habente uxorem in reddendo debito morosam, dixerit ac scripserit: *Hic opportunum est ut maritus dicat: Si tu nolueris, alia volet. Si domina nolit, veniat ancilla. Si tum renuat, repudia eam; & in vicem* VASTHI *surroga* ESTHER, *Assueri Regis exemplo.* Iam videamus quantoperè execretur Monasticam paupertatem, in cujus improbatione decimum sextum annulum constituimus: [Y] *Votum paupertatis*, ait ipse, *videtur à Satana in hoc effectum, ut Religiosi sub eius prætextu liberi fiant à iuvandis pauperibus alijs, & ab impendendis misericordiæ operibus.* Qui rursùs in Thesibus contra Articulos Lovaniensium, quorum trigesimus secundus erat, *Rectè Vota Deo facimus, tam Monastica, quàm alia* &c. sic ait: [Z] *Paupertas quam vovent Monachi, est rapina Orbis terrarum & opum Mundi, sicut scriptum est: Ecce peccatores abundantes in sæculo obtinuerunt divitias.* Hunc porrò errorem emendicavit ipse ex Wicleffo: cujus vigesimus quartus Articulus per Constantiensem Synodum damnatus sic sonat: *Fratres tenentur per labores manuum acquirere victum, & non per mendicitatem.*

Isa. 14. 21.

Gnostici.

Nicolaitæ.

X. Luth. sup. c. 46. §. 148. Gen. 1. 28.

Y. Luth. lib. de Votis Monast.

Lovanienses.

Z. Luth. Thesi 59. cont. Lovanienses. Ps. 72. 12.

COHÆRENTIA XVI.

Wicleffus.

Trigesimus item quartus sic: *Omnes de Ordine Mendicantium sunt hæretici: & dantes eis eleemosynam sunt excommunicati.* Refert quoque Thomas Waldensis Tomo 1. lib. 4. art. 1. cap. 16. eundem Wicleffum asseruisse, *Fatuos esse, & se periculo vitæ exponere, Religiosos paupertatem voventes.* Adeò autem præ alijs Religiosis infensus fuit Ordinibus Mendicantium, ut eorum sodalitia appellarit *Castra Caimitica*: [A] Ex qua voce CAIM (inquit Harpsfeldius) „ novus ipse & tetrior CAIM, quatuor Men„ dicantium Ordinibus, propter initiales lit„ teras, illis, ut putabat, correspondentes, calumniam instruxit": quasi nimirùm prima littera C. significaret *Carmelitas*: secunda A. *Augustinianos*: tertia I. *Iacobinos* seu Dominicanos: quarta M. *Minoritas* seu Franciscanos. Verùm ante Wicleffum duos alios ejusdem dogmatis patronos recenset Alphonsus à Castro lib. 12. adversùs hæreses, verbo *Paupertas*:" Tertia hæresis (inquiens) dicit, Pau„ pertatem non solùm esse inutilem, sed etiam „ noxiam. Hujus erroris author fuit quidam „ *Desiderius* Longobardus, tempore Alexandri „ Papæ hujus nominis IV. dicens, *Non esse* „ *licitum omnia pro Christo relinquere, nisi talem* „ *quis Religionem intret, quæ possessiones habeat*; „ *vel nisi talis sit, qui de labore manuum suarum* „ *vivere possit.* Eodem tempore fuit alius, *Gui„ lielmus de sancto amore*, qui Tractatum quen„ dam scripsit contra Monachos Mendican„ tes, præsertim contra Minores, & Prædi„ catores: in quo hoc persuadere conatus est, „ *Paupertatem habitualem esse licitam, non autem* „ *actualem: hoc est, licitam esse animi prompti„ tudinem ad relinquendum omnia pro Christo, cùm* „ *necessitas urgeret: hac tamen necessitate seclusâ,* „ *illicitam esse paupertatem, per quam aliquis re„ nuntiet omnibus quæ possidet, ut liberiùs Deo* *servire liceat*". Ante istos quoque Vigilantius apud Hieronymum asserebat: [B] *Eos meliùs facere, qui utuntur rebus suis, & paulatim fructus possessionum suarum pauperibus dividunt, quàm illos qui possessionibus venundatis, semel omnia largiuntur.* Sequitur annulus decimus septimus, votivæ obedientiæ reprehensionem continens. De qua obedientia loquens Lutherus: [C] *Peccant hic*, inquit, *eadem insaniâ Monastici, quâ & in paupertatem.* Quòd cùm aliquot ratiunculis probare tentasset, subintulit inferiùs: *Igitur stat conclusio, Obedientiam Monasticam esse rudem & puerilem obedientiam, pro rudimento duntaxat iuventutis institutam, nec aliter apud Deum acceptam, nec aliter voveri possibilem; nisi impiam & sacrilegam facere velis.* Hunc porrò errorem Luthero præformaverant Hussitæ, quorum Articulus ordine decimus quintus in Synodo Constantiensi Sess. 8. & 45. damnatus, sic sonat: *Obedientia Ecclesiastica est obedientia secundùm adinventionem Sacerdotum & Ecclesiæ,*

A. Harpsfeld. Hist. Wiclef. c. 4.

Castrius.

Desiderius.

Sanctamantius

B. Vigilantius apud Hieronym. cont. ipsum ca. 5.

C. Luth. lib. de Votis Monast.

COHÆRENTIA XVII. Hussitæ.

præter

præter expressam authoritatem Scripturæ. Consectarius quoque est idem error Articulis Wicleffi ibidem damnatis : quorum trigesimus quintus est , *Ingredientes Religionem , aut aliquem ordinem , eo ipso inhabiles sunt ad observanda divina præcepta , & per consequens ad perveniendum ad regnum cælorum , nisi apostataverint ab eisdem.* Si enim Monastica obedientia repugnet observationi divinorum præceptorum , proculdubio illicita est. Rursùs si apostatandum est à Religione ut perveniri possit ad regnum cælorum, profectò permanendo sub obedientia Religiosa incurritur jactura regni cælorum. Denique quia Religiosis ab obedientia Prælatorum invitorum se subtrahentibus infligi solet pœna excommunicationis , idem Wicleffus hanc quoque minimè extimescendam docet , ut sic obedientiam prorsùs elidat. Articulus quippe ejus trigesimus ibidem damnatus sic habet : *Excommunicatio Papæ , vel* CUIUSCUNQUE PRÆLATI , *non est timenda : quia est censura Antichristi.* Eundem præterea errorem ante Wicleffistas tenuere Beguardi & Beguinæ , quorum tertius Articulus per Clementem V. in Concilio Viennensi damnatus sic sonat : *Illi qui sunt in statu perfectionis , & spiritu libertatis , non sunt humanæ subiecti obedientiæ , nec ad aliqua præcepta Ecclesiæ obligantur : quia ubi Spiritus Domini , ibi libertas.* Waldenses quoque ante istos eundem tenuerant errorem : quorum apud Reinerum lib. adversùs ipsos cap. 5. iste est Articulus ordine undecimus in prima classe : *Non est obediendum Prælatis , sed tantùm Deo.* Et ante hos omnes , Lampetiani apud Damascenum lib. de Hæresibus , eidem errori viam aperuerant : D. *Lampetiani* (ait ibi Damascenus) „ à Lampetio quodam nomen sortiti , ijs qui „ vitam in Communitatibus & Cœnobijs „ degere instituunt , sinunt , quod quisque ve„ lit & probet vivendi genus sequi : quod et„ iam de vestitu judicandum est eodem mo„ do : *Nibil enim,* inquiunt , *Christianus facere* „ *debet invitus : propterea que scriptum est* , VOLUN„ TARIE SACRIFICABO TIBI. Et rursùs : EX VOLUNTATE MEA CONFITEBOR EI ".

Wicleffistæ

Begua. Beguin.

2. Cor.

Wald.

D. D. lib. de H. in Lampetian.

Psal.

Psal.

CAPUT LII.

Recensentur adhuc septem alij annuli cohærentiæ Lutheranismi cum antiquioribus hæresibus : decimus octavus nimirum , in Ieiuniorum Ecclesiasticorum abdicatione consistens : decimus nonus , in festivorum dierum profanatione situs : vigesimus , in cultus Sanctorum abolitione : vigesimus primus , in invocationis Sanctorum abrogatione : vigesimus secundus , in Reliquiarum spretione : vigesimus tertius , in votivarum peregrinationum improbatione : vigesimus quartus , in sacrarum imaginum dehonoratione. Occasione postremi hujus annuli agitur de volumine contra cultum Imaginum sub Caroli Magni *fictitio nomine ab* Eli Phili *evulgato. Conciliantur item inter se Synodus Nicena secunda , & Synodus Francofordiensis super cultu Imaginum.*

CLXVI. EX proximè dictis haud difficulter perspicitur quid de Ecclesiæ Præceptis censeat Lutherus. Nam qui Monasticam obedientiam , voluntariè ab unoquoque promissam & susceptam , elidit , haud dubiè politicam obedientiam , alienâ voluntate injunctam , cassat. Cùm enim ipse alicubi dixisset , E. *Neque Papa , neque Episcopus , neque ullus hominum habet ius unius syllabæ constituendæ super Christianum hominem* : continuò subjunxit hanc velut modificationem , *Nisi id fiat eiusdem consensu.* Minùs proinde obligatoria est , ex ipsius mente , obedientia extrinsecùs injuncta , quàm proprio consensu injecta. Hinc de ea quæ extrinsecùs , authoritate signanter Ecclesiastica , injungitur , asseverantissimè ipse ait Articulo 27. per Leonem X. damnato : *Certum est , in manu Ecclesiæ aut Papæ prorsùs non esse constituere articulos fidei , imò* NEC LEGES MORUM , *seu bonorum operum.* Sed ut ad specialiora descendamus , reprobat ipse Ecclesiasticam legem de jejunio statis diebus aut anni temporibus observando. Extat peculiaris ipsius Tractatus , *De doctrinis hominum vitandis* inscriptus : in quo legem jejuniorum acerbè carpit & censurat : *Erroneum est* , inquiens , & *plenum mendacijs , quod certis temporibus anni , Vigilijs Apostolorum , & aliorum Sanctorum , ieiunij necessitatem imponunt , sub gravi peccato , tanquam Ecclesiæ Decreto & Mandato. Nam ieiunia , quod ad dies & cibos attinet , libera & adiaphora in perpetuum esse debent.*

E. Luth. sup. præc. 45 §. 146.

debent. Hunc verò errorem Luthero præcucurrunt Waldenses, qui, apud Reinerum libro contra ipsos cap. 5. *Canonizationes, translationes, & VIGILIAS SANCTORUM contemnebant.* Et iterum ibidem inferiùs in tertia errorum classe: *Ieiunia Ecclesiæ non curabant.* Sed dudum ante hos Jovinianus asserebat, F. *Inter abstinentiam ciborum, & cum gratiarum actione perceptionem eorum, nullam esse distantiam.* Isto quoque vetustiores Aeriani eundem tenuere errorem, quorum Patriarcha Aerius apud Epiphanium Hæresi 75. aiebat: *Si omninò volo ieiunare, qualemcunque eligam diem à meipso, & ieiunabo propter libertatem.* Subdit porrò de ijsdem continuò Epiphanius: G. Apud „ ipsos studium est, ut potiùs in die Domi„ nica jejunent, quartâ verò & prosabbato „ edant. Sæpè verò etiam quartâ jejunant, „ non ex statuto, sed ex propria voluntate. „ In diebus verò Paschatis, quando apud „ nos sunt humidormitiones, castitates, affli„ ctiones; ipsi à summo manè obsonantur, „ carneque ac vino venas suas explentes ca„ chinnantur, ridentes ac subsannantes eos „ qui sanctum hunc cultum hebdomadis Pa„ schalis perficiunt". Eustathius item Sebastenus apud Socratem lib. 2. Hist. Eccles. cap. 43. Sectatores suos docebat, *Statuta ieiunia aversari, Dominicis verò diebus ieiunare.* Sequitur annulus decimus nonus, in festorum dierum profanatione consistens: H. *Duodecima facies Antichristi*, ait Lutherus, *est festorum dierum observatio; cùm omnes dies liberi sint & ad feriandum & ad laborandum. In hac autem facie insigniùs lucent magni illi festi dies, Visitationis, Corporis Christi, Apostolorum, Conceptionis, & similium: & necesse est peccare animas & perire, si quæ non servant, vel invitè servant hæc stulta, inutilia, & vana præcepta.* Hunc porrò errorem à Waldensibus emendicavit: de quibus Reinerus libro adversùs ipsos cap. 5. in tertia errorum classe:" Festum Paschæ (inquit) „ Christi & Sanctorum festa spernunt, prop„ ter multiplicationem festorum: & dicunt, *Quòd unus dies sit sicut alius*". Huic non absimilis est vigesimus annulus, in reprobando Sanctorum cultum consistens. De hoc Lutherus: I. *Ex falsa*, inquit, *& impia confidentia in homines collocatâ damnum quoque illud in Christianismum irrepsit, Sanctorum nempe cultus & veneratio: unde Christiana Ecclesia maximum sanè damnum, & tantùm non incomparabilem ruinam perpessa est. Quid enim Sanctorum cultus & veneratio aliud fuit, quàm diabolica res?* Hujus porrò erroris antiquitatem & perversitatem proponit nobis Alphonsus à Castro lib. 13. adversùs hæreses, verbo *Sancti*: ubi sic scribit: "Quosdam misit diabolus, qui in spiritu er„ roris loquentes mendacium, dicerent, „ *Sanctos non esse ab hominibus honorandos, neque* „ *oportere illos orare*: ut vel sic homines hic vi„ ventes, Sanctorum, qui in cælis sunt, de„ fraudarent auxilijs. Hujus pestiferæ hæreseos „ author primus, quòd sciam, fuit *Eustathius* „ quidam, propter hunc errorem & multos „ alios in Concilio Gangrensi damnatus. Post „ hunc in eodem errore successit *Vigilantius* „ Gallus, Barcinonensis Ecclesiæ Presbyter; „ adversùs quem B. Hieronymus bis de hac „ re scripsit. Eundem errorem post multos „ annos tutati sunt *VValdenses*, qui omnium „ Sanctorum festivitates ab Ecclesia auferre „ conati sunt. *Ioannes VVicleff*, cùm semper „ pro Waldensium Secta pugnaverit, noluit „ in hac parte ab illis deficere, ut semper sui „ similis esset. De *Ioanne Huß* non est opus „ dicere, cùm hic in verba Wicleffi, magis „ quàm in verba Christi jurasse videatur. *Bo*„ *hemi* verò, captivantes intellectus suos in „ obsequium Joannis Huss, hunc inter alios „ tutantur errorem. *Martinus Lutherus* hodie in eadem damnatione persistit". Possumus & nos genealogiæ Lutheranorum alios inserere, à Castrio prætermissos: ut Constantinum Cæsarem cognomento *Copronymum*: de quo Theosterictus, Oratione funebri in S. Nicetam, ait:" Sanctos Martyres honore pri„ vavit, cùm præcepit illos non esse *Sanctos* „ appellandos; sed simpliciter nominari debere *Apostolos*, *quadraginta Martyres*, *Theodorum*, *Georgium*, & alios similiter". *Faustus* quoque *Manichæus* satis præluserat Lutheranis, quando Augustino & reliquis Catholicis sibi adversantibus exprobrando dicebat: K. *Vos, qui desciscentes à Gentibus, monarchiæ opinionem primò vobiscum divulsistis, id est, ut omnia credatis ex Deo: sacrificia verò eorum vertistis in agapes,* IDOLA IN MARTYRES, QUOS VOTIS SIMILIBUS COLITIS. Ex quo loco videri imprimis datur, cultum Sanctorum Martyrum in Ecclesia esse valde antiquum: Secundò antiquum quoque esse abusum hæreticorum calumniandi Catholicos, quasi cultum latriæ Sanctis Martyribus impenderent, perinde ac Ethnici suis idolis aut falsis Dijs.

CLXVII. Superiori annulo proximè accedit ille, quo Sanctorum invocatio & imploratio reprobatur. De hoc Lutherus ait Waldensibus: L. *Non possum vos pro hæreticis habere, quemadmodum Sophistæ nostri faciunt, quòd neque Dei matrem, neque quenquam Sanctorum invocatis; sed in solo & unico Mediatore Christo acquiescitis. Etsi enim hic alius pro alio intercedere debet, tamen de Sanctorum mortuorum intercessione & invocatione nihil in Scripturis extat.* Ex quibus verbis non solùm habemus, Luthero invocationem Sanctorum displicuisse, verùmetiam Waldenses ea in re ipsi prælusisse. Atque ut prætercam Wicleffum Waldensibus recentiorem, qui eundem errorem tradit in suo

Marginal notes (left): COHÆRENTIA XVIII. Waldenses. — F. Jovinian. apud Hier. lib. 1. cont. ipsum cap. 3. — Aeriani. — G. Epiph. Hær. 75. Vide Aug. Hæres. 53. & Damasc. l. de Hæreses. in Aerianis. — Eustathiani. — H. Luth. l. de Captiv. Babyl. — COHÆRENTIA XX. Waldenses. — I. Luth. in Postilla Dom. 1. post ... — COHÆRENTIA ...

Marginal notes (right): Eustathiani. — Vigilantiani. — Waldenses. — Wicleffistæ. — Hussitæ. — Bohemi. — Lutherani. — Copronymus. — K. Faustus apud Aug. l. 20. contr. ipsum cap. 4. — L. Luth. de Adoratione Sacramenti ad Waldenses. — COHÆRENTIA XXI. — Waldenses. Wicleffus.

suo Trialogo cap. 3. & 30. ut præteream item
Henriciani. Henricianos hæreticos, de quibus in Vita S. Bernardi lib. 3. cap. 5. refertur, *Quòd Sanctorum invocationes deridebant*: certè de Constantino
Copronymus. Copronymo refert Theosteriĉtus Orat. funebri in S. Nicetam, & Glycas p. 4. Annalium, *Quòd Edicto vetuerit, ne quis B. Mariæ aut aliorum Sanctorum intercessionem imploraret*. Ante hunc quoque Vigilantius apud Hieronymum dogmatizabat, M. *Quòd dum vivimus, mutuò pro nobis orare possumus: postquam autem mortui fuerimus, nullius sit pro alio exaudienda oratio; præsertim cùm Martyres, ultionem sui sanguinis obsecrantes, impetrare non quiverint*.

M Vigilantius apud Hieron. lib. contra ipsum cap. 3.

Sequitur annulus vigesimus secundus, præcedenti omninò affinis, in sanctarum Reliquiarum spretione consistens: N. *Reliquiæ*, ait Lutherus, *nihil aliud sunt, quàm fraudes & seductiones fidelium: quare, omninò infra terram defodiantur. Hoc de explodendis & exsibilandis Sanctorum Reliquiis olim pertractavit Vigilantius, cui se fortiter & acriter opposuit Hieronymus. Quòd si adhuc Vigilantij monumenta superessent, quemadmodum Hieronymi etiamnum extant, facile crediderim, eum multo Christianiùs super hoc scripsisse, quàm ipsum Hieronymum. Vellem terrâ omnes istas Reliquias contectas esse*.

N Luth in postilla in die Exaltationis Sanc. Crucis.

COHÆRENTIA XXII.

Ecce hîc habemus Lutherum & sua sensa proferentem, & simul eadem sua sensa antiquo hæresiarchæ Vigilantio adscribentem. Alios quoque ejusdem hæreseos patronos Vigilantio vetustiores nominat Hieronymus, *Eunomium*, & *Cainitas* Gnosticorum Progenitores: O. De barathro pectoris „ tui (ait ille Vigilantio) cœnosam spurci„ tiam evomens, audes dicere: *Ergo cineres* „ *suos amant animæ Martyrum, & circumvolant* „ *eos, semperq; præsentes sunt; ne forte si aliquis* „ *precator advenerit, absentes audire non possint*. „ O portentum in terras ultimas deportan„ dum! Rides de Reliquijs Martyrum, & „ cum authore hujus hæreseos EVNOMIO, Ec„ clesijs Christi calumniam struis, nec tali „ societate terreris; ut eadem contra nos lo„ quaris, quæ ille contra Ecclesiam loquitur". Et post pauca iterum ibidem inferiùs:" Scribit „ adversùs hæresim tuam, QUÆ OLIM ERU„ PIT CONTRA ECCLESIAM, ne in hoc quasi „ repertor novi sceleris glorieris, Tertullianus „ vir eruditissimus insigne volumē, quod *Scorpiacum* vocat, rectissimo nomine, quia arcuato „ vulnere in Ecclesiæ corpus venena diffudit: „ quæ olim appellabatur *Caina hæresis*; & multo „ tempore dormiens, vel sepulta, nunc à DORMITANTIO suscitata est".

O Hier. lib. cont. Vigilant. cap. 3. Vide eund. Epist. 53. ad Ripatium.

Subsequitur annulus vigesimus tertius, præcedentibus consectaneus, Peregrinationes votivas ad loca sacra & Sanctorum basilicas improbans: de quo Lutherum sua sensa promentem superiùs cap. 46. §. 148. audivimus. Sed nec magis de hujus, quàm de præcedentium annulorum adinventione potest gloriari. Testatur quippe Thomas Waldensis in Doctrinali fidei Tom. 3. titulo 15. Wicleffistas *Idololatriæ damnasse eos, qui ad loca sacra peregrinabantur*. Et ante hos Henriciani, ut in vita S. Bernardi lib. 3. cap. 5. memoratur, *Fidelium peregrinationes deridebant*. Waldenses item eundem tenuere errorem, de quibus Reinerus libro contra ipsos cap. 5. In tertio errorum classe, ait: *Sepulchrum Domini, & sepulchra Sanctorum contemnunt*. Quem errorem in eis ex professo refutat Ebrardus Bethuniensis lib. contra ipsos cap. 12. ubi & eos appellat *Herodianos*, propterea, quòd quemadmodum Herodes cogitavit impedire peregrinationem Magorum in Nativitate Salvatoris, ita ipsi dissuadent & improbant peregrinationes fidelium ad Memorias Sanctorum. Ante hos quoque Claudius Taurinensis apud Ionam Aurelianensem lib. 3. de cultu Imaginum prope finem, *Stultos & insipientes* appellabat *eos, qui intercessionem Apostoli Romam pergendo quærebant*.

COHÆRENTIA XXIII.

Huic & præcedentibus aliquot annulis admodùm vicinus est vigesimus quartus annulus, in contemptu sacrarum imaginum situs. Etenim qui Sanctis ipsis nullum religiosum cultum impendi patiuntur, quonam pacto eorum icones venerarentur? Unde tametsi Lutherus abolitionem Imaginum à Carolstadio Wittenbergæ attentatam improbasset, nihilominùs non tam ipsum factum, quàm facti modus ei displicuit: quia nimirum ipso absente & inconsulto res fuerat peracta. Hinc Cardinalis Hosius lib. 1. de Hæresibus nostri temporis, postquam Carolstadij ausum commemorasset adiecit: " Quamvis autem Witten„ bergam reversus Lutherus rem ipsam non „ improbaret, quoniam tamen alio quàm se„ ipso authore factum esset, quasi minùs rectè „ neque ordine factum, gravissimè reprehendit. „ Adeò ferre non potuit vel statui vel mutari „ quidquam ab ullo mortalium sive in doctri„ na, sive in ritibus, nisi priùs id per ipsum ita „ fieri debere sancitum fuisset. Tanta fuit in „ homine gloriæ cupiditas, ut, quod ad illius „ amorem attinet, rectè dicere potuerit: *Rivalem possum non ego ferre Iovem*". Lepidum verò est quod de Lutheri Sectatoribus memorat Lindanus, eos nimirum servare unam alteramve imaginem, reliquis omissis, P. Euan„ gelici (ait ille) inprimis Sacramentarij „ Carolstadius, Calvinus &c. omnes omni„ um Divorum, etiam Christi Domini cru„ cifixi abolent Imagines: Lutherani verò „ unam aut alteram servandam volunt, uti „ Wittenbergæ serpentis à Moyse de furca „ suspensi, & crucifixi: item Baptismi, & „ cœnæ". Hoc interim utrisque commune esse videtur, quòd nullum religiosæ venerationis cultum aut obsequium Imaginibus impendant. Qua in re imitatores se præbent non

Wiclef. Henrici. Walden. Claud. Hosi. Coel. Ad. Ann. P. in D. C R X.

non solùm *VValdensium* apud Reinerum lib. contra ipsos cap. 5. & *Bogomilorum* apud Euthymium in Panoplia; sed Xenaiæ quoque illius innumeris titulis infamis Pseudo-episcopi, de quo Nicephorus: Q· Primus iste (inquit) „vocem illam evomuit, *Christi & eorum qui ei* „*placuere Imagines non esse venerandas*. O audacem animum, & os impudens". De eodem Theodorus Lector in Collectaneis, & Joannes Diacrinonius in Historia Ecclesiastica, quorum verba recitantur in septima Synodo generali Actione 5. In qua Synodo hæresis ista ex professo discussa, displosa, ac damnata est; prout cernere licet ex Definitione Synodali quæ extat Actione 7. Ubi & subscriptionibus Patrum subnexis Definitioni adjiciuntur Exclamationes: R· Nos venerandas Imagines suscipimus: „Nos, qui secùs faxint, anathemate percellimus. Quicunque sententiam Sacræ Scripturæ „de idolis, contra venerandas Imagines adducunt, anathema. Qui dicunt quòd Christiani „Imagines adorent ut Deos, anathema. Qui „scienter communicant cum illis qui contra „venerabiles Imagines sentiunt, aut eas dehonestant, anathema".

CLXVIII. Verùm moderni sacrarum Imaginum spretores, signanter *Confessionistæ* in nupero suo libello Comitiis Imperialibus porrecto, huic Synodo opponunt Synodum Francofordiensem paulò pòst sub Carolo Magno habitam, & libros item sub ejusdem Caroli nomine *De Imaginibus* scriptos & inscriptos. Sed ad hos libros Pseudo-carolinos quod attinet, nullum robur authoritatis habent: de quorum utique authore illud solùm habetur certum, non fuisse Carolum Magnum, sed Iconomachum quendam Ecclesiæ infestum, qui cùm ex seipso authoritatem non haberet, perfidiam suam Imperatorio sub nomine instillare tentavit. Unde qui libros ipsos nuper evulgavit, ne suum quidem nomen exprimere est ausus, sed fictitium sibi vocabulum, *Eli Phili*, induit. Qua de re inspici potest Alanus Copus Dialogo 4. cap. 18. & seqq. item Dialogo 5. cap 1. & aliquot sequentibus: &, quos ad calcem Dialogi 4. citat, Turrianus & Horantius, ex professo ostendentes, *Eli Phili* merum esse impostorem ac suppostorem. Extat liber Leontii Byzantini adversùs fraudes Apollinaristarum, qui hæreticorum Scripta sub Sanctorum Patrum nominibus venditabant. Hunc librum præfatus Turrianus in Latinum transtulit, præfixâ ei præfatione, quæ sic incipit: S· Hæreticos cùm veteres tum novos non tan„tùm impostores, sed &, ut sic loquar, suppo„stores esse, testantur tot partus, quos magnis „authoribus, quantumvis insciis & invitis, per summam fraudem subjecerunt". Inter alia hujus pessimæ praxeos exempla enumerat illud jam memoratum de Pseudo-carolo adversùs cultum Imaginum: " Advertat Lector (in„quiens) nostros hæreticos, eodem genio pul„sos, sua aut veterum Sectariorum commenta „nominibus sanctitate præstantium virorum „ornasse, quo Eutychiani, Nestoriani, Apol„linaristæ, & horum similes olim impulsi fue„runt, ut Operibus Apollinaris nomina Julii „Pontificis Romani, Athanasii, aut Grego„rii Thaumaturgi præscriberent. Sciscitare „ex illis, cujusnam sit Epistola, quæ *S. Vdal*„*rici* nomen præ se fert? Cujus sint item li„bri *De Imaginibus* sub specioso *Caroli magni* tegmine"? &c. Superfluè igitur atque inaniter Pseudo-carolini istius Operis authoritatem authoritati œcumenicæ Synodi opponunt. De Francofordiensi Synodo dicendum est, eam Nicenæ secundæ nequaquam adversari in ullo fidei dogmate. Quod ut pleniùs perspiciatur conferenda sunt utriusque verba inter se. Nicena quippe Synodus duo astruit dogmata in materia sacrarum Imaginum: Primum est, T· *Exhibendam esse Imaginibus salutationem & honorariam adorationem*: Secundum, *Non esse eis exhibendam latriam, quæ divinæ solùm naturæ competit.* Horùm postremum Francofordiensis Synodus sic approbat, ut primum nullatenùs reprobet. In secundo enim suo canone, qui solus hanc materiam concernit, sic ait: V *Allata est in medium quæstio de nova Græcorum Synodo, quam de adorandis Imaginibus Constantinopoli fecerunt: in qua scriptum habebatur, ut* QVI IMAGINIBVS SANCTORVM, ITA VT DEIFICÆ TRINITATI SERVITIVM AVT ADORATIONEM NON IMPENDERENT, ANATHEMA IVDICARENTVR. *Qui suprà Sanctissimi Patres nostri*, OMNIMODIS ADORATIONEM ET SERVITIVM RENVENTES, *contempserunt, atque consentientes condemnaverunt.* Ubi de salutatione & honoraria adoratione Imaginibus Sanctorum exhibenda vel deneganda, ne verbum quidem: adeòque, quantùm ad hoc, nulla est inter utramque Synodum vel apparens pugna; nam quod Nicena astruit, Francofordiana non destruit, sed intactum præterit. In altero autem puncto, quo decernitur, non esse Imaginibus Sanctorum exhibendam *latriam*, sive *talem adorationem qualis vivificæ Trinitati impenditur*, omninò consonant & conjurant. Quapropter Tomo 6. Conciliorum Synodus ista Francofordiensis hunc sibi titulum habet prænotatum: *Concilium Francofordiense, Provinciale, approbatum, quo trecenti circiter Episcopi Elipandum & Felicem, eorumq; hæresim de Filio Dei, quæ Feliciana nominatur, condemnarunt:* ACTAQVE NICENI CONCILII SECVNDI IN CAVSA IMAGINVM CONFIRMARVNT, *Anno Domini 794. tempore Hadriani Papæ primi, & Caroli Magni, Anno Imperij eius 26.* Ubi signanter notanda est illa clausula, *Actaq; Niceni Concilij secundi in causa Imaginum confirmarunt.* Nicena etenim

Q. Niceph. l. 16. c. 27.

R. Synod. 2. Nicen. Act. 7.

S. Præfat. in Leont. adv. fraudes Apollinar.

T. Definitio Synodi 2. Nic. Act. 7.

V. Synod. Francof. can. 2.

Synodus suâ definitione superiùs jam memoratâ, duos extremos errores circa Imaginum venerationem amputavit, & Catholicam veritatem in medio positam firmavit. Primus extremus error astruebat Iconoclasiam, secundus Iconolatriam: priorem amputavit Synodus, definiendo, *Exhibendam esse Imaginibus salutationem, & honorariam adorationem*: quod Iconoclastæ renuunt. Posteriorem similiter errorem amputavit, definiendo, *Non esse Imaginibus exhibendam latriam, quæ divinæ solùm naturæ competit.* Quoad priorem definitionem Synodus Francofordiensis non ei contradicit, sed silet: quoad posteriorem non modò non contradicit, sed apertè insuper subscribit. Quænam ergo, replicant Adversarii, est illa *Nova Græcorum Synodus* Francofordiensibus Patribus oblata, *In qua scriptum habebatur, ut qui Imaginibus Sanctorum, ita ut Deificæ Trinitati, servitium aut adorationem non impenderent, anathema judicarentur*? Quærant ipsi è suis quænã illa fuerit. Nobis sufficit, ex textuum Synodalium collatione ostendisse, non fuisse Nicenam, imò oppositam veritatem definitam fuisse per Nicenam. Et verò ipsa Francofordiana Synodus palàm indicat, non Niceæ, sed *Constantinopoli* habitam fuisse eam Synodum quam reprehendit: *Allata est in medium* (inquit) *quæstio de nova Græcorum Synodo, quam de adorandis Imaginibus* CONSTANTINOPOLI *fecerunt*. Unde nonnulli suspicati sunt, sermonem esse de Conciliabulo Constantinopolitano paulò ante Nicenam habito sub Copronymo Iconoclasta. Sed cùm istud Conciliabulum usque adeò non definierit Imaginibus impendendam esse latriam, ut è contrario eis omnem prorsùs ademerit venerationem, etiam duliam: non apparet verisimile Francofordienses in suo canone ad illud respicere: nisi quis fortè malit dicere, Francofordienses ex sinistra informatione hìc errasse errore facti, existimando Copronymianum illud Conciliabulum definisse contrarium ejus quod reipsa definierat. Sicut autem in hoc errare potuit Francofordiensis Synodus errore facti, absque detrimento fidei: ita similiter absque detrimento fidei errare potuit errore facti, existimando Nicenam Synodum Constantinopoli celebratam fuisse, & cultum quoque Latriæ Imaginibus Sanctorum impendendum decrevisse. Dictum est enim superiùs cap. 37. §. 123. quòd Concilia, non solùm particularia, quale fuit Francofordiense, sed etiam generalia, errare possint in rebus facti. Eapropter dicendum est, vel Francofordienses Patres aliorsùm quàm ad Nicenam Synodum respexisse, vel certè ex mala informatione in quæstione facti errasse, putando Nicenam definivisse, quod non modò non definivit, sed cujus etiam oppositum definivit. Quisquis verò is fuerit qui Francofordienses malè informavit & informando decepit, videtur ansam sumpsisse ex subscriptione unius Episcopi quæ habetur in Actis Nicenæ Synodi, Constantini nimirum Episcopi Constantiensis in Cypro, cujus subscriptio hisce verbis concepta refertur Actione. 3. Synodi Nicenæ: *Suscipio & cum honore amplector sanctas ac venerabiles Imagines: ac latriæ adorationem soli supersubstantiali & vivificæ Trinitati defero.* Quæ quidem subscriptio prorsùs bona in se est, & conformis finali definitioni totius Synodi. Verùmtamen impostor quispiam aliter eam de Græco in Latinum transtulit, & Francofordiensibus Patribus tanquam totius Nicenæ Synodi definitionem obtrusit: bis peccans, semel quòd unius Episcopi subscriptionem pro integræ Synodi definitione venditaverit, semel item quòd ipsius illius Episcopi subscriptionem pessimâ fide transferendo perverterit. Genuinam Episcopi subscriptionem jam dedimus, qualiter autem ille eam perverterit, colligi potest ex Pseudo-Carolino Opere toties jam memorato, ubi lib. 3. cap. 17. ea subscriptio hocce tenore concepta habetur: *Suscipio & amplector honorabiliter sanctas & venerandas Imagines*, SECUNDUM SERVITIUM ADORATIONIS QUOD SUBSTANTIALI ET VIVIFICÆ TRINITATI EMITTO. Ecce quantoperè discrepet translatio impostoris, à textu subscriptoris. Hâc itaque ratione Synodus Francofordiensis decepta in quæstione facti putavit Nicenam Synodum definivisse, quod non modò non definivit, sed cujus potiùs oppositum definivit, ut vidimus.

CAPUT

CAPVT LIII.

Recensentur adhuc alij annuli cohærentiæ Lutheranismi cum priscis hæresibus, numero sedecim: nimirum vigesimus quintus, consistens in Sacramentorum Moysaicorum & Euangelicorum coæquatione: vigesimus sextus, in Baptismi Ioannis cum Baptismo Christi æquiparatione: vigesimus septimus, in infantium dum baptizantur creditione: vigesimus octavus, in Characterum Sacramentalium abnegatione: vigesimus nonus, in benedictionis fontis Baptismalis irrisione: trigesimus, in Sacramenti Confirmationis repudiatione: trigesimus primus, in transubstantiationis Eucharisticæ explosione: trigesimus secundus, in Eucharisticæ gratiæ denegatione: trigesimus tertius, in communionis laicalis sub unica duntaxat specie roprobatione: trigesimus quartus, in jejunij communioni præmittendi abdicatione: trigesimus quintus, in Sacrificij Missæ detestatione: trigesimus sextus, in Altarium improbatione: trigesimus septimus, in Sacerdotalium vestium despectione: trigesimus octavus in mixtionis aquæ in calice improbatione: trigesimus nonus, in temporis ad sacrificandum præstituti spretione: quadragesimus in luminarium abjectione.

CLXIX. AB Imaginibus personarum sanctarum pronus est transitus ad Imagines rerum sacrarum, quas usitato vocabulo *Sacramenta* nuncupamus: de quibus Augustinus: w. Si Sacramenta (inquit) quandam similitudinem earum rerum quarum Sacramenta sunt non haberent, omninò Sacramenta non essent". Multos planè annulos cohærentiæ Lutheranismi cum priscis hæresibus hæc una Sacramentorum materia suppeditat. Sit itaque vigesimus quintus istius cohærentiæ annulus, depressio Sacramentorum Euangelicorum ad imperfectionem usque Sacramentorum Moysaicorum: x. *Error est* (inquit Lutherus) *Sacramenta Novæ Legis differre à Sacramentis Veteris Legis penès efficaciam significationis.* Et Articulo primo inter damnatos à Leone X. *Hæretica est*, inquit, *sed usitata sententia, Sacramenta Novæ Legis dare gratiam illis qui non ponunt obicem.* Hic porrò error à fortiori deducitur ex errore *VValdensium*, qui apud Reinerum lib. adversùs ipsos cap. 5. in secunda errorum classe, *Omnia Sacramenta Ecclesiæ damnabant.* Eundem in *Pneumatomachis* redarguit olim Basilius Magnus, eorum partes sustinenti dicens: y. Quid confers „ lavacra cum lavacris, quæ solam nominis ap„pellationem habent communem, rerum verò „tanta est differentia, quanta est inter somnia & „ veritatem, inter umbras imaginesque, & ea quæ reverà subsistunt"? Est autem hic Lutheri error velut consectaneus alteri ejusdem errori superiùs cap. 47. §. 153. discusso, quo nimirum autumavit *Solâ fide hominem iustificari.* Ubi particula exclusiva, *Sola*, non opera duntaxat excludit, sed etiam Sacramenta, prout cernere licet ex dictis cap. 50. §. 160. ubi quod specialiter de Baptismo ille ait, proculdubiò de reliquis Sacramentis generaliter intelligi proportionatè intendit. Verba ejus de Baptismo, ibi relata, sunt: *Baptismus neminem iustificat, nec ulli prodest, sed fides in verbum promissionis cui additur Baptismus, hæc iustificat & adimplet id quod Baptismus significat.* Hinc itaque consequenter ille docuit, Sacramenta novæ Legis non differre penès efficaciam significationis à Sacramentis Moysaicis, sed utraque pariter esse ex semetipsis vacua & egena elementa, nihil efficientia aut juvantia sine fide, æqualiter juvantia cum æquali fide, inæqualiter cum inæquali fide. Ex quo Principio & illud quoque consectarium est, Baptismum Christi non differre penès efficaciam à Baptismo Joannis, sed, prout disertè perhibet Lutheri Achates Philippus Melancthon, z. *Ministerium fuisse idem,* „ *& effectus eosdem habuisse*: IN CREDENTIBVS". Ubi signanter adjecit, *in credentibus*: quia juxta ipsius & Lutheri Principia, in non credentibus neuter Baptismus ullum habuit aut habet effectum. Atque hic potest statui vigesimus sextus Lutheranicæ cohærentiæ annulus. Nam & veteres Donatistæ hunc eundem erro-

w. August. Epist. 23.

x. Luth. l. de Capt. Babyl. cap. de Baptismo.

COHÆRENTIA XXV. Waldenses.

Pneumatomachi.

y. Basil. lib. de Spir. S. 14.

Lutherus.

z. Melancth. in loc. commun. tit. de Baptismo Joannis.

COHÆRENTIA XXVI.

errorem ante mille ducentos annos tenuerant: è quibus Petilianus apud Augustinum sic ratiocinatur: A. *Si illos Apostolis licuit baptizare, quos pœnitentiæ Baptismo Ioannes abluerat; mihi vos baptizare sacrilegos non licebit?* Quæ collectio planè supponit, nihil amplius habere Baptismum Christi, quàm Joannis. Quam falsam Donatistarum suppositionem Augustinus ibidem subsequenter impugnat, præsertim cap. 37. ubi ex professo probat Baptismum Christi plurimùm differre à Baptismo Joannis, etiam penès efficaciam. Quòd si quis ex prædictis Lutheranorum Principiis subinferat, frustraneè & infructuosè baptizari infantes, nondum usu rationis pollentes, adeoque nondum credere potentes: Lutherus tametsi locis suprà relatis cap. 50. §. 160. videatur totum admittere, alibi tamen negat consequentiam, asseritque, Infantes dum baptizantur pollere usu rationis, saltem ad actualiter credendum: B. *Dicimus*, ait ipse, *ad Baptismum infantes* CREDERE, *per vim verbi quo exorcizantur, & per fidem Ecclesiæ eos offerentis, & eis fidem orationibus suis impetrantis. Alioquin mera & intolerabilia essent mendacia, quando baptizans à parvulo quærit an credat, non baptizaturus nisi vice eius respondeatur*, CREDO. *Vt quid interrogat an credat, si certum est eos non credere, ut Cochlæus contendit? Asserimus igitur, parvulos non esse baptizandos, si verum est eos in Baptismo non credere: ne illudatur divinæ Maiestatis Sacramentum. Debemus autem & hunc negatæ fidei errorem sophistis.* Atque hinc habemus alium novum Lutheranicæ cohærentiæ annulum: nam errorem istum, qui parvulis usum rationis anticipat, veteres olim *Pelagiani* tenuerant: prout videre licet apud Augustinum Epist. 106. & Serm. 7. de Verbis Apostoli cap. 6. & lib. 1. de Peccatorum Meritis c. 35. Quo postremo loco asseverat, oppositum adeò esse evidens, ut ad id probandum media deficiant quibus tanquam notioribus ipsum suaderi queat: C. Nonne tanta (inquit) infirmi„tas animi & corporis, tanta rerum ignorantia, „tam nulla omninò præcepti capacitas, nul„lus vel naturalis vel conscriptæ legis sensus „aut motus, nullus in alterutram partem ra„tionis usus, hoc testatiore silentio, quàm „sermo noster proclamat atque indicat? Va„leat aliquid ad seipsam persuadendam ipsa „evidentia: Nam nusquam sic non invenio „quid dicam, quàm ubi res de qua dicitur, manifestior est quàm omne quod dicitur". Et quia Pelagiani ad persuadendum suum commentum utebantur argumento desumpto ex lucta gemellorum Esau & Jacob in utero Rebeccæ, Augustinus negat eam luctam fuisse *arbitrium, sed prodigium* Ac continuò subdit: D. Ne„que enim daturi sumus & asinis liberum ar„bitrium voluntatis, quoniam hujus generis „jumentum, sicut scriptum est, & subjugale „sine voce, *hominis voce respondens, vetuit Propheta dementiam*". Hinc ergo discant Lutherani, quàm antiquum & antiquitùs explosum sit dogma illud suum de arbitrio parvulorum, sive de parvulorum fide, quæ supponit arbitrium. Argumentum porrò Lutheri, desumptum ex facto Patrinorum respondentium baptizanti pro baptizando infantulo, CREDO: non est quoque novum, sed antiquitùs objectum, & crebrò solutum. Pro omnibus sufficerit pervolvere Epistolam 23. Augustini ad Bonifacium, ubi cernere est argumentum istud à Bonifacio propositum, & ab Augustino dilutum. Et sanè non est verisimile, Lutherum reverà argumentum istud vulgatissimum & detritissimum tanti æstimasse, ut propter ipsum voluerit in tam exoticum dogma prosilire. Sed præoccupatus altero suo dogmate de necessitate actualis fidei, maluit absurdissimum consequens admittere, quàm à desponsato pridem antecedente recedere. Atque ita in seipso & de seipso verificavit, quod indefinitè de talibus ait Pelusiotes: E. Amore sui inebriati, „& ab anticipata aliqua opinione devicti, sæpè „absurda atque ridicula quædam dogmata excogitant & tradunt".

CLXX. Sequitur annulus vigesimus octavus, in characterum Sacramentalium impugnatione consistens. Fides quippe Catholica indubitanter profitetur, Baptismo, Confirmatione, & Ordine, imprimi characteres suscipientibus indelebiles. Lutherus autem eam doctrinam habet pro commento, dicens: F. *Commentum illud Characteris indelebilis iam olim irrisum est. Concedo ut Papa hunc Characterem imprimat, ignorante Christo. Cæterùm si ruat hoc Sacramentum & commentum aliquando, vix consistet ipse Papatus cum suis Characteribus.* Hujus Articuli cohærentiam cum priscis hæresibus Lutherus ipse eatenùs fatetur, quatenùs asserit oppositum Articulum, quod vocat commentum, *Iam olim irrisum esse.* Neque enim ab aliis quàm hæreticis irrideri potuit, quod non solùm sancti Patres magno consensu semper tradiderunt, sed Ecclesia Catholica in œcumenicis Synodis Florentina & Tridentina extra omnem dubietatis aleam constituit. Cæterùm in particulari errorem suum Luthero præformaverat hæresiarcha Wicleffus lib. 4. Trialogi cap. 15. quem ex professo refutavit Thomas Waldensis Tomo 2. de Sacramentis cap. 109. Sequitur annulus vigesimus nonus, in irrisione benedictionis aquæ baptismalis consistens, quem Lutherus recudit lib. de Visione Danielis adversùs Catharinum, *Omnes creaturarum benedictiones condemnans.* Dixi *recudit*: quia pridem cusus fuerat à Wicleffistis & Lollardis, apud Prateolum in Elencho hæresum lib. 10. cap. 7. item à Waldensibus, apud Reinerum lib. adversùs ipsos cap. 5. in tertia errorum classe.

A. Petilian. apud Aug. l. 2. contra litteras ejus cap. 34.

B. Luth. lib. cont. Cochl.

COHÆRENTIA XXVII.

Pelagiani.

C. Aug. l. 1. de Pecc. merit. cap. 35.

D. Id. Epist. 106.

E. Isid. Pelus. lib. 4. Epist. 130.

F. Luth. lib. de Captivit. Babil. c. de Ordine.

COHÆRENTIA XXVIII.

Wicleffus.

COHÆRENTIA XXIX. Wicleffistæ. Lollardi. Waldenses.

classe. Baptismum sequitur Confirmatio, quam de numero Sacramentorũ expungendo Lutherani trigesimum annulum cohærentiæ recudunt: G. *Mirum*, ait Lutherus, *quid illis in mentem venit, quod Sacramentum Confirmationis fecerint ex manuum impositione.* Eundem errorem olim à Waldensibus præcusum fuisse testatur Reinerus libro & capite proximè citatis, in secunda errorum classe: ubi de eis ait: *Sacramentum Confirmationis reprobant. Mirantur etiam quare solis Episcopis liceat confirmare.* Armenos quoque *Sacramentum Confirmationis negasse*, testatur Guido, Errore 21. Armenorum. Idipsum de Novatianis vetustissimis hæreticis innuit Theodoretus, ita de ipsis scribens: H Baptizatis Sanctissimum Chrisma non præ,, bent. Quapropter, eos qui ex hac hæresi ,, corpori Ecclesiæ conjunguntur, laudatissimi Patres inungi præceperunt". Trigesimus primus annulus Sacramentum Eucharistiæ concernit, transubstantiationis veritatem renuens. De hoc Lutherus in Captivitate sua Babylonica: *Transubstantiatio*, inquit, *potestate divinâ facta, pro figmento humanæ opinionis haberi debet: quia nullâ Scripturâ, nullâ ratione nititur.* Et lib. contra Regem Angliæ: *Impius est*, inquit, *& blasphemus, si quis dicat panem transubstantiari: Catholicus autem & verè pius, qui contrarium docuerit.* Hunc porrò errorem Luthero præcuderat Wicleffus: cujus primus Articulus in Concilio Constantiensi sess. 8. & 45. damnatus sic sonat: *Substantia panis materialis, & similiter substantia vini materialis remanent in Sacramento altaris.* Berengarius item pridem ante Wicleffum eidem errori adhæserat, primò quidem asserendo solam panis & vini substantiam speciebus Eucharisticis subesse, prout modò contendunt Sacramentarij: demùm admittendo Christi carnem & sanguinem subesse quidem, sed simul cum substantia panis & vini, adeoque absque transubstantiatione: prout nunc autumant Lutherani. Qua de re videri possunt Lanfrancus & Guitmundus in suis respectivè libris adversùs Berengarium, Anselmus item Cantuariensis lib. de Sacramento Altaris. Trigesimus secundus annulus eandem Eucharistiam concernit, negans eam conferre dignè suscipientibus gratiam. Hunc annulum Lutherus in illo suo generali theoremate complectitur, quo jam præcedenti § relatus aiebat: *Hæretica est, sed usitata sententia, Sacramenta Novæ Legis dare gratiam illis qui non ponunt obicem.* Hunc porrò errorem Luthero præformarunt Waldenses & Pneumatomachi, prout ibidem superiùs visum est. Quibus addi potest & Tanchelinus, qui temporibus B. Norberti eundem errorem apud Antuerpienses disseminavit: prout refertur in Vita ejusdem Norberti; testaturque Robertus de Monte in Appendice ad Chronographiam Sigeberti Gemblacensis ad annum 1124. ubi de Tanchelino, quem vocat Tandemum, sic inter alia ait: *Sacri Ordinis Ministros, & Episcopalem ac Sacerdotalem gradum nihil esse* dicebat: *corporis & sanguinis Christi perceptionem sumentibus ad salutem prodesse* negabat. Mirum porrò est, hujus erroris resuscitatorem Lutherum tantopere urgere sumptionem Eucharistiæ sub utraque specie, & despuere in Ecclesiam ob subtractam Laicis alteram speciem: cùm juxta ipsum nec alterutra nec utraque species quidquam emolumenti spiritalis sumentibus afferat, sed sola fides totum præstet; quæ tam benè potest adesse in sumptione unius speciei, quàm utriusque; & tam benè abesse in sumptione utriusque, quàm unius. Loquens quippe ipse de hisce speciebus, seu Sacramenti partibus: I. *Neutra*, inquit, *necessaria est; cùm fides sola hic sufficiat.* Articulus porrò quem ibi contra Pontificiam Censuram asserit ac vindicat, sic habet: *Consultum videtur quòd Ecclesia in communi Concilio statueret, laicos sub utraque specie communicandos. Nec Bohemi communicantes sub utraque specie sunt hæretici, sed Schismatici.* Quem Articulum velut nimis mitem post revocavit, & alium multo acerbiorem pro eo substituit: *Hunc Articulum*, inquiens in Assertione, *revocavi lib. de captivitate Babylonica, & iterum his scriptis revoco & dico, Bohemos & Græcos in hac parte nec hæreticos esse nec Schismaticos, sed Christianissimos & Euangelicissimos: quos & his verbis oro, & obtestor in Domino, ut in ea sententia firmiter permaneant, cùm pro se habeant expressum textum Euangelij, longævum & apud Græcos in hunc diem servatum Catholicum usum Ecclesiæ Dei: nec moveantur Tyranni illius Romani & Antichristi vastatorijs & impijs Decretis, quibus alteram Sacramenti partem per vim abstulit eis, quibus Christus ipse donavit.* Hic igitur sit trigesimus tertius annulus cohærentiæ Lutheranismi cum priscis hæresibus. Fatetur quippe ipse mox relatus Lutherus se hanc sententiam, de Laicis sub utraque specie communicandis, hausisse à *Bohemis* & *Græcis*. Primos porrò authores hujus erroris apud Bohemos Cochlæus lib. I. Historiæ Hussitarum statuit *Petrum Dresdensem* & *Iacobellum Misnensem*: quorum hic error, unà cum alio, quo contendebatur Eucharistiam non à jejunis sed à jam refectis & pastis esse sumendam, condemnatus est in Concilio Constantiensi sess. 13. Atque hinc emergit novus iterum annulus Lutheranicæ cohærentiæ. Lutherus etenim posteriorem quoque istum Articulum, de sumenda Eucharistia à non jejunis, renovavit: K. *O furorem*, ait ipse, *furore furiosiorem! Indignum est, inquiunt, ut in os Christiani aliud intret priusquam corpus Domini intraverit. O festiva ratio! Fortè nec nebulam, nec aerem priùs intrare licet os Christiani, quàm corpus Domini*

Marginalia (left): G. Luth. lib. de captivit. Babyl. — COHÆRENTIA XXX. — Waldenses. — Armeni. — H. Theod. l. 3. Hæret. Fabul. c. 5. — Lutherus. — COHÆRENTIA XXXI. — Wicleffus. — Berengarius — Lutherus. — COHÆRENTIA XXXII. — Waldenses. — Pneumatomachi.

Marginalia (right): Tanchelinus. — I. Luth. in Assert. Art. 16. per Leonem X. damnati. — COHÆRENTIA XXXIII. — Bohemi. — Græci. — Pet. Dresd. — Iacobellus. — COHÆRENTIA XXXIV. — K. Luth. lib. de abroganda Missa privata.

Domini intraverit: ut Sacerdotibus respiratione & vitâ interdicatur usque ad Missam & communionem: cùm Christus & Apostoli post cœnam communicaverint; & ferè fiat, ut moderato sumpto cibo & os mundius, & caput purgatius, & halitus incorruptibilior, totumque corpus dignius sit, quàm ieiunis.

CLXXI. Sacramento Eucharistiæ adeò conjunctum est sacrificium Missæ, ut hoc posterius sit oblatio illius prioris. Non est ergo mirum si Lutherus antiquas hæreses super sacrificio resuscitet, qui de ipso Sacramento tot tantasque renovarat. Supra modum Luthero displicet quòd per annos aliquot ante suam apostasiam Monachus existens Missas celebraverit: L. *Maxima*, ait ipse, *sunt peccata mea, quòd tam sanctus Monachus tot missis per annos quindecim Dominum meum tam graviter offendi.* Et rursus in caput 66. Isaiæ: *Monachi*, inquit, *quoties Missam celebrant, graviùs peccant, quàm si cædem faciant: est enim blasphemia opus.* Prælușerat Luthero hac in parte Wicleffus, cujus Articulus quintus in Concilio Constantiensi sess. 8. & 45. damnatus sic sonat: *Non est fundatum in Euangelio, quòd Christus Missam ordinaverit.* Lollardi item apud Trithemium in Chronico Hirsaugiensi ad annum 1315. *Missas vanitatem esse dicebant, & nullius reverentiæ vel utilitatis.* Waldenses quoque apud Reinerum lib. contra ipsos cap. 5. dicebant, *Quòd oblatio quæ fit à Sacerdotibus in missa, nihil sit, nec prosit.* Bogomili denique apud Euthymium in Panoplia p. 2. tit. 23. cap. 17. *Mysticum & venerandum sacrificium contemnebant ac despiciebant: & sanctam corporis & sanguinis Domini communionem, Dæmonum in templis habitantium sacrificium appellabant.* Huic Articulo de sacrificio vicinus est Articulus de Altaribus: Sacrificia enim in altaribus offerenda sunt. Unde qui sacrificium Christianorum reprobant, consequens est ut & Altaribus bellum indicant. Ex his Lutherus lib. de Formula Missæ pro Ecclesia Wittenbergensi: *Accedente*, inquit, *quæstus & ambitionis Sacerdotalis tyrannide, cæperunt altaria illa, & insignia* BAAL, *& omnium Deorum, poni in templum Domini, per impios Reges nostros, id est, Episcopos & Pastores.* Sed hunc errorem Luthero præformarunt Petrobrusiani, qui apud Petrum Cluniacensem in Epistola adversùs eos scriptâ dicebant, *Nihil differre templum à taberna, haram ab ara sacra: & ubi poterant, templa & altaria subvertebant.* Waldenses quoque apud Reinerum lib. adversùs ipsos cap. 5. in tertia errorum classe, *De dedicatione Ecclesiæ vel altaris nihil curabant.* Item *De Altari dicebant, quòd damnum sit, pannum putrescere super lapide.* His denique omnibus antiquiores Massaliani apud Damascenum lib. de Hæresibus, *Templa & aras contemnebant.* Huic annulo affinis est annulus trigesimus septimus, de sacris nimirum vestibus sacrificantium. De quibus Lutherus in sua Confessione apud Coccium Tomo 2. Thesauri Catholici lib. 6. art. XI. sic scribit: *Vestes Missaticas, templorum ornatus, & alia quæcunque huius generis sunt, indifferentia, & proinde libera esse iudicamus. Si quis volet, illa, per me licet, deserat.* Hunc porrò errorem Luthero præformarunt Waldenses, qui apud Reinerum loco proximè citato, *Sacerdotalia ornamenta spernebant, eò quòd Christus non dederit Apostolis stolas, nec casulam, nec infulam.* Pikardi quoque apud Joannem Scheâham in Epistola ad Erasmum, *Cùm officia Missarum celebrabant, absque ullis Sacerdotalibus vestibus ea peragebant.* Pelagiani denique eundem tenuisse videntur errorem, dicentes apud Hieronymum Dialogo 1. adversùs ipsos cap. 9. *Gloriam vestium & ornamentorum Deo esse contrariam.* Hoc quippe eos dixisse de ornamentis etiam Sacerdotalibus, Hieronymus ibidem haud obscurè indicat, regerens eis: " Quæ sunt, rogo, inimicitiæ contra Deum, " si tunicam habuero mundiorem: Si Episco- " pus, presbyter, diaconus, & reliquus Or- " do Ecclesiasticus, in administratione sa- " crificiorum cum candida veste processerint"? Trigesimus octavus annulus in hoc consistit, quòd inter sacrificandum non sit vino miscenda aqua: M. *Meo sensu*, ait Lutherus, *melius & tutius foret aquam non miscere vino; cùm sit merum figmentum humanum; & sinistram, imò pessimam, habeat significationem.* Eundem errorem tenuere jam olim Armeni præsertim Monophysitæ, qui, teste Nicephoro lib. 18. Hist. Eccles. cap. 53. *Ad rem divinam faciendam vinum aquâ non temperatum adhibebant: unicam eâ re in Christo naturam designantes. Neque, sicut nos, calicem miscebant; per quam mistionem duarum naturarum unionem declaramus.* Ecce quam sancta & Catholica sit ea significatio, quàm Lutherus *sinistram*, *imò pessimam* appellat? Nunquid vel hinc Lutherus Eutychianismi suspicionem incurrit? Cur ergo non dicamus nos Sectatoribus Lutheri, quod jam olim Theophylactus dicebat Armenis: N. Confundan- " tur Armeni (*Lutherani*) qui aquam vino non admiscent in Mysteriis"? Sequitur annulus trigesimus nonus, tempus sacrificandi concernens. De quo Lutherus lib. adversùs Regem Angliæ sic scribit: *Dicat nobis gloriosus assertor Sacramentorum, unde probetur Missam necessariò manè esse celebrandam; aut quomodo hoc non sit contra Christi institutum, si manè celebretur, quod ille vespere fecit?* Et iterum ibidem: *Nos communionem Sacramenti liberam habemus, sive per diem, sive per noctem, sive manè, sive vespere: libera sunt tempora, hora, loca, vestes, ritus.* Eundem errorem tenuerant olim & Waldenses, qui apud Æneam Sylvium in Historia Bohemica cap. 35. asserebant, *Sacerdotem quocunque loco, quocunque tempore, Sacrum Christi corpus conficere posse, petentibusque ministrare.*

L. Luth. l. cont. Oecolampad. & Zuinglium.
COHÆRENTIA XXXV. Wicleffistæ.
Lollardi.
Waldenses.
Bogomili.
Lutherus.
COHÆRENTIA. XXXVI.
Petrobrusiani.
Waldenses.
Massaliani.
Lutherus.
COHÆRENTIA XXXVII.
Waldenses.
Pikardi.
Pelagiani.
Hieronymus.
M. Luth. lib. cont. Regem Angliæ.
COHÆRENTIA XXXVIII.
Armeni.
N. Theophyl. c. 19.
Lutherus.
COHÆRENTIA XXXIX.
Waldenses.

nistrare. Quadragesimus annulus concernit cereorum & candelarum usum inter sacrificandum. De quo Lutherus in sua Confessione: *Lampades*, inquit, *cerei*, *& quæcunque huius generis*, *sunt indifferentia*: *& proinde libera esse iudicamus.* Et in libro de Formula Missæ: *Nec candelas*, inquit, *nec thurificationem prohibemus*, *sed nec exigimus*: *esto liberum.* Hunc quoque annulum Lutheranis præformarunt Waldenses: de quibus Reinerus libro & capite sæpiùs jam citatis ita scribit in tertia errorum classe:" De ,, lumine dicunt: *Quòd Deus*, *qui est vera lux*, ,, *non egeat lumine*: *& ad hoc tantum valere in Ec-* ,, *clesiis*, *ne clerici ibi pedes lædant. Item thurificationem reprobant*". Vigilantius quoque apud Hieronymum lib. adversùs ipsum cap. 2. dicebat: *Propè ritum Gentilium videmus sub prætexu Religionis introductum in Ecclesias*: *Sole adhuc fulgente moles cereorum accendi.*

Lutherus.

COHÆRENTIA. LI. Waldenses.

Vigilantius.

CAPUT LIV.

Recensentur alij adhuc decem cohærentiæ Lutheranicæ annuli: quadragesimus nimirum primus, consistens in abolitione Sacramenti pænitentiæ: quadragesimus secundus, in Confessionis Sacramentalis reiectione: quadragesimus tertius, in Laicorum ad sacramentaliter absolvendum sublimatione: quadragesimus quartus, in mulierum ad similiter absolvendum subvectione: quadragesimus quintus, in satisfactionis pænitentialis abrogatione: quadragesimus sextus, in Indulgentiarum reprobatione: quadragesimus septimus, in Purgatorij extinctione: quadragesimus octavus, in precum & oblationum pro defunctis evacuatione: quadragesimus nonus, in Censurarum Ecclesiasticarum explosione: quinquagesimus, in Sacramenti Extremæ Vnctionis abdicatione. Singuli annuli ad priscos suos authores à quibus per Lutherum emendicati sunt referuntur.

CLXXII DE Sacramento Pœnitentiæ non pauciores sunt Lutheri errores ex vetustiorum hæreticorum lacunis hausti, quàm de Sacramento vel Sacrificio Altaris. Nam inprimis ei Sacramenti proprietatem adimit, deinde efficaciam restaurandi lapsum denegat, demùm omnes eius partes singulatim impugnat. Singula inspiciamus, & hìc quoque Lutherum ad veteres errorum suorũ Magistros remittamus. Sit itaque quadragesimus primus Lutheranicæ cohærentiæ annulus, ista Lutheri assertio: *Si rigidè loqui volumus*, *tantùm duo sunt in Ecclesia Dei Sacramenta*, *Baptismus & panis*: *cùm in his solis & institutum divinitus signum*, *& promissionem remissionis peccatorum videamus.* Ubi manifestè adimit pænitentiæ, & quatuor alijs Sacramentis à Baptismo & Eucharistia distinctis, Sacramenti proprietatem. Et ibidem rursùs, de Pænitentia signatè loquens: *Pænitentia Sacramentum*, inquit, *signo visibili & divinitùs instituto caret.* Ibidem quoque superiùs præmiserat, *Periculosum esse D. Hieronymi verbum*, *sive malè positum*, *sive malè intellectum*, *quo* PŒNITENTIAM *appellat* SECUNDAM POST NAUFRAGIUM TABULAM, *quasi Baptismus non sit Pænitentia.* Hunc porrò errorem Lutherus hausit de Montanistarum & Novatianorum lacunis, qui, teste Hieronymo contendebant. *Non posse renovari per Pænitentiam eos, qui crucifixerunt sibimet Filium Dei, & ostentui habuerunt.* Et Epist. 54. ad Marcellam, contraponens Montanistas Catholicis sic scribit idem Hieronymus:" Illi ad omne penè delictum, Ecclesiæ ,, obserant fores: Nos quotidie legimus, *Malo* ,, *Pænitentiam peccatoris*, *quàm mortem*: & *Nun-* ,, *quid qui cadet non resurget*, *dicit Dominus*, & ,, *Convertimini ad me*, *filij convertentes*, *& ego* ,, *curabo contritiones vestras.* Rigidi autem sunt, ,, non quò & ipsi pejora non peccent: sed hoc ,, inter nos & illos interest, quòd illi erubes- ,, cunt confiteri peccata, quasi justi; Nos, ,, dum pœnitentiam agimus, faciliùs veniam promeremur". De confessione Sacramentali idem Lutherus lib. contra Latomum: *Nego in totum*, inquit, *Confessionem esse exigendam.* Et in Postilla ad Dominicam, Reminiscere: *Nolo confiteri*, inquit, *ob id solum*, *quia Papa præcepit*, *& fieri vult. Qui habet fortem & firmam fidem quòd dimissa sibi sunt peccata sua*, *is potest Confessionem hanc omittere*, *& sibi soli confiteri.* Et Articulo 11. inter damnatos à Leone X. *Dum volumus*, inquit, *omnia purè confiteri*, *nihil aliud facimus*, *quàm quòd misericordiæ Dei nihil volumus relinquere ignoscendum.* Hunc porrò errorem, præter prædictos, jam dudum tenuere

Luth. lib. de capt. Babyl. prope finem.

COHÆRENTIA XLI.

P. Montanistæ & Novatiani apud Hier. lib. 2. cont. Iovin. c. 2.

Ezech. 18. 23. & 32. Hier. 8. 4.

Hier. 3. 14.

COHÆRENTIA XLII.

Waldenses Pikardi.

Waldenses & Pikardi, qui apud Æneam Sylvium Hist. Bohem. cap. 39. dicebant, *Confessionem auricularem nugacem esse: sufficere sua quemque Deo in cubili confiteri peccata.* His quoque antiquiores Jacobitæ eundem tenuere errorem: quorum errorem de circumcidendis Christianis postquam Matthæus Parisius in Historia Henrici tertij Anglorum Regis commemorasset, subjunxit & de præsenti errore: " Alius autem error ipsorum est, non ,, minor prædicto, *Quòd Confessiones peccatorum* ,, *suorum non Sacerdotibus, sed soli Deo latenter faciunt*". Wicleffus quoque hac in re Luthero prælusit, cujus septimus Articulus in Concilio Constantiensi damnatus sic sonat: *Si homo fuerit debitè contritus, omnis Confessio exterior est sibi superflua & inutilis.* Interest tamen nonnihil inter Wicleffum & Lutherum, quòd nimirum Wicleffus ipsam contritionem non improbet; Lutherus autem, ne ullam partem Sacramenti Pænitentiæ intemeratam relinquat, de contritione sic scribat: Q. *Contritio quæ paratur per discussionem, collectionem, & detestationem peccatorum, quâ quis recogitat annos suos in amaritudine animæ suæ, ponderando peccatorum gravitatem, multitudinem, fœditatem, amissionem æternæ beatitudinis, ac æternæ damnationis acquisitionem, hæc contritio facit hypocritam, imò magis peccatorem.* Et rursùs ibidem Articulo XI. *Nullo modo confidas absolvi propter tuam contritionem.* Et iterum: *Crede fortiter te absolutum; & absolutus verè eris, quicquid sit de contritione.* Sed quid si absolvens non seriò intendat absolvere? Respondet Lutherus ibidem Articulo 12. *Si per impossibile confessus non esset contritus, aut* SACERDOS NON SERIO SED IOCO ABSOLVERET, *si tamen credat se absolutum, verissimè est absolutus.* Itaque juxta Lutherum sola fides omnia sic præstat, ut superflua sit Confessio, superflua contritio, impertinens Ministri intentio. Sed quid si Minister non sit Sacerdos, sed Laicus; imò non vir, sed mulier? Respondet Lutherus Articulo 13. ibidem: *In Sacramento Pœnitentiæ ac remissione culpæ, non plus facit Papa aut Episcopus, quàm infirmus Sacerdos: imò ubi non est Sacerdos, æquè tantùm* QVILIBET CHRISTIANVS, *etiamsi* MVLIER, *aut* PVER *esset.* Atque hinc habemus duos novos Lutheranicæ cohærentiæ annulos: nam & Tertullianus lib. de Præscriptionibus cap. 41. loquens de hæreticis primorum sæculorum: " Ordinationes eorum (inquit) temerariæ, ,, leves, inconstantes: Nunc neophytos collocant, nunc sæculo obstrictos, nunc Apostatas nostros, ut gloriâ eos obligent, quia ,, veritate non possunt. Nusquam faciliùs proficitur, quàm in castris rebellium, ubi ipsum esse illic, promereri est. Itaque alius ,, hodie Episcopus, cras alius: hodie Diaconus, qui cras Lector: hodie Presbyter, ,, qui cras Laicus: nam & LAICIS SACERDOTALIA MUNERA INIUNGUNT". Hos itaque Magistros imitatus est Lutherus, cùm Sacramentalem absolutionem à quolibet Christiano impendi posse asseruit. Cùm verò etiam fœminis eandem absolvendi potestatem attribuit, sectatorem se ostendit *Pepuzianorum*, qui & *Quintiliani* & *Priscilliani* dicti sunt: de quibus Epiphanius in Panario Hæresi 49. " Episcopi ,, (inquit) apud ipsos sunt mulieres, & Presbyteri mulieres. Nihil enim differre dicunt, ,, quia *In Christo Iesu neque masculus, neque fœmina*".

Iacobitæ.

Wicleffus.

Q. Luth. Ar. 6. per Leonem X. damnato.

Tertullian.

COHÆRENTIA XLIII.

Vide Rein. de Walde. ... ibus cap.

COHÆRENTIA XLIV.

Pepuziani

Gal. 3.

CLXXIII. Qui de Confessione, & contritione, & absolutione tam exoticè censuit, qualiter de satisfactione censeat videamus: R. *Post peccata etiam gravissima*, inquit, *satisfactio nulla facienda est à nobis: ne satisfactioni Christi derogemus.* Et in Assertione Articuli V. per Leonem X. damnati: *Vehementer odi*, inquit, *& sublatum vellem hoc vocabulum*, SATISFACTIO: *quod non modò in Scripturis non invenitur, sed & periculosum habet sensum, quasi Deo quisquam possit pro ullo peccato satisfacere, cùm gratis ille ignoscat omnia.* Superiùs quoque ibidem dixerat, satisfactionem nec à Christo nec ab Apostolis fuisse traditam, sed ab Episcopis postea inventam, *Quam ideo solùm finxerunt*, inquit, *ut lucra sua augerent, & homines exhaurirent, fallerent, ac perderent.* Hunc porrò errorem ei præformarunt Pikardi, qui, apud Ioannem Schechtam in Epistola ad Erasmum, dicebant: *Pœnitentiã à Sacerdotibus iniunctam pro peccatis, fucum esse & rectoriũ hypocritarum.* Eundẽ errorẽ eatenus tenuere Waldenses, ut apud Reinerũ l. contra ipsos c. 5. in secunda errorũ classe dixerint, *Quòd non sit gravis Pœnitentia imponenda, exemplo Christi qui adulteræ dixit, Vade & iam amplius noli peccare.* Audianos quoque, qui & *Anthropomorphitæ*, ejusdem fuisse erroris, testatur Theodoretus lib. 4. Hæreticarum Fabularum cap. 10. ita de eis scribens: *Confessis dant veniam, non tempus ad pœnitentiam definientes, sicut Ecclesiæ leges præcipiunt, sed potestate condonantes.* Eundem denique errorem Damascenus lib. de Hæresibus attribuit Massalianis. Huic errori affinis est error de Indulgentijs, unde suam Lutherus hæresim auspicatus est: & adeò quidem affinis, ut non aliunde quàm ex præconcepto odio Indulgentiarum prosilijsse ipse videatur in detestationem pœnitentialium satisfactionum, quæ per Indulgentias crebrò relaxantur. Hinc in Assertione prædicti Articuli V. qui contra Satisfactionem pœnitentialem potissimùm procusus est, sic inter alia ait: *Nostri Indulgentiarij etiam contra Ecclesiam asserunt, remitti penitus omnem satisfactionem, etiam à iustitia divina requisitam: quod est erroneum & impium: Nam aut nos, aut homines, aut Deus punit peccata. Quod illi per Indulgentias*

R. Luth. de pœnitentia.

COHÆRENTIA XLV.

Ib. 1. Walde. Audiani

Massaliani

Luth.

gentias tollunt omninò. Inter ipsos item Articulos per Pontificem damnatos, sex omninò sunt contra Indulgentiarum largitiones, nimirum Articulus XVII. & quinque sequentes. In quorum secundo cùm dixisset, *Indulgentias esse pias fraudes fidelium*; in Assertione ejusdem Articuli, quasi se corrigens: *Erravi fateor*, inquit, *ubi dixi, Indulgentias esse pias fraudes fidelium: sic enim à multis dici proverbio audieram, quos tunc imitabar. Revoco ergo & dico, Indulgentias esse impijssimas sceleratorum Pontificum fraudes, & imposturas, quibus & res & animas fidelium fallunt & perdunt.* Et mox inferiùs rationem hujus suæ revocationis assignans, ad satisfactionis materiam velut affinitate propinquam digreditur, dicens: *Probavi enim superiùs, satisfactionem aut nullam requiri à Deo, aut prorsùs irremissibilem esse ab homine, quam requisierit: ideoque Indulgentias istas prorsùs nihil esse.* Cæterùm quemadmodum præcedentem Articulum de Satisfactione, ita & præsentem hunc de Indulgentiis, non suâ ille solertiâ aut industriâ adinvenit, sed ab antiquis erronibus præcusum recudit. Wicleffi namque quadragesimus secundus Articulus in Concilio Constantiensi damnatus sic sonat: *Fatuum est credere Indulgentijs Papæ & Episcoporum.* Ante hunc quoque Waldenses apud Reinerum lib. contra ipsos cap. 5. in secunda errorum classe, *Indulgentias Ecclesiæ respuebant.* Huic annulo utcunque appropinquat annulus quadragesimus septimus, Purgatorium concernens, de quo Lutherus valdè extitit inconstans, siquidem in Disputatione cum Eckio Lipsiæ habitâ: *Ego credo fortiter*, inquit, *imò ausim dicere, Scio purgatorium esse: & facile persuadeor fieri de eo in Scripturis mentionem.* Posteà verò in Articulis per Leonem X. damnatis tametsi non omninò purgatorium negaverit, dixit tamen Articulo 37. *Purgatorium non potest probari ex sacra Scriptura quæ sit in canone.* In cujus Articuli Assertione efferatior factus: *Quæ necessitas est*, inquit, *pro purgatorio sic tumultuari, nisi quòd Papistica Ecclesia lucro suo timet, quod inæstimabile trahit ex Purgatorio? Suo quisque periculo hic credat vel non credat: non est hæreticus, si Purgatorium non credat; nec ideò Christianus, si credat. Græca enim Ecclesia non credit, manens Catholica.* Addit autem paulò inferiùs ibidem de seipso: *Ego tamen & credo Purgatorium esse, & consulo suadeoq; credendum, sed neminem volo cogi.* In Articulo item quadragesimo non solùm agnoscit Purgatorium esse, sed animas etiam inde liberari suffragiis viventium, hoc solo errans, quòd neget animas alienis sic suffragiis liberatas æqualem consequi beatitudinem cum eis quæ per seipsas satispatiuntur. Verba Articuli sunt: *Animæ ex Purgatorio liberatæ suffragijs viventium, minùs beantur quàm si per se satisfecissent.* Verùm in libro de Missa privata cùm quædam exempla ex B. Gregorio Purgatorium astruentia commemorasset, adjecit: *Tutius est Purgatorium negare, quàm Gregorio credere.* Et in Epistola ad Waldenses: *Quòd negatis Purgatorium*, ait ipsis, *damnatis Missas, Vigilias, Cœnobia, Monasteria, & quicquid per hanc imposturam erectum est, per omnia probo.* Tandem ergo Lutherus eò est prolapsus ut Purgatorium simpliciter abnegaret. Nec opus est aliunde quàm ex ipso Luthero cohærentiam hujus erroris cum antiquis hæreticis astruere: fatetur namque ipse eandem fuisse sententiam & *VValdensium* & *Græcorum*: quibus ex Guidone Carmelita addi possunt *Armeni* & *Moscoitæ*: item ex Cæsario Heisterbachio l. 5. cap. 21. *Albigenses*: item ex Bernardo Serm. 66. in Cantica *Henriciani* & *Petrobrusiani*, qui se *Apostolicos* nominabant; de quibus ibi ait Bernardus: *Non credunt ignem Purgatorium restare post mortem; sed statim animam solutam à corpore vel ad requiem transire, vel ad damnationem.* Huic annulo consectarius est annulus quadragesimus octavus, orationes & sacrificia pro defunctis rejiciens. Hìc se Waldensibus cohærere profitetur Lutherus mox relatus: viderique possunt quæ cap. 46. §. 148. diximus. Sed dudum ante Waldenses eundem hunc errorem tenuerant Aeriani: quorum Patriarcha Aerius apud Augustinum Hæresi 53. dicebat: *Orare, vel offerre pro Mortuis oblationem, non oportet.* De eodem videri potest Epiphanius in Panario Hæresi 75.

[Margin: COHÆRENTIA XLVI. — Wicleffus. — Waldenses. — Lutherus. — COHÆRENTIA XLVII. Waldenses & Græci. Albigenses. — Apostolici. — COHÆRENTIA XLVIII. Waldenses Aeriani.]

CLXXIV. Quemadmodum Ecclesia per potestatem clavium relaxat peccata etiam quoad pœnæ reatum, ubi personas reperit dispositas, aut saltem capaces: ita ex adverso per eandem potestatem repellit indispositas, ligatque censuris, signanter excommunicatione: "Quæ „(Augustino teste) DAMNATIO nominatur, „quam facit Episcopale Judicium: QVA POENA IN ECCLESIA NVLLA MAIOR EST". Consequens igitur fuerat ut cùm Lutherus clavem solvendi ausus sit Ecclesiæ adimere, clavem quoque ligandi eidem denegaret. Eisdem namque dicitur, *Quæcunque alligaveritis super terram erunt ligata & in cælo*, quibus dicitur, *Quæcunq; solveritis super terram, erunt soluta & in cælo.* Quâ potestate fretus Apostolus Paulus incestuosum Corinthium *tradidit Satanæ*: eidemque postmodùm resipiscenti *donavit in persona Christi.* Contra hanc Ecclesiæ potestatem multa effutit Lutherus. Etenim in Epistola ad Senatum Pragensem: *Sacerdotes*, inquit, *nullo iure, sed abusu damnabili utuntur in Confessionibus & excommunicationibus ligandi atque solvendi officio.* Et quanquàm, juxta Augustinum mox relatum, nulla in Ecclesia sit pœna major excommunicatione: Lutherus tamen Articulo 24. per Leonem X. damnato: *Docendi sunt Christiani*, inquit, *plus diligere excommunicationem, quàm timere.* Cujus Articuli præscripto seipsum posteà confor-

[Margin: S. Aug. lib. de Corrept. & Grat. c. 15. — Mat. 18. 18. — 1. Cor. 5. 5. 2. Cor. 2. 10. — Lutherus.]

conformem monstrans, ait in lib. contra execrabilem Papæ Bullam: *Parati sumus pro hac nostra sententia stultas vestras Censuras non modo cum gaudio ferre, sed etiam rogare ut nunquam nos absolvatis.* Luthero hac in parte præluserat Hussus; & utrique Wicleffus. [COHÆRENTIA XLIX. Hussius.] Hussi namque Articulus decimus nonus in Concilio Constantiensi Sess. 45. damnatus sic habet: *Per Censuras Ecclesiasticas excommunicationis, suspensionis, & interdicti, ad sui exaltationem Clerus populum laicalem sibi suppeditat, avaritiam multiplicat, malitiam protegit, & viam præparat Antichristo. Signum autem evidens est quòd ab antichristo tales procedant Censuræ, quas vocant in suis processibus* FULMINATIONES, *quibus Clerus principalissimè procedit contra illos qui denudant nequitiam Antichristi, qui Clerum maximè pro se usurpabit.* [Wicleffus.] Wicleffi item trigesimus Articulus ibidem damnatus sic habet: *Excommunicatio Papæ, vel cuiuscunque Prælati, non est timenda: quia est Censura Antichristi.* His quoque antiquiores Waldenses, apud Reinerum lib. contra ipsos cap. 5. in secunda errorum classe, [Waldenses.] *Excommunicationem contemnebant, & absolutionem non curabant.* De Rhutenis quoque scribit Sacranius in Elucidario, quòd [Rhuteni.] *Respuerint excommunicationem, Sacramentum Confirmationis & Extremæ Unctionis, & Purgatorium.* [Albanenses.] Albanensibus item eundem errorem attribuit Antoninus in summa parte 4. tit. 11. cap. 7. & ex ipso Prateolus in Elencho hæresum lib. 1. cap. 22. ubi hunc eorum recitat Articulum ordine septimum: *Ecclesia non potest nisi in communi possidere: neque potest excommunicare, nec debet malos persequi.* Eundem errorem necesse est tenuisse Albigenses, si verum est quod idem Prateolus ibidem in fine capitis adjicit, [Albigenses.] eos nimirum cum Albanensibus in omnibus horum erroribus convenisse. Quinquagesimus Lutheranicæ cohærentiæ annulus est Sacramenti Extremæ Unctionis repudiatio. Lutherus enim superiùs hìc §. 172. relatus, proprietatem Sacramenti Extremæ Unctioni adimit [Lutherus.] illâ suâ generali sententiâ: *Si rigidè loqui volumus, tantùm duo sunt in Ecclesia Dei Sacramenta, Baptismus & Panis.* Qui etiam in eadem sua Captivitate Babylonica tit. de Extrema Unctione: *Si uspiam*, inquit, *deliratum est, hoc loco præcipuè deliratum est. Omitto enim quòd hanc Epistolam* (Catholicam Jacobi) *non esse Iacobi, nec Apostolico Spiritu dignam multi probabiliter asserant, licet consuetudine authoritatem cuiuscunque obtinuerit: tametsi etiam esset Apostoli Iacobi, dicerem non licere Apostolo suâ authoritate Sacramentum instituere, id est, divinam promissionem cum adjuncto signo dare.* Sed ante Lutherum, Rhuteni, [COHÆRENTIA L. Rhuteni. Græci.] ut mox audivimus, Extremæ Unctioni rationem Sacramenti ademerant. Græcorum quoque error decimus sextus apud Prateolum lib. 7. Elenchi hæreticorum cap. 15. fuit, *Extrema Unctionis Sacramentum ægrotantibus non prodesse ad salutem corporis.* Armenos quoque [Armeni.] negasse extremam Unctionem esse Sacramentum, testatur Guido in Hæresi Armenorum. Nonus quoque Albanensium error apud Prateolum lib. 1. Elenchi cap. 22. fuit, *Sacramentum Altaris, & Extrema Unctionis, & peccatum originale, nihil esse.* [Albanenses.] Idipsum censuisse etiam Albigenses claret ex regula ejusdem Prateoli mox [Albigenses.] suprà hìc relatâ. Waldenses item apud Reinerum lib. contra ipsos cap. 5. in secunda errorum classe, *Sacramentum Unctionis reprobabant.* [Waldenses.] De iisdem & Ebrardus Bethuniensis libro adversùs ipsos cap. XI. "Si infirmantur (inquit) „ inungi respuunt. Unde autem Christus no- „ men sibi vendicavit, nisi quia unctus fuit? „ Non ergo Christiani sunt, qui respuunt Unctionem". [Lollardi.] Lollardos item in eodem fuisse errore testatur Trithemius in Chronico Hirsaugiensi ad Annum 1315. "Lollardi (in- „ quiens) Sacramentum Extremæ Unctionis „ irridebant. Interrogati super eo quid sen- „ tirent, respondebant: Nos credimus quòd „ olera quanto fuerint plus oleo condita, tanto sunt meliora". [Wicleffus.] Wicleffus quoque lib. 4. Trialogi cap. 25. negat extremam Unctionem sive à Christo sive ab Apostolis institutam fuisse: atque adeò Sacramentum esse. Eundem denique errorem Thaboritis attribuit [Thaboritæ.] Æneas Sylvius Epist. 130. Atque ut tandem percensendis priscis ejusdem erroris authoribus vel assertoribus supersedeam, Prateolus in Elencho Hæresum lib. 8. cap. 16. cum attribuit Hierarchitis seu Hierachitis antiquissimis hæreticis, qui apud ipsum dicebant, *Extrema Unctionis Sacramentum à Deo institutum non esse.* [Hierachitæ.] Bernardus verò Luxemburgicus non Hierachitis, sed Heracleonitis vel Heraclitis errorem istum ascribit, sicut & Judocus Clichtovæus in libro apologetico pro Concilii Senonensis definitionibus edito. Verùm quia veteres hæresum commemoratores neque Hierarchitis neque Heracleonitis errorem istum attribuunt, fides hujus rei sit penès authores jam respectivè allegatos.

CAPUT

CAPUT LV.

Recensentur duodecim alij annuli cohærentiæ Lutheranismi cum antiquioribus hæresibus: quinquagesimus scilicet primus, consistens in Sacramenti Ordinis refutatione: quinquagesimus secundus, in Presbyteratus cum Episcopatu coæquatione: quinquagesimus tertius, in Sacerdotij ad Christianos universos extensione: quinquagesimus quartus, in muliebris sexus ad prædicandum adaptatione: quinquagesimus quintus, in Sacerdotum uxoratione: quinquagesimus sextus, in Horarum Canonicarum & Ecclesiastici Cantus abrogatione: quinquagesimus septimus, in immunitatis Ecclesiasticæ reprobatione: quinquagesimus octavus, in Sacramenti Matrimonij abnegatione: quinquagesimus nonus, in Polygamiæ simultaneæ permissione: sexagesimus, in divortij connubialis approbatione: sexagesimus primus, in cognationis spiritalis evacuatione: sexagesimus secundus, in consanguinitatis & affinitatis carnalis ad normam Moysaicam restrictione.

LIV. DE septenario Sacramentorum Euangelicorum numero duo adhuc supersunt, à Luthero post veteres hæreticos pulsata; Ordo nimirum, & Matrimonium: de quibus quid Lutherus senserit, & unde sua prava sensa hauserit, hoc capite edisseremus. Ordinem, sive Ordinationem ministrorum Ecclesiæ, non esse Novæ Legis Sacramentum contendit Lutherus, non solùm dum in generali negat ulla esse in rigore Sacramenta *præter Baptismum, & Panem*, prout jam suprà audivimus: verumetiam dum in particulari tractans de Ordine ait: [T] *Sacramentum Ordinis Ecclesia Christi ignorat, inventumq; est ab Ecclesia Papæ.* Et rursus lib. adversùs Articulos Lovaniensium: *Ordo*, inquit, *non est Sacramentum, sed officium aut vocatio Ministrorum qui ad Ecclesiæ gubernationem vocantur.* Hunc porrò errorem jam pridem tenuere Waldenses, qui apud Reinerum lib. adversùs ipsos cap. 5. in secunda errorum classe, *Sacramentum Ordinis dicebant nihil esse.* Tanchelinus item sive Tandemus hæresiarcha Antuerpiensis apud Robertum de Monte in Appendice ad Chronographiam Sigeberti Anno 1124. *Sacri Ordinis Ministros, & Episcopalem ac Sacerdotalem gradum, nihil esse dicebat.* His denique omnibus antiquiores Massaliani apud Damascenum lib. de Hæresibus, dogmatizabant, *Neque Baptismo Ecclesiæ, neque Clericorum Ordinationibus participes fieri Spiritus sancti.* Ubi tametsi non ipsum Sacramentum, sed ejus duntaxàt effectum negare videantur: tamen cùm de ratione Sacramenti Novæ Legis sit, ut sit collativum gratiæ non ponentibus obicem; negando directè effectum, per obliquum evacuabant rationem & proprietatem Sacramenti. Quinquagesimus secundus annulus sit illa Lutheri sententia, quam in libro de captivit. Babylonica tit. de Ordine tradit: *Esto certus, & sese agnoscat quicunque se Christianum esse cognoverit*, OMNES NOS ÆQVALITER ESSE SACERDOTES. Ubi si æqualitatem astruat inter simplices Sacerdotes è quorum numero ipse erat, & summos Sacerdotes sive Episcopos; Sectatorem se monstrat Wicleffi, Marsilij Paduani, & Aerij. Wicleffus quippe apud Harpsfeldium Hist. Wicleff. cap. 2. aiebat, *Christus non instituit Episcopos, sed sunt de capitulo Antichristi.* Marsilius item Paduanus apud Prateolum in Elencho hæresum lib. XI. cap. 17. dicebat, *Episcopum à Presbytero nullâ differentiâ discernendum: nullumq; esse inter Sacerdotes discrimen, nec unum esse alio potestate eminentiorem.* Aerii denique apud Epiphanium Hæresi 75. vox est: *Quid est Episcopus, ad Presbyterum? Nihil differt hic ab illo: unus enim est Ordo, & unus honor, & una dignitas. Imponit manus Episcopus, ita etiam Presbyter: lavacrum dat Episcopus, similiter & Presbyter: Dispensationem cultûs divini facit Episcopus, similiter & Presbyter: Sedet Episcopus in throno, sedet etiam Presbyter.* Si verò Lutherus intendat Sacerdotium æqualiter extendere ad omnes Christianos, prout indicant hæc ejus verba in Epistola ad Senatum Pragensem, *Sacerdos in Novo Testamento non fit, sed nascitur; non ordinatur, sed creatur: nascitur autem in Baptismo, suntque prorsus omnes Christiani Sacerdotes.* Si, inquam, hoc ibi Lutherus intendat, Waldensium se discipu-

[Left margin notes: T Luth. in Cap. Babyl. titulo de Ordine. — COHÆRENTIA LI. — Waldenses. Tanchelin. — Massaliani.]

[Right margin notes: Lutherus. — COHÆRENTIA LII. — Wicleffus. Marsil. Pad. Aerius. — Lutherus. — COHÆRENTIA LIII. — Waldenses.]

discipulum ostendit, qui apud Reinerum lib. contra ipsos cap. 5. in secunda errorum classe dicebant, *Quod omnis bonus Laicus sit Sacerdos.* Bohemos quoque eundem tenuisse errorem testatur Prateolus lib 2. Elenchi hæresum cap. 27. ubi hunc inter eorum Articulos secundum recenset, *Omnes Christiani sunt Sacerdotes, eò quòd Christus dixerit: Bibite ex hoc omnes.* Constat sanè ex Cochlæo lib. 3. Historiæ Hussitarum, inter Articulos Hieronymo Pragensi objectos hunc fuisse decimum tertium, quòd docuerit, *Laicos Sectæ suæ, utriusque sexus, posse conficere, confessiones audire; ac quæcunque alia Sacramenta, prolatis modò aptis verbis, efficere atque conferre: eaq; maioris esse virtutis & efficaciæ, quàm illa quæ à Presbyteris Romanæ Ecclesiæ conficerentur.* Interest tamen inter hunc & Lutherum, quòd Lutherus non restringat Sacerdotium ad homines *suæ sectæ*, sicut iste; sed omnibus indiscriminatim Christianis, sive baptizatis, faciat commune. Et quanquam Apostolus Paulus, *Docere mulieri non permittat*: Lutherus tamen lib. de abroganda Missa Privata: *Invictis Scripturis firmabimus*, inquit, *legitimum illud & unicum* VERBI MINISTERIVM *esse & convenire omnibus Christianis, sicut & Sacerdotium & sacrificium.* In Assertione item Articuli XIII. per Leonem X. damnati, ut ostenderet omnem Christianum, etiam mulierem, posse pœnitentes absolvere: *Qui enim baptizatus est*, inquit, *Spiritum Christi habet: ubi autem Spiritus Christi, ibi* OMNIVM POTESTAS ET LIBERTAS. Itaque juxta ipsum etiam mulieres eo ipso quòd Christianæ sunt, non solùm absolvere & sacrificare, sed prædicare quoque seu ministerium verbi exercere possunt. Hic igitur fit quinquagesimus quartus Lutheranicæ cohærentiæ annulus: Nam quatenùs Sacerdotales functiones mulieribus Lutherus concedit, Pepuzianos imitatur Magistros, ut superiori capite §. 172. visum est in cohærentia 44. Quatenùs autem prædicandi munus eisdem mulieribus attribuit, Waldensium se discipulum monstrat; qui, apud Reinerum lib. contra eos cap. 5. in secunda errorum classe, dicebant, *Quod omnis Laicus, & etiam fœmina, debeat prædicare: sicut ait Apostolus, Volo vos loqui linguis ut Ecclesia ædificationem accipiat.* Peculiarem contra Waldenses librum edidit Bernardus Abbas quondam Fontis calidi, in quo hunc eorum errorem refutat toto capite VIII. sub hoc titulo capiti præfixo: *Contra hoc, quòd mulieres prædicare posse dicunt.* Ita præsens iste Lutheranicæ cohærentiæ annulus dudum ante Lutheri exortum cusus fuerat, atque retusus.

[Margin: Bohemi. — Mat. 26.28. — Hier. Prag. — 1. Tim. 2.12 — Lutherus. — COHÆRENTIA LIV. — Waldenses. — 1. Cor. 14.5.]

CLXXVI. Qui Christianos omnes, utriusque sexûs, Sacerdotali honore condecorat, non est mirum si Sacerdotibus & Sacerdotissis connubiales nexus & amplexus indulgeat: ne scilicet alioquin aut tota gens defectu propaginis extinguatur, aut per illicitos duntaxat concubitus propagetur. Ut igitur Lutherus non solùm verbo & Scripto suaderet, sed exemplo quoque persuaderet, nullum Christianum, quantumlibet consecratum, aut voto obstrictum, teneri ad cælibatum; ipse non modò Christianus, sed speciali etiam ritu in Sacerdotem consecratus, & voto insuper monastico ligatus, Catharinam quandam Bore, monialem pridem professam, sibi copulavit, & ex ea proles aliquot suscitavit. Sed nec hujus quoque insaniæ aut facinoris primus author fuit aut architectus: siquidem Carolstadius ei præbuit exemplum, qui cùm Sacerdos esset & Archidiaconus Wittenbergensis, cælibis vitæ pertæsus, sacrilegas inierat jam nuptias: ob id speciali Missâ velut epithalamio à Lutheranis, vel ab ipso Luthero adhuc cælibe, ut tradit Lindanus Dialogo 1. Dubitantii c. 13. honoratus: cujus Missæ collectam hujusce tenoris refert Cochlæus in Actis Lutheri ad Annum 1525. *Deus qui post tam longam & impiam Sacerdotum tuorum cæcitatem, Beatum Andream Carolstadium eâ gratiâ donare dignatus es, ut* PRIMVS, *nullâ habitâ Papistici Iuris ratione,* VXOREM DVCERE AVSVS FVERIT: *da quæsumus, ut omnes Sacerdotes, receptâ sanâ mente, eius vestigia sequentes, eiectis concubinis aut eisdem ductis, ad legitimi consortium thori convertantur. Per Dominum nostrum Iesum* &c. Benè autem monet loco mox citato Lindanus, Lutheranos quoad conjugia Sacerdotum imitatos fuisse Hussitas: de quorum uno, qui Orebitarum dux extitit, refert ex Æneа Sylvio Cochlæus lib. 6. Hist. Hussit. sub initium, quòd, cùm esset Presbyter Stanicensis, *Calcato Pontificio Iure, uxorem publicè duxerit: & illâ mortuâ alteram ex Polonia superduxerit, ex quâ filios suæ nequitiæ Sectatores suscepit.* Hic igitur fit quinquagesimus quintus annulus, Lutheranos connectens Hussitis. Ante Hussitas quoque Wicleffus lib. de officio Pastorali cap. 29. & Sermone de Vigilia Joannis Baptistæ, eidem errori præluserat, reprehendendo Sacerdotes, *Quod innupti manerent, nec coniugia inirent.* Vigilantianis quoque eundem errorem attribuit Hieronymus, cùm de ipsorum hæresiarcha Vigilantio loquens: "Prô nefas (inquit) Episcopos sui sceleris dicitur habere consortes: si tamen Episcopi nominandi sunt, qui non ordinant Diaconos, nisi priùs uxores duxerint; nulli cælibi credentes pudicitiam; imò ostendentes quàm sanctè vivant, qui malè de omnibus suspicantur: & nisi prægnantes uxores viderint clericorum, infantesque de ulnis matrum vagientes, Christi Sacramenta non tribuunt. Quid facient Orientis Ecclesiæ, quid Ægypti, & Sedis Apostolicæ; quæ aut virgines clericos accipiunt, aut cótinentes; aut, si uxores habuerint, mariti esse desistunt?

[Margin: COHÆRENTIA LV. — Hussitæ. — Vide Waldenses apud Reinerum cap. 5. — Wicleffus. — Vigilantiani. — V. Hieron. l. cont. Vigilant. c. 1. Vide Epiph. 50. cap. 8.]

„Hoc docuit DORMITANTIUS (*Lutherus*) „ libidini fræna permittens, & naturalem carnis ardorem, qui in adolescentia plerunque „ fervescit, suis hortatibus duplicans, imò „extinguens coitu fæminarum: ut nihil sit quo „ distemus à porcis, quo differamus à brutis animantibus, quo ab equis". Pulchrè Petrus Blesensis Sacerdotes comparat eunuchis, quos Principes instituere solebant uxorum suarum custodes: W. De continentia (ait ille) di„ cit Dominus, *Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris.* Nec discor„ dat commendatio ista facta per manum Sal„ vatoris, ab usu humanæ consuetudinis: „ Principes enim terrarum uxores suas eunu„ chis ad custodiendum solent tradere; sic & „ Dominus sponsam suam eunuchis tradidit custodiendam". Quàm turpe autem sit hujusmodi custodes sponsæ Dominicæ prolabi à continentia, indicat idem Serm. 45. dicens: " Concorditer conveniunt, & convenienter „ concordant Sacer Ordo, & continentia. Si „ in sacro Ordine sine continentia invenimur, „quantò Ordine erigimur, tantò incontinentiâ deprimimur". Hoc non sapit palato Lutheri; qui adeò uxorius est, ut nolit clericos nocturno horarum canonicarum cantu distineri, ne scilicet tam crebrò ab uxorum amplexibus absint. Hinc in Epistola ad Senatum Pragensem: *Sacerdotum*, inquit, *& Monachorum orationes, non nisi quædam orationum sunt imagines.* Et in libro adversùs Catharinum: *Hic murmurantur & boantur horæ canonicæ ingenti labore, sic tamen ut nunquam oretur.* Et in Sermone de surdo & muto: *Stultum est confidere nos super aliorum opera & fidem*, ac dicere, *quòd Moniales, & Monachi, Presbyteriq; suis Canticis, quæ noctu in Monasteriis exercent, possint alios homines iuvare.* Neque verò hujus erroris inventor fuit Lutherus, sed restaurator: jam pridem enim Thaboritæ apud Æneam Sylvium Hist. Bohemicæ cap. 35. dicebant, *In horis canonicis cantandis dicendisq; , frustrà tempus teri.* Ante hos quoque Wicleffus Tractatu de Quatuor Sectis novellis cap. 6. dicebat: *Qui libenter Missas audiunt, & Missas celebrant, dicunt Matutinas, & alias horas Ecclesiæ in qua degunt, videtur quòd meliùs, & Ecclesiæ utiliùs, & Deo placentiùs possent tempus suum expendere, & ad utilitatem Ecclesiæ militare.* Waldenses item apud Reinerum libro contra ipsos cap. 5. in tertia errorum classe, *Ecclesiæ cantum subsannabant.* Et Ermengardus lib. adversùs ipsos cap. 10. *Improbant*, inquit, *Ecclesiæ cantum, & laudes, quas clerici de Novo & Veteri Testamento reddunt Deo Creatori suo.* His item vetustiores *Nyctages* hæretici, de quibus Isidorus Hispalensis lib. I. de Divinis Officiis cap. 22. " Est quod„ dam genus hæreticorum (inquit) superfluas „ existimantium sacras Vigilias, & spiritali

P. Petrus Blesensis Serm. 41. Luc. 12. 35.

Lutherus.

COHÆRENTIA LVI.

Thaboritæ.

Wicleffus.

Waldenses.

Nyctages.

„ operi infructuosas; dicentes, Jura temerari „ divina, qui noctem fecit ad requiem, sicut „ diem ad laborem. Qui hæretici Græco „ nomine *Nyctages*, hoc est, somniculosi, vocantur". Vigilantio quoque eundem errorem attribuit Hieronymus Epist. 53. & lib. adversùs ipsum cap. 4 Idipsum & de Donatistis innuit Augustinus Epist. 119. cap. 18. Item de Hilario quodam Tribunitio idem Augustinus lib. 2. Retract. cap. 11. post Ambrosium lib. adversùs Auxentium Arianum. De Paulo quoque Samosateno hæresiarcha vetustissimo sic habetur apud Eusebium lib. 7. Hist. Eccles. cap. 30. *Psalmos qui in gloriam Christi canebantur, velut recentiores, & recentium hominum commenta, sustulit.* Cæterùm quia intuitu divini servitij & officij, cui sese impendunt, clerici peculiaribus privilegijs & immunitatibus pollent, Lutherus etiam hanc eis prærogativam invidet. Hinc in Responsione ad librum Catharini loquens de Papa & Papistis: *Barrabam latronem dimittunt*, inquit, *non contenti Iesum ligasse & perdidisse: hoc est, vulgùs hoc clericale privilegijs eximunt ab omnibus oneribus & laboribus hominum; ut in otio, securitate, opulentiaque, securissimam Sodomam vivant.* Hunc porrò errorem Luthero præformarunt Waldenses, qui apud Reinerum lib. contra ipsos cap. 5. in prima errorum classe, *Omnia officia Ecclesiastica reputabant nulla: privilegia Ecclesiastica non curabant: immunitatem Ecclesiæ & personarum, & rerum Ecclesiasticarum spernebant.* Eundem errorem Marsilio Paduano attribuit Cardinalis de Turrecremata lib. 4. Summæ p. 2. cap. 37. Eundem & in Petro de Cugneris ex professo impugnat Bertrandus Cardinalis, peculiari libro pro Ecclesiastica immunitate conscripto, qui exstat Tomo 4. Bibliothecæ Patrum. Diu quoque ante istos Vitiza, Gothorum in Hispania Rex sceleratissimus, X. Ne „ quidquam sibi (inquit Vasæus) ad extre„ mam impietatem reliqui faceret, *Ecclesiarum privilegia & prærogativas violavit*". Et hic ipse est, qui, ut idem Vasæus ad annum 702. præmiserat, " Deposito omni pudore, „ publicè cœpit habenas laxare libidini, & „ uxores multas, plures concubinas domi ha„ buit; ac Proceres regni, exemplum suum ut „ sequerentur, hortatus est; necnon & Plebi „ idem impune licere voluit. Verùm Ponti„ fices & Sacerdotes veritus, ne tam effræni „ protervitati obviam irent, & populum ab „ obsequio tam perditi Regis Censuris Eccle„ siasticis deterrerent, eos quoque eâdem vo„ luptatis illecebrâ sibi devinciendos duxit. „ Edixit igitur Sacerdotibus, ut QVOT „QVISQVE VELLET AVT POSSET, „ VXORES AUT CONCUBINAS DO„ MI ALERENT; neve constitutionibus „ Pontificijs contrarium jubentibus obtem-

Vigilantius.

Donatistæ.

Hilarius.

Paul. Samosat.

Lutherus.

COHÆRENTIA LVII.

Waldenses.

Marsil. Patav.

Pet. de Cugn.

Vitiza.

X. Vasæus in Chronico Hisp. ad annum 702.

 perarent,

perarent*. Hunc igitur inter Majores suos Lutherani meritò computaverint, non solùm quoad præsentem Annulum 57. sed etiam quoad annulum 55. quo Sacerdotibus conjugia prætenduntur permittenda vel indicenda. Possunt item Julianum Apostatam catalogo suo genealogico, quoad præsentem Annulum, inferere; qui, ut lib. 5. Hist. Eccles. cap. 5. narrat Sozomenus, *Clericis omnem immunitatem, honorem, & annonam à Constantino deputatam ademit, & leges pro illis latas sustulit, & curiæ tradidit.*

Iul. Apostata.

CLXXVII. Tametsi Lutherus plenis buccis cælibatus impossibilitatem & conjugalium amplexuum necessitatem prædicet, ipsum nihilominus conjugium dignitate Sacramenti despoliat, dicens in sua Captivitate Babylonica tit. de Matrimonio: *Matrimonium non solùm sine ulla Scriptura pro Sacramento censetur, verùm eisdem Traditionibus, quibus Sacramentum esse iactatur, merum ludibrium factum est. Nec est Sacramentum divinitus institutum, sed ab hominibus in Ecclesia inventum, ignorantiâ tam rei quàm verbi adductis.* Et lib. adversùs Regem Angliæ: *Neque enim Scriptura patitur*, inquit, *ut matrimonium dicatur Sacramentum: cùm Sacramentum usu totius Scripturæ significet rem secretam & absconditam, quam solâ fide consequi possis; matrimonium autem adeò non est res abscondita, aut solâ fide percepta, ut nisi palàm ob oculos fiat, matrimonium esse non possit; cùm sit copula maris & fœminæ, externâ & publicâ professione & conversatione confirmata.* Hunc ei errorem præcurerant Waldenses, qui apud Reinerum lib. contra ipsos cap. 5. in secunda errorum classe, *Sacramentum coniugij damnabant.* Armeni quoque, prout post Guidonem Carmelitam refert Prateolus lib. 1. Elenchi hæresum cap. 67. *Negabant in Nuptijs contrahendis aliquod esse Sacramentum, asseverantes, illam maris & fæminæ indissolubilem coniunctionem non esse Sacramentum, nec per illam conferri aliquam gratiam coniunctis.* His addi possunt omnes antiqui hæretici Nuptiarum damnatores, ut *Manichæi, Marcionitæ, Enchratitæ, Adamiani, Hydroparastatæ, Apostolici*, & similes. Si enim damnabiles sunt nuptiæ, consequens planè est eas non à Deo institutas, nedum ad Sacramenti dignitatem esse evectas. Porrò Lutherus non solùm adimit Matrimonio Sacramenti dignitatem, sed unitatem quoque & indissolubilitatem. Unitati adversatur Polygamia simultanea, indissolubilitati disruptio vinculi. Utramque Lutherus admittit: Polygamiam quidem, dum in caput 16. Geneseos, propositæ quæstioni, *Vtrùm Christiano liceat exemplo Abrahæ plures simul habere uxores?* respondet, *Id non esse præceptum, neque prohibitum; sed liberum.* Disruptionem item vinculi, dum in sua captivitate Babylonica tit. de Matrimonio, ait de Papistis: *Miror cur cælibem cogant esse hominem, qui divortio separatus est à coniuge sua; nec aliam ducere permittant. Si enim Christus divortium concedit in causa fornicationis, & neminem cogit esse cælibem; & Paulus magis vult nos nubere, quàm uri: videntur omninò admittere, ut in locum repudiatæ alia ducatur.* Hinc jam habemus duos novos annulos Lutheranicæ cohærentiæ, quinquagesimum scilicet nonum de Polygamia, & sexagesimum de solubilitate conjugij. Per priorem Lutheranismus cohæret Turcismo & Judaismo, in quibus notoriè polygamia simultanea viget. Cohæret quoque Basilidianismo & Carpocratianismo, de quibus id ipsum memorat Irenæus lib. 1. cap. 32. ubi videri possunt & Notæ Feuardentij, quibus specialis fit mentio Lutheri & doctrinæ ejus. Per posteriorem annulum Lutheranismus cohærescit item Turcismo & Judaismo, in quibus non minùs permissum est repudium, quàm Polygamia. Cohærescit quoque Massalianismo: nam Massaliani apud Damascenum lib. de Hæresibus, inter alia opinionum monstra docebant, *Legitima coniugia passim & sine ullo delectu dirimi.* His item vetustiores Ebionitæ, apud Epiphanium in Panario Hær. 30. *Non solùm unis nuptijs coniunctionem facere permittebant, sed si quis velit* ETIAM PRIORIBUS NUPTIIS DISJUNCTIS, *alteris copulari, usque ad secundas & tertias nuptias: Omnia enim apud ipsos licenter peraguntur.* Sequuntur & alij duo annuli, impedimenta matrimonij concernentes, sexagesimus nimirum primus cognationem spiritalem repudians, & sexagesimus secundus consanguinitatem & affinitatem carnalem extra gradus in Levitico expressos eliminans. De priori sic scribit Lutherus in sua Captivitate Babylonica tit de Matrimonio: *Deleat ista nugæ compaternitatum, commaternitatum, confraternitatum, & consilietatum, prorsus extingui, contracto matrimonio. Quis enim istam cognationem spiritalem invenit, nisi superstitio humana?* De posteriori item sic ibidem: *In gradibus affinitatis & consanguinitatis nulla alia attendi debent & possunt, quàm quæ in Levitico cap.* XVIII. *scripta sunt: quæ & servari debent.* Et Serm. de Matrimonio: *Consobrini*, inquit, *inter se matrimonij lege sociari possunt, divinâ & Christianâ potestate.* Et in caput XI. Geneseos: *Duo fratres*, inquit, *Abraham & Nachor, duas sorores, germani fratris filias, duxerunt. Ex his concludi potest, quòd nec abrogatum est, nec quisquam inhibere queat, quò minùs fratris filiam ducere liceat.* Verùm hunc errorem hausit Lutherus à Waldensibus, qui apud Reinerum lib. contra ipsos cap. 5. in secunda errorum classe, *Compaternitatem nihil reputabant: Gradus affinitatis & consanguinitatis carnalis & spiritalis quos Ecclesia instituit, & impedimenta Ordinis, & publicæ honestatis, &*

Ecclesiæ

Marginalia: Lutherus. — COHÆRENTIA. LVIII. Waldenses. — Armeni. — Lutherus. — COHÆRENTIA. LIX. Turcæ. Iudæi. Basilidiani. Carpocratiani. — COHÆRENTIA LX. Turci. Iudæi. Massaliani. — Ebionitæ. — Lutherus. — COHÆRENTIA. LXI. & LXII. Waldenses.

Ecclesia vetitum, spernebant. Quoad posteriorem præterea annulum Lutherus cohæret partim Judæis & Pseudoapostolis, contendentibus Legem Moysaicam adhuc vivere & vigere: partim Wicleffo, qui lib. 4. Trialogi cap. 20. ait: *Non delector multitudine causarum divortij, cùm multa sint infundabiliter humanitùs ordinata: ut patet specialiter de cognatione. Nam tempore primi hominis, fratres & sorores fuerunt ex ordinatione divina coniugati; & tempore Patriarcharum, ut Abraham, Isaac, & aliorum, satis propinquè cognati. Nec superest ratio, quare non sic liceret hodie, nisi humana ordinatio, quæ dicit, non solùm ex cognatione, sed ex affinitate amorem inter homines dilatari. Sed causa hæc hominum nimis debilis est.*

Iudæi. Pseudo-Apostoli. Wicleffus.

CAPUT LVI.

Sexaginta duobus Lutheranicæ cohærentiæ annulis hactenùs singulatim astrictis adjiciuntur complures alij cumulatim perstricti. Vniversos Hussi *Articulos Constantiæ damnatos Lutherus tanquam Euangelicos & Christianos approbat ac suscipit: & per consequens approbat etiam* Wiclefficos *ibidem damnatos. Mira Lutheri inconstantia super* Hussi *doctrina. Hæresiarchis nunquam cum alijs hæresiarchis, nedum cum Catholicis, plena concordia est. Concluditur ex hactenùs in hoc secundo cardine dictis ac deductis, Non esse contra Lutheranos novâ acie dimicandum, nec quasi contra ignotos hostes specialia ineunda certamina.*

LXXVIII HActenus Lutheranicæ cohærentiæ annulos singulatim perstrinximus; nunc complures catervatim & indistinctim exhibebimus. Lutherus etenim Articulo xxx. per Leonem X. damnato, Articulos Hussi in Concilio Constantiensi proscriptos approbat, & approbando suos facit: *Aliqui Articuli Ioannis Huß,* ait ipse ibi, *condemnati in Concilio Constantiensi, sunt Christianißimi, verißimi, & Euangelici, quos nec universalis Ecclesia posset damnare.* Parùm sibi visus est hoc loco dixisse Lutherus, eo quòd *aliquos* duntaxat Hussi *Articulos* approbaverit, & non omnes: idcircò in Assertione istius sui Articuli sic scribit: *Erravi, & hunc Articulum revocavi, & adhuc revoco, in hoc quòd dixi,* ALIQVOS ARTICVLOS JOANNIS HUSS ESSE EUANGELICOS. *Quare nunc sic dico:* NON ALIQUOS, *sed* OMNES *Articulos Ioannis Huß Constantiæ esse damnatos ab Antichristo & suis Apostolis, in Synagoga illa Satanæ, ex sceleratißimis sophistis congregatâ. Et in faciem tuam, Sanctißime Vicarie Dei, tibi liberè dico: Omnia damnata Ioannis Huß esse Euangelica, & Christiana; tua autem omnia prorsùs impia, & diabolica. Ecce revocationem, quam tua Bulla exegit! Quid vis amplius?* Et post pauca iterum ibidem: *Articulos Ioannis Huss omnes damnatos suscipio, paratus defendere eos, per Christi gratiam, invito illo rerum portento, & abominatione, quæ sedet in loco sancto.* Ex quibus Lutheri verbis habemus catervatim tot annulos cohærentiæ Lutheranismi cum Hussitismo, quot fuerant Hussitici Articuli in Constantiensi Synodo damnati. E quorum tamen numero eos hîc seponimus, quos superiùs, occasione datâ, in diversis cohærentijs exhibuimus: ne objiciatur nobis, quòd ad multiplicandum invidiosè annulos, nunc reperamus confusim, quos antea exhibueramus distinctim. Quam eandem cautelam etiam in Articulis Wicleffici pariformiter adhibemus: quos idcircò catervatim perinde ac Hussiticos hîc producimus, quòd Lutherus approbando & suscipiendo universos Hussiticos, implicitè approbet & suscipiat Wicleffcos. Etenim inter Hussiticos ab ipso disertè susceptos est iste, ordine vigesimus quintus: *Condemnatio quadraginta quinque Articulorum Ioannis VVicleff per Doctores facta, est irrationabilis, & iniqua, & malè facta: & ficta est causa per eos allegata, videlicet ex eo, quòd nullus eorum sit Catholicus, sed quilibet eorum aut est hæreticus, aut erroneus, aut scandalosus.* Huss. Ubi reprobando Articulorum Wicleffcorum condemnationem, tanquam irrationabilem, iniquam, & malè factam; proculdubio Articulos ipsos approbat, tanquam rationabiles, æquos, & rectè digestos. Lutherus proinde approbando ac suscipiendo prætactum Hussi Articulum unà cum reliquis; per consequens approbat Articulos Wicleffcos, tanquam rationabiles, æquos, ac rectè digestos. Hinc igitur ingentem nobis

Lutherus.

bis annulorum cumulum subministrat, quibus suam hæresim priscis hæresibus cohærere manifestat.

CLXXIX. Notanda tamen hìc est Lutheri inconstantia, qui eodem ipso Assertionis Articulorum suorum libro, imò in eadem ipsa Assertione Articuli xxx. unde prædicta ejus verba descripsimus, Hussita haberi recusat, & Hussum tanquam secum non per omnia sentientem redarguit: Y. *Non rectè faciunt*, inquiens, *qui me Hussitam vocant, Non enim mecum ille sentit. Sed si ille fuit hæreticus, ego plus decies hæreticus sum; cùm ille longè minora & pauciora dixerit; velut inchoans lucem veritatis aperire. Hoc ideò dico, ut intelligat Lector, quàm scelerati & impij fuerunt homicidæ illi Constantiensis Concilij Pontifices & Pharisæi, qui illum exusserunt; cùm ego me fatear Christianum, nolimq; eorum damnationem agnoscere. Nisi fortè permissus est exuri, quia non parum detulit Romano Idolo, & suis Sataniciis statutis, operationibusq; erroris. Conatus enim fuit vir ille & pius & doctus, id quod & ego in principio conabar, ut Decretis Papalibus veritatis opinio salva maneret. At ijs salvis ipsum perire necesse erat, unà cum Christo, & fide, & veritate.* Quibus ille præmissis subdit quædam exempla dissensionis inter se & Hussum, etiam quoad Articulos Hussi Constantiæ damnatos; quos tamen jam suprà dixerat *Omnes* esse Euangelicos & Christianos: *Igitur*, ait ibidem continuò, *Ioannes Huss non repugnare videtur quo minùs sit Monarchia Papæ: hoc tantùm agit, impium Pontificem non esse membrum Ecclesiæ, multo minùs Papam; ferendum tamen sicut quemvis alium tyrannum. Ego verò, etiamsi sanctus Petrus hodie præsideret Romæ, negabo Romanum Episcopum esse Papam. Papa enim res ficta est in Mundo: neque fuit, neque est, neque erit, sed fingitur esse. Quare, ipsam Sedem bestiæ nego; nihil moratus, sitne bonus, an malus, qui in ea sedet. Sedes, inquam, quæ sit super omnes sedes, nulla est in Ecclesia super terram iure divino, sed omnes sunt æquales: quia una fides, unum baptisma, unus Christus, unus Pater, qui operatur omnia in omnibus, qui est super omnia, per omnia, & in omnibus. Deinde Decretales Papæ non dico ego* APOCRYPHAS, *sicut VVicleffus & Huss dicere iactantur; sed* IMPIAS, & CHRISTO ADVERSARIAS, SOLO SPIRITU SATANÆ AFFLATAS: *quâ causâ & eas exussi cum fiducia. Fortassis & in hoc peccavit Ioannes Huss, quòd duodecim consilia Euangelica fecit; cùm non sit nisi unicum, Virginitatis sive cælibatus. In qua tamen re deceptus est per impiam Thomistarum Theologiam. Ita boni isti viri, ea, quæ in Ioanne Huss optima sunt, damnaverunt; quæ verò non bona, probaverunt.* Ex his colligat Lector, quàm verè dixerit Carolus V. in Edicto Wormaciensi superiùs cap. 16. §. 53. sub finem relato, *Nihil hæreticis magis proprium esse, quàm ut dictis factisq; & Scriptis secum ipsi dissideant. Quod si usquam alibi, præcipuè* IN LUTHERI LIBRIS, *divinâ providentiâ sic operante quò ipsius vana ædificia per se ruant, passim legere & videre est.* Optimè quoque Martyr Roffensis, prædictas Lutheri antilogias perpendens: Z. Iam experior (inquit) „ quod olim puer audivi, vel ob id cavendos hæreticos, quòd ex eorum cineribus alij „ facilè renascantur: Nunc enim in te (*Lutherum alloquitur*) revixisse video Ioannem „ Huss. Cæterùm, hoc unum consultissimè „ providit Deus, ut nemo vestrûm planè cum „ cæteris consentiat, sed in quamplurimis ab „ invicem dissideatis, & unus alteri frequentiùs adversetur. Nec ipse Ioannes Huss „ Præceptori suo Wicleffo subscripsit in omnibus, nec tu Ioanni tuo". Et rursùs ibidem aliquantò inferiùs: " Validissimum ar„ gumentum est (subdit) Prophetas & Apo„ stolos ab eodem authore veritatis, nem„ pe Deo, fuisse missos; quòd inter se ma„ ximè conveniebant, nec in suis assertio„ nibus discrepabant. Et è diverso, sig„ num evidentissimum cuique esse potest, „ quòd à patre mendacij, nimirum diabolo, „ suscitati sint hæretici, quòd nemo repertus est ex eis, qui non ab altero dissideat". Et verò quid mirum est alterum ab altero dissidere, cùm etiam rarus aut nullus inter eos sit, qui non à semetipso frequenter dissideat? Quod maximè in Luthero verificari comperiet, qui Ioannis Fabri *Babyloniam Antilogiarum Lutheri-carum* superiùs cap. 49. §. 157. memoratam pervolverit: vel si ea ad manum non sit, sufficiet percurrere quæ scribit Coccius Tomo I. Thesauri Catholici lib. 8. art. 7. §. *Lutherum à Luthero dissentire*: ubi octoginta Lutheri contradictiones recenset. Idem quoque author ibidem superiùs art. 3. repræsentat dissensiones Lutheri ab antiquis hæreticis, cum quibus in multis alioqui consentit. Rursùs quia Lutherani, atque etiam Calviniani, suam originem interdum ad Hussitas & Wicleffistas & Waldenses referre conantur, ne à semetipsis exorti videantur; idem author ibidem art. 4. proponit ob oculos *Certa dogmata* (sic sonat Articuli titulus) *in quibus Lutherani & Calviniani ab* HUSSITIS, WICLEFFISTIS, & WALDENSIBUS *dissentiunt: & sic ad illos suam originem referre non possunt.* Et quia interdum accidit ut Doctores inter se in opinionibus dissentiant, ita tamen ut neutri alteros censurent aut reprobent, sed quisque quemque in suo sensu abundare permittat; ostendit idem author ibidem inferiùs sub speciali titulo, quòd *Lutherus doctrinam Hussitarum, VVicleffistarum, VValdensium, & Pikardorum* IMPROBET: *adeòq; ad eos suam originem referre nequeat.* Meritò proinde in Lutherum quis usurpaverit illud Prosperi adversùs Collatorem:

Y. Luth. in Assert. Art. xxx. per Leonem X. damnati.

Eph 4. 5. & seq.

Edict. Wormac.

Z Roffensis in confut. Assert. Articuli 10. Lutheri.

Ioan. Fabri.

Iodoc. Cocc.

A. Prosper lib. contra Collat. c. 5.

B. Optatus Milevit. l. 1. adversus Parmen.

rem: A. *Nec cum hæreticis tibi, nec cum Catholicis plena concordia est.* Quid igitur superest, nisi ut Lutherani agnoscant verificari de se & impleri in se illud Optati Milevitani: B. Hæ„retici, veritatis exules, sani & verissimi Sym„boli desertores, de sinu Ecclesiæ sanctæ impiis „sensibus depravati, contempto quòd benè fue„rant geniti, ut ignorantes & rudes deciperent, „DE SE NASCI VOLVERUNT: & qui jam du„dum vitalibus pasti fuerant cibis, corrupte„lâ malæ digestionis, in perniciem misero„rum, disputationibus impiis venena mortifera vomuerunt"?

CLXXX. Sed non est cum eis ampliùs disputandum; ne antiquis omnibus hæreticis & hæresiarchis, quorum dogmata tametsi pro parte reprobent pro parte tamen probant & renovant, resurgendi ac vires resumendi ansa præbeatur. Si enim ad disputandum *De sola fide iustificante* admittantur nunc Lutherani, nunquid eodem jure admitti flagitabunt & Eunomiani, & Pseudoapostoli, & Simoniani? Si *de libero arbitrio*, nunquid iterum Simoniani, nunquid Marcionitæ, nunquid Manichæi, nunquid Priscillianistæ, nunquid Wicleffistæ? Si *de Authore peccatorum*, nunquid Simoniani, Floriniani, Seleuciani, Hermiani, Priscillianistæ? Si *de remanentia culpæ originalis in parvulis baptizatis*, nunquid Massaliani & Waldenses? Si *de Canone Scripturistico*, nunquid Marcionitæ, & Manichæi? Si *de interpretatione Scripturæ*, nunquid Valentiniani & Priscillianistæ? Si *de divinis Traditionibus*, nunquid Ariani, Semi-Ariani, Pneumatomachi, Pelagiani, Wicleffistæ? Si *de Catholicæ Ecclesiæ defectione*, nunquid Donatistæ, & Luciferiani? Si *de Ecclesiæ Romanæ depressione*, nunquid Berengariani, Fratricelli, Waldenses? Si *de Romani Pontificis exauthoratione*, nunquid Hussitæ, & Wicleffistæ? Si *de Conciliorum Ecclesiasticorum spretione*, nunquid Wicleffistæ, & Eutychiani, & cæteri promiscuè omnes hæresum inventores & assertores, qui eá Concilia quibus fuere anathematizati reprehendunt? Si *de Sanctorum Patrum conculcatione*, nunquid Abailardiani, & Samosateniani, & plerique alii hæretici, apud quos solemne penè semper fuit ac legitimum profanis novitatibus gaudere, antiquitatis scita fastidire? Si *de Academiarum extirpatione*, nunquid Wicleffistæ, Gnosimachi, Julianistæ? Si *de Monastici status abolitione*, nunquid Petilianistæ, Waldenses, Thaboritæ, Wicleffistæ? Si *de Castitatis, paupertatis, aut obedientiæ votivæ abdicatione*, nunquid Helvidiani, Jovinianistæ, Vigilantiani, Gnostici, Nicolaitæ, Desideriani, Lampetiani, Beguardi cum Beguinis, Waldenses, Wicleffistæ? Si *de Ieiuniorum Ecclesiasticorum exterminatione*, nunquid Aeriani, Eustathiani, Jovinianistæ, Waldenses? Si *de Festivorum dierum profanatione*, nunquid iterum iidem Waldenses? Si *de cultus aut invocationis Sanctorum abroghtione*, nunquid Eustathiani, Vigilantiani, Waldenses, Wicleffistæ, Hussitæ, Copronymiani, Henriciani? Si *de Sanctarum Reliquiarum dehonoratione*, nunquid Vigilantiani, Eunomiani, Cainitæ? Si *de votivarum peregrinationum improbatione*, nunquid Claudiani, Henriciani, Waldenses, Wicleffistæ? Si *de sacrarum Imaginum inhonoratione*, nunquid Xenaistæ, Copronymiani, Claudiani, Bogomili, Waldenses? Si *de Sacramentorum Euangelicorum inanitione, aut cum egenis Moysaicæ legis elementis æquiparatione*, nunquid Pneumatomachi, Donatistæ, Waldenses? Si *de Parvulorum dum baptizantur creditione*, nunquid Pelagianistæ? Si *de Characterum Sacramentalium oblitteratione*, nunquid Wicleffistæ? Si *de Baptismalis fontis benedictione*, nunquid Waldenses, Lollardi, Wicleffistæ? Si *de Sacramenti Confirmationis repudiatione*, nunquid Novatiani, Armeni, Waldenses? Si *de Transubstantiationis Eucharisticæ abnegatione*, nunquid Berengariani, Wicleffistæ? Si *de ipsius Sacramenti Eucharistici inefficacia*, nunquid Pneumatomachi, Waldenses, Tanchelinistæ? Si *de eiusdem Sacramenti necessaria omnibus sub utraque specie sumptione*, nunquid Græci, & Bohemi? Si *de eiusdem item Sacramenti sine prævio ieiunio sumptione*, nunquid iidem Bohemi? Si *de Sacrificij Eucharistici abnegatione*, nonne Bogomili, Waldenses, Lollardi, Wicleffistæ? Si *de Sacrorum Altarium abolitione*, nonne Massaliani, Petrobrusiani, Waldenses? Si *de Ornatuum Sacerdotalium improbatione*, nunquid Pelagiani, Waldenses, Pikardi? Si *de aquæ in calice cum vino mixtione*, nunquid Armeni? Si *de temporis & loci ad sacrificandum indeterminatione*, nunquid Waldenses? Si *de cereorum inter sacrificandum accensione*, nunquid Vigilantiani, & Waldenses? Si *de Sacramenti Pœnitentiæ evacuatione, & partium eius abrogatione*, nunquid Montanistæ, Novatiani, Waldenses, Jacobitæ, Massaliani, Audiani? Si *de clavium Pœnitentialium ad laicos & fœminas extensione*, nunquid Gnostici, Valentiniani, Pepuziani, Waldenses? Si *de Indulgentiarum reprobatione*, nunquid Waldenses, & Wicleffistæ? Si *de purgatorii ignis abnegatione*, nunquid Græci, Waldenses, Albigenses, Armeni, & Moscoitæ? Si *de Sacrificiorum pro defunctis oblatione*, nunquid Aeriani, & Waldenses? Si *de censurarum Ecclesiasticarum irrisione*, nunquid Rhuteni, Albanenses, Albigenses, Waldenses, Wicleffistæ, Hussitæ? Si *de Sacramenti Extremæ Vnctionis abrogatione*, nunquid Græci, Armeni, Albanenses, Albigenses, Waldenses, Lollardi, Wicleffistæ, Thaboritæ? Si *de Sacramenti Ordinis reiectione*, nunquid Massiliani, Waldenses, Tanchelinistæ? Si *de Presbyterorum cum Episcopis coæquatione, aut ministerij ad omnes Christianos utriusque sexus ampliatione*, nunquid Aeriani, Marsiliani,

Waldenses, Hussitæ, Montanistæ sive Pepuziani? Si *de Sacerdotum uxoratione*, nunquid Vigilantiani, Waldenses, Wicleffistæ, Hussitæ? Si *de nocturnarum vigiliarum & cantus Ecclesiastici reprobatione*, nunquid Donatistæ, Samosatenistæ, Hilaristæ, Vigilantiani, Nyctages, Waldenses, Wicleffistæ, Thaboritæ? *Si de Immunitatis Ecclesiasticæ improbatione*, nunquid Julianistæ, Vitizistæ, Marsiliani, Waldenses, Cugneristæ? Si *de Sacramenti Matrimonij abrogatione*, nunquid Armeni, Waldenses? Si *de Polygamiæ simultaneæ, aut divortij connubialis permissione*, nunquid Basilidiani, Carpocratiani, Judæi, Turcæ, Ebionitæ, Massaliani? Si *de Matrimonialium Impedimentorum per Ecclesiam conditorum abolitione*, nunquid Judæi, Pseudoapostoli, Waldenses, Wicleffistæ? Quibus ita perspectis ac singulatim demonstratis, facilè pius Lector agnoscet, Non esse cum Lutheranis novâ acie dimicandum, nec quasi contra ignotos hostes specialia ineunda certamina. Tunc enim eorum machinæ fractæ sunt, tunc in superbiæ sociis ac Principibus corruerunt, quando præmemoratos omnes hæreticos, diversis licèt locis temporibusque exortos, Ecclesiastica Censura prostravit. Erubescant ergo Lutherani de discipulatu talium Magistrorum, renuentes eorum nomina, quorum junguntur blasphemiis. Quicquid illis responsum est à Majoribus nostris, hoc & istis responsum habeatur à nobis. Noverint, fieri non posse ut diversus sit eorum exitus, quorum una sententia est.

Vide Prosp. l. cont. Collat. c. 41.

Vide Hieron. Epist. ad Ctesiphon. cap. 2.

CAPUT LVII.

Expedito secundo Cardine repellendi à disputationibus Lutheranos ob cohærentiam cum priscis Dogmatistis, transitur ad Cardinem tertium, in experimento inutilitatis disputationum cum eis hactenùs initarum consistentem. Inaniter à* Confessionistis *allegantur exempla Colloquiorum in sua causa initorum aut indictorum, cùm nullum eorum omnium optato aut sperato effectu potitum sit. Quapropter in ipsos retorquetur machina, quam pro impetrando novo Colloquio fabricarunt. Res gestæ pro Religione Christiana in* Comitiis *Augustanis ante & post exhibitam Cæsari* Confessionem Lutheranam. *In Wormaciensi* Colloquio *luculentissimè patuerunt domestica Lutheranorum super* Augustana Confessione *dissidia. Irenæi regula, ut hæretici priùs inter se conveniant, quàm à* Catholicis *congressum doctrinalem expectent.

CLXXXI. Nunc ad tertium è quatuor Cardinibus cap. 41. §. 134. memoratis transeamus: in quo pertractando annitemur esse tanto breviores, quanto fuimus in præcedenti Cardine prosequendo fusiores. Ut enim ibi ostenderemus, Lutheranam hæresim ex antiquis hæresibus ab Ecclesia reprobatis esse conflatam, & in ea compleri illud Papæ Leonis de hæresi Priscilliani, C. Si universæ hæreses, quæ „ante Priscilliani tempus exortæ sunt, diligen„tiùs retractentur; nullus penè invenitur error, „de quo non traxerit impietas ista contagium". Ut, inquam, id ostenderemus, & oculis quodammodò spectandum exhiberemus, necessarium fuerat antiquorum hæreticorum errores perlustrare, & cum Lutheri erroribus collatos repræsentare. Quod ut fieret, integra aliquot capita implenda fuerunt: sed, uti spero, non inutiliter; non solùm ut noverimus non esse cum Lutheranis super iisdem erroribus modò disputandum, sed prætereà ut clareat quàm aptè in Lutheri hæresim quadret, quod de Nestoriana aiebat olim Cassianus: D. Du„bium admodum est, antiqua magis dici, an re„cens debeat. NOVA ENIM ASSERTORIBUS, SED VETUSTA ERRORIBUS FUIT". Hoc igitur abundè superioribus aliquot capitibus monstrato, tertium principalem Cardinem repellendi Lutheranos ab ulteriori disputatione aggrediamur, qui est, ex rerum gestarum magisterio hausta experientia; quam non malè Plinius nuncupat, E. *Efficacissimam rerum omnium magistram.* Lutherani in suo libello Comitiis Imperialibus nuper porrecto, & inferiùs hìc ad longum exhibendo, sex septemve exempla memorant Colloquiorum seu congressuum doctrinalium inter Majores suos & Catholicos habitorum, aut saltem decretorum. Probant enim ibi n. 32. non esse declinandam methodum inquirendi in veritatem Religionis à se suggestam ac præscriptam: *Primò, quia tam*

C. Leo Epist. 91. c. 1.

D. Cassian. l. 1. de Incarn. cap. 1.

E. Plin. lib. 26. c. 2.

Confessionistæ.

tam anno 1530. *post exhibitam Augustanam confessionem, ex utraque parte Augustæ in Comitijs, septem segregati sententias de Religione inter se contulerunt, nempè bini Principes, totidem Iurisconsulti, terni Theologi. Secundò quia anno* 1539. *Francofurti, virorum Doctorum Colloquium de Religione decretum est. Tertiò quia anno* 1540. *ad istud habendum Hagenoæ plurimi Protestantium Theologorum convenerunt, quanquam nullo fructu, quia adversa pars non comparuit. Quartò quia anno* 1541. *decretum Colloquium haberi capit VVormatiæ inter Philippum Eckium, multis alijs Theologis & Principibus præsentibus; quanquam die tertio post inchoatum Colloquium, litteris Cæsaris, cessare, & Ratisbonæ adesse iussi sunt. Quintò quia Ratisbonæ sub præsidio Friderici Palatini, & Granvellani Theologi, Colloquium illud continuatum est, quanquam per Eckium abruptum. Sextò quia anno* 1546. *Colloquium Ratisbonæ apertum est; sed, ob alias leges illi à Cæsare præscriptas, quàm in quas initio conventum fuerat, abruptum. Septimò quia anno* 1557. *denuò VVormatiæ Colloquium initum est, quanquam sine sperato eventu.* Ecce Exempla quibus nituntur persuadere, non esse nunc declinandam disputationem Catholicorum cum ipsis, publico Edicto indicendam & ineundam! At verò cùm omnium istorum Colloquiorum, in exemplum ab eis adductorum, ne vel unum sit quod speratum habuerit eventum; rectiùs profectò eisdem istis exemplis conficitur, non esse cum Lutheranis ampliùs tentanda Colloquia, vel ineunda ex condicto doctrinalia certamina. Quemadmodùm enim ex actibus frequentatis procreatur experientia simpliciter, ita ex actibus inutiliter frequentatis procreatur experientia ipsius inutilitatis. In quam rem recoli hìc possunt quæ superiùs ad calcem capitis 40. scripsimus. Non est ergò, ad scopum Lutheranorum promovendum aut persuadendum, quòd allegentur exempla habitorum aliquando cum eis super Religione Colloquiorum, sed oportebat allegasse exempla Colloquiorum utiliter ac fructuosè habitorum. Nam inutilium Colloquiorum exempla prætensionem ipsorum non tam juvant, quàm jugulant, & quò magis istiusmodi exempla multiplicantur, eò plura ad eam jugulandum argumenta suppeditantur. Accedit insuper quòd post omnia ista Colloquia, ab eis in exemplum adducta, Lutheranam hæresim Tridentina Synodus confirmata condemnarit: prout fatentur ipsi Confessionistæ, ibidem continuò subdentes: *Post hæc tentata Colloquia, Tridentinum Concilium damnavit quidem Protestantes: sed illi damnationem hanc censent à litigantibus factam atque adeò ipso iure nullam esse.* Ubi quòd dãnationem agnoscunt factam, nobiscum consentiunt: quòd verò malè factam contendunt, in hoc priscorum hæreticorum imitatores sese exhibent. Nam ut ex Hellespontina Synodo superiùs cap. 30. §. 97. retulimus, *Omnes* (Synodus Hellespont.) *hæretici sanctas Synodos, eorum malas Sectas destruentes, accusant.* Quòd denique à litigantibus factam damnationem censent, nimis pueriliis est Censura. Quis enim nesciat, suprema tribunalia in quavis Republica, non tantùm de alienis, sed de propriis etiam caussis pronunciare? Nec refert quòd Lutherani contendant Tridentinam Synodum non fuisse supremam Judicem. Nam ex communi totius Mundi praxi perspicuum est, penès suprema tribunalia residere facultatem proferendi sententiam super litibus adversùs suam etiam authoritatem aut competentiam motis. Nunquid eòusque insanire lubet, ut negetur Christo potestas judicandi in finali Judicio de hæresi Ebionitarum, Apollinaristarum, Photinianorum, Arianorum, Nestorianorum, Eutychianorum, aut aliorum similium, qui contra ipsum litigabant, negando ejus sive divinitatem, sive humanitatem, sive aliam quamlibet ei competentem proprietatem? Nunquid Spiritus Sanctus repelli debebit à ferenda sententia super hæresi Macedonianorum, aut quorumvis aliorum Pneumatomachorum? Nunquid tota Trinitas secedere debebit, quando pronunciabitur super causa Trinitariorum, aut Sabellianorum, aut aliorum quorumlibet sibi incredulorum? Nunquid item Apostoli, quibus dictum est, *Sedebitis* (Mat. 19. 28.) *super sedes, iudicantes duodecim tribus Israël*, non judicabunt eos, à quibus ipsi cæsi, & contumeliis affecti sunt? Nunquid Germanorum Imperator non judicabit in terris eos, qui aut vitam suam impetierint, aut Majestatem impugnaverint? Et quia Lutherani consueverunt referre omnia ad Scripturæ Sacræ judicium, dicant quisnam in controversiis super ipsa Scriptura motis judicabit? Neque enim, juxta ipsorum Principia, de his caussis poterit Scriptura proferre sententiam, aut contra se suscitatam dirimere controversiam. Quòd si hæc & his similia dicere erubescunt aut pavescunt, agnoscant non esse consequens, ut Tridentina Synodus non potuerit sententiam ferre in Lutheranos, dato etiam quòd contra ipsam litigassent Lutherani.

CLXXXII. De singulis illis Colloquiis in exemplum per Confessionistas suprà adductis tractare speciatim, non est operæ pretium, præsertim cùm ex ipsorum Adversariorum expressâ Confessione vel tacitâ saltem annutione habeamus, nullum omnium optato fine esse potitum. Ne tamen universim ea præteriisse videamur, de primo & ultimo aliquid dicemus, unde de reliquis conjicere licebit. Extat libellus sub ipsum tempus Comitiorum Augustanorum conscriptus, & sequenti mox anno excusus, in quo ea quæ ad Colloquium Augustanum spectant, accuratè memorantur, sub hoc titulo: *Pro Religione Christiana res gesta in Comitijs Augustæ Vindelicorum habitis anno*

Domini 1530. Quem, quia exiguæ molis est, & non facilè jam reperibilis, & multa complectitur scitu digna & præsenti nostro scopo opportuna, transcribere hìc ac Lectori repræsentare non gravabor. Sic igitur ibi habetur:

F. Res gestæ pro Religione in Comitiis Augustanis Anni 1530.

F. Pacatâ Cæsar Italiâ, ut varia Germanorum „ de Religione studia, variasque opiniones „ componeret, firmos in fide retineret, vacillantes firmaret, lapsos, si fieri posset, erigeret: „ omnium Imperii Ordinum conventum in „ Augusta Vindelicorum indixit. Ubi cùm omnes Imperji Electores, Principes, atque alios „ Romani Imperii Ordines convenisse, Lutheranos Principes secum suos Concionatores, „ qui passim ac publicè sua dogmata obtrudebant, adduxisse, multaque Religionis nostræ „ signa & mysteria in ea urbe aboleri cœpisse audiret, adventum suum ad diem Eucharistiæ „ institutioni sacrum eo animo maturavit, ut „ vel invitis hæreticis ritus à Majoribus nostris „ observatos, & dudùm in ea urbe neglectos, „ publicè perageret. Romani autem Imperii „ Ordines, ubi venire Cęsarem acceperunt, præcedentibus Augustæ Magistratibus, cum magna pompa obviàm ei progrediuntur; eumque „ in urbem cùm deduxissent, Saxonum Duce „ evaginatum de more gladium præferente, „ Episcopus & Clerus civitatis, qui cum crucibus aliisque ritibus obviàm quoque processerant, Cęsarem excipiunt, & in summum ejus „ urbis templum ducunt: ubi acceptâ benedictione à Cardinale Campegio Summi Pontificis à latere Legato, qui cum eo venerat, & „ quo consulto negotia omnia de fide in eo „ Conventu acta sunt, in Regiam suam secessit: „ Principibusque edixit, Se alterâ die Eucharistiam per urbem, ut à Majoribus suis acceperat, deducere velle. Quo die Rex Hungariæ „ & Bohemiæ, cæterique Romani Imperii Electores & Principes ad Cæsarem cùm venissent, Joanne Duce Saxoniæ, Georgio Marcione Brandeburgico, Ernesto Duce Luneburgensi, Philippo Lantgravio Hassiæ, Wolfgango Principe Anhalti Lutheranorum dogmatum fautoribus tantùm exceptis, Sanctissimum Christi Salvatoris nostri Corpus per urbem solitis ritibus & cæremoniis fuit deductum. Jubente deinde Cæsare, reclamantibus „ Lutheranis, ne sine sua permissione quisquam „ ea in civitate concionari auderet, publicè „ proclamatum fuit, & observatum. Quibus „ peractis Cæsar, quæ in Conventu agenda „ erant auspicaturus, unà cum Electoribus, „ Principibus, cæterisque Romani Imperii „ Ordinibus, summum templum ingressus est. „ Ubi postquam Albertus Archiepiscopus „ Moguntinus Sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, & Imperii Elector, Missam de Spiritu Sancto, ut vocant, solitis ritibus peregisset, & Pimpinellus Archiepiscopus Rosanensis publicè disertissimèque orasset, Cæsar „ per Fredericum Comitem Palatinum ad Rhenum, Ducem Bavariæ, Ordinibus Imperii „ commemoravit: se eo animo, relictis florentissimis Hispaniarum regnis, relictis uxore „ ac liberis, in Italiam primùm ac deinde in „ Germaniam venisse, ut illic pacatis rebus „ diadema Romani Imperii susciperet, hìc autem Germanorum animos novis erroribus „ seductos & turbatos pacaret, mutuâque concordiâ & pace firmaret. Quòd cùm in Italia „ omnia, authore Christo, ex sententia absolvisset, hortabatur, ut pro parte quisque sua in „ his quæ agenda hìc erant, pium sanctumque „ propositum juvarent. Post dies deinde quatuor, Lutherani Principes quos nominavimus, „ & duæ cum eis Civitates, Nuremberga & „ Reutlinga, in domo Prætoria, Scriptũ quoddam tum Latinum tum Germanicum eâ lege „ Cæsari exhibere voluerunt, ut publicè prælegeretur: aurem scilicet popularem captantes. „ Quod cùm Cæsar intellexisset, eorum petitioni acquiescere noluit. Die tamen sequenti, „ ut quàm clementer cum his ageret omnes „ perspicerent, permisit ut, non in domo prætoria, quod ipsi petierant, sed in Aula Cæsaris, id Scriptum legeretur. Perlectum itaque, Cæsare, Rege Hungariæ, Imperiique „ Ordinibus præsentibus & adstantibus, Cæsari „ exhibuerunt. In quo cùm Sectæ suæ opiniones multis rationibus astruere conarentur, nonnullaque in his cum Euangelio & sacris Litteris convenirent, plurima autem ab his ex „ diametro dissentirent: Cæsar, re priùs hinc „ cum Pontificis Maximi Legato, inde cum „ Romani Imperii Principibus communicatâ, „ nonnullis Catholicis Viris diversarum Nationum, moribus probatissimis, & in sacris „ Litteris eruditissimis, commisit: ut quod in „ ea professione exhibitâ approbandum censerent laudarent, quod verò reprobandum confutarent. Quam Confutationem, per eosdem „ Legatum & Principes approbatam, Cæsar „ vocatis ad se Romani Imperii Ordinibus, & „ inter eos Lutheranis Principibus, in eo ipso „ loco quo eorum Confessio lecta fuerat, prælegi fecit Ejus Confutationis exemplar, tametsi Lutherani Principes ut eis concederetur „ instantissimè peterent; Cæsar tamen, ne „ quæ per Christianorum Synodos decisa & à „ Majoribus nostris observata fuerant rursùs „ in dubium aut contentionem revocarentur, „ nullo pacto concedendum existimavit. Electores autem, cæterique Catholici Principes, „ ubi vident hinc Cæsarem Lutheranos apertè „ monuisse, ut abjectis falsis persuasionibus ad „ gremium Ecclesiæ Catholicæ redirent; ni „ facerent, se neque muneri suo Cæsareo, „ neque suæ conscientiæ in adhibendo huic malo remedio defuturum: inde Lutheranos suas opinio-

„ opiniones, quibus se jam semel addixe-
„ rant, mordicùs retinere: tanquam pacis
„ studiosi suis precibus à Cæsare impe-
„ trarunt, ut cum ejus venia ipsis ea in
„ re partes suas interponere liceret; & si-
„ qua viâ dissidium hoc componi posset,
„ tentare. Ad id communi consensu ordinati
„ sunt Moguntinus Archiepiscopus Elector,
„ Argentinensis Episcopus, Georgius Saxo-
„ niæ, Henricus Brunswicensis, & Albertus
„ Mechelburgensis Duces, atque Georgius
„ Druchses Austriæ Gentis nomine, & non-
„ nulli alij Imperij Principum Oratores.
„ Quibus omnibus cum Lutheranis Principi-
„ bus congregatis, Joachimus Marchio Bran-
„ deburgensis Elector, Christianæ Religio-
„ nis acerrimus propugnator, Catholicorum
„ nomine longo sermone disseruit: quo jure
„ à Cæsare impetrassent, ut cum ipsis Luthe-
„ ranis Principibus amicè rem tractare, &,
„ si fieri posset, componere liceret. Proinde
„ eos hortabatur, cogitarent, quàm apertè
„ quas nuper concepissent opiniones cum
„ Euangelio & Apostolicis litteris pugna-
„ rent: quantam animarum jacturam, Chri-
„ stiani sanguinis effusionem, & totius Ger-
„ maniæ calamitatem cernerent, si Cæsaris
„ jussibus non obtemperarent; si per eos sta-
„ ret, quo minùs quæ pro Reip. Christianæ,
„ & præsertim totius Germaniæ salute, in
„ eo Conventu tractanda essent, disponeren-
„ tur. Rogabatque, ut tot amicorum, con-
„ sanguineorum, & affinium precibus ac-
„ quiescerent, falsas opiniones abijcerent,
„ diutiùsque ab Ecclesia Catholica separati
„ esse nollent. Nam si qui abusus in Remp.
„ Christianam irrepsissent, eo animo Cæsa-
„ rem in Germaniam venisse, ut his autho-
„ ritate Summi Pontificis sublatis, suam Im-
„ perio restitueret concordiam. Ad hæc cùm
„ Lutherani tempus consultandi petijssent,
„ post dies aliquot Scripto multis verbis in
„ hanc sententiam responderunt: Quòd cùm
„ eam, quam exhibuerant, Confessionem,
„ cum Euangelio & Apostolicis litteris per
„ omnia convenire certò scirent; neque Cæ-
„ saris Refutationi cedere, neque à suis opi-
„ nionibus, salvis suis conscientijs, discedere
„ se posse. Et cùm multa hinc inde dicta &
„ proposita fuissent, conquererenturque Lu-
„ therani se satis auditos non esse, neque ge-
„ neralem Christianorum Synodum, juxta
„ Spirensis Conventus Decretum, indictam:
„ responderunt Catholici, Illorum partium
„ fuisse Wormaciensi Edicto, ut par erat,
„ obtemperare; non fidei articulos, tot
„ Sanctorum Virorum Decreto receptos &
„ approbatos, tot Martyrum sanguine con-
„ firmatos, quod capitale est, in dubium
„ & contentionem revocare, SUARUMQUE
„ CONSCIENTIARUM FUMUM OBIICERE,
„ quasi non omnibus perspicuum sit quantum
„ suis conscientijs tribuant, quantaque liber-
„ tate se à Catholica Ecclesia separaverint,
„ novas leges ab Apostolicis dissidentes con-
„ diderint, novarum Sectarum Authores re-
„ ceperint & aluerint, atque ipsimet secum
„ in suis dogmatibus subinde pugnent; nunc
„ Lutheranos, nunc Anabaptistas, nunc Sa-
„ cramentarios, atque Iconomachos, & si-
„ quæ sunt alia hujusmodi prodigiosa Secta-
„ rum nomina identidem nobis producentes.
„ Quòd si suorum Dogmatistarum vitam
„ moresque cominùs inspicerent; facilè pro-
„ culdubio deprehenderent, quàm sit ipsis
„ decorum, egregium, ac pium, hujusmo-
„ di hominibus honorem; fortunas, vitam,
„ atque ipsas animas committere; plusque il-
„ lis fidei, quàm tot universalis Ecclesiæ
„ Decretis, tot Orthodoxorum Patrum
„ Scriptis atque Judicijs; & denique plus
„ quàm ipsi Cæsari, cujus divini propè mo-
„ res commovere eos deberent; plus quàm
„ tot Principibus, sanguine, & affinitate eis
„ conjunctis, præbere. Porrò si, quos fru-
„ ctus hæc nova dogmata nobis pariant, per-
„ penderent: nempe tumultus, seditiones,
„ contentiones, cæteraque his similia dam-
„ na & incommoda; à quonam spiritu pro-
„ cedant, luce clariùs viderent. Quòd verò
„ ad Christianorum Synodum attinet, tamet-
„ si omnibus perspicuum sit, quantum eo-
„ rum Dogmatistæ Concilijs tribuant, quàm
„ temerè sese illis opponant, eorum autho-
„ ritatem contemnant & passim lacerent: Cæ-
„ sarem tamen, Germanicæ quietis studiosis-
„ simum, omninò curaturum, ut generale
„ Concilium, quod hactenus bellorum cau-
„ sâ fieri non potuit, indicatur; dummodò
„ ipsi interea, abjectis erroribus, quicquid
„ innovatum est, usque ad Decretum Syno-
„ di, in pristinum restituerent; malintque
„ Cæsari, & universali Ecclesiæ, quàm suis
„ Dogmatistis adhærere. Quâ piâ admoni-
„ tione commoti Lutheranorum animi, tem-
„ pus sibi dari ad respondendum petierunt,
„ sese eâ oratione nimium læsos asseverantes.
„ Quibus Catholici retulerunt, eâ se ora-
„ tione usos esse, non illos lædendi animo,
„ sed stabiliendæ concordiæ studio. Post dies
„ aliquot, Lutherani Principes, unà cum
„ duabus primis & quatuor alijs Civitatibus
„ quæ illis accesserunt, ad ea quæ nuper eis
„ proposita fuerant, Scripto responderunt,
„ omnia reijciendo, & suam pertinaciam cla-
„ riùs aperiendo.

„ CLXXXIII. Quum itaque his medijs ni-
„ hil processisse animadverterent, aliâ viâ
„ rem aggredi, eis, qui rem tractabant, visum
„ est: ut nimirum Viri aliquot harum rerum

„ periti deligerentur, qui cum Lutheranis
„ congressi, tentarent, si quâ viâ concor-
„ diam firmare possent. Quæ provincia Epis-
„ copo Augustensi, Henrico Duci Brunswi-
„ censi; & Eckio, Cochlæo, ac Wimpina
„ Theologis; atque Coloniensi, & Badensi
„ Cancellarijs Jurisconsultis, demandata est:
„ id quod & Cæsar, has contentiones sedan-
„ di studio, admisit. Cùmque diu septem
„ illi Catholici Viri, cum septem Luthera-
„ nis contendissent, in multisque Articulis
„ convenissent; ab his tamen Assertionibus
„ Lutherani discedere noluerunt: I. *Quòd in*
„ *confeßione, ut vocant, Sacramentali, non sit*
„ *necessaria omnium delictorum enumeratio.* II.
„ *Quòd supervacanea sit satisfactio ad remißionem*
„ *peccati quoad pœnam.* III. *Quòd vota & tradi-*
„ *tiones de delectu ciborum, & diebus, inutiles*
„ *prorsus sint, & contra Euangelium.* IV. *Quòd*
„ *nulla humana opera, quantumvis bona, dici*
„ *possint aut debeant meritoria.* V. *Quòd invoca-*
„ *tio Sanctorum sit periculosa.* VI. *Quòd Eucha-*
„ *ristia per plateas deferri non debeat.* VII. *Quòd*
„ *doceri non debeat, eos, qui sub una tantùm*
„ *specie communicant, non peccare.* VIII. *Quòd*
„ *Plebani unam tantum speciem petentibus dare*
„ *non debeant.* IX. *Quòd liceat aliàs quàm in*
„ *Missa consecrare.* X. *Quòd Sacrificis ac Mona-*
„ *chis uxores ducere, & Monialibus nubere liceat.*
„ XI. *Quòd Missas privatas, & utrumque cano-*
„ *nem, juxta Maiorum Traditiones & sacra Ro-*
„ *mana Ecclesia ritum servare non debeant.* XII.
„ *Quòd applicatio Missæ pro vivis & defunctis*
„ *nihil valeat.* XIII. *Quòd Quadragesima, & alia*
„ *Ieiunia ab Ecclesia statuta, servari non debeant.*
„ A quibus, & id genus multis alijs errori-
„ bus, quibus Lutheri & Lutheranorum li-
„ bri referti sunt, nullis suasionibus divelli
„ potuerunt, tametsi multa admiserint quo-
„ rum contrarium anteà docuerant, seque in-
„ stabiles adeò ostenderint, ut quod hodie
„ consenserant, cras negarent, & rursùs
„ consentirent. Quâ viâ cùm res tantundem
„ processissent, ne desperatis rebus Conven-
„ tus dissolveretur, visum est hujusmodi De-
„ cretum proponere: *Vt his in quibus concorda-*
„ *verant conscriptis starent, cætera omnia ad fu-*
„ *turæ Synodi Decretum referrentur: Et Lutherani*
„ *interea sacræ Romanæ & Catholicæ Ecclesiæ de-*
„ *bitam fidem & obedientiam præstarent: De Ar-*
„ *ticulis non concordatis silerent, neque de eis quid-*
„ *quam aut ederent aut docerent: Monachi in suis*
„ *Cœnobijs non derelictis, suis legibus bonis &*
„ *ceremonijs liberè uterentur: derelictorum autem,*
„ *atque Collegiorum, & aliorum Sacerdotiorum*
„ *bona, per Lutheranos Principes & Civitates cap-*
„ *ta & occupata, per viros bonos, quos ad id*
„ *Cæsar disponeret, bonâ fide administrarentur,*
„ *usque ad Decretum generalis Synodi, cui de his*
„ *ratio redderetur: Pauperibus, atque Monachis*
„ *à suis Cœnobijs expulsis, ex ipsis bonis alimenta*
„ *suppeditarentur, absque tamen Lutheranorum*
„ *Principum præiudicio, si quod ius in contrarium*
„ *adducerent: Missæ publicæ & privatæ solitis ce-*
„ *remonijs ac ritibus peragerentur, neutro canone*
„ *neglecto: Si quid tamen circa hos ritus disputa-*
„ *bile videretur, ad futuram Synodum rejiceretur:*
„ *In pace ac quiete viverent: Nihil novi aut disse-*
„ *minarent aut tentarent: Et in cæteris negotijs*
„ *ad Remp. Christianam, & præcipuè Romanum*
„ *Imperium spectantibus, Cæsari, ut bonos Prin-*
„ *cipes decet, adhærerent.* Quod Decretum, ta-
„ metsi multis nominibus acceptandum à
„ Lutheranis videretur, attamen quia Luthe-
„ rani Principes & Civitates spoliaverant
„ multas Ecclesias, & multorum Cœnobio-
„ rum ac Collegiorum bona occupaverant,
„ quæ per hujusmodi Decretum restituenda
„ erant, durumque ea restituere putarent,
„ ad id acceptandum nullis argumentis indu-
„ ci potuerunt. Tunc Cæsar, ne non omnia
„ tentaret, quò hominum pertinaciam ex-
„ pugnaret, vocatos privatim ad se Luthe-
„ ranos Principes, tot evidentissimis huma-
„ nissimisque rationibus ad resipiscentiam
„ hortatus est, ut ferrea, nedum carnea cor-
„ da mollesci potuerint. Illi verò primùm se-
„ se totos Cæsari submittebant, illiusque
„ imperio omnibus in rebus se obtemperatu-
„ ros asseverabant, quoad salvis CONSCI-
„ ENTIIS facere possent. Sed cùm clariùs ur-
„ gerentur, ut quicquid in Religione Chri-
„ stiana per eos innovatum esset, saltem usque
„ ad futuræ Synodi Decretum, in pristinum
„ reducerent; tantùm annuebant, Velle se
„ Spirense Decretum servare, quâ parte statu-
„ tum erat, *Vt usque ad futuram Synodum ita vi-*
„ *verent, ut Deo Optimo Maximo, & eidem Synodo,*
„ *actionum suarum dignam reddere poßint rationem.*
„ In cæteris autem, *Interposita per eos in eo Con-*
„ *ventu appellationi omninò adhærere statuerant.*
„ Cumque multis rationibus ostensum eis
„ fuisset, quàm parum sibi constarent, qui
„ nunc Decreto Spirensi, nunc interpositæ in
„ eo appellationi adhærere vellent; ejusmo-
„ di provocationibus in fidei & Religionis
„ negotio locum non esse; illique pertinacio-
„ ribus studijs Conscientias, Euangelia, ani-
„ mas, provocationes & appellationes obij-
„ cerent: tantundem cum eis actum est. Om-
„ nis itaque concordiæ spes, quam ipsimet
„ Lutherani Principes, eorumque primarij
„ Dogmatistæ, nunc Cæsari, nunc Legato,
„ tum verbis, tum Scriptis, publicè & pri-
„ vatim, per totos tres menses præbuerant,
„ omninò evanuit.

„ CLXXXIV. Ex his cùm Cæsar perspice-
„ ret, Lutheranos indies effici obstinatio-
„ res, nullumque persuasionibus locum in
„ eis superesse, qui tam parum Majorum
authoritati,

„ authoritati, Euangelio, & sacris litteris „ deferrent: die XXII. Septembris Decretum „ hujusmodi promulgavit: *Cæsarē eo animo Conventum Augustæ indixisse, ut maturo omnium Romani Imperij Ordinum consilio, Reipublicæ, & Germaniæ præsertim rebus provideretur; contentionesq́ue dudum de Religione subortæ tollerentur. Quod ut faceret, Lutheranorum Confessionem audivisse, & quæ in ea cum veritate Christianâ pugnare deprehenderat, sacrarum litterarum authoritate refutasse: sibiq́ue certo persuasisse, ut illi, deprehensâ veritate, luce clariùs eis expositâ, atque suo, Electorum, & aliorum Principum animis perspectis, Sectæ eorum opiniones abijcerent. Attamen quum nonnullis rejectis, quàm plures retinuerint, in quibus ab Ecclesiâ Catholicâ adhuc dissentirent; decrevisseq́ue Cæsar, eorum salutis studiosissimus, omnia tentare, ut eos in hanc quam optabat concordiam adduceret: terminum illis usque ad diem* XV. *Aprilis proximè venturi statuebat, in quo animo hujusmodi Articulis non concordatis, cum Ecclesiâ Catholicâ, usque ad futuræ Synodi Decretum, sentire vellent, nec ne, apertè per suas litteras, suis sigillis obsignatas, declararent; habituri extemplò eâ in re Cæsaris sententiam: intereaq́ue curarent, & omninò efficerent, ne quid novi de fide & Religione in eorum Dominijs emitteretur aut venderetur: essetq́ue inter universos Romani Imperij Electores, Principes, & Civitates mutua pax atque concordia: neque liceret quoquo pacto Lutheranis Principibus & Civitatibus, aliorum subditos sollicitare, aut ad suam Sectam vel opiniones pertrahere: & si qui Religiosi aut profani ex eorum subditis, ritus à Maioribus nostris observatos retinuerint, aut neglectos recipere rursùs voluerint, nullo modo eos impedirent, sed eorum templis, ritibus, & cæremonijs liberè uti permitterent; nullamq́ue propterea eis molestiam inferent: In tollendis & omninò eradicandis Anabaptistarum, & Sacramentariorum Sectis, Cæsari, cæterisque Catholicis, Electoribus, Principibus, & alijs Romani Imperij Ordinibus adhærerent, omniq́ue auxilio, consilio, & favore assisterent: Hoc idem & Catholici Principes Cæsari essent polliciti. Quòd autem ad generalem Christianorum Conventum, toties ab omnibus Imperij Ordinibus tam Catholicis quàm Lutheranis instantissimè postulatum, & bellorum iniuriâ hactenus non indictum, attineret, Cæsarem apud Summum Pontificem & Reges ac Principes Christianos omninò curaturum, ut hoc Augustano Conventu soluto, intra sex menses, generalis Christianorum Synodus commodo in loco indicatur, & intra annum post indictionem celebretur: omninò sibi persuadens futurum, quòd, Authore Christo, qui in eius nomine congregatis proculdubiò aderit, omnes civiles contentiones componi, & Christiana Resp. sempiternâ pace & quiete perfrui poterit.* Quod cùm audissent Lutherani, tantùm abfuit quòd pro tam clementi Decreto gratias Cæsari agerent, ut pertinacioribus animis illud acceptare recusarent: „ asserentes, opiniones suas in sacris litteris ita „ fundatas, ut neque eas abijcere, neque alios ad „ eas non sollicitare, SALVIS CONSCIENTIIS „ SVIS, possint: & ea quæ hactenùs acta erant, non „ esse ab ipsis, sed à Deo Opt. Max. emanasse: ipsosque Cæsaream Refutationem, „ Euangelij & Apostolicarum litterarum authoritate facilè, uti cœpissent, repellere potuisse, si ejus copia eis facta fuisset. Tunc „ Elector Brandeburgensis nomine Cæsaris „ Lutheranos Principes & civitates in hanc „ sententiam allocutus est: Cæsaream Majestatem plurimùm admirari, ipsos audere „ profiteri, ita se in vanis suis opinionibus fundatos esse, ut errare minimè possint; & quæ „ hactenùs ab eis facta essent, à Dei potiùs „ jussu quàm ab eorum judicijs processisse: „ cùm perspicuum omnibus sit, suos Dogmatistas NIHIL NOVI ADDVXISSE, „ SED QVÆ ORTHODOXORVM PATRVM AVTHORITATE ANTE „ MVLTOS ANNOS DAMNATA ET „ SEPVLTA FVERANT, AB INFERIS REVOCASSE. Neque in Euangelio, quod ipsi nusquam non jactitant, Cæsarem unquam legisse, licere aliena rapere, raptaque invitis dominis retinere: & siquando ad ea restituenda urgeantur, ea se „ salvis conscientijs restituere non posse. Mirari præterea quâ confidentiâ doctrinam eorum orthodoxorum, quam Cæsar cæterique „ Imperij Ordines servant, falsam profiteri „ audeant: quasi verò non nefas sit credere, „ tot Imperatores summâ pietate præditos, „ tot Electores atque Principes, per tam multa „ sæcula errasse, & quam profitebantur Religionem parùm rectè intellexisse. Quod cùm „ à veritate longè alienum sit, Cæsarem neque „ eam audaciam remittere, neque eorum facta „ probare posse. Hesternum autem Decretum, „ quod ut acceptarent hodie quoque iterum „ Cæsarem eos hortari voluisse, si rectè ab eis „ intelligeretur, proculdubio cognoscerent, „ in eorum gratiam, & ad stabiliendam Germaniæ tranquillitatem, conceptum esse. „ Quod si acceptare negligerent, perpenderent, quot malorum authores futuri sint. „ Neque sperarent quidquam in eo immutari „ posse; cùm nihil ultrà illis, sine Religionis „ & honestatis offensione, concedere fas sit. „ Si verò id acceptare velint, benignum Cæsarem in omnibus eorum rebus sint habituri. „ Responsionem autem quam ad Cæsaream „ Refutationem parare cœpissent, prudenter „ eos omisisse, vanoque labori pepercisse; cùm „ satis illis prædictum esset, CÆSAREM „ NVNQVAM ADMISSVRVM UT DE „ FIDEI ARTICVLIS EO AVTHORE

RE

„RE DISCEPTARETVR. Quòd verò Cæsaris „Refutatio illis tradita non fuerit, sibi imputarent, qui eam præscriptis legibus accipere noluerunt. Cùm hæc Joachimus Cæsaris nomine dixisset, suis, & omnium Romani Imperij Ordinum verbis, hæc adjunxit: Principibus ipsis ac Civitatibus satis exploratum esse, quo labore atque studio ipsimet principiò Principes, & deinde per Viros ad id ordinatos, cum eis egerint, ut hæ contentiones atque diffidia tollerentur, suaque Germaniæ rediret concordia. Quem autem fructum consecuti fuerint, ipsi scirent. Quare rursùs eos per mutuam benevolentiam precaretur, ut benignum Cæsaris Decretum acceptarent, atque æquis animis perpenderent, quot incommoda reip. Christianæ, & præsertim Germaniæ immineant, si ea in re justis precibus non acquiescerent. Quod si facerent, omni officio erga eos id promereri vellent: sin autem, scirent, Electores, Principes, cæterosque Imperij Ordines, quâ decet fide ac devotione suo Cæsari adhærere; & non bona tantùm, sed vitam quoque ipsam cum eo profundere statuisse: & vicissim Cæsarem non modò Regna ac Dominia sua omnia, sed corpus, sanguinem, atque ipsam animam, Deo Opt. Max. pro Religione Christiana & ejus fautoribus devovisse: & non priùs ab Imperio recedere decrevisse, quàm in hisce rebus bonum ordinem confectum esse videat.

CLXXXV. „Ad hæc Lutherani, longo sermone, responderunt: *Sibi satis exploratum esse, non vanis opinionibus, sed sacrarum litterarum authoritate se duci: quod in supremo Judicio sustinere se posse sperarent. Mirarenturq; plurimùm, quâ ratione, quòd aliorum bona rapuerint, & rapta detinerent, eis objiceretur: cùm nullum unquam suis bonis spoliaverint: & siquæ Cœnobia sibi vendicassent, eorumve bona accepissent, iurene an iniuriâ id fecerint, retinendaq; an restituenda sint, decreto futuri concilij & Cæsareæ Maiestatis stare intenderent. Cæterùm cùm Cæsaris Decretum*, „SALVIS SVIS CONSCIENTIIS, *acceptare non possint, ut res tota ad diem* XV. *Aprilis rejiceretur.* Deinde ad Electores, Principes, aliosque Imperij Ordines conversi, graviter cum eis expostularunt, *Quòd se Cæsari, ipsis exclusis, adiunxissent: cùm & ipsi parati essent Cæsarem agnoscere, eiq;, ut bonos & fideles subditos decet, obedire.* Ad quæ rursùs Brandeburgensis respondit: Cæsarem, eorum responsione perceptâ cùm satis exploratum habeat, ipsorum dogmata Conciliorum Decretis damnata, & à Christiana Rep. explosa esse, veluti cum Euangelicis & Apostolicis litteris pugnantia, AD NVLLAM DISCEPTATIONEM CVM EIS IN HIS DEVENIRE DECREVISSE: sed si promulgatum Decretum, in quo nihil immutari possit, acceptare velint, facturi sint quæ debeant: Sin autem, non modò Cæsarem, cum Electoribus, Principibus, alijsque Imperij Ordinibus, de alio Decreto agere oportere, quo Christi Religionem defendere, seditiosaque dogmata è Rep. tollere liceat: verùm etiam Summum Pontificem, Regesque, Principes, ac Potentatus Christianos de his omnibus monere, eamque in his operam navare, quam Romanorum Imperatorem, Religionis Defensorem, & Catholicum Principem navare decet: Satisque compertum jam esse, Summum Pontificem, ipsosque Reges, Principes, ac Potentatus, neque sibi neque Catholicis Electoribus, Principibus, & Ordinibus defuturos: imò ea in re auxilium, consilium, & favorem quàm lubentissimè collaturos. Et quùm omni Jure divino & humano prohibitum sit aliena bona eripere & occupare, quemadmodùm ipsos in suis Dominijs factitasse apertè nimiùm multorum Religiosorum expositæ coram Cæsare & Cæsaris fidem implorantes querimoniæ testantur, sitque jure cautum ut spoliatus ante omnia restituatur; Cæsarem eos seriò adhuc hortari, ut Cœnobiorum, Ecclesiarum, & Collegiorum bona, Dominia, terras, ac feuda, per eos contra jus fasque occupata, legitimis dominis quamprimùm restituerent: Religiosos Viros ac mulieres expulsos, in sua Cœnobia ac bona reponerent; ne aliter Cæsar ea in re providere cogatur. Quòd verò se Catholici Imperij Ordines Cæsari adjunxerint, nullam aliam ob causam factum esse, quàm ut communi consilio Religionem Christi à Majoribus nostris observatam faciliùs tueantur, & quæ innovata sunt restituantur; atque Deo inprimis, cujus causa agitur, & deinde Cæsari eorum Domino & Capiti debitũ persolvant: nullâque prorsùs aliâ ratione aut consilio ad eam conjunctionem ventum esse. Quòd autem ipsi, ut sibi persuadent, culpâ careant, & neque Cæsari neque Imperij Ordinibus ullam querimoniæ causam dederint; facilè judicaturi sint qui paulò altiùs repetierint, quinam Wormaciensis Edicti infringendi, populares seditiones, in quibus ultra centum hominum millia desiderata sunt, excitandi, fuerint authores; permiserintque ut in suis terris ac Dominijs, famosis libellis nunc Cæsaris, nunc Hungariæ & Bohemiæ Regis, atque Electorum, Principum, & omnium Imperij Ordinum honor ac dignitas passim, publicè, atque impunè læderetur; atque ipsius Cæsaris honori, saluti, & fortunis insidias instruxerint; & ex his qui aderant aliquot, à recepto, & ipsis appro-

„approbantibus edito & promulgato Wormacienſi Decreto receſſerint. Reſponderent prçtereà; Quo jure, aut qua æquitate ſibi licere exiſtiment, quæ ſuis ſigillis approbaverant, reprobare? Quæ ſi exactè ab eis perpenderentur, quàm eſſent mundi facilè deprehendere poſſent. Eſſe prætereà quàm multas alias juſtiſſimas rationes, quibus abalienandi hominum erga ſe animos cauſam dediſſent, quæ brevitatis causâ omitterentur. Hic Lutherani: *Cum omni obedientia, quæ Cæſaris & Imperij Ordinum nomine relata fuerant, ſe intellexiſſe, dixerunt. Et quamquam eorum neceſſitas poſtularet, ut ad ſingula ordine reſponderent: cùm tamen per tempus non liceret, brevibus dicturi ſint: Se proculdubiò ſperaſſe, quod tum Decreti exemplar, tum conſultandi tempus concedi deberet: cùm tamen videant, Cæſarem eius non eſſe animi, neque ſuum eſſe leges Cæſari præſcribere ſatis ſcirent; hoc unum optarent, ut Maieſtas eius, omneſq; Imperij Ordines ſibi certò perſuadeant; Decretum ſe hoc acceptaturos, ſi* SALVIS SVIS CONSCIENTIIS *ullo pacto liceret: Et quod per Gregorium Druchſes & Cancellarium Badenſem requiſierant, iterum poſtulare cogantur, ut ſuper eo Decreto tempus cogitandi uſque ad* XV. *Aprilis decernatur: ad quem diem quid ea in re facere velint, ſcriptum, & ſuis ſigillis obſignatum, ſe exhibituros pollicebantur; orabantq; Cæſarem, ne ſe ad indignationem in eos commoveri patiatur: ſe Deo, & ſuæ Maieſtati, tanquam eorum Domino clementiſſimo, commendantes. Atque iterum querebantur, quòd ſe reliqui Principes, ipſis excluſis, Cæſari addixerint: cùm nulli unquam iuſtæ querimoniæ cauſam ipſi dediſſent; neque, quod eis erat improperatum, popularem ſeditionem excitaſſent: imò tantùm abfuerit quòd Dux Saxoniæ fuerit eius ſeditionis author, ut ei gnaviter reſtiterit, & fortius cæteris eam oppugnaverit: Quod Spirenſis Conventus Acta, ſi inſpiciantur, facilè comprobatura ſint. Quapropter Cæſarem Imperijq; Ordines precabantur, ne quid acerbius ea de re ſtatuant, neque huiuſmodi referentibus quidquam credant.* Ad hæc Brandenburgenſis: Cæſarem, quæ per eos propoſita eſſent, audiviſſe, reſpondit: omninòque decreviſſe, neque à concluſo Decreto recedere, neque petitam ab ipſis dilationem concedere, CVM IN FIDEI REBVS NVLLA CVNCTATIO AD DELIBERANDVM AVT DISCEPTANDVM ADMITTENDA SIT: atque Imperii Ordines in ea, quam propoſuerant, ſententia perſtare, ut Catholicos Viros decet: reſponſionemque ad eorum purgationem non recipere; cùm eorum actiones notiores omnibus eſſent, quàm ut illis fucatis coloribus obumbrari poſſint. Lutherani rurſùs, *In ſua ſe quoque ſententia perſtare velle*, reſponderunt: *remq; Deo, cuius tantùm rationem habeant, committentes, Cæſarem, ut clementiſſimus eorum Dominus eſſe velit, pre*cabantur. Ibi Brandenburgenſis, Satis indicatum eſſe retulit, quibus rationibus Cæſar unà cum Catholicis Electoribus, Principibus, & Imperii Ordinibus, Catholico Decreto adhærere velit: proinde pluribus verbis opus non eſſe. His dictis, Lutherani omnes abierunt: atque eò ipſo die, Saxoniæ & Luneburgenſis Duces Auguſtâ egreſſi ſunt. Dum hæc cum Lutheranis geruntur, quatuor Civitates, *Conſtantia, Argentina, Memingen*, & Lindao, Scriptum quoddam exhibuerunt, non modò Lutheranorum erroribus, ſed quàm multis aliis, adversùs Sanctiſſimum Euchariſtiæ Myſterium aliaque Chriſtianæ Religionis ſigna, adeò refertum: ut nullò prorsùs reſponſo habitum ſit dignum".

CLXXXVI. Ecce hiſtoriam rerum pro Religione geſtarum in Comitiis illis Auguſtanis, unde ſuam *Confeſſionem* Lutherani appellant *Auguſtanam*: Ex quibus perſpicitur quantam operam ac ſollicitudinem impenderit laudatiſſimus Imperator Carolus V. ut Lutheranos à præconceptis erroribus in viam Catholicæ veritatis & unitatis reduceret, exemplis, Edictis, hortamentis, documentis, Colloquiis primùm amicabilibus, deiǹ doctrinalibus. Sed fruſtrà fuere omnia: quoniam, ut præclarè Martyr olim Cyprianus aiebat: [G] Studiò præſumptionis & contumaciæ fit, ut quis magis ſua prava & falſa defendat, quàm ad alterius recta & vera conſentiat". De talibus & Auguſtinus: [H] Mortalitatis onere prægravati (inquit) cùm videri volunt ſcire quod neſciunt; & quod volunt ſcire non poſſunt, præſumptiones opinionum ſuarum audaciùs affirmando intercludunt ſibi intelligentię vias; magis eligentes ſententiam non corrigere perverſam, quàm mutare defenſam". Et Epiſt. 167." Cùm tam perſpicua veritas aures & corda hominum feriat, tanta quoſdam malæ conſuetudinis vorago ſubmerſit, ut omnibus authoritatibus rationibuſque reſiſtere, quàm conſentire malint". Ea quæ de Geſtis Auguſtanis memoravimus, nondum expletis quatuordecim annis ab inchoato Lutheraniſmo contigerunt. Si ergò tantùm potuit obfirmare Lutheranos conſuetudo ita recens invecta, quantùm putabimus eos obduraverit per ſeſquiſæculum propemodùm jam inveterata & radicata? Et ſi tunc nec Colloquiis amicabilibus nec doctrinalibus perſuaderi potuerunt ut reſipiſcerent, quantò minùs nunc ſperandum eſt eos doctrinali Colloquio perſuadeňdos ut reſipiſcant? [I] Animę morbus (inquit Baſilius) ubi jam vetuſtuit, & mali exercitatio ſimul atque diuturnitate occalluit, vix ullam admittit medelam, aut certè immedicabilis prorsùs fit: cùm in his, ut in plerſque aliis, conſuetudo mutetur & abeat in naturam". Nec huic deductioni obſtat quòd Lutherani, aliorum etiam hæreticorum more

G. Cyprian. Epiſt. 74.

H. Aug. l. 1. de Trinit. c. 1.

I. Baſil. in Pſal. 1.

Præoccupatio.

more consueto, crebrò varient, & de errore in errorem abeant, prout cap. 43. §. 139. in fine indicavimus. Nam inprimis tametsi de Secta in Sectam transeant, aut novas Sectas progenerent: multos tamen Articulos communiter etiam inter se alioqui divisi, contra Ecclesiam retinent; & in his generali quâdam consuetudine occallescunt, ut ad exoletam jam veritatem reduci nequeant. De quibus videri possunt quæ cap. 18. §. 61. conscripsimus. Deinde hæc ipsa eorum varietas & in Sectas dissectio obstat, quò minùs ineunda sit cum eis à nobis disputatio: juxta illam Irenæi Regulam de Gnosticis, similiter variantibus, & in Sectas abeuntibus: K. Cùm inter eos conve- „ nerit de ijs quæ in Scripturis sunt prædicta, tunc à nobis confutabuntur". De quo Irenæi loco videri quoque possunt quæ superiùs c.40. §. 130. diximus: ejusque occasione egregium specimen Lutheranicæ dissensionis ac domesticæ seditionis hìc repræsentabimus, simulque inutilitatem postremi illius Colloquii, quod in exemplum à Confessionistis superiùs adductum est, patefaciemus: L. Anno millesimo „ quingentesimo quinquagesimo septimo (inquit Genebrardus) pridie Nonas Septem- „ bris, inchoatum est Wormaciæ Colloquium „ inter Catholicos & Lutheranos Decreto „ Comitiorum Ratisbonensium, sed turbatum „ artibus Flacci Illyrici. Aderant Euangelica- „ rum partium Ministri duodecim, qui à Ca- „ tholicis interrogati, quas Sectas *Confessioni* „ *Augustanæ* consentaneas, & dissentaneas exi- „ stimarent (quòd variæ Sectæ sub *Augustana* „ *Confessione* comprehendi vellent, & decretum „ esset, cum iis duntaxàt Colloquium haben- „ dum, qui essent antiquæ Religionis vel *Au-* „ *gustanæ Confessionis*) per sedecim dies inter se „ concertarunt, cùm alii ex ipsis Sectas quas- „ dam, ut à *Confessione Augustana* discrepantes, „ damnarent & excluderent; alii retinendas, „ & eis parcendum censerent. Ea concertatio „ eò usque progressa est, ut ex duodecim Mi- „ nistris quinque rejecti & excommunicati fue- „ rint, tanquam contrarii *Confessioni Augustanæ* „ in præcipuis capitibus, ut de LEGE ET „ EVANGELIO, de LIBERO ARBITRIO, de IVS- „ TIFICATIONE, de OPERIBVS, de SACRA- „ MENTIS, de VSV CÆREMONIARVM. His „ ita gestis, quia à septem reliquis Ministris „ nunquam impetrari potuit, ut sigillatim „ multiplices Sectas à *Confessione Augustana* se- „ cernerent, & damnarent; ne inanis esset labor „ Colloquii, illud vix adhuc benè cœptum intermittitur, & suspenditur". Jactant Lutherani, & inter eos Christianus Mathiæ lib.4. Theatri Historici pag. 759. *Colloquium istud VVormaciense fuisse per Catholicos astu diremptum.* Verùm hujus suæ jactantiæ nullum ille in particulari authorem designat, nec *astus* istius modum aut normam specificat. Quòd si modum illum procedendi Catholicorum ex Genebrardo mox relatum appellet *astum*, talem nos astum non solùm abnuimus, sed omninò probamus, & exercendum suademus: imitantes ea in re Irenæum, & Augustinum cum Africanis suis Coepiscopis. Quemadmodùm enim Irenæus mox suprà hìc relatus, animadvertens Gnosticorum inter se dissidia, prudentissimè dicebat, *Cùm inter eos convenerit de ijs quæ in Scripturis sunt prædicta, tunc à nobis confutabuntur:* ita Catholici ad Wormaciense Colloquium delecti, optimo jure ab Adversariis intestino dissidio distractis exegerunt, ut domesticas priùs dissensiones componerent, quàm de ineunda cum ipsis pace tractarent: probè nimirum scientes, fieri non posse ut plenè concordent cum uno tertio, discordantes inter se. Quemadmodùm item Augustinus & Africani ejus Coepiscopi, prout cap. 40. §. 132. memoravimus, Maximianistarum Sectam ex Donatistis subortam repulerunt, & audire prorsùs renuerunt: *Quia non ab ipsis, sed à Donatistis fuerat segregata:* Ita Catholici Collocutores in Conferentia Wormaciensi rectissimè fecerunt, Lutheranorum Subsectas repellendo, & audire prorsùs renuendo: *Quia non ab ipsis, sed à Confessionistis fuerant segregatæ.* Hanc quippe rationem Collocutores ipsi subindicant, cùm dicunt, *Decretum esse, cum ijs duntaxàt Colloquium habendum, qui essent antiquæ Religionis vel Augustanæ Confessionis.* Hi namque soli ab Ecclesia immediatè fuère segregati, cæteri Sectarii ab ipsis. Sed quid ipsis *Confessionistis*, Colloquium jam flagitantibus, respondendum? Nimirùm quod Augustinus ibidem Pelagianis respondit: *Dedit vobis Ecclesia Catholica Iudicium, quale debuit, ubi causa vestra finita est.*

K. Iren l. 4. cap. 69.

L. Genebr. l. 4. Chronog. ad an. 1557.

Christ. Math.

CAPVT

CAPUT LVIII.

Transitus ad quartum Cardinem repellendi à disputationibus Lutheranos, qui est authoritas Catholicorum Doctorum id specialiter de Lutheranis asserentium: quos inter primo loco adducitur Cardinalis Hosius, id probans antiquis aliquot exemplis ac documentis, necnon ipsius hæresiarchæ Lutheri suffragio. Adriani VI. *memorabile dictum*: Observentur canones, & cessabunt hæreses.

Quanquam verissimum sit illud ex Plinio superiùs §. 181. relatum, *Experientia est efficacissima omnium rerum magistra*: præcedenti tamen Cardini, in experimento inutilitatis Colloquiorum cum Lutheranis initorum consistenti, adjungemus subsidiariè Cardinem quartum seu postremum, consistentem in authoritate Catholicorum Doctorum, qui cùm Lutheranorum indolem perspectam haberent, inire cum eis publicas disputationes dissuaserunt. Horum agmen ducat Cardinalis Hosius, Warmiensis Antistes, & Concilii Tridentini Præses: qui in *Confessione fidei*, quam Petricoviensis Synodi nomine conscripsit, sic ait: „Neque verò dubitare debet quisquam Christianus, quin Concilium œcumenicum legitimè congregatum, Ecclesiam Catholicam repræsentet. Quamobrem quod ab illo statuitur, ab Ecclesia sancta Catholica statuitur. Quod etiam Augustinus indicat, cùm *Plenarij Concilij sententiam, totius Ecclesiæ consensionem* vocat. Et ante eum Athanasius: *Ea*, inquit, *causa fuit, cur universus Orbis in Concilium coiret*: universum Orbem vocat trecentos decem & octo Patres in Concilio Niceno congregatos. Et in octava Synodo, quæ quarta fuit Constantinopolitana, Bahanis Photium sic allocutus legitur: *Loquere, Domine Photi: totus Mundus hìc est*: Totum Mundum vocavit Synodum œcumenicam. Quoniam igitur Ecclesia Spiritu Sancto regitur, in his quæ pertinent ad fidem errare non potest. Qui itaque non credit œcumenico Concilio, qui non acquiescit in eo quod ab illo definitum est, sed in dubium revocare conatur, denuòque disceptari vult de his quæ semel illius judicio terminata rectèque constituta sunt; non credit sanctam Ecclesiam Catholicam, Spiritui Sancto per os ejus loquenti repugnat, atque ideò Catholicus aut Christianus dici non meretur, sed *Habendus est*, juxta Christi Præceptum, *tanquam ethnicus & publicanus*. Præclare Leo Pontifex: *Quæ patefacta sunt quærere, quæ perfecta sunt retractare, & quæ sunt definita convellere, quid aliud est, quàm de adeptis gratiam non referre, & ad interdictæ arboris cibum improbos appetitus mortiferæ cupiditatis extendere?* Quamobrem non sunt audiendi, qui denuò de his referri volunt, de quibus Decreta Conciliorum intercesserant. Quid enim? Superiorum Conciliorum Actis rescissis, an non ingens disciplinæ, Religionis, Institutorum perturbatio, nec mediocris rerum divinarum & humanarum omnium esset confusio secutura? Quid fide nostrâ incertius? Quid Institutis mutabilius? Quid Ecclesiæ statu futurum esset perturbatius? Quis tandem quærendi, quis disputandi finis esset expectandus? Exoptatur Concilium ab omnibus. Quis autem erit ejus usus, si posteàquam decretum in eo quidquam fuerit, post aliquod temporis intervallum de eo, quod semel est decretum, disputare, atque illud rescindere, vel saltem in dubium revocare, licebit? Quid aliud hoc fuerit, quàm efficere ut semper fluctuent hominum conscientiæ, si nihil pro certo & indubitato habuerint: ut possit illud Paulinum dici; *Semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis pervenientes?* Postulabatur hoc priscis etiam temporibus ab Arianis, ut quibus de rebus Nicenæ Synodi Decretum intercesserat, de his denuò disceptare liceret. Verùm decretum est à piis, sufficere debere Nicenæ Synodi Decreta; nec in illis quidquam deinceps curiosè divexandum esse. Cùmque novam quandam Scripturam de fide, quam nunc vocant *Confessionem*, Valens & Ursatius produxissent; jussit Synodus, & aliarum hæresum, & Niceni quoque Concilii expositionem legi: ut aliis hæresibus damnatis, Nicenis Decretis consentirent; & in posterum nemo de illis conquereretur, aut Synodum efflagitaret, sed præteritis contentus esset. Absurdum enim esse, quasi jam primùm credere incipientes, talia conscribere, & precedentium temporum traditionem traducere, quâ usi tam ipsi, quàm Majores, Ecclesiis præfuissent. In Chalcedonensi verò Concilio non permissum est itidem in Decreta Nicenæ Synodi inquiri: quin clamavit Sancta Synodus, *Si quis retractat, anathema sit: si quis super ista inquirit, anathema sit: Maledictus qui addit, maledictus qui aufert, maledictus qui innovat.* Ibidem

,, cùm esset proposita Leonis Epistola, nihil
,, aliud quæsitum est, quàm illud: *Num expo-*
,,*sitionibus trecentorum octodecim sanctorum Patrum,*
,, *& centum quinquaginta apud Constantinopolim,*
,, *& in Ephesino Concilio à sanctissimo Episcopo Cy-*
,, *rillo exposita fidei concordaret? Cumq; omnes Epi-*
,, *scopi concordare dixissent, ita statim recepta est, ut*
,, *qui contrà sentirent, pro hæreticis haberentur.* Hoc
,, est quod ab Athanasio quoque scriptum legi-
Vide Athan. Apolog. 2. suprà hic c.26.§.87. ,, mus: *Quæ nunc à tot ac talibus Episcopis prolata*
,, *sunt ac decreta, clarèq; demonstrata, supervaca-*
,, *neum esse denuò revocare ad Iudicium, nemo non*
,, *confitebitur: ne si nunc quoque examinentur, &*
,, *denuò iudicentur, ac rursus examinentur, atque*
,, *iterum, in infinitum exeat ista curiositas.* Leo
Vide suprà hic cap. 28. §. 91. ,, quoque Pontifex: *Quotiescunque divinâ gratiâ*
,, *administrante*, inquit, *illos qui foris sunt, fonte*
,, *doctrinæ submergimus aut purgamus, in nullo ab*
,, *illis, quas Spiritus Sancti divinitas in Chalcedo-*
,, *nensi Synodo protulit, fidei regulis recedentes, inter*
,, *utrumque hostem novellæ perfidiæ sermonem no-*
,, *strum cum omni cautela libremus: non iam, quod*
,, *absit, tanquam de dubijs disserentes, sed autho-*
,, *ritate suâ quæ benè definita sunt astruentes.* Et
Vide suprà hic §. 94. ,, iterùm: *Prænoscat*, inquit, *Pietas Tua, Ve-*
,, *nerabilis Imperator, hos quos spondeo dirigendos,*
,, *non ad confligendum cum hostibus fidei, nec ad cer*
,, *tandum contra illos, à Sede Apostolica profectu-*
,, *ros: quia de rebus & apud Niceam & apud Chal-*
,, *cedonem sicut Deo placuit definitis, nullum aude*
,, *mus inire certamen; tanquam dubia & infirma*
,, *sint quæ tanta per Spiritum Sanctum fixit autho-*
,, *ritas.*

,, CLXXXVIII. Extat Valentiniani Impera-
,, toris, simul & ipsius Collegæ Martiani, Edi-
,, ctum, in quo Decreta Synodi Chalcedonensis
,, rata ab omnibus haberi volunt: ubi his ver-
Vide suprà c.28.§.92. ,, bis utuntur: *Cesset igitur tam profana contentio:*
,, *Nam verè impius atque sacrilegus est, qui post tot*
,, *Sacerdotum sententiam opinioni suæ aliquid tra-*
,, *ctandum relinquit. Extremæ quippe dementiæ est,*
,, *in medio & perspicuo die commentitium lumen in-*
,, *quirere: quisquis enim post veritatem repertam ali-*
,, *quid ulteriùs discutit, mendacium quærit. Nemo*
,, *itaque vel clericus, vel militaris, vel alterius cuius-*
,, *libet conditionis, de fide Christiana publicè turbis*
,, *adunatis & advenientibus tractare conetur in poste-*
,, *rum, ex hoc tumultus & perfidiæ occasionem requi-*
,, *rens. Nam iniuriam facit iudicio religiosissimæ*
,, *Synodi, si quis semel iudicata ac rectè disposita re-*
,, *volvere & publicè disputare contendit: cùm ea quæ*
,, *nunc de fide Christiana statuta sunt, iuxta Aposto-*
,, *licas expositiones & statuta SS. Patrum trecento-*
,, *rum decem & octo, & centum quinquaginta, defi-*
,, *nita esse noscuntur. Nam in contemptores huius legis*
,, *pœna non deerit: quia non solùm contra fidem benè*
,, *compositam veniunt, sed etiam cum Iudæis & Paga-*
,, *nis huiusmodi certamine profanant veneranda my-*
,, *steria.* Quibus verbis etiam ad Palladium scri-
,, bens Martianus usus fuisse videtur, sicut in
,, Codicem Iustiniani relatum esse legimus. Est
,, & aliud Edictum Martiani ad Constantino-
,, politanos, ubi dicit: *Admonuimus universos, ut* Vide sup. §. 93.
,, *de religione disputare desinerent: quoniam unus &*
,, *alter tanta secreta invenire non potest, maximè cùm*
,, *summo labore & amplissimis orationibus tot venera-*
,, *biles Sacerdotes nisi Deo, ut credendum est, autho-*
,, *re, ad indaginem veritatis non potuerint pervenire.*
,, Et Leonem secutus Gelasius: *Patres nostri,* Vide sup. §. 101.
,, inquit, *Catholici & docti Pontifices, in unaquaque*
,, *hæresi quolibet tempore suscitata, quicquid pro fide,*
,, *pro veritate, pro communione Catholica atque Apo-*
,, *stolica, secundùm Scripturarum tramitem prædi-*
,, *cationemq; Maiorum, factâ semel congregatione*
,, *sanxerunt, inconvulsum voluerunt deinceps fir-*
,, *mumq; constare: nec in eadem causa denuò quæ*
,, *præfixa fuerant retractari quâlibet recentiori præ-*
,, *sumptione permiserunt: sapientissimè providentes,*
,, *quoniam si decreta salubriter cuiquam liceret itera-*
,, *re, nullum prorsus contra singulos errores stabile*
,, *consisteret Ecclesiæ Constitutum: ac semper iisdem*
,, *furoribus recidivis omnis integra definitio turbare-*
,, *tur.* Nec dissimilia leguntur apud Symma-
,, chum ad Clerum Dardaniæ: & apud Succes-
,, sorem ejus Hormisdam ad Epiphanium
,, scribentem: Quos secutus Gregorius, *Quatuor* Vide sup. §. 115.
,, *Concilia*, quæ suam ætatem præcesserant, *sicut*
,, *sancti Euangelij quatuor libros se suscipere ac vene-*
,, *rari fatetur: quorum fidei si quis addere vel adimere*
,, *aliquid præsumpserit, eum anathemate ferit. Cun-*
,, *ctas*, inquit, *personas, quas illa respuunt, respuo;*
,, *quas venerantur, amplector. Quia dum universali*
,, *sunt consensu constituta, se & non illa destruit,*
,, *quisquis præsumit aut solvere quos ligant, aut*
,, *ligare quos solvunt.* Quod ante Gregorium fe-
,, cisse quoque Theodosium Cœnobiar-
,, cham, author est Simeon Metaphrastes. Cùm
,, enim suggestum is conscendisset, in quo
,, solent legere Sacerdotes: *Si quis*, inquit, Theod. Cœnobiarcha
,, *quatuor sanctas Synodos non tanti æstimat, quanti*
,, *quatuor Euangelia: sit anathema.* In quam sen-
,, tentiam ab Agathone quoque nonnulla scri-
,, pta sunt ad Constantinum Imperatorem, sic-
,, ut in Actione IV. Sextæ Synodi Constanti-
,, nopolitanæ legitur.

,, CLXXXIX. Sed isti (*Lutherani*) illud pu-
,, tant, quod de Dialecticis suis, & Rhetoricis,
,, & de Locis cōmunibus faciunt, ut quotannis
,, prope Scripta sua mutent; idem in tam serio
,, fidei Catholicæ negotio facere licere. Sed alia
,, est Catholicæ, alia singularis & privatæ fidei
,, ratio: in illa est constans & perpetua volun-
,, tas, in hac & ritus & doctrina mutatur in an-
,, nos, ac modò non in dies singulos, sicut scri-
,, ptum est: *Stultus ut luna mutatur.* De Regis ho- Eccli. 27.
,, minis Decreto, posteaquàm semel pronuntia-
,, tum est, disputare fas non est, sed ei parere ne-
,, cesse est: Et fas erit de Spiritus Sancti Decre-
,, to, per os Ecclesiæ loquentis, disceptare, atq;
,, illud in dubium revocare? Absit à piorum
cordi-

" cordibus hæc tam impia cogitatio. Libet au-
" tem etiam ejus ea de re sententiam adscribe-
" re, qui fuit nostri temporis hæreseon archi-
" tectus. Is Psalmum 82. enarrans: *Legimus,* Lutherus.
" inquit, *quid sancti Patres in Concilio Niceno*
" *fecerint simul ut Arianorum doctrinam legi au-*
" *dierunt, exibilarunt eam unanimiter, neque dig-*
" *nati sunt eam audire: nec passi sunt ut eam defen-*
" *derent, sed condemnarunt eos evestigiò absque*
" *ulla disputatione, tanquam manifestos blasphe-*
" *matores. Moyses etiam in sua lege præcepit, ut*
" *tales falsi Doctores lapidentur. Ad eundem modum*
" *& hic non est multùm disputandum, sed inauditi,*
" *atque inauditâ causâ, condemnandi sunt tales*
" *manifesti blasphematores. Sicut etiam præcipit*
" *Paulus ad Titum cap. 3. debere hæreticum vitari*
" *post unam atque alteram admonitionem. Et Ti-*
" *motheo prohibet contentiones & disputationes,*
" *quæ nihil aliud efficiunt, quàm quòd auditores*
" *perturbant. Nam tales communes Articuli totius*
" *Christianitatis sunt iam satis auditi, declarati,*
" *& conclusi, Scripto & Confessione totius commu-*
" *nis Christianitatis: sunt multis miraculis con-*
" *firmati, sunt multo sanguine sanctorum Mar-*
" *tyrum consignati, sunt omnium Doctorum libris*
" *defensi; neque deinceps ullius indigent magisterio aut*
" *artificio. Deinde verò angulatium Prædicatorum*
" *nequitia est cohibenda, qui non vocati neque missi*
" *repunt in domos, & venenum suum effundunt,*
" *priusquam Parochi & Magistratus rescíscere pos-*
" *sint. Hi sunt fures & latrones, de quibus loquitur*
" *apud Ioannem Christus, qui in alienas Ecclesias*
" *irruunt, & alienum officium sibi usurpant, quod*
eis non commissum, sed prohibitum est". Ecce
quemadmodum Hosius non solùm priscorum
Patrum, Conciliorum, & Summorum Pon-
tificum exemplis ac documentis; sed ipsius
etiam hæresiarchæ Lutheri expresso testimo-
nio intentum suum nostrumque astruat: non
esse nimirum super dogmatibus semel ritè dis-
cussis ac determinatis denuò disputandum aut
decertandum, sed antiquorum canonum ri-
gorem servandum! Quod ipsum & Adrianus
Papa VI. indicare voluit pauculis illis verbis,
quibus respondere solitus fuerat ijs qui de ex-
urgentibus hæresibus querebantur: N. *Obser-*
ventur canones, & cessabunt hæreses. Non ait,
ineantur colloquia, retractentur Decreta,
audiantur denuò hæretici, & cessabunt hæ-
reses: Sed, *Observentur canones, & cessabunt*
hæreses. Hoc probat Lutherus, quantùm ad
Subsectas de sua Secta pullulantes, prout
jam audivimus. Pati ergo debet, ut &
Catholici adversus ipsius Sectam eodem jure
utantur: O. Laudanda est (ait alibi idem qui
" suprà Hosius) hæc Lutheri sententia, qui

N. Adrian. ... apud ... Chrono-graph.

O. Hosius l. ... Expresso ... verbo.

" *tales* (novos Dogmatistas) *audiendos negat,*
" *verùm inidctâ etiam causâ condemnandos esse cen-*
" *set*: sed ita, ut quam tulit legem contra Sa-
" cramentarios & Anabaptistas, eam patia-
" tur ipse quoque: cùm præsertim ipse sit
" ille, quem isti se ducem secutos esse profi-
" tentur, cùm ipse primus discessionis author,
" cùm ipse tot Sectarum pater sit, quarum jam
" vix etiam numerum inire licet. Quod de
" Donato scripsit Augustinus, *Sicut is Christum* Vide Aug. l. de Agone Christiano cap. 29.
" *dividere conatus est, sit ipsum à suis quotidianâ*
" *concisione dividi*: hoc idem ipsi quoque Luthe-
" ro nunc evenisse videmus. Conatus est ille
" dividere Christi corpus Ecclesiam: an à
" suis ipse vicissim quotidianâ concisione non
" dividitur? Ut nihil dicamus de Sacramen-
" tarijs, de Anabaptistis, de Campanis, quos
" fortassis ad se pertinere Lutherus negabit:
" an Philippus, Brentius, Osiander, Illyricus,
" de professo Lutherani non sunt? Quàm au-
" tem infensæ sunt inter eos inimicitiæ, quàm
" acerbæ gravissimis de rebus dissensiones?
" An Philippum quærentem non audimus,
" *Quòd cùm ipse scripserit Confessionem Augusta-*
" *nam, de tollendo nunc authore deliberatur?*
" Hanc enim ad se rapiunt Illyricani, & ab ea
" Philippianos unà cum authore suo conantur
" excludere: quem cùm in alijs multis à Ma-
" gistri sui Lutheri placitis discessisse, tum in
" dogmate de Eucharistia ad Calvini senten-
" tiam accessisse, palam iactant: quâ de re non
" obscurè Calvinus etiam ipse gloriatur. Jam
" in eo capite, quod summam volunt esse
" Euangelij, nimirùm *De Iustificatione*, imma-
" nè quàm inter se diffident Philippus & Bren-
" tius: cùm Osiandri sententiam hic tueatur,
" quâ Philippus nihil fieri posse putat exe-
" crabilius! Sic etiam inter ipsos Lutheri dis-
" cipulos de præcipuis Religionis nostræ do-
" gmatibus parùm convenit, de quibus pug-
" naciter inter se certant, & ipsi sibi sunt in-
" vicem hæretici: ut alijs eos elogijs ornare
" necesse non sit, quàm quibus ornant ipsi
" se mutuò. Quare pati meritò debet, quam
" tulit ipse legem Lutherus: ut qui sunt ejus
" doctrinæ Sectatores, NULLA CUM ILLIS
" INEATUR DISPUTATIO: *sed simul ut eos ta-*
" *les esse constiterit, statim indictâ causâ condem-*
" *nentur*: ut non de Zuinglianis magis quàm
" de Lutheranis verum sit, quod à Lutheri
" discipulis dicitur, *Eos non stylo, sed sceptro*
" *Magistratus coercendos esse*: cùm præsertim non
" ferè quidquam afferant novi & hi, quod an-
" te mille annos non fuerit hæreseos condem-
natum".

CAPVT LIX.

Melchioris Cani Episcopi Canariensis de vitanda cum Lutheranis disputatione testimonium. Lutheri cum Mahumeto, & Lutheranorum cum Mahumetanis comparatio. Perinde est an disputationes Edicto inhibeas, an earum Principia universim amputes. Tanto difficiliùs contra Lutheranos altercando proficitur, quanto absurdiora sunt paradoxa quæ astruunt, & indubitatiora Principia quæ negant. Refutatio Lutheranici dogmatis de claritate & facilitate sacrarum Scripturarum. Quàm facilè sit Scripturarum testimonijs abuti ad quidlibet pro arbitrio astruendum aut destruendum? Lutherus cum suis, Andabatarum more clausis oculis contra veritatem pro sua vanitate decertat. Lutheri insolentissima lex, disputaturis secum præscripta.

CLXL. CArdinali adjungamus Episcopum, Concilij Tridentini Præsidi ejusdem Concilij Consultorem, Antistiti Warmiensi Canariensem, Polono Hispanum, Stanislao Hosio Melchiorem Canum Academiæ Salmantinæ quondam Primarium Cathedraticum: qui in eo Opere quod *De Locis Theologicis* inscripsit & conscripsit, ita de præsenti materia disserit: P. Ego verò cùm Lutheranis quotiescunque me comparo ad disserendum, repentè à me avertitur oratio mea, & omnis statim mihi disputandi ratio tollitur. Quo namque consilio adversùm hos disputare aut debeam aut possim, qui cùm omnia Theologiæ Principia tollunt, tum unâ ferè solâ asseverandi audaciâ utuntur, quæ illis perpetua est pro locis Dialecticis Theologicisque omnibus? Quid ergo contra hos scribam, qui nullam in Ecclesia legem esse volunt, per quam Scripturæ sensa finiantur: sed suo cuique ingenio esse utendum, nec id sentire oportere quod alij senserint, sed quod ratio propria præscripserit? Quid autem stultius, quàm cum eo disputare, qui nihil admittit, nisi Scripturæ verba, sed hujus interpretationem sibi uni reservans, reliquos omnes existimat miris modis hallucinari? Mahumetus, ne si res esset viâ & ratione explorata in malè suscepta causa cedere cogeretur, omnem disputationis aditum lege suis edita præclusit. Et Lutherus disserendi Principia suis universa tollens, si disputationem instituat, nec aditum nec exitum poterit reperire. Perinde enim est Scripturas solas, sine lege, & pro cujusque interpretatas arbitrio accipere; ac si nullum fixum certumque disserendi Principium acceperis. Quapropter miseri Lutherani, haud secùs ac Saraceni, nec suas, nec Magistri possunt ineptias deprehendere: nec nos cum eis disserendo aliud possumus, quàm tempus & operam ludere. Qui tamen haberent jus suum disputandi, si Principiorum aliquem delectum reliquissent, ut ad veritatis inventionem aditus esset. Nunc autem nulla Principia relinquunt. Vana igitur cum eis erit & futilis disputatio. Omnino enim meminisse debemus, id quod ab Scholasticis sæpissimè usurpatum, jam quasi in Proverbij consuetudinem venit, CONTRA NEGANTEM PRINCIPIA, quoniam frustrà id fiat, NON ESSE DISPUTANDUM. Accedit eòdem, quòd paradoxa cum communi sensu pugnantia afferunt: quæ si vis argumentando refellere, res minimè dubias argumentando dubias facies. Cùm enim illa quæ in Syllogismo antecedunt, ut fidem aliquam faciant, certiora notioraque esse oporteat his quæ ex antecedentibus consequuntur: verendum sanè est, quando Lutheranorum placita coarguimus, ne res maximè absurdas minore evidentiâ refellentes, peccatum hoc ratiocinationis vitiosæ ineptaque peccemus. Nec verò hujus rei explicandæ gratiâ longè exempla petenda sunt, cùm habeamus in manibus: Etenim ut hanc, quam modò dixi, opinationem Lutherani tueantur; ponunt primò, sacras litteras non habere plures sensus. Falsò autem illud ponunt, sed demus hoc eis liberaliter. Assumunt deinde, in Scripturis sensum illum unum certissimè familiarissimèque doceri: nec esse eas, velut cereum quendam nasum, in sensum omnem flexibiles; sed potiùs esse per se expositas, & in promptu cuique sine Magistro & docente patere. Quibus egregiè scitèque

P. Melchior Canus l. 3. de locis Theolog. cap. 2.

Vide ibid. lib. 9, cap. 3.

,, quæ positis, tam facilè conficiunt, sacris li-
,, bris intelligendis nec Veterum Traditio-
,, nem, nec Ecclesiæ Judicium expectandum.
,, Quæ omnia, cùm & per se sint falsa perspicuè,
,, & Scripturis ipsis vehementer repugnantia,
,, si contendam ego ex adverso refellere, AQUA
,, MIHI, ut dicitur, HÆREBIT: qui scilicet
,, intelligam, quàm sit ridiculum confutare
,, vanas commentitiasque sententias, porten-
,, ta non differentium Theologorum, sed ho-
,, minum somniantium, quàm stultum cui-
,, libet opponenti contraria respondere, quàm
,, inutile in meridianam solis inferre lucem fa-
,, cis, quàm denique otiosum in re manifesta
,, periclitari.

,, CXLI. Petrus ait, *In Paulinis Epistolis*
2.Pet.3.16. ,, *esse quædam difficilia intellectu, quæ indocti ho-*
,, *mines & instabiles depravant ad suam ipsorum*
,, *perditionem:* Hi verò contrà aiunt, Omnes
,, Pauli Epistolas esse intellectu facillimas. Pau-
1.Cor.2.6. ,, lus *Perfectis sapientiam loquitur in mysterio abs-*
1.Cor.3.2. ,, *conditam, parvulis autem lac potum dat, quo-*
,, *niam ferre aliud non possunt.* Isti sine discrimi-
,, ne omnes, ac, si Deo placet, inter pocula,
,, universa Scripturæ Sacramenta devorant,
,, & solidum etiam cibum struthionum more
Matt.11.25 ,, concoquunt. *Sapientibus & prudentibus quæ-*
,, *dam Pater abscondit*: Istis omnia revelavit.
Matt.13.34. ,, Filius discipulis suis aliquando *in parabolis*
,, *est locutus*: His palàm semper loquitur, &
Apoc.5.1. ,, proverbium nullum dicit. *Liber* in Apoca-
Isai.29.11. ,, lypsi *Septem sigillis signatus ostenditur*; *quem*
,, *cùm dederis homini scienti litteras, ut legat, res-*
,, *pondebit tibi, Non possum, signatus est enim*:
,, Et his librum Agnus aperuit; aperuit item
,, oculos, ut videant, quæ nos miseri & cæci
,, videre non possumus: imò quæ Origenes,
,, Basilius, Gregorius, Chrysostomus, Am-
,, brosius, Hieronymus, Augustinus, Hila-
,, rius non viderunt. Eunuchus ille Actorum
,, Apostolicorum, tam Religiosus, ut reli-
,, ctâ Aulâ Regiâ de extremis Mundi finibus
,, veniret ad templum; tam divinæ legis
,, amator, ut etiam in vehiculo sacras litte-
Act.8.31. ,, ras legeret, *Non poterat Isaiam intelligere,*
,, *nisi aliquis eum doceret*: Et ab istis Prophetæ
,, omnes sine magistro & interprete intelligun-
Vide Hier. Epist.103. ,, tur. Breviter, ut Hieronymus ait, *Nulla ars sine*
,, *præceptore percipi potest: sola Scripturarum scientia*
,, *est, quam hi passim omnes sibi vendicent, præsu-*
,, *mant, doceant, antequàm discant.* Sunt in libris
,, sacris loca plurima, in quibus tanta difficultas
,, & obscuritas inest, ut post veterum omnium
,, Interpretum vigilias, studia, operas, adhuc
,, vix à doctissimis & optimis quibusque in-
,, telligi posse videantur: & multitudo im-
,, perita, in qua nec ratio inest, nec judicium,
,, universos Scripturæ locos facilè expediet at-
,, que interpretabitur? Itane facilè est expe-
,, dire, ut reliqua taceam, Hebræi sermonis
,, ambiguitatem, tropos vel vetustate obscu-
,, rissimos, phrases alienas ab hisce linguis,
,, quibus assuevimus, nostris inaudita Prover-
,, bia, parabolas peregrinas, translationes in-
,, terdum etiam longissimè petitas? Expone
,, mihi facilè, si potes, Proverbia Salomonis,
,, & Cantica: Ezechielis, Danielis, Isaiæ,
,, Hieremiæ Prophetias, Davidicos Psalmos
,, expone: Et si exposueris, tum verò libri
,, sacri nec sunt difficiles, nec obscuri. *Quis* Ose.14.10.
,, *sapiens*, ait Oseas, *& intelliget ista? intelligens,*
,, *& sciet hæc?* Et Salomon: *Quis talis, ut sapiens*
,, *est? Et quis cognovit solutionem verbi?* Atque Eccle.7.18.
,, sapientes sunt omnes isti, & summâ facilitate
,, difficillimas Scripturæ quæstiones solvunt.
,, Quòd si Scripturæ in varium sensum tor-
,, queri flectique non queunt, quomodò hæ-
,, reses omnes ex prava intelligentia Scriptu-
,, rarum ortæ sunt? At hoc non solùm tra-
,, dentibus Hilario lib. 2. de Trinitate, Hie-
,, ronymo ad Galat. 1. Irenæo lib. 1. adver-
,, sùs hæreses cap. 1. Augustino Tract. 18. in
,, Ioannem, Vincentio Lyrin. contra profanas
,, Novationes, septima Synodo Act. 6. sed
,, manifesto etiam experimento cognovimus.
,, Unde verò inter ipsos quoque Lutheranos
,, de rebus maximis controversiæ, si Scripturæ
,, in varios sensus non flectuntur? Nam illa
,, verba, *Hoc est enim corpus meum*, alij propriè,
,, alij per tropum accipiunt. Quæ cùm ita sint,
,, aliâ ratione atque isti dicunt, Scripturæ divi-
,, næ investiganda tenendaque intelligentia est.
,, Si enim ad privatam hæc regulam dirigatur,
,, unde evincetur *Helvidius* de perpetua Mariæ
,, virginitate? Unde *Arius* de vera Dei in Chri-
,, sto natura? Imo verò unde constabit, hujusne
,, an illius intelligentia vera sit, si Scripturas
,, cuique liceat pro suo ingenio interpretari?
,, Cùm enim variæ erunt, ut fit, de eodem
,, Scripturarum loco sententiæ, quæ certa sit,
,, eam nemo præstabit. Omnes enim ij qui
,, inter se dissentient, pari ratione suum quis-
,, que sensum tuebuntur. Hoc enim morbi
,, ferè innatum est hominum ingenijs, ut ce-
,, dere nesciant simul atque res in contentio-
,, nem vocata est: quæ postquam incaluit,
,, hoc cuique videtur verissimum, quod temerè
,, etiam tuendum susceperit.

,, CXLII. Aut igitur sensum quisque
,, suum certum habet, & redibit insania Ve-
,, terum, quam Aristoteles lib. 4. Metaph.
,, manifestis argumentis explosit: aut nullius
,, sententia certa erit, & præterquam quòd dis-
,, sidiorum nullus erit finis, nullum habebi-
,, mus certum fidei Christianæ judicium, sed
,, ex sua opinione quisque suam sibi fidem af-
,, finget. Ita fides Catholica nulla erit. Ac
,, revera ridiculi Lutherani sunt, qui postulent,
,, ut ipsis sacras litteras interpretantibus, ac
,, novo quidem mirabilique more interpretan-
tibus,

Vide suprà §. 115. tibus, certa fides habeatur: *Non est creditum Apostolis*, ut falsè ridet Erasmus, *donec multa magnaq; miracula fidem astruxissent doctrinæ: Et nunc quilibet sibi postulat credi, quòd affirmet se habere spiritum intelligentiæ, cùm nullus eorum tamen ne equum quidem claudum sanare potuerit.* Multa prætereunda sunt, ne quid habeat injucunditatis oratio: & tamen multa dicuntur, quæ apertè horum insaniam refutent. Sanè nisi Cochlæus in Epistola ad Germaniæ Principes, & ad Bernenses, antevertisset, exemplis positis, periculum facerem, & in illis omnibus, quàm non sit difficile unumquodlibet thema è sacris litteris aut probari, aut improbari, si pro suo eas quisque ingenio interpretetur. Quanquam, fateor, nonnulla sunt Scripturæ loca, quæ in alium atque alium sensum trahi, ne à contentiosis quidem possunt. Quis enim illud torqueat, 1. Cor. 12. 8. quod Paulus ad Corinthios scripsit, *Alij per Spiritum dari sermonem sapientiæ, alij sermonem scientiæ, alij interpretationem sermonum*? At illi omnia Ecclesiastici corporis munia confundunt: Istis totum corpus est oculus. Omnes siquidem Spiritu Doctore intelligunt universa Scripturæ mysteria. Sed benè habet, quòd vel Lutherus ipse quædam in Psalmis loca se non intelligere fatetur. Benè Eph. 4. 11. & 12. habet, quòd *Doctores in Ecclesia Christus dedit,* non omnes, sed, *quosdam, ad consummationem Sanctorum, in opus ministerij.* Verùm de his & multa in secundo libro disserui, & plura adhuc in septimo differentur: non quòd adversùs Lutheranos pugnam inire velimus; qui *clausis*, ut dicitur, *oculis, Andabatarum more*, pugnant". Hæc ibi Canus: quibus egregiè confirmat ea quæ à nobis dicta sunt cap. 42. & aliquot sequentibus, ubi primum Cardinem repellendi Lutheranos à disputatione prosecuti sumus, consistentem nimirum in illo pervulgato in Scholis axiomate, *Contra negantem Principia non est artifici disputandum.* Et quia Lutherani Scripturas saltem divinas suscipere se ac suspicere jactitant, hanc eorum jactantiam Canus elidit: conformiter ad ea quæ partim cap. 20. partim cap. 44. & duobus sequentibus diximus ac deduximus. Signanter recolenda sunt quæ cap illo 44. §. 143. ex Erasmi Hyperaspiste descripta sunt, quibus inducitur Lutherus has secum disputaturis præscribens leges: *Deponite quicquid armaturæ suppeditant orthodoxi Patres, Theologorum scholæ, authoritas Conciliorum, & Pontificum, consensus tot sæculorum, ac totius populi Christiani. Nihil recipimus, nisi Scripturas: sed sic, ut penes nos solos sit certa authoritas interpretandi. Quod nos interpretamur, hoc sensit Spiritus sanctus: quod afferunt alij, quamvis magni, quamvis multi, à Spiritu Satanæ & alienatâ mente profectum est* &c. Quibus verbis, & alijs ibidem subjunctis, perspicuum est, Lutherum idcircò voluisse Locos omnes Theologicos elidere, ut possit ipse sine antagonista vincere, sine certamine triumphare.

Luth. et Erasm. hic c. 44. 143.

CAPUT LX.

***Lutherus Andabaticè pugnans inducitur. Animositatem suam iactat, pusillanimitatem Catholicis exprobrat: sed quàm ridiculè utrumque,* Thomas Morus *luculenter ostendit. Quàm gravibus ac multiplicibus periculis & incommodis obnoxiæ sint subitariæ cum hæreticis disputationes? Longè securiùs & fructuosiùs obviatur hæreticis editione librorum, quàm indictione disputationum. Lutherani quanto diutiùs suis paradoxis assuescunt, tanto magis insolescunt, tantoque ægriùs mitescunt aut mollescunt.* Thomæ Moro *subitarias cum Lutheranis disputationes improbanti suffragantur* Brunus, Sylvius, Coretus, Cresolius, Cochlæus.**

CLXLIII OCcasione finalium Melchioris Cani verborum superiori §. relatorum, quibus Lutherani dicuntur *Clausis oculis Andabatarum more pugnare,* in mentem mihi venit modus ille disputandi, juxta quem Thomas Morus, sub assumptitio *Rossei* nomine, inducit Lutherum cum Henrico VIII. Anglorum Rege disputantem, prorsùs Andabaticè: „Vidisti Lector aliquando (ait ille) cæcum, qui pugnâ se cuperet irritatus ulcisci: verùm ut scire possit, quam in partem dirigat ictum, elicit ab adversario vocem, quam prolatam protenus prosequitur verbere, nisi citiùs alter

Q. Ro[...] apud C[...] de Luth. 1521.

„ alter se subduxerit quàm ut à cæco possit „ attingi? Hunc cæcum mihi videtur agere Lu- „ therus: sed ita, ut nemo unquam magis ege- „ rit ridiculè. Nam cùm Rex appellatus ei re- „ spondet ad dexteram, ille contrà ictum pro- „ jicit ad sinistram. Itaque specta, quæso, quàm „ festiviter Lutherus hunc ludit ludum. Cogita „ nunc videre te illum occæcatis oculis inten- „ tum stare ad ingerendum colaphum: *Vbi estis*, „ inquit, *Domine Henrice?* Hic in proximo. Ad- „ huc invitat ut accedat propiùs: nempè, ut fe- „ riat certiùs: *Producite*, inquit, *vestrum egregium* „ *contra Lutherum librum.* Produco. *Adhuc pro-* „ *piùs. Quid asserit Vestra Dominatio? An septem Sa-* „ *cramenta?* Assero. *Adhuc propiùs paululum.* „ *Quibus doctrinis? Dei, an hominum?* Dei. Jam „ feriendi certus scilicet, en quàm rectè librat „ ictum: *Audiat ergo*, inquit, *Dominatio Vestra:* „ *frustra colunt me doctrinis hominum.* Spectatum „ admissi risum teneatis amici: qui nimirùm „ videtis hunc cæcum, inscium quàm longè „ aberrarit in diversam partem, sic exultare præ „ gaudio, ut compos non sit sui, quasi egre- „ gium colaphum impegerit adversario". Quis Andabatarum unquam magis cæcè pugnavit, aut de victoria velut parta exultavit? Sed insultat subinde Catholicis Lutherus, quòd nemo eorum ausus sit Wittenbergam venire ad disputandum cum ipso: cùm tamen ipse Wormaciam excurrerit, & aliò etiam abierit, ut dogmatum suorum raionem ipsi quoque Cæsari redderet: R. *Apparui ergo*, ait ipse, *tam tertiò coram eis. Denique VVormaciam ingressus sum, etiam cùm scirem mihi violatam esse à Cæsare fidem publicam (nam didicerunt Principes Germaniæ, olim de fide laudatissimæ Gentis, nunc in obsequium idoli Romani, nihil magis quàm fidem contemnere, in perpetuam Nationis ignominiam) Sic ausus est fugitivus & meticulosus Lutherus in gyrum dentium Behemoth insilire. At illi tremendi gygantes* (Catholici) *quid? Toto hoc triennio non est inventus unus, qui ad Nos VVittenbergam concederet, & coram Nobis etiam staret: cùm & certissimi sint de fide & tutela; nempè sub Cæsaris sui præsidio acturi omnia.*

[Matt. 15.]

[R. Lutherus Epist. ad Sebastianum Schlik Comitem in Passion.]

CCXLIV. Hanc ejus jactantiam atque insultantiam egregiè reprimens Thomas Morus, sub assumptitio nomine *Gulielmi Rosset*, ait de ipso ad præsens nostrum propositum: S. Con- „ vitiatur Cæsari, & Germaniæ Principibus: „ gloriatur de sua fortitudine, qui sit ausus ire „ Wormaciam, gnarus sibi violatam esse fidem „ publicam: videlicet homo animi destinati „ Martyrio propter infidelitatem, sine *Charita-* „ *te, sine qua nec pro vera fide*, Paulo teste, *valuisset* „ *Martyrium.* Insultat magnificè omnibus, con- „ tra suam sententiam sentientibus, hoc est, bo- „ nis omnibus; quòd homines non audeant ire „ Wittenbergam, & coram ipsius sese Majestate „ sistere: videlicet cùm certissimi sint de fide & „ tutela, nempe Cæsaris præsidio facturi om- „ nia. Quasi nihil esset latronum in via, qui ferè „ soli sunt Lutheri satellitium: qui eodem ani- „ mo in suæ factionis gratiam non dubitent di- „ sputaturos amoliri per insidias, contra fidem „ publicam; quo animo spoliant ac trucidant „ viatores, lucri sui gratiâ, contra legem pu- „ blicam. Ille cùm veniret Wormaciam non ha- „ bebat quòd metueret: Venerat enim, quod „ fatetur, fide publicâ: quam si, ut mentitur, „ nebulo, violasset Cæsar; quo tandem præsi- „ dio fraterculus, omni supplicio dignissimus, „ adversante Cæsare, prodentibus, ut queritur, „ Germaniæ Principibus, tot millium iter „ emensus, in curru, viâ publicâ, palàm, inter- „ diu, sic evasisset incolumis? Nimirum de se „ scriptum intelligi vult illud, *Angelis suis Deus* „ *mandavit de te, ne fortè offendas ad lapidem pedem* „ *tuum.* Imò mali malo favebant, & boni fidem „ violare nolebant. At adversùs illum venturis, „ mali duntaxat & perfidi metuendi sunt, qui „ nullo fidei vinculo cohibentur à scelere, nullo „ disposito præsidio tã longo itinere satis caveri „ possunt. Quæ cùm ita sint, mirum est profe- „ ctò, Luthero venire auso suo periculo Wor- „ maciam, in conspectum Principum ut furoris „ obstinati triumphum tutò reportaret domum „ ad Compotores suos; neminem contrà aude- „ re, cum vitæ suæ periculo, venire Witten- „ bergam: tanto præsertim fructu, nempe ut „ cum nebulone certet in ejus ipsius theatro, „ dispositis nebulonum cuneis, qui hæresiarchæ „ suo, Scripturæ verba in adulterinum sensum „ torquenti, Doctorum omnium antiquorum „ authoritatem irridenti, publicam tot ætatum „ fidem exibilanti, atque omnia execranti sacra, „ ad singulas blasphemias applaudant, atque in- „ geminent, *Euge*: ei verò qui disputaturus „ venerit, ad quodque verbum, voce, vultu, „ pede, manu, obstrepant, explodant, exibilent. „ Contra quæ si durabit omnia, & clamores „ ratione vicerit, digressum denique perimant. „ Neque enim nunc eadem ratio rerumq; con- „ ditio est, atque olim fuit, cùm disputabat „ *Eckius*. Tunc enim res adhuc in eo fuit statu, „ ut valde suæ Sectæ faverent, necdum planè „ scirent quàm malam causam foverent: eò „ quietiùs ac cupidiùs audiebant, quòd se audi- „ turos sperarent quæ valde audire cupiebant. „ Sed ea disputatio cùm non undequaque re- „ sponderit eorum spei, cùm tamen essent quæ- „ dam in speciem non prorsùs improba; & nunc „ eum cernant posteà per furorem adjecisse alia „ quæ nullo possit colore defendere; despe- „ ratâ rationis victoriâ, triumphum collo- „ cant in amentia: non audituri quicquam „ æquis auribus, quod adversetur iniquis ani- „ mis. Neque tamen nego in eadem Urbe, in „ qua sibi delegit latibulum, multos esse vi- „ ros honestissimos, multas mulieres bonas ac

[S. Tho. Morus l. 1. cont. Luth. c. 1.]

[1. Cor. 13. 2.]

[Psal. 90. 11. & 12.]

„pias: sed in re seditiosa magis eminet insana tu-„ multuantium turba, quàm numerus etiam „major bonorum & sedatorum civium. Luthe-„ rus igitur, cùm doleat, libellis editis ita vi-„ ctas ac revictas suas insanas hæreses, ut nun-„ quam apud suos se victorem audiat quin in-„ terim excarnificetur intus opprobrii sui con-„ scientiâ, gnarus, omnibus undique Gentibus, „ ex libellis utrinque inter se collatis, clarissi-„ mâ luce patere, quàm turpiter eversus ac „ prostratus jaceat, pertæsus tandem ac perhor-„ rescens publicum judicium, pugnaturus, velut „ gallus, provocat in suum sterquilinium, ubi „ coram gallinis suis cantitet. Verùm, nemi-„ nem opinor esse tam insanum, ut in locum „ veniat quò eum hostis vocat ad pugnam: cùm „ non possit æquior esse planicies, in qua di-„ micetur, aut minùs insidiis exposita, quàm „ libellis editis conflictatio: in qua neutra pars „ causari potest aut perperàm quidquam exce-„ ptum à Notariis, aut posteà corruptum à „ falsariis, aut sibi quidquam non provisum „ calore subitariæ disputationis excidisse: sed „ quod ex causæ meritis per otium quicquid „ potest instructissimum protulerit, id sincerâ „ fide prodibit in publicum. Ex quibus & „ nunc clarissimè patet, & indies magis magis-„ que patebit, quàm sordido cœno prostratus „ jaceat, oblitus luto, atque obvolutus ster-„ core, gloriosus victor ac triumphator Luthe-rus". Videat Lector quæ superiùs cap. 37. §. 121. diximus, ubi incommoda aliquot quibus disputationes publicæ cum hæreticis obnoxiæ sunt memoravimus, & finalem partem hujus testimonii Thomæ Mori adduximus.

Conradus Brun. CLXLV. Thomæ Moro adjungere possumus Conradum Brunum, cujus locum huc spectantem descripsimus superiùs c. 39. §. 129. Quamvis enim generatim de hæreticis à disputatione repellendis loquatur, Lutheranos tamen suo tempore jam exortos vel maximè comprehendisse, imò specialiter attendisse, haud dubium est. Ob eandem quoque rationem adjungere possumus & Franciscum Sylvium, superiùs item allegatum cap. 40. §. 133. Quibus & hìc addimus Petrum Coretum Canonicum Tornacensem, qui in suo Antipolitico: T Non „ est ergo nobis (inquit) cum hæreticis, de Ec-„ clesia & Religione, verbis confligendum: „ neque expectandum tam ardentibus Politi-„ corum votis Nationale in Gallia (*Germania*) „ Concilium, ad Christianæ Ecclesiæ sarcien-„ dum unitatem, & exterorum Magistrorum „ judicio de fide decernendum. Hircos qui „ velit mulgeat, verùm pro lacte fontem dun-„ taxat cruoris exprimet: & qui fidei verita-„ tatem fugere conabitur ab hæreticis, pro sa-„ lutifera doctrina non nisi cruentos ac pestife-„ ros errores proferet. Itaque si aliquando „ sibi, & totius Ecclesiæ paci, consulere medi-„ tabuntur, acquiescant Sedis Apostolicæ De-„ cretis, Traditionis Ecclesiasticæ authorita-„ tem & Conciliorum generalium Censuram „ sequantur: & cum *Agar, Angeli monitu, ad* „ *Dominam suam revertentes*, positâ contumaciâ „ superbam cervicem Ecclesiæ Catholicæ de-„ missè submittant. Ac quoniam omnis ferè „ hæresis ex Scripturâ perperàm interpretatâ „ originem trahit, ab Ecclesia legitimam ge-„ nuinamque hujus intelligentiam quærant, à „ qua & Scripturarum canonem acceperunt. „ Nullam certè mutationem, adjectionem, de-„ tractionemve fides Christiana suscipit: at in „ nos ab Apostolis incorruptè transfusa, per-„ severanter & religiosè usque in finem est retinenda". Huic adjungo Cresolium, qui postquam in suo *Mystagogo* complura veterum Doctorum testimonia coacervasset, quibus pertinaciam hæreticis familiarem astruxisset: V Fru-„ strà igitur (subdidit) cum illis ageretur, & „ INUTILIS FORET OMNIS DISPUTATIO, de „ Fide, de Sacramentis, de Authoritate Ec-„ clesiæ, de Gloria Beatorum, de aliis neces-„ sariis ad salutem. Quæ fuit omninò Sancti „ Epiphanii doctissimi Antistitis opinio: Nam „ *Illis*, inquit, *qui salutis disciplinam & magiste-„ rium repudiant, ne integrum quidem sæculum po-„ test ad disputandum sufficere: cùm illorum aures „ perpetuò aspidis instar obsurdescant, quæ aures suas „ obturat, ne audiat vocem incantantium sapienter.* „ Neque verò hæc Veterum Patrum opinio „ sine ratione est vel experientia, quibus illi „ sine ulla dubitatione minimè caruerunt. Nam „ cùm multa sint præsidia Catholicæ veritatis, „ & juvantia ad exponendam & illustrandam „ Religionem, tum maximè divinarum litte-„ rarum oraculum, & Clarissimorum Ecclesiæ „ Luminum Doctorumque sententiæ proferri „ solent. Quæ duo tamen firmamenta in tra-„ ctatione cum hæreticis planè jacent, neque „ ullam vim habere possunt. Nam deviis à „ Religione, quasi mente judicioque derelictis, „ omnis Patrum authoritas ludus est; sacra au-„ tem Scriptura, plumbeus pugio, aut regula „ Lesbia, aut cothurnus ad omnem pedem ha-„ bilis, quâ miserandum in modum abutuntur". Joannes denique Cochlæus, Lutheranicæ indolis apprimè gnarus: W Longè ut tutius „ & securius (inquit) ita & melius atque salu-„ brius fuisset, in antiqua Ecclesiæ fide simplici-„ ter permansisse, quàm NOVAM DISPUTATIO-„ NEM CONTRA ECCLESIÆ FIDEM LU-„ THERO PERMISISSE: ex qua nunc tot errores dubiaque malè succrevisse videmus".

Franc. Sylv.

T. Coretus in Antipolitico c. 20.

Gen. 16.

V. Ludovi. Cresol. l. Mystagogi c. 45. Sect.

Epiphanius

Psal. 57. & 6.

W. Cochlæus l. de Actis & Scriptis Luth. Ann. 1527.

CAPUT

CAPUT LXI.

Transitus ad Theologos Academiæ Lovaniensis, quorum præclara elogia memorantur ex Bzovio, & Moringo. Facultas Theologica Lovaniensis collegialiter obviavit ebullienti & grassanti Lutheranismo, nunc heterodoxiam proscribendo, nunc orthodoxiam præscribendo. Lutheri & Fautorum eius obstrepitantiam adversus Censuram Lovaniensem, primus repressit Iacobus Latomus: cujus testimonia aliquot de non admittendis ad disputandum hæreticis, signanter Lutheranis, proferuntur.

CXLVI. QUòd si extraneorum Scriptorum suffragia deessent, possem intentum meum vel solis Doctorum Academiæ hujus Lovaniensis, matris meæ, testimoniis astruere, ne dicam evincere. Quorum in hanc rem sententias priusquam exhibeam, Abrahami Bzovii, Ecclesiasticorum Annalium post Cardinalem Baronium Digestoris, elogium de eadem Academia & Facultate signanter Theologica, transcribam: ut animadvertat Lector, quanti ponderis ac momenti censenda sint testimonia tantorum virorum calamis exarata. Postquàm itaque Bzovius in suis Annalibus erectionem Academiæ ab Apostolico Præsule Martino V. factam, Privilegiaque & gratias eidem concessa descripsisset, hæc subdidit: x. (x. Bzovius Tomo xv. Annal. Eccles. ad An. 1425.) "His privilegiis & gratiis Martinus Pontifex excitare volebat Professores Lovanienses, ad magna pro Ecclesia Catholica contra inscitiam conanda. Huic etiam rei, cùm potestatem fecisset amplissimam omne genus Artium docendi, Theologiam Reginam Scientiarum exceperat, ut tanto vehementius desiderium docendæ illius ingeneraret: non ignarus, vehementiorem esse cupidinem excellentis alicujus Professionis negatæ; & ex cupiditate majorem conatum tentandi, & à tentamento ardentiore perfectiorem virtutem concipiendæ consequendæque Artis. Neque sanè falsus opinione fuit Martinus: Statim enim atque Eugenius IV. Pontifex Maximus Martini Successor, postulante Philippo Bono Principe, annuisset, ut in ea Schola Theologiæ quoque Arcana docerentur, tanto studio in id studium Professores Lovanienses incubuerunt, ut nulli Universitati primas concedere voluerint in Tractatione rerum divinarum, præsertim CONTRA HÆRETICOS CONTROVERSARUM. In quibus, quòd à solidâ, clarâ, & veridicâ Patrum Orthodoxorum, & præcipuè Sanctorum Augustini atque Thomæ Aquinatis, doctrinâ, neque apertè, neque per distortas aut extortas commentationes discesserunt, meruerunt perpetuò audire, Doctissimi, Integerrimique Interpretes mentis divinæ: ac præterea Fortissimi, Invictissimi, Felicissimi Propugnatores Fidei Catholicæ Romanæ Ecclesiæ". De iisdem & Moringus in Vita Adriani VI. "Theologi sunt (inquit) gravitate morum, religione, ac sanctimoniâ vitæ, zeloque fidei eximii: id quod hactenùs cùm permultis aliis indiciis, tum verò hoc uno luculenter ostenderunt, quòd primi fermè omnium Lutheri dogmatibus strenuè obviàm iverint. Ad hæc, non in vanis argumentis tempus conterentes, sed in ipsis litteris divinis, & Patribus Ecclesiasticis, & iis, quæ ad rationem vitæ faciunt, versantes". Moringus. Et ad Facultatem quidem ipsam, in corpore seu collegialiter spectatam, quod attinet, ea duplici viâ ac ratione dogmatibus Lutheri obviavit: Primò scilicet Censuram eis Academicam inurendo, prout cap. 15. §. 51. visum est: Secundò Catholicam doctrinam eis contrariam, per certos Articulos digestam, publicando; prout cap. 42. §. 137. similiter visum est. Ad Doctores demùm particulares ejusdem Facultatis quod spectat, plerique sanè eorum, monumento aliquo litterario in lucem emisso, grassantem Lutheri ac Lutheranorum perfidiam, prout quisque poterat, impugnarunt: quorum aliquot peculiari aliquâ notâ illustres adducemus, & quid de publicis Catholicorum adversùs Lutheranos disputationibus senserint pandemus.

CLXLVII. Omnium horum primus in arenam contra Lutherum sua paradoxa effutientem prosiliit Jacobus Latomus: cujus idcircò effigiei subscriptum legitur: *Hic primus fidei subiecit terga ruenti, convellens fraudes, dire Luthere, tuas.* Cùm enim Facultas Lovaniensis Annò 1519. quosdam Lutheranicæ doctrinæ Articulos damnasset, & Articulorum nihilominùs fautores Censoribus subsequenter obstrepuissent; arrepto Latomus calamo Censuram Facultatis defendit, & Articulorum insulsitatem patefecit, edito eam in rem libro

ante finem anni proximè ſequentis. Cæterùm
quia Lutheri fautores inter alia obtendebant,
Lutherum in ſuis Articulis non aſſertivè re-
ſolviſſe, ſed ventilativè diſputaſſe: reſpondit
Latomus, quòd etiamſi ita eſſet, rectè tamen
Facultas cenſuiſſet: quia nimirum de Articu-
lis ab Eccleſia olim proſcriptis ne diſputare
quidem ultrà permiſſum ſit, ſed latæ ſemel ſen-
tentiæ inhæſitanter acquieſcere oporteat:

Y. Latomus in Epiſt. nuncupatoria libri cont. Luth. Articulos Lovanii cēſuratos.

Y. Quòd verò (inquit) Lutherus dicitur DIS-
„ PVTARE, nihil eum juvat: quia teſte B. Leo-
„ ne, in rebus fidei jam determinatis DISPV-
„ TATIO, per quam certa & determinata in
„ dubium revocentur, ADMITTENDA NON
„ EST. Leonis verba ſunt Epiſt. 42. quæ eſt ad
„ Martianum Auguſtum: *Ne cuiuſquam procaci*

Leo. Vide ſuprà c. 28. §. 91.

„ *impudentiâ, verſutiâ, quaſi de incerto quid ſequendū*
„ *ſit, ſinatis inquiri. Et cùm ab Euangelica Apoſto*
„ *licaq; doctrina ne uno quidem verbo liceat diſſidere,*
„ *aut aliter de Scripturis divinis ſapere quàm Beati*
„ *Apoſtoli & Patres noſtri didicerunt atque docuerunt,*
„ *nunc demùm indiſciplinatæ moveantur & impiæ*
„ *quæſtiones; quas olim mox, ut eas per apta ſibi*
„ *corda diabolus excitavit, per diſcipulos veritatis*
„ *Spiritus Sanctus extinxit.* Et ad eundem Epiſto-

Vide ſuprà ibid.

„ lâ ſequenti: *Per ipſum Dominum Ieſum Chriſtum*
„ *qui Regni Veſtri eſt auctor & rector, obteſtor & obſe-*
„ *cro Clementiam Veſtram, ut in præſenti Synodo fidē,*
„ *quam Beati Patres noſtri ab Apoſtolis ſibi traditam*
„ *prædicarunt, non patiamini quaſi dubiam retra-*
„ *ctari; & quæ olim Maiorum ſunt authoritate dam-*
„ *nata, redivivis non permittatis conatibus excitari.*
„ Et Epiſt. 47. quam ſcribit Synodo Chalcedo-

Vide ſuprà ibid.

„ nenſi, inter cætera dicit: *Fratres chariſſimi,*
„ *reiectâ penitùs audaciâ diſputandi contra fidem divi-*
„ *nitùs inſpiratam, vana errantium infidelitas con-*
„ *quieſcat: nec liceat defendi, quod non liceat credi.*
„ Et Epiſtolâ quæ eſt ad Leonem Auguſtum:

Vide ſuprà c. 29. §. 94.

„ *Deteſtandum nobis eſt perſeveranterq; vitandum,*
„ *quòd fraus hæretica nititur obtinere, nec in aliquam*
„ *diſceptationem piè & plenè definita revocanda ſunt:*
„ *ne ad arbitrium damnatorum ipſi de his videa-*
„ *mur ambigere, quæ manifeſtum eſt per omnia*
„ *Euangelicis & Propheticis authoritatibus con-*
„ *ſonare. Vnde ſi qui ſunt, qui ab his, quæ cælitùs*
„ *ſunt conſtituta, diſſentiunt, ſuis opinionibus re-*
„ *linquantur; & ab unitate Eccleſiæ, cum ea,*
„ *quam elegêre, perverſitate diſcedant. Nam nullo*
„ *modo fieri poteſt, ut qui divinis audent contradi-*
„ *cere Sacramentis, aliquâ nobis communione ſo-*
„ *cientur.* Ex his oſtenditur, non eò quen-
„ quam excuſari, quòd ſe dicat diſputare; nec
„ indifferenter admittendum quemlibet AD
„ DISPVTANDVM: ſiquidem & Arius, Pela-
„ gius, Neſtorius, Eutyches, dicebant ſe di-
„ ſputare; ſed quoniam fraudulenter & per-
„ tinaciter ad diſputandum accedebant, non
„ ſubditi fidei & Scripturæ à Majoribus no-
„ ſtris patefactæ & ſufficienter propoſitæ ve-
„ ritati, admiſſi non ſunt. Talem autem
„ diſputatorem ſeſe exhibet Lutherus (*Vti &*
„ *eius hodie poſteri*) ut videre licet ex omnibus
„ penè Scriptis ejus, maximè ex poſteriori-
bus". Hæc ibi Latomus.

CLXLVIII. Edidit idem Latomus pecu-
liarem libellum, *De varijs quæſtionum generibus,*
quibus Eccleſia certat intùs & foris, inſcriptum: in
cujus exordio proponit ſibi denuò refellendam
prædictam fautorum Lutheri tergiverſatio-
nem, quâ dicebant eum diſputare duntaxat, non
decidere: Z. Videamus (ait ibi Latomus) in

Z. Idē. lib. de Variis quæſt. generib. ſubiiciētium.

„ quo genere concertationum reponendæ ſint
„ Lutheri & complicum ejus quæſtiones: Nam
„ ejus defenſores eò tandem refugiunt, ut aſſe-
„ rant eum de iis rebus diſputare, quæ hactenùs
„ Scholaſticarum concertationum inter Catho-
„ licos themata fuerant. Sed hoc diverticulo uſi
„ tandem fuerunt Majores eorum, *Arius & Aria-*
„ *ni*: unde eos detraxit Gregorius Nazianze-
„ nus. In hoc idem ſe tandem receperunt, *Pela-*
„ *giani*: dicebant enim, *Quæſtionis rem eſſe, non fi-*
„ *dei*: quòd videlicet dubitarent non de aliquo
„ fidei articulo, ſed de his rebus quæ inter Ca-
„ tholicos in quæſtione verterentur. Sed inde
„ deduxit eos Auguſtinus, demonſtrando, eos
„ contra fidem agere, & Chriſti gratiam negare.
„ Hoc etiam fecere vetuſtiſſimi quique hæreti-
„ ci, *Marcion, Valentinus, Apelles*, qui dolosè aſſu-
„ mebant illud Domini Verbum in Euangelio,
„ *Quærite, & invenietis.* Quibus Tertullianus Matth. 7.
„ adhuc orthodoxus reſpondit, Aliquò uſque
„ eſſe quærendum, nec ultrà licere quærere,
„ adepto fine quærendi: alioquin ſine fine quæ-
„ rendi quæ poteſt eſſe ſpes inveniendi? In om-
„ ni enim Arte vel Facultate, reſolutione factâ
„ uſque ad prima principia, quieſcendum eſt.
„ Fidei autem & Religionis principia ſunt Ar-
„ ticuli in Symbolo Apoſtolorum contenti, vel
„ Niceno, vel Athanaſii: & breviter, quæcun-
„ que in ſacro Canone contineri ſufficienter
„ oſtenduntur, aut alioqui tradita, vel revelata
„ divinitùs Eccleſiæ. Unde quæcunque Propo-
„ ſitio ad Fidem vel Religionem pertinere ritè
„ per Eccleſiam definita eſt, pro Articulo ha-
„ benda eſt, eò quòd *Eccleſia ſit columna & fir-* 1. Tim. 3. 15.
„ *mamentum veritatis.* Nec iſtud eſt novum, aut
„ ab heri & nudiuſtertiùs apud Catholicos vel
„ orthodoxos pro firmo & indubitato ha-
„ bitum: ſed ſemper ita fuit. Hoc ariete
„ ſubvertit Auguſtinus Donatiſtarum mu-
„ nitiones: hoc Leo primus utitur adver-
„ sùs Neſtorium & Eutychetem: hinc eſt
„ quòd Magnus Gregorius, *Quatuor Conci-*
„ *lia honorat tanquam quatuor Euangelia*: quia
„ ſcilicet in illis conciliis verus fidei no-
„ ſtræ intellectus ſit per Eccleſiam ſuffi-
„ cienter excuſſus & explicatus: ut in Niceno
„ Concilio quoad Articulum conſubſtan-
„ tialitatis Patris & Filii adversùs hereſim Arii:
„ & ſimiliter in aliis Conciliis quantùm ad
Articu-

„ Articulos fidei de quibus illic agebatur. Qui-
„ cunque autem semel hanc fidem sustulerit ,
„ nec Ecclesiæ credere voluerit , *Superbus est,* 1.Tim.6.4.
„ *nihil sciens , sed languens circa quæstiones & pug-*
„ *nas verborum* : *Inflatus*, ut ait Apostolus, *sensu* Col.2.18.
„ *carnis suæ* : & *circumfertur omni vento doctrinæ* : Eph.4.14.
„ jam hæreticus , vel proximè dispositus ad
hæresim faciendam". His ita præmissis pergit Latomus consequenter ostendere , Articulos Lutheranicos ab Ecclesia fuisse explosos ; adeòque non esse super eis cum assertoribus disputandum : idque non solùm quòd de rebus jam pridem per Ecclesiam decisis disceptari ampliùs non liceat , nedum expediat ; sed prætereà quòd Lutherani Principia Theologicæ disputationis evertant. Huc enim collimat , cùm inferiùs prope finem ait de hæretico pertinaciter obstinato: " Regu-
„ lam fidei non sequitur, non captivat in-
„ tellectum suum in obsequium fidei , sed ju-
„ dicio propriæ electionis innititur , eligens
„ sibi quid , & quantum , & quousque credat:
„ proprij judicij lumen erigit adversùs scien-
„ tiam Dei , & hoc ipso definit esse docibilis
„ Dei, vel à Deo doctus : sibiipsi credendi ma-
„ gister efficitur. Quæ mentis superbia hæreti-
„ cum ipsum non latet : propter quod de ipso
„ dixisse videtur Apostolus , quòd non tan- Tit.3.11.
„ tùm *Subversus est qui huiusmodi est* , sed *proprio*
„ *iudicio condemnatus* : & , ut exponit Hierony-
„ mus , nullo eijciente , propria sponte rece-
„ dit ab Ecclesia. Unde hæreticus Scripturæ
„ credit , vel divinitùs revelato ; non quia
„ scriptum vel revelatum est, sed quia sibi ve-
„ rum esse videtur : & quodammodò Verbum
„ Dei efficit verbum humanum , quia non
„ innititur primæ veritati , sed alicui alteri
„ Principio privato. Unde rectè dicit B. Tho-
„ mas , quòd hæreticus pertinaciter errans ,
„ vel dubitans de aliquo uno fidei Articulo,
„ nullius alterius Articuli fidem veram reti-
„ net : Nam licèt non omnes Articulos fidei
„ reijciat , vel dubitet , tamen in eis creden-
„ dis & asserendis rationem humanam , &
„ opinionem sive fidem propriam humanam
„ sequitur. Cùm enim credendorum Prin-
„ cipium unum sit , quo caret qui hæreticus
„ est , Consequens est , ut nullius Articuli ve-
„ ram fidem habeat qui uni pertinaciter dissen-
„ tit ; sicut Dialecticis notum est scientiam
„ de conclusione non remanere in homine ,
„ sublato assensu circa Principium. Unde pa-
„ tet differentia inter Catholicum errantem ,
„ & hæreticum : hic errat circa Principium ,
„ ille circa conclusionem : hic fallitur circa
„ finem , ille circa medium : hic pertinaciter
„ adhæret falsitati , ille non. Propter quod , Vide supr
„ hic est insanabilis , ille verò sanabilis : si- c.42.§.131.
„ cut morbus , in quo salvum est Principium
„ vitæ , sanabilis est ; non ille , in quo Prin-
„ cipium vitæ non est salvum. Et ista vide-
„ tur esse causa , cur Sancti prohibeant ne cum
„ hæreticis per rationes agatur , quòd videli-
„ cet CONTRA NEGANTES PRINCIPIA NON
„ SIT DISPUTANDUM. Unde Chrysostomus:
„ *Sicut fieri non potest ut ligna mittendo extinguas*
„ *ignem , ita fieri non potest ut rationem reddendo*
„ *places hominem malum.* Et expressè Augusti-
„ nus propter hoc distinguit inter hæreticum,
„ & credentem hæreticis. Judicat enim , uti-
„ liter cum altero disputari , CUM ALTERO
„ VERO NON. Augustini verba sunt in Prin-
„ cipio libri de utilitate credendi : *Si mihi ,*
„ *Honorate , unum atque idem videretur esse hære-*
„ *ticus , & credens hæreticis homo , tam linguâ*
„ *quàm stylo in hac causa conquiescendum mihi esse*
„ *arbitrarer. Nunc verò cùm inter duo plurimùm in-*
„ *tersit : quandoquidem hæreticus est , ut mea fert*
„ *opinio , qui alicuius temporalis commodi , & ma-*
„ *ximè gloriæ Principatusq; sui gratiâ , falsas ac*
„ *novas opiniones vel gignit vel sequitur : ille au-*
„ *tem qui huiusmodi. hominibus credit , homo est*
„ *imaginatione quadam veritatis ac pietatis illusus*".
Hæc ibi Latomus: quæ planè consentanea sunt eis quæ passim & sparsim in præcedentibus adduximus pro repellendis à disputatione tam hæreticis in generali, quàm Lutheranis in particulari : prout unicuique conferenti obvium est intueri.

CAPUT LXII.

Profertur in eandem rem authoritas Ruardi Tapperi, Doctoris & Decani Lovaniensis, cuius praclarum elogium pramittitur. Hareticorum pertinacia quàm immanis? Vnde ea nascatur? In hareticis non tam ratio affectionem, quàm affectio ducit ac seducit rationem. Cum hareticis, signanter Lutheranis, non esse ineundas publicas disputationes aut Colloquia de Religione, ostenditur experimentis & documentis. Cardinalis Contareni super hoc Censura. Methodus obviandi haresibus sive insurgentibus sive crescentibus à Theodosio Augusto practicata approbatur.

CLXIX. LAtomo jungatur Ruardus Tapperus, collega ipsius Magistralis: ambo siquidem uno eodemque die XIV. Augusti 1519. laurea doctorali in Schola Lovaniensi fuere decorati. Sed priusquam hujus testimonia pro repellendis à disputatione hæreticis proferam, paucula de persona ex Reverendissimo Lindano præmittam: A. Fuit „ille (ait de Ruardo Lindanus) integerri„mâ vitæ purissimæ innocentiâ omnibus „Doctorum cujuslibet Professionis ordinibus „charissimus, singularique prudentiæ, mo„derationis, sapientiæ nomine, universis „omnium ordinum hominibus, veræ ac do„ctæ pietatis encomio admirandus: siquidem „de eo nos verissimè dictum asseramus, *Do„mum eius* (quod de Q. Mutii vestibulo dice„bat Cicero) *totius Civitatis*, imò totius „Belgicæ, adeòque totius Aulæ Cæsareæ, „ut alias taceam Nationes ipsum non rarò „consilii causa adeuntes, *fuisse quoddam Ora„culum*; quemadmodum & ipse memini, cùm „ei ex Gallia reversus conviverem, æmu„landæ virtutis ergo, ac sapientiæ discendæ „causâ, convictor; non rarò à Carolo V. „Augusto ad eum consilii sacri gratiâ RR. „Viros Petrum à Soto, D. Petrum Mal„vendam, D. Berlacquium, Hannonium, „aliosque præclaros fuisse missos. Non rarò „etiam ipse in Aulam simili de causâ fuit e„vocatus, quando de constituenda Repu„blica, & instaurandâ potissimùm tam per „Germaniam quàm per Belgicam Religione „agebatur. Taceo nunc, eundem R. D. „Ruardum, ad Synodum Tridentinam à „Carolo V. & filio ejus Philippo Rege mis„sum, tantæ fuisse apud RR. DD. Legatos, „& Concilii Præsides, & universos omnium „Prouinciarum Episcopos, tamque singula„laris existimationis, augustæque cujusdam „venerationis, ut ei selectus & honoratior „fuerit in Synodalibus congressibus locus „ante omnes spectabilis: & nihil fermè ne„que in sacros Canones, neque in Ecclesia„stica Decreta referretur, nisi ultimam ipsis „manum adhibuisset Ruardus Decanus Lo„vaniensis". Hujus Viri mentionem Hosius Cardinalis, ejusdemque Synodi Præses, aliquoties in suis ingerit Scriptis, nunquam sine honorifico aliquo epitheto: ut cùm in Prologo Confessionis fidei ait, *Insignis ille Theologus Ruardus Tapper*: & lib. I. contra Prolegomena Brentij, sive de Hæresibus nostri temporis, *Vir insigni doctrinâ præditus Ruardus Tapper*: item lib. de Expresso Verbo Dei, *Ruardus Tapper Vir doctus*. Plura de eo videri possunt in Bibliotheca Belgica, & Fastis Academicis Valerij Andreæ, item in Athenis Belgicis Francisci Sweertij.

A Lindan. Præfat. in Orationes Theol. Ruardi Tapp.

Hosius.

Valer. Andr. Sweertius.

CC. Hujus viri tantopere laudati, & ab omnibus hominum ordinibus honorificè æstimati, varia extant Opera Theologica, de quibus videri possunt Valerius Andreas, & Sweertius, locis jam memoratis. Et quanquam universæ penè ejus lucubrationes in destructionem Lutheranæ perfidiæ tendant, Orationes tamen Theologicæ in Scholis declamatæ proposito nostro præsenti maximè serviunt. Harum integram decadem post authoris obitum evulgavit, qui suprà, Guilielmus Lindanus, Ruremundensis primùm ac deinde Gandensis Antistes. Earum quinta eò tota collimat, ut disputationes cum Lutheranis ineundas dissuadeat, prout titulus indicat, hujus tenoris: *Oratio quinta R. D. Ruardi Tapperi, de veris pertinaciæ hæreticorum causis: ideòque non esse cum hæreticis disputandum, neque ampliùs Colloquia publica cum eis instituenda; uti sub Carolo V. Augusto infeliciter in Germania cessit: sed formula concordiæ ineundæ sequenda, quam Theodosius Augustus præscripsit.* Ipsa verò Oratio sic habet: B. Tanta est voluntatis, nostræque affectio„nis, virtus & efficacia circa intellectus ju„dicium, ut quidam non incelebres Docto„res probabiliter doceant, quòd ex ejus im-

B Ruardi Orat. V. Theologicæ.

perio

„perio dissentire possimus Propositioni evidenti, & assentire contrariæ: ut quòd album, quod coràm videmus, non sit album, sed nigrum: sed & primo Principio, ex terminis per se noto, dissentire reverà & ex animo queamus, & illud negare. Quemadmodum in vires inferiores, & præcipuè motivas, ac corporis membra, ipsumque corpus totum, plenum & efficax habet imperium voluntas, quod & non sequi nequeant usque ad sui etiam interitum: ita cum principali ratione immutare & vertere pro suo placito potest rationis judicium. Illius exempla plurima affert lib. 3. c. 2. & 3. Exemplorum memorabilium Valerius Maximus: & inter alios, quos ab animi commendat fortitudine, meminit Mutij Scevolæ, qui apud Porsenam Regem pertæsus quòd dexteræ suæ ministerio in cæde Regis uti nequisset, eam foculo injectam igne exuri est passus. Sed & homo seipsum totum in igne immobilem, voluntatis suæ potenti imperio, ad plenam usque incinerationem, continere potest: ut exempla alia, quæ idem author affert, clarè testantur: & hisce annis Bruxellæ multa hominum millia contemplata sunt in hæretico quodam exusto. Intellectus autem judicium mutari ex voluntatis dispositione, & trahi, & sequi affectionem, docet Aristoteles in Rhetoricis, de auditoribus afficiendis: [Aristoteles.] *Non eadem*, inquit, *Iudicibus videntur, cùm diligunt, & cùm odiunt; nec iratis, & quietis: sed vel omnia diversa, vel maiora. Nam reus aut nullam aut parvam fecisse iniuriam videtur amanti: contrà vero ei qui oderit.* Et in principio libri Rhetoricorum tradit, *In Civitate benè institutâ omnia legibus oportere constitui, & quàm minima Iudicibus esse relinquenda: quòd plerunque contingat eos partibus litigantibus non æqualiter esse affectos: quódq; in Iudicio nihil præter rem, de qua disceptatur, proponi permittatur; ne oratione Rhetoricâ quis in iram, invidiam, misericordiam impellendo, à recto Iudicio deflectat: ne similes ei simus, qui eam, quâ usurus est, regulam, prius inflectit, quàm utatur. Sic enim fit, ut cùm Iudices amant aut odiunt, sua quoque utilitas connexa sit, nec satis queant veritatem perspicere, sed propria vel voluptas vel dolor iudicia obumbret: & hac etiam causâ nemo ob immodicum sui amorem integer est Iudex causæ propriæ.* Testantur id Sacræ litteræ, quę in Exodo & Deuteronomio mandant Judicibus, [Exod.23.8. Deut.16.19.] *Ne munera accipiant; quæ excæcant oculos prudentium, & mutant ac subvertunt verba iustorum.* Et Propheta de quibusdam dicit, [Sap.2.21.] *Quòd excæcat oculos malitia.* Perspectâ itaque hac causa, & pertinaciæ radice; quòd videlicet potentissimum est voluntatis imperium in cæteras vires animæ, atque in rationis judicium; quódque judicia nostra ferè nostris respondent affectibus; cessat admiratio super inflexibili circa sua dogmata hæreticorum pertinaciâ, quæ causam naturæ sequitur, rationem & ordinem virium à Deo institutum subvertens voluntatis imperio.

„CCI. Nunc autem & alia multa, & occulta Dei judicia, accedunt; secundùm quæ eos deserit, *Et*, ut Scriptura Apostolica docet, [Rom. 1. 28.] *in sensum tradit reprobum: & Mittit eis operationem erroris, ut credant mendacio, quia noluerunt credere veritati.* [2.Thes.2.10.] Et alio loco Scriptura ait, *Non audivit populus meus vocem meam, & Israel non intendit mihi: & ideò dimisi eos secundùm desideria cordis eorum, & ibunt in adinventionibus suis.* [Psal.80. 12. & 13.] Et Moyses Propheta Domini in Deuteronomio ait: *Si nolueris audire vocem Domini Dei tui, percutiet te cæcitate, ac amentiâ, & furore mentis: ut palpes in meridie, sicut cæcus solet palpare in tenebris, & non diriges vias tuas.* [Deut.28.28. & 29.] Et precatur Propheta Isaias: *Excæca cor populi huius, & aures eius aggrava, & oculos eius claude: ne fortè videat oculis, & audiat auribus, & corde intelligat, & convertatur ac sanetur.* [Isaiæ 6. 10.] Quæ igitur resipiscendi spes de hujusmodi homine haberi potest, cujus affectus malitiâ est obfirmatus, in sensum reprobum datus, & à Deo potestati adversarii relictus? De quo B. Ioannes Chrysostomus: [Chrysostomus.] *Sicut navis fracto gubernaculo ducitur, quò impellit tempestas: ita homo divina gratia destitutus auxilio, agit non quod vult ipse, sed quod diabolus.* Et B. Augustinus [Augustinus] in Psalmum 77. dicit, *quòd in malos diabolus potest, ut in suo pecore, & mancipio.* Et ideò Apostolus Paulus hæreticos *subversos esse* dicit, [Tit.3. 11.] fundamento nimirùm & conversionis initio sublato, *& proprio condemnatus iudicio.* Et de eis qui Christum audierant docentem, atque miracula & signa viderant, scribit Ioannes Euangelista & Apostolus, *Quòd non poterant credere, quia Deus excæcaverat oculos eorum, & induraverat cor eorum.* [Io. 12. 39. & 40.] Et Apostolus Paulus in Epistola posteriore ad Timotheum ait: *Quemadmodum Iamnes & Mambres restiterunt Moysi, ita & hi resistunt veritati, homines mente corrupti, reprobi circa fidem: sed ultrà non proficient. Insipientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit.* [2.Tim.3. 8. & 9.] Et idem Apostolus alio loco: *Deus huius sæculi excæcat mentes infidelium, ut non infulgeat eis illuminatio Euangelij: & obtusi sunt sensus eorum.* [2.Cor.4.4. 2.Cor.3.14.] Similiter & Moyses, *Eò quòd velamen positum super cor eorum.* [Ex.34.33.] Nec existimandum est, propter dogmatum absurditatem, quòd non eadem quæ docent sentiant, nec quòd non verè & ex animo credant, sed potiùs apud se sciant esse falsa quæ docent. Nam Scriptura clarè docet, *Quòd errent, &* [1.Tim.3.13.]

in

„*in errorem mittant, qui mente sunt corrupti*, „*insipientes, & cæci, palpantes in meridie.* Ex „animo itaque, mentisque sententiâ, cre-„dunt vera esse, quæ docent, tametsi absur-„dissima. Sicut enim febricitans judicat dul-„ce esse amarum, & contrà, ex palati affe-„ctione: ita ex voluntatis corruptione ju-„dicatur esse malum, quod bonum est; & „verum, quod falsum est. Diuturnam ta-„men pugnam & contentionem habent ple-„runque adversùs semetipsos, & veritatem, „priusquam ad ejus dissensum perduci possint. „Testatur palàm de se *Martinus Lutherus*, „quòd luctatus fuerit multo tempore con-„tra conscientiam suam reclamentem, cùm „habitum monachalem abjecturus esset, & „uxorem post vota monastica ducturus, eam-„que Monialem, quæ eadem tenebatur pro-„fessione: nec conscientiam & synderesin „reclamare, nisi tandem post multi tempo-„ris consuetudinem, desijsse. Et hæc scri-„bens, gratias agit Deo pro victoria, quam „concessit in hac pugna & conflictione cum „sua conscientia, quæ jam tunc quieta erat, „& sine ulla remurmuratione, quòd Mona-„chus post professionem solemnem, uxorem „duxisset Monialem. Et in Epistola quadam

Lutherus. „ad Fratres Argentinenses scribit, *Se impensè* „*desiderasse, quòd Carolstadius potuisset persuadere* „*sibi, quòd in S. Eucharistia præter panem & vi-*„*num esset nihil: quodq; ille magno beneficio ip-*„*sum devinxisset, cùm probè perspiciebat, hâc* „*re Papatui cum primis se valde incommodare pos-*„*se. Verùm ego*, inquit, *captum me video, nullâ* „*elabendi viâ. Textus enim Euangelij nimium* „*apertus est, & qui facile convelli non potest, mul-*„*tò minùs verbis aut glossis è capite vertiginoso* „*confictis subverti.* Et ita perstitit in hac sen-„tentia veritatis corporis & sanguinis Chri-„sti in S. Eucharistia, donec anno 1540. „Wittenbergæ in ædibus Martini celebrare-„tur Synodus, ad ineundam concordiam „in quibusdam dogmatibus, super quibus Se-„ctarum Capita, cum magno discipulorum „suorum scandalo, diffidebant, & gravibus „injurijs se mutuò impetebant; præsente cum „alijs *Martino Bucero.* Concordarunt autem, „quantùm ad S. Eucharistiam, quâlibet Par-„te de sua sententia aliquid cedente: *Quòd* „*concorditer docerent & sentirent, in Sacramento* „*esse corpus & sanguinem Domini, sed solùm dum* „*administratur communicantibus, & dicitur, Hoc* „*est corpus meum quod pro vobis traditur; sed nec* „*antea, nec post verba dicta, & sumptum in ore* „*Sacramentum.* Ita ex animo, quæ docent „hæretici, etiam sentiunt, tametsi absur-„dissima; à Deo in sensum reprobum & in-„sipientiam traditi, mente corrupti, excæ-„cati, ut ne in clarissima quidem dogmatum „luce quid credendum sit videant, immo-„biles, & à sua sententia & judicio inflexi-„biles; ut nec ratione, nec authoritatibus „Scripturæ Sacræ, quas vel reijciunt, vel quas „suo sensu interpretantur, nec Patrum con-„sentaneo testimonio, à sua sententia, sua-„que adinventione flecti possint; sed & mori „magis eligunt, uti diximus, si summum „pertinaciæ gradum ascenderint, quàm ab „his, quæ suâ sibi electione visa sunt, re-„cedere: nimirum persuasi, quòd pro Ver-„bo Dei, & sacrosanctæ fidei veritate mo-„riuntur, coronam & gloriam Sanctorum „Martyrum accepturi. Ita occultis Dei ju-„dicijs infatuantur, ut se solos sapere & vi-„dere arbitrentur; nec cæcitatem suam ag-„noscant juxta Proverbium Salomonis, *Sa-* Prov. 26.
„*pientior sibi stultus videtur, viris loquentibus sen-*„*tentias*: similes mulieri fatuæ cujus meminit „Seneca ad Lucilium suum Epist. 50. quæ „*cùm subitò videre desiisset, nec se tamen cæcam* Seneca
„*agnosceret, subinde rogabat pædagogum suum,* „*quòd aliò migraret, ubi lucidum esset, ut videre* „*possit: causata scilicet, domum esse tenebrosam,* „*quòd non videret, non suam cæcitatem.*

„CCII. Et quamvis testati sunt semper „immobilem hanc pertinaciam hæretici, „quando disputando congressio cum eis facta „est: nunquam tamen apertiùs, quàm in Col-„loquiis, quæ novissimis hisce annis habita „sunt, primò Wormaciæ, deinde semel Ra-„tisbonæ in Comitijs Ordinum Imperij: in „quibus credebantur quidem Articuli aliquot „priùs controversi esse conciliati, & gratula-„ti sunt multi pacis Ecclesiarum amantes, „bonamque spem conceperunt, quòd super „reliquis brevi conveniri possit. Sed audia-„mus, precor, quid post omnem hanc Col-„locutionem disputando promoverint, quem „religiosus Cæsar, Ordinesque Imperij, con-„secuti sunt fructum ex omnibus his labo-„ribus, sumptibus, & molestijs; quam Im-„perium & communitas pacem & concor-„diam. Absolutâ namque disputatione Col-„loquiorum, exhibent Cæsareæ Majestati „Adversarij & Ecclesiæ Perturbatores sche-„dulam, quæ sic habet: *Nos Articulos conci-* Confessionistæ.
„*liatos sic intelligimus, ut res eadem in nostra* „*Confessione Augustana, & Apologia traduntur.* „Quid, precor, hoc aliud est, quàm, forma „sermonis utcunque mutata est, ut videri „possit facta conciliatio: sed sensus idem est, „nec in minimo quidem à priori recedimus „sententia, quam confitemur in nostra *Con-*„*fessione, & Apologia.* Nam super Articulis hu-„jus *Confessionis* & *Apologiæ*. instituta fuerant „Colloquia, ad experiendum, si partes dis-„sidentes possent fortassis colloquendo se „mutuò intelligere, & concordare. Deinde „addunt: *Ne cui dubium sit quod doctrina genus* „*in universum in Ecclesiis nostris tradatur, iterum*

testamur,

,, *testamur, Nos amplecti Confessionem Augustæ exhibitam Cæsareæ Maiestati Vestræ, & Apologiam quæ tradita est: nec dubitamus esse consensum Catholicæ Ecclesiæ Christi, quæ tradita est in Propheticis & Apostolicis Scripturis, & firma testimonia habet Ecclesiæ Catholicæ, ac eruditorum Patrum.* Quis igitur fructus ex his omnibus disputationibus & Colloquiis, quæ cum hujusmodi hominibus in errore obfirmatis instituebantur, expectari poterat? Quæ spes, quòd inter delectos illic concertatores quicquam omnium convenire posset eorum quæ controvertebantur; utque illi, qui vitâ, verbo, & scriptis asseruerant & publicè docuerant novitiam suam doctrinam, in quam multos etiam ex Viris primariis & Principibus callidè ab Ecclesia Catholica seduxerant, in tali Optimatum atque omnium Ordinum cœtu publicè damnarent, & in nostram, hoc est, Catholicam, concederent sententiam? Aut quî fieri posset, ut nostri, vel falsæ vel noxiæ concordiæ gratiâ, illorum probaturi essent sententiam, omnium Majorum & totius Ecclesiæ Catholicæ judicio damnatam; quam libris per Orbem sparsis docuerant Scripturæ sacræ adversari, & doctrinam esse dæmoniorum? Et ut spes aliqua fuisset concordari inter illos potuisse, aut de omnibus, aut de præcipuis; non erat tamen verisimile cæteros universos & multos & doctos perspicacis exactique judicii homines libenter cessuros fuisse eorum, quantumlibet vel eruditorum, tamen paucorum, judicio, fidem receptam relinquendo: præsertim quòd adversùs tam paucos, tamque clanculariè publicas de Religione controversias tractantes, corrupti seu gratiâ seu promissis aut muneribus eorum judicii non defuisset suspicio, si ob eas, quas alius nemo audierat, rationes, aliter nunc statuissent, quàm priùs & verbo & scripto eos docuisse omnibus innotuerat.

,, CCIII. Frustrà igitur, nec sine magna fidei Catholicæ jacturâ, hujusmodi cum hæreticis ineuntur disputationes; quando neutra pars alteri cedere potest, reclamante scilicet utrinque conscientiâ: una, propter pietatem & Religionem, quam debemus omnes verbo Dei; altera, propter cauterio adustam pestilenti errore conscientiam, cordisque duritiam, quam obfirmant, ne vel unum Articulum damnando agnoscerent se fuisse seductores plebis, falsosque Prophetas, & Magistros mendaces. Novit hoc hæreticorum ingenium Tertullianus, qui in libro de hæreticorum Præscriptionibus: *Hæreticum*, inquit, *post unam correptionem Apostolus iubet devitari, non post disputationem: adeò disputationem interdixit, correptionem designans. Nihil enim proficit congressio Scripturarum, nisi planè ut aut stomachi incat quis eversionem, aut cerebri. Ista etiam hæresis quasdam non recipit Scripturas; & si quas recipit, adiectionibus & detractionibus ad dispositionem instituti sui intervertit: & si recipit, non recipit integras; & si aliquatenùs integras, nihilominùs diversa exponens, commutata convertit, & tantum veritati obstrepit adulter sensus quantùm & corruptor stylus. Variæ præsumptiones necessario nolunt agnoscere ea per quæ revincuntur; his autem nituntur quæ ex falso composuerunt, & quæ de ambiguitate ceperunt. Quid promovebis exercitatissime Scripturarum, cùm si quid defenderis, negetur ex diverso; si quid negaveris, defendatur?* Et tu *quidem nihil perdes, nisi vocem in contentione; nihil consequêris, nisi bilem de blasphematione. Ille verò, cuius causâ in congressum descendis Scripturarum, ut dubitantem confirmes, ad veritatem, annè magis ad hæresim deverget?* Hoc ipso motus, *quòd te videat nihil promovisse, æquo gradu negandi & defendendi diversâ parte statutum. Certè de pari altercatione incertior discedet, nesciens quam hæresim iudicet.*

Tertullian. Vide supra cap. 24. § 81. & c. 25. § 14.

,, CCIV. Nec credibile est, quòd ex animo sententiaq; Cæsaris, & Principum Catholicorum, hujusmodi instituta sint Colloquia; nisi fortè eorum hypocrisi & simulatione delusi, crediderint eos humiliter quærere veritatem; paratos eam amplecti, quando informarentur. Non enim ignorabant naturam hanc & pertinaciam hæreticorum; sed verisimile est, ex suggestione Adversariorum, ad simulandam, non autem revera faciendam concordiam, esse sollicitata, & ob eorũ importunitatem admissa: ne, quasi veritate & Scripturis destituti, disputationem detrectare videremur, & quasi non *Parati ad satisfactionem* & responsionem *omni poscenti nos rationem de ea, quæ in nobis est, spe* & fide. 1. Pet. 3. 15. Et certum est librum Cæsareæ Majestati obtrusum, & Collocutoribus ad conciliandam concordiam deputatis propositum, in plerisque eò spectasse, magis ut quomodocunque tegeret ac dissimularet, quàm verè tolleret & revera sanaret introducta vigentiaq; in Religione dissidia. Eo enim verborum artificio & involucro concinnatus est, ut in Capitibus gravissimis, unde pendent cætera ferè omnia, orthodoxi similiter penè piè orthodoxeque possint intelligere, & Adversarii nihilominùs omnia ad suam intelligant impietatem. Ut non sine necessaria & gravissima causa R. D. Contarenus, Apostolicæ Sedis Legatus, hæc sapientissimè perpendens, censuerit, *Nec eâ quidem parte, quâ convenerunt Collocutores, recipiendum eiusmodi Colloquium, sed universum remittendum ad examen Sacerdotalis Iudicij, & Sedem Apostolicam, quòd non aliò spectaret ex parte Adversariorum ille Colloquiorum consessus, quàm ut concordiæ prætextu & specie, Religioni nocere possint efficaciùs.* Quam rem ita se habere, ipse Martinus Bucerus dissimulare non potuit in

Card. Contareni Legati Apostol. Censura de Colloquio cum Lutheranis.

„ Actis quæ scripsit de istis Colloquiis. Nam, „ ut nunc diximus,post omnem disputationem „ & conciliationem, Cæsareæ Majestati expo- „ nunt, *Quòd Articulos conciliatos ita intelligant,* „ *ut res eadem in eorum Confessione, & Apologia* „ *addita traduntur.* Hæc enim in palliata & „ simulata conciliatione venabantur,ut persua- „ derent populo, probata esse à Catholicis im- „ pia illa, quæ execramur, & non probamus, „ dogmata: & sic suos jactarent triumphos de „ nobis, & de doctrina, quam profitemur, „ orthodoxâ & Catholicâ. Hoc est quod con- „ queruntur adversus Legatum Apostolicum, „ impeditam scilicet concordiam. Ipse enim „ noverat astutiùs quid amplexandum vide- „ batur, pro admiranda sua providentia & „ Theologica eruditione, quàm alii quidam „ pii viri: pii quidem, sed qui concordiæ „ amore & zelo, quamvis non secundùm „ scientiam vel notitiam intimæ concordiæ, „ non satis perpendebant, vis illa morbi quan- „ to efficaciùs noceret, & liberiùs contagio- „ nem diffunderet sub specie amicitiæ,prætex- „ tuque concordiæ.

Confessionistæ.

„ CCV. Præcipuus etenim circa dogmata „ Religionis modus, medium pacis & concor- „ diæ, est: si dogmatum quæque diversitas, ad „ Majores, & ad Ecclesiarum consensum refe- „ ratur, non earum solùm quæ nunc sunt, sed „ & earum quæ ab Apostolorum fuerunt tem- „ poribus. Hocque usus est medio religiosus „ Imperator Theodosius, cujus temporibus „ multa in Religione erant dissidia; & per ip- „ sum conciliavit pacem & restituit Ecclesiis, „ plurimùm per hæreticos turbatis. Utinam hoc „ medium initio, Clementissimo nostro Impe- „ ratori suggessisset Spiritus Christi, vel potiùs „ inspiratum, per aliorum importunitates sequi „ licuisset: Jam, Deo favente, extinctæ essent „ hæreses omnes, & tranquilla pax reddita esset „ Ecclesiis. Habitæ sunt disputationes Wor- „ maciæ, & Ratisbonæ,& in aliis Civitatibus: „ sed infeliciter cesserunt semper,& deteriorem „ hanc causam fidei & Religionis reddiderunt. „ Utinam Nectarium quendam Episcopum in „ consilium adhibuisset, & sopita essent Schis- „ mata universa, & videremus pulcherrimam „ pacem, quæ tunc perpetua erit & Ecclesiæ. „ Nam, ut author est Socrates in Historia Tri- „ partita, suggestum est Imperatori ab Agellio „ & Nectario Episcopis, *Quòd disputationes non* „ *solùm Schismata non unirent, sed etiam hæreses ad* „ *contentiones maiores adducerent.* Propter quod „ consulebant quòd disputationes fugeret ac „ contentiones, & testimonium ex Veterum „ Traditione faceret exhiberi: atque inprimis „ hæresum Præsides interrogaret,an Sermonem „ vellent facere de antiquis Ecclesiæ Doctori- „ bus, qui ante divisionem floruissent, & illos „ recipere;an illos velut alienos à Christianismo „ respuerent? Et siquidem eos abnegarent, ob- „ jiceret eis,quòd ergo eos anathematizare præ- „ sumerent. Si verò de principibus non offende- „ rentur Doctoribus, tunc Veterum probarent „ Libros, per quos dogma suum testimonio il- „ lorum roboretur. *Et ille*, inquit Socrates, *se-* „ *cutus est consilium, & causam sapienter instituebat:* „ *vocatisq; hæresiarchis, interrogavit, an susciperent* „ *Magistros Ecclesiæ, qui ante divisionis tempora ex-* „ *titissent? Illis verò non abnegantibus, sed tanquam* „ *Præceptores honorantibus, rursus Imperator interro-* „ *gat, an eis horum testimonia de Christiano dogmate* „ *tunc controverso complacerent? Hæc audientes Præ-* „ *sules hæreseon, atque Disputatores eorum (erant* „ *enim plurimi ad disputationis certamina parati)* „ *in responso vehementer hæserunt: & irruit in* „ *eos magna discordia, aliis dicentibus bonum esse* „ *Imperatoris propositum, aliis verò cogitantibus* „ *quòd non eorum expediret proposito, dum alii aliter* „ *de libris Veterum sentire viderentur: Et nequa-* „ *quam inter se conspirabant, sed erant divisi, non* „ *solùm adversus alias hæreses, sed etiam inter* „ *seipsos, qui pridem unius hæresis esse videbantur: &* „ *consors malitia, sicut lingua Gygantum veterum,* „ *est divisa, & turris eorum funditus est subversa.* „ *Cognovit igitur Imperator, quòd in disputatione* „ *solùm, & non in antiquis expositionibus, nec in ve-* „ *ritate Evangelica confidebant.* Hic igitur certissi- „ mus, securissimus,& facillimus est modus ex- „ tinguendi hæreses, & schismata componendi. „ Hocque consilium suggestum est Theodosio „ Imperatori religioso, cujus temporibus Ec- „ clesia variis fuit turbata hæresibus, & discis- „ sa. Quod ubi secutus est, successit felicissimè, „ ut partibus contendentibus super fide pro- „ poneretur, an Magistros Ecclesiæ qui à „ temporibus Apostolorum scripserant, & Ec- „ clesiam instituerant, reciperent; & doctrinæ, „ quam ex eorum institutione universa per Or- „ bem terrarum secuta est Ecclesia, velint sub- „ scribere, & eorum acquiescere sententiæ ac ju- „ dicio, damnando tanquam erronea quæ ipsi „ & tota post eos Ecclesia damnavit semper, & „ probare quæ probavit. Et restituta est tran- „ quillitas Ecclesiæ, & pax. Et nunc omnia „ tranquilla fient, si in Concilio œcumenico „ (*Tridentino*) nunc convocato hic modus, hoc „ medium partibus proponeretur, & sese sub- „ mitterent Judicibus ante mille annos mor- „ tuis, qui non possunt de ullo partium favo- „ re haberi suspecti. Nec tam Judicibus his, „ quàm sententiæ, ut diximus, Ecclesiæ Ca- „ tholicæ, quæ eorum doctrinam concordem „ secuta est: vel potiùs qui in ea, ejusque „ Scholâ, sub Magistro Christo constituti, „ diversa docere non poterant. Et si hos, „ quos Christus dedit Ecclesiæ suæ Ma- „ gistros & Pastores, recipiant, eorumque „ libros & Sermones; jam invenient, vel „ statim apertis libris commonstrabitur eis, quòd

Socrates.

Vide suprà c. 23. §. 76. & cap. 38. §. 125.

„ quòd eorum dogmata sunt novitia, & in „ eis damnata, tanquam erronea, & verbo „ Dei adversantia, prout superiùs de paucis „ ostensum est, & de universis ferè aliis non „ magni esset laboris idipsum commonstrare. „ Si verò eos non recipiant, nec fidem quam „ eis Doctoribus exceperunt Ecclesiæ Christi; „ necessariò confitebuntur, suam doctrinam „ novam esse, & peregrinam, ignotam Patri- „ bus, & usque nunc toti Ecclesiæ, exceptis „ paucis quibusdam, quos ut hæreticos perse- „ cuti sunt Ecclesiæ Christi omnes quotquot „ fuerunt fideles; non solùm ex unius & alte- „ rius Episcopi judicio; sed ex universorum „ Episcoporum, & Ecclesiæ judicio. Si igno- „ ta fuit horum fides & doctrina semper Eccle- „ siis: Ergo jam recens nata est, in homine „ impuro, & mancipio libidinis, apostata, & „ sacrilego: & ædificari cæpta est Ecclesia nunc „ primùm, post tot sæcula à die Pentecostes „ quo Spiritum Sanctum suum misit in corda „ discipulorum, ut omnes variè sparsas in unam „ colligeret Ecclesiam: non enim sine fide „ Ecclesia consistere potest. Sed hæc tam ab- „ surda sunt, ut prolata Auditores sint offen- „ sura, nec quenquam inveniant adstipulato-
Luc.22.32. „ rem. Oravit enim pro ea Christus, *Vt non* „ *deficiat fides eius.* Hic esset, ut diximus, com- „ modissimus modus conciliandi pacem Eccle- „ siæ, & eo usi sunt plerunque Patres, in Con- „ ciliis etiam generalibus". Huc usque Ruardus in illa sua Oratione Theologica: quibus summariè complexus est præcipua motiva repellendi Lutheranos à publicis disputationibus.

Quòd si ita tunc censuit Ruardus, nondum completa œcumenica Synodo Tridentina: quid putabimus eum fuisse dicturum, si Synodo jam completæ ac confirmatæ supervixisset, & Lutheranos ab ea damnatos ulteriorem audientiam flagitantes vidisset? Et quanquam prædicta abundè sufficiant pro perspicienda mente authoris, paucula tamen addam ex Oratione proximè sequenti, ubi ait: c. Verè stupenda „ res est hæretici hominis pertinacia: cujus in- C. idem. Orat. VI. „ genium ut prodiderunt omnium sæculorum „ hæretici, ita nostrâ tempestate qui hæc in- „ troduxerunt, quibus miserè discerpitur Ec- „ clesia, in Religione dissidia, non degenerare „ à suis illis Patribus ac Progenitoribus de- „ monstrant, sed eorum sese produnt germa- „ nos Filios. Propter quam pertinacem volun- „ tatem desperata est eorum correctio, & ad „ sanam mentem reductio. Cùm enim com- „ munem Ecclesiæ, & publicæ in ea authori- „ tatis, sententiam, nullius faciant, nec ratio- „ nibus demonstrari convincique possit veritas „ fidei, & scripturas non sit difficile quocun- „ que torquere & ad quem quis velit sensum „ inflectere, quas nec Orthodoxi omnes simili- „ ter intelligunt: quodnam tibi restat ejus ho- „ minis reducendi, & veritatis fidei persua- „ dendæ principium? Quid cum hujusmodi „ homine facias; præsertim si insuper obfir- „ mato animo securè & absque formidine de „ opposito assentiatur jam suæ illi sententiæ, „ NULLA SPES EST QUOD PUBLICA DIS- „ PUTATIONE ALIQUIS FRUCTUS PROVE- NIET".

CAPUT LXIII.

Profertur & in eandem rem suffragium Joannis Driedonis, *cujus & elogia à varijs Scriptoribus concinnata præmittuntur. Lutheranorum de Scripturisticæ intelligentiæ facilitate dogma exploditur. Hæretici se obvelant testimonijs Scripturarum, ut lupi se pellibus ovium. Cum hæreticis publica & subitaria disputatio improbatur: scriptoria pro Catholicorum instructione, & hæreticorum confusione approbatur.*

CCVI. Bellarmin. LAtomo & Ruardo tertius accedat Joannes Driedo, quem Cardinalis Bellarminus lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis, *Viri doctissimi* elogio condecorat. Eundem & Melchior Canus lib. XI. de Locis Theologicis
Canus. Sixt. Senen. Sweertius. Vide ipsum Driedonem in Præfat. tom. 1. cap. 6. appellat *Hominem, quòd ad Theologiæ diligentiam pertinet, planè doctum*: Sixtus Senensis lib. 4. Bibliothecæ sanctæ, *Virum undequaque doctissimum.* Talem decuit esse eum, *Cui*, teste Francisco Sweertio in Athenis Belgicis, *Adrianus Florentius, posteà Pontifex eius nominis VI. Laurea Doctoralem contulit.* Extat ejus elogium, ab Auberto Miræo, Decano Antuerpiensi, hisce verbis concinnatum: D. Est verò cur JOAN- „ NIS DRIEDONIS, optimi doctissimique D. Miræus in Elogiis Illustrium Belgii Scriptorum, Decade 2. c. 2. „ Viri beatos manes honorificâ recordatione Vide eund. l. de Script. Eccles. cap. 541. „ prosequamur: ut qui Turnhoutano in muni- „ cipio apud Brabantos natus, suæ gentis „ industriam, quam agricolationi impendunt, „ ad Theologiæ studium felicissimo conatu „ traduxerit. Doctor namque Theologus re- „ nunciatus, quum linguarum peritiâ vale- „ ret, Lutherum hæresim excitantem, vel ab

„ Orco potiùs revocantem aggressus, scripsit „ eruditè admodùm DE GRATIA ET LIBERO „ ARBITRIO, HUJUSQUE CUM DIVINA PRÆ- „ DESTINATIONE CONCORDIA : DE CAP- „ TIVITATE item, HUMANIQUE GENERIS „ REDEMPTIONE, DEQUE LIBERTATE „ CHRISTIANA. Edidit & DE ECCLESIAS- „ TICIS DOGMATIBUS LIBROS QUATUOR, „ Canonicis Voluminibus asserendis apprimè „ utiles. Atque ut erat pietatis amans, cujus in „ Scriptis eximia vestigia apparent, populum „ etiam ad D. Jacobi verbo Dei pavit Eccle- „ siastes egregius. In medio laborum cursu, „ ante diem, Ecclesiæ, prò dolor, ereptus, ma- „ gnum sui Posteritati reliquit desiderium; „ quod tamen edita, in vulgus monumenta „ mitigare & solent, & possunt. Immaturum „ ejus obitum quidam his versibus deploravit: „ *Siccine, dum sacrâ sudas invictus arenâ, Te,* „ DRIEDO, *ante diem mors inimica rapit?* „ *Ah nondum decuit, cùm bella cieret Erynnis : Ah* „ *nondum decuit, fortis Athleta, mori.* Ejus sepul- „ chro in Ecclesiâ D. Jacobi Lovanii inscri- „ ptum habetur, quòd fuerit *Artium & Sacræ* „ *Theologiæ Professor Clarissimus: qui hæreses contra* „ *Catholicam fidem suo tempore ingrassantes, multis* „ *doctissimis libris à se scriptis & editis, profligavit.* „ *Vir sanè multijugæ eruditionis & pietatis, huma-* *nitatis ac modestiæ singularis*".

CCVII. Hic igitur Author tantoperè commendatus, in eo Opere quod *De Ecclesiasticis Dogmatibus* inscripsit, multa sparsim congessit, quibus hæreticos promiscuè omnes, signanter verò Lutheranos, à disputatione repellendos indicavit. Huc spectat, quòd in Lutheranos digitum intendens : [E.] De Scriptura Sacra (in- „ quit) Lutheranum dogma prædicat, ipsam „ per se esse verissimam, facillimam, sui ipsius in- „ terpretem : & idcircò eandem Scripturam „ addiscendam esse per seipsam, & non esse „ opus ullis Doctorum aut Magistrorum inter- „ pretationibus, glossis, aut commentariis". Quàm verè istud dogma Lutheranis attribuat, facilè perspicitur ex dictis hìc superiùs cap. 51. §. 163. ubi ipsius hæresiarchæ Lutheri verba huc spectantia recitavimus. Subdit verò inferiùs ibidem de iisdem Lutheranis Driedo : "Cùm objicimus illis, sententiam scripturarum „ & expositionem omnium Ecclesiasticarum „ Traditionum quærendam esse secundùm an- „ tiquum Ecclesiæ statum, ubi est veritas disci- „ plinæ, & Christianæ fidei : jam mox in nos „ stomachantur, nihili faciunt Ecclesiam, reji- „ ciunt Patres, contemnunt omnia quæ nobis veneranda tradidit antiquitas". Sed quid ad hæc ipse ?" Non quibuslibet (subdit rursùs in- „ feriùs) Interpretibus & Magistris idcircò ad- „ hærendum est, quòd se jactent docere & ha- „ bere Apostolicæ fidei Symbolū, eadem Euan- „ gelia, easdem Scripturas, & se velle vivere &

E. Driedo l. 2. de Eccles. Dogmat. c. 3.

„ mori in vera Religione Christiana. Pelles „ ovium sunt Scripturæ Sacræ foris scriptæ in „ membranis, visibilia fidei Sacramenta, Chri- „ stiani nominis superficies foris apparentes, „ quas hæretici & falsi Prophetæ, intus lupi ra- „ paces, foris induunt: in quos Christus Pastor „ ovium, id est, verorum Prophetarum & Apo- „ stolorum omnium discipulorum Magister, „ futura prævidens, voluit nos esse præmuni- „ tos: *Attendite*, inquit, *à falsis Prophetis, qui ve-* „ *niunt ad vos in vestimentis ovium, intus autem sunt* „ *lupi rapaces.* Omnis hæresis sese palliare studet „ sub prætextu veri Euangelii, sub titulo no- „ minis Christiani, nec oboritur unquam hære- „ sis, nisi aut ex verarum Scripturarum falso in- „ tellectu, aut ex falsarum Scripturarum usu, „ quæ cùm non sint Christi recipiuntur ut do- „ ctrinæ Christi. Proinde vetustissimus ille Ter- „ tullianus docuit, Hæreticos NON ESSE ULLO „ PACTO ADMITTENDOS AD DISPUTATIO- „ NEM DE SCRIPTURIS SACRIS : tum quòd „ orthodoxis tantùm competat Scripturarum „ professio, tum quòd ex congressionibus illis plus est mali, quàm boni". Quibus ille præmissis subnectit varia in eam rem Tertulliani testimonia, quorum potissimum est à nobis superiùs descriptum c. 24. §. 81. & dispunctim perpensum c. 25. per totum. Quo testimonio recitato subdit ibidem inferiùs idem Driedo: "Hæc est „ Tertulliani doctrina, sine cujus lectione, „ Hieronymo teste, nec ipse Cyprianus ullum „ diem pertransisse legitur. Sed hìc mox occur- „ res dicturus : *Si non est cum hæreticis disputan-* „ *dum, quâ ratione Patres Ecclesiastici, Hieronymus,* „ *Augustinus, tot Voluminibus scriptis contra diver-* „ *sas hæreses cum hæreticis sunt congressi? Deinde cur* „ *& ipse Tertullianus cum hæreticis disputavit, &* „ *contra illos Volumina scripsit? Cur Paulus Apostolus* „ *invalescebat & confundebat Iudæos: & loquebatur* „ *cum Gentibus, & disputabat cum Græcis Act. 9.* „ Respondeo, Aliud esse pro Ecclesia contra „ hæreses seu doctrinas hæreticorum scribere, „ confutare errores & rationes eorum, argu- „ menta contra fidem facta pro Christi fideli- „ bus dissolvere, malignas Scripturarum inter- „ pretationes ab eis datas Ecclesiis manifestare; „ quemadmodùm fecere Ecclesiastici Patres in „ diversis Voluminibus contra hæreticos scri- „ ptis: Aliud verò, disputare cum hæreticis, „ præsertim coram plebe, & de Scripturis Sa- „ cris, quas malignis interpretationibus depra- „ vant: quod ut plurimùm non expedit neque „ ipsis hæreticis, quippe qui pertinaces sunt & „ superbâ animositate inflati, *Nec suasionibus*, ut „ inquit Bernardus, *flectuntur, quia subversi sunt;* „ *nec Ecclesiam Christi audiunt, quia illam apud se* „ *esse dicunt; neque authoritatibus corriguntur, quia* „ *non recipiunt* : neque ipsis audientibus, præ- „ sertim infirmis in fide, qui & facilè alior- „ sum sunt mobiles, quibus & plerunque hæreti-

Vide Tertul. lib. Præscrip. c. 4. & cent. Lyr. cap. 36 & seqq.

Mat. 7

Præscriptio.

Vide Bern. Serm. 6 Cantic.

„ hæreticorum rationes & malignæ Scripturarum interpretationes videntur Sanctis Catholicorum sententijs verisimiliores. Quamobrem frequentiùs plus mali inde provenit, quàm boni". Conferat Lector hanc Driedonis responsionem ijs quæ à nobis dicta sunt superiùs cap. 37. & tribus sequentibus. Animadvertat præterea Driedonem ista scripsisse ante condemnationem Lutheranæ hæreseos ab œcumenica Tridentina Synodo factam: siquidem ipse mortuus est anno 1535. adeòque decennio ante inchoatam Tridenti Synodum. Ex quo conijcere licebit, quantopere Lutheranorum inquietudini contradixisset, si Synodalem jam censuram vidisset.

CAPVT LXIV.

Prædictis tribus Academiæ Lovaniensis Theologis, ante Synodi Tridentinæ completionem defunctis, subnectuntur alij eâdem Synodo posteriores: inprimisque Iudocus Tiletanus, cuius elogia præmittuntur. Quantoperè à Carolo V. Imperatore is honoratus fuerit uti Rector Academicus. Eius Apologia pro Decretis Tridentinis adversùs Kemnitium. Varij Catholicorum conatus pro Lutheranorum reductione frustrà adhibiti recensentur ab ipso. Qualiter iam tractandi Lutherani iuxta ipsum?

VIII PRædictis tribus Academiæ Lovaniensis Theologis, ante Synodi Tridentinæ consummationem defunctis, addamus & alios aliquot Synodo posteriores. Quos inter inprimis occurrit Iudocus Ravesteyn Tiletanus. Hic ipse est, cui Rectoratum Academicum Anno 1545. gerenti *Carolus V. Cæsar Lovanij existens loco cessit, & latus texit*, prout in Descriptione Academiæ lib. 1. c. 6. memorat Nicolaus Vernulæus: & ante eum Iustus Lipsius in suo Lovanio lib. 3. cap. 3. licèt hic personam non exprimat, sed dignitatem duntaxat Rectoralem, ita scribens: *Aiunt Carolum V. Imperatorem illum verè Augustum, cùm fortè hic esset, loco cessisse, & latus Rectori texisse. Magna humanitas, si non debuit; magna, etiamsi debuit.* Extat ejusdem Tiletani Elogium à Miræo compositum, ubi sic legitur: " Plurimos sanè cujusvis Facultatis eruditos homines Flandria nostris „ temporibus protulit. Inter Theologos quidem *Iudocus Ravestenius* multis nominibus „ eminet. Is *Tileto* oppido, quod Provinciæ „ umbilicum ferè obtinet, oriundus, sacra „ studia in Maiori Theologorum Collegio „ Lovanij prosequens, ibidem diu œconomiam administravit. Doctoris Theologi titu„ lum adeptus, Collegij Hauterlæi Præses, „ & Academiæ curator seu Privilegiorum „ Conservator constituitur: honestis Sacerdo„ tijs, præpositurâ Walcuriensi in agro Gallo„ Brabantico, & Canonicâ dignitate Lovanij „ ornatus. Vir sanè eruditus, nec græcè igna„ rus; cujus summam vitæ integritatem, & „ prudentiam longo rerum usu partam, pecu„ liaris quædam morum gravitas magis commendabat, quæ in gestu, incessu, vultu, „ tota denique corporis constitutione, resplen„ dentibus veluti radijs, elucebat. Erat porrò „ sedulus in docendo, acris & vehemens in „ disputando, in consilijs dandis circumspe„ ctus & maturus. Theologicæ Scholæ splen„ dor, & Catholicæ Ecclesiæ incrementum „ inprimis illi curæ erant. Quo factum, ut „ hæreses Belgium infestantes acerrimè doctissimèque confutaret" &c. De eodem & Valerius Andreas in fastis Academicis: " Celebris nominis fuit Theologus (inquit) in hac „ nostra, & superiori Germania: jussu Caroli „ V. tum ad sacrum Concilium Tridentinum, „ tum ad Colloquium Wormaciense, missus: „ primusque & solus Flacci Illyrici, & aliorum „ Augustanæ Confessionis Ministrorum, qui „ in Ecclesiam Antverpiensem irrepserant, im„ piam doctrinam Scripto confutavit; Martini „ ad hæc Kemnitij Examen ac Censuram ad„ versùs Decreta Sacri Concilij Tridentini „ solidâ Defensione profligavit. Et porrò pro„ fligaturus erat, nisi Deus, dum reliquas „ Defensionis partes adornat, in medio conatu ex hac vita eum evocasset". Fasti Academici.

CCIX. Hujus *Defensionis* sive *Apologiæ* pro Decretis Synodi Tridentinæ adversùs Kemnitium, duas ille complevit partes; quarum prior prodijt Lovanij Anno 1568. posterior ibidem Anno 1570. quo & Author obijt die VII. Februarij. Priori parti præter præfationem ad lectorem præfixa est Epistola Dedicatoria ad Ducem Albanum, Belgij tunc pro Rege Catholico Gubernatorem, quæ Authoris mentem ac sententiam, de vitandis disputationibus ac Colloquijs cum Lutheranis jam syno-

ſynodaliter damnatis, luculentiſſimè exprimit,
ita incipiens: G. Difficillimis hiſce & pertur-
„ batiſſimis temporibus, ſæpè ac multùm de-
„ liberatum eſt, quanam ratione diſſidium in
„ Religione componi poſſet. Ac principiò
„ viſum eſt Catholicis Principibus, & ſapien-
„ tibus quibuſdam Viris conſultum, ut indi-
„ cerentur mutua inter partes diſſidentes COL-
„ LOQVIA, CONGRESSVS, ſeu COLLATIONES;
„ atque experimentum ſumeretur, num per
„ amicas & benignas Collationes poſſent au-
„ thores diſſidiorum ad ſinceram & veram
„ doctrinam, & ad concordiam revocari.
„ Verùm poſt Congreſſus & Colloquia ſæpe
„ etiam repetita, tandem COMPERTVM EST,
„ veriſſimè & graviſſimè Tertullianum, qui
„ cum admodùm multis hæreticis conflictatus
„ eſt, ſcripſiſſe: inutilem eſſe catholicorum
„ congreſſum & diſputationem cum hæreticis:
„ quia, cùm præter Scripturam divinam nihil
„ ſuſcipiant, eam tamen aut non integram ſuſ-
„ cipiunt, aut eam quam ſuſcipiunt perver-
„ ſis interpretationibus pertinaci animoſitate
depravant". Et ſubjunctis in hanc rem verbis
Tertulliani, ſuperiùs cap. 24. §. 81. deſcrip-
tis, ſubinfert inferiùs ibidem Tiletanus: " Er-
„ go non ad Scripturas provocandum eſt, nec
„ in his conſtituendum certamen: quibus aut
„ nulla, aut incerta victoria eſt, aut parum
„ certa. Præſcriptione itaque antiquitatis,
„ non diſputatione convincendi & expugnan-
„ di ſunt hæretici. Vnde Theodoſio Impera-
„ tori perquirenti conſilium', quo tolli poſ-
„ ſent ſchiſmata, & extirpari hæreſes', reſpon-
„ diſſe ſcribit Socrates lib. 9. Hiſt. Tripart.
„ cap. 19. Siſinnium: *Quòd diſputatio non ſolùm*
„ *Schiſmata non uniret, ſed etiam hæreſes ad maio-*
„ *res contentiones adduceret: ſed conſulendam eſſe*
„ *doctrinam & Traditionem Veterum Patrum &*
„ *Doctorum, qui ante exorta Schiſmata & hæreſes*
„ *inſtituiſſent & gubernaſſent Eccleſias, & in ea*
„ *doctrina acquieſcendum eſſe.* Itaque fruſtrà ad-
„ hibitis Colloquijs & Collationibus, deinceps
„ tentatum eſt, num poſſent in Comitijs Prin-
„ cipum Imperij, diſſidia, Schiſmata, & hæ-
„ reſes tolli, & concordia, pax, atque con-
„ ſenſus doctrinæ reſtitui: Sed quàmlibet æ-
„ quis conditionibus & moderationibus pro-
„ poſitis, quæ modò catholicæ Religioni
„ congruerent, nihil, ob pervicaciam hæreti-
„ corum, in eis effici & impetrari potuit. Et
„ ſanè ad dirimendas & tollendas controver-
„ ſias Religionis, quæ in quæſtionem & diſ-
„ ceptationem partium venerunt, non Impe-
„ rialia & ſæcularia tribunalia inſtituta ſunt;
„ ſed ad Eccleſiaſtica judicia, Eccleſiaſtico-
„ rum negotiorum cognitio & tractatio pro-
„ priè pertinet. Nec moderationes, quæ pu-
„ blicæ pacis ac tranquillitatis causâ in civili-
„ bus & politicis negotiis aliquando per Prin-
„ cipes ſæculares ritè conſtituuntur, admittit
„ fides & Religio, ſemel à Chriſto & ab Apo-
„ ſtolis Eccleſiæ tradita. Quod eruditè & gra-
„ viter in Epiſtola ad Valentinianum junio-
„ rem Imperatorem, quem, ut litem dirime-
„ ret inter Catholicos & Arianos, ad ſe vocaſ-
„ ſet de fide litigantes, magnâ libertate coar-
„ guit Ambroſius quòd eam provinciam Im-
„ peratoriâ poteſtate uſurpare præſumeret. Et
„ celebris eſt illa Magni Baſilij ſententia, quâ
„ Imperatoris Valentis Præfecto, monenti,
„ *ut tempori pareret, & non tot Eccleſias propter par-*
„ *vam dogmatum ſubtilitatem vexari pateretur*:
„ & promittenti, *ſi id faceret, Imperatoriam*
„ *amicitiam, multaque beneficia*: Sanctiſſimus E-
„ piſcopus reſpondit: *Adoleſcentibus hæc verba*
„ *congruere: at qui divinis nutriti ſunt Eloquijs, cor-*
„ *rumpere de divinis dogmatibus ne unam quidem*
„ *ſyllabam patiuntur; ſed pro his, etiam omnes mor-*
„ *tis ſpecies amplectuntur.* Nec minùs celebris
„ eſt illa D. Chriſoſt. ſententia: *Si verò alicubi*
„ *pietatem labefactari videris, ne præponas concor-*
„ *diam veritati, ſed generosè perſiſtas ad mortem*
„ *uſque.*

G. Iudocus Tiletan. Epiſt. nuncupator. Apolog. pro Decretis Triden. cont. Kemnitium.

Socrates.

Vide Ambroſ. l. 5. Epiſt. 32. & Orat. ad Auxentium de Baſilicis tradendis & Epiſt. 33. ad Marcellinã Sororem.

Vide Theodoret. l. 4. Hiſtor. Eccleſ. c. 16.

Vide Chryſoſt. Homil. 22. in Epiſt. ad Roman.

„ CCX. Jam quando nec per colloquia ſeu
„ Collationes, nec per Principum Comitia
„ ſeu Conventus, pacem & conſenſum Reli-
„ gionis poſſe reſtitui CERTISSIMO COMPER-
„ TVM FVIT: deliberatum eſt num per Con-
„ cilium Nationale poſſit exorta de Religione
„ controverſia dirimi & tolli, quando œcu-
„ menicum Conciliũ tam ægrè coire & abſol-
„ vi poſſe videretur. Et cùm illud diſſenſio-
„ nis authores & pacis perturbatores magnâ
„ contentione & ſtudio expeterent ac urge-
„ rent, rectè & ſapienter catholici cenſuerunt,
„ Nationale Concilium neque ſincero ſtudio
„ ab Adverſarijs expeti, neque etiam alioqui
„ ad Religionis & doctrinæ conciliationem
„ conſtituendam, idoneum & ſufficiens eſſe;
„ præſertim quando Nationale Concilium,
„ excluſâ ſummi totius Eccleſiæ Paſtoris au-
„ thoritate, ab Adverſarijs flagitaretur. Con-
„ ſtat quidem in veteri Eccleſia ſæpenumerò
„ provincialia & Nationalia Concilia coacta
„ eſſe, ut collapſa diſciplina Eccleſiaſtica inſtau-
„ raretur, mores reformarentur, negligentia
„ emendaretur, & tollerentur abuſus: atque
„ etiam non rarò ut hæreſes manifeſtarentur
„ & damnarentur, præſertim quarum erat
„ manifeſta & aperta pernicies: *Non enim*, ut
„ eruditè ſcripſit doctiſſimus Auguſtinus,
„ *congregatione Synodi ex Oriente & Occidente opus*
„ *erat, ad apertam Pelagianorum perniciem dam-*
„ *nandam; cùm potiùs rariſſimæ exiſtant hæreſes,*
„ *propter quas talis neceßitas exiſtat. Plurimas enim*
„ *ubi extiterunt, illic rectè improbatas, damnataſ-*
„ *que eſſe, atque inde per cæteras terras innotuiſſe*
„ *devitandas.* Verùm quæcunque ſeu Provinci-
„ alia ſeu Nationalia unquam Concilia habita
ſunt

Vide Aug. l. 4. ad Bonif. cap. 12. Vide hic ſuprà cap. 21. §. 71.

„ sunt in Ecclesia, sine authoritate Sedis Apo-„ stolicæ, aut certè sine ejus approbatione & „ confirmatione, magis Schismata & divul-„ sionem Ecclesiarum, quàm pacem & con-„ sensum pepererunt: nec in Ecclesia fidem „ obtinere potuerunt. Et sanè quando quæ-„ stiones & controversiæ de Religione, per „ plures Christiani Orbis Nationes dissemina-„ tæ sunt, per Judicium & Censuram unius „ alicujus Nationis non commodè & sufficien-„ ter tolli possunt.

„ CCXI. Tandem igitur, frustrà tenta-„ tis superioribus consiliis & remediis, ad „ Concilium œcumenicum & plenarium (*cu-„ ius*, ut graviter dixit Augustinus, *saluber-„ rima est in Ecclesia authoritas*: & cui, tanquam „ Sacrosanctæ, nemo, qui Catholicus habe-„ ri vellet, contradicere auderet) quod diu „ & multùm expetitum, desideratum, & fla-„ gitatum erat ab utraque dissidentium parte, „ tanquam ad unicum asylum, & sacram flu-„ ctuantis & gravi tempestate jactatæ Petri „ naviculæ anchoram & fidam stationem „ (quanquam id fieri sine gravi sumptu, la-„ bore, & sudore non posset) confugiendum „ esse, perspectum est. Itaque per legitimam „ Apostolicæ Sedis authoritatem, & catholi-„ corum Principum consensum, approbatio-„ nem, & etiam expetitionem, & flagitatio-„ nem, coactum est, & tandem, post multos „ labores ac sudores, Spiritus Christi opitu-„ latione & auspiciis, absolutum est œcume-„ nicum Concilium: ac de controversiis & „ quæstionibus antea exortis, quibus pax & „ concordia Ecclesiæ scindebatur, sententia „ aperta & manifesta pronunciata & dicta est. „ Sed sanè (quod summopere exspectabatur, „ desiderabatur, & optabatur ab omnibus „ piis, atque adeò toto Orbe Christiano) „ dissensiones & hæreses, schismata & con-„ tentiones, adeò sublata non sunt, ut ma-„ jor potiùs dilaceratio, divulsio, & distra-„ ctio Ecclesiarum, & veræ ac catholicæ do-„ ctrinæ acrior oppugnatio consecuta sit. Et-„ enim qui contra se pronuntiatam sententiam „ cernunt, ipsam Spiritus Sancti & Concilii „ universalis sententiam non modò cavillari „ ac suggillare, sed superbissimâ arrogantiâ, „ & sceleratissimâ malitiâ irridere & conculca-„ re nihil verentur: luculentissimè declaran-„ tes, & planè demonstrantes, se nunquam „ sincero sinceræ veritatis studio, Concilii „ œcumenici Judicium & Censuram expeti-„ visse: sed, quod de Pelagianis olim scri-„ psit Augustinus, *Hanc gloriam captasse, ut „ propter ipsos totius Orbis Synodus congregaretur.* „ Et quia veritati jam satis manifestatæ no-„ lunt acquiescere, sed potiùs in pravâ suâ „ sententiâ pertinacissimè perseverare eligunt, „ & sacrilego ac nefario schismate se studiosè „ ab Ecclesia Christi separant, *mittit illis Deus „ operationem erroris*, seu efficacem illusionem, „ *ut credant mendacio*, & pereant, *eò quod cha-„ ritatem veritatis recipere noluerunt.* Itaque per-„ tinacissimâ animositate tandem excæcati, & „ *in sensum reprobum traditi*, semper in pejus „ proficiunt, & meretriciâ fronte & impu-„ dentiâ universam ferè christianam doctri-„ nam & Religionem evertere, & de calice „ erroris sui omnibus Regnis propinare solli-„ citè student. Scribit Vincentius Lyrinensis, „ antiquum illum hæreticum *Nestorium*, *ut „ uni hæresi suæ aditum patefaceret, & fidem con-„ ciliaret, cunctarum aliarum hæreseon blasphemias „ insectatum esse*: scilicet, alioquin ab Audito-„ ribus explodendum, si antiquas & priùs „ damnatas ac sepultas hæreses ab eo revocari „ intelligerent. At nunc (incredibile dictu) „ cùm pertinacissimi nostri sæculi hæretici „ nullum ferè dogma Religionis integrum & „ inviolatum relinquant, & propalam pluri-„ mas damnatas & anathematizatas hæreses re-„ suscitent, defendant, & tueantur; instabi-„ lis populus Christianus eis audientiam præ-„ bet, fidem accommodat, & de aureo sedu-„ ctricis Babylonis calice libenter, studiosè, „ & avidè bibit. Hæc cùm ita sint, quid su-„ perest, quod Catholici rectè & utiliter cum „ pertinacissimis hæreticis, post concilii œcu-„ menici, hoc est, totius Orbis Christiani, „ Judicium & sententiam, agere & transige-„ re possint? Certè id unum, quod scribit de „ Pelagianis Augustinus: *Orbem*, inquiens, „ *Catholicum, quoniam Domino eis resistente per-„ vertere nequeunt, saltem commovere conantur: „ cùm potius vigilantiâ Pastorali & diligentiâ, post „ factum illis competens sufficiensque Iudicium, ubi-„ cunque isti lupi apparuerint, conterendi sint; sive „ ut sanentur atque mutentur, sive ut ab aliorum „ salute atque integritate vitentur, adiuvante Pasto-„ re Pastorum Christo.* Et rursùs alibi, cùm Pe-„ lagiani ad novas Collationes provocarent, „ post Episcoporum Sententiam: *Vestra*, in-„ quit, *apud competens Iudicium communium Epis-„ coporum causa modò finita est. Nec amplius vo-„ biscum agendum est, quantum ad ius examinis „ vestræ doctrinæ pertinet, nisi ut prolatam sen-„ tentiam cum pace sequamini. Quod si nolueritis, à „ turbulenta vel insidiosa inquietudine cohibeamini. „ Vobisque sufficiat, quòd vos Ecclesia Catholica & „ maternâ lenitate sustinuit, & Iudiciariâ severi-„ tate, vel potiùs medicinali necessitate damna-„ vit*".

Marginal notes: Vide Aug. Epist. 118. § 5. — 2. Thess. 2. 10. — Rom. 1. 28. — Vide Lyrin. cap. 16. — Vide Aug. l. 4. ad Bonif. c. 12. — Vide Aug. l. 4. ad Bonif. c. 12. Vide supra hic c. 21. § 71. — Vide l. 3. cont. Iulian. c. 1. Vide supra hic c. 21. § 71.

CAPUT

CAPUT LXV.

Proferuntur in eandem rem suffragia Guilielmi Lindani *Episcopi Ruremundensis & Gandensis*, Henrici Gravii, & Guilielmi Estii *Cancellarii Duacensis. Ac tandem concluditur postremus iste cardo repellendi Lutheranos à publicis disputationibus.*

CCXII. Tiletano in hac testium classe succedat Guilielmus Lindanus, Ruremundensium primus, & Gandensium secundus Episcopus: [H] Vir (teste Baronio) non „tantùm omnis generis litterarum eruditione „clarissimus, verùm etiam egregii Confesso„ris fidei nobilitatus insignibus: quippe qui „exilia, proscriptiones, ærumnas incredibi„les, ac mortes penè frequentes, inconcusso „robore, fidei causâ sustinuit. Quem tot „victoriis auctum, ac majora conantem, hisce diebus Romæ videre meruimus". De eodem & Miræus in Elogiis: [I] Non actione „solùm (inquit) sed & Scriptis, ut Symbo„lo præferebat, *Prælia Domini præliatus est.* Scri„psit enim *Dubitantium Dialogum* de origine „Sectarum hujus sæculi, *Panopliam Euangeli„cam: De optimo genere sacras literas interpre„tandi*; aliaque plurima, stylo heroico ac gra„vitate pleno. Creatis eâ tempestate per Bel„gium Episcopis, primus apud Geldros Ru„remundæ ad Mosam fluvium Antistes re„nuntiatur: sed crescente indies Calviniano„rum turbâ, Regiumque imperium, pro „turbulento Sectæ ingenio, exuente, in exi„lium actus Romam ad Gregorium XIII. „Pontificem Maximum se contulit: A QUO „IN PURPURATORUM PATRUM SENATU „CORAM LAUDATUS, pôst cum ejus Inter„nuntio ad Regem in Hispaniam proficisci„tur. Ab illo humaniter, ut à Rege verè Ca„tholico fieri amabat, acceptus, cùm domui„tionem parat, nec opinanti Rex sponte pro„misit, Theologos se Lovanii Grudiorum, „& Duaci Catuacorum liberaliter, ut Ecclesiæ alumnos educaturum". Præter Opuscula hujus Viri mox ex Miræo commemorata extat egregium ejus volumen, inscriptum: *Apologeticum ad Germanos, pro Religionis Catholicæ pace, atque solida Ecclesiarum in vero Christi Iesu Euangelio concordia.* In hujus Voluminis Præfatione, Maximiliano 2. Cæsari nuncupatâ, postquam varios modos farciendæ concordiæ memorasset, & improbasset: [K] Ecquænam igitur „(subdit) tandem tibi superesse videtur con„cordiæ istius farciendæ ratio? Colloquijs „variâ jam pridem famâ, tanto pacis studio, „indictis, quidnam promoverit Diva Augu„storum Caroli & Ferdinandi Pietas, notius „est, quàm ut sit commemorandum. PUBLI„CIS DISPUTATIONIBUS MULTO MINUS „RES CONFICIATUR, quòd citra Arbitro„rum potestatem fuerit partes conciliare". Rursùs in Præfatione præfixa Orationibus Theologicis Ruardi Tapperi abs se editis, ita in hanc rem alloquitur Rudolphum 2. Cæsarem: "Inter omnes Romani Imperij curas, Sacræ „Cæsareæ Majestati Tuæ divinitùs creditas, „nulla est, quæ te, Cæsar Auguste, magis „sollicitum tenere debeat, nulla quæ magis „sollicitiùs habere anxium, quàm serium in„staurandæ quamprimùm Apostolicæ Christi „Religionis studium, & cura citò pacandæ „atque in concordiam revocandæ miseræ tuæ „Germaniæ, tot nunc immanibus impiarum, „prô dolor, hæreseon Sectis dissectæ, tot fe„ralibus schismatibus dilaniatæ, tot factio„nibus funestissimis dissipatæ, atque lupo„rum verè *Euangelicorum* rabido furore tantùm „non eviscceratæ. Hanc ad rem feliciter, at„que uti sedula Principis Christiani functio „postulat, conficiendam, nihil ita profuerit, „quàm hujus mali (quo nunc Germania non „modò laborat, sed misera etiam majori ex „parte ruit, collapsa concidit, eversa exta„bescit, perit, interit) & originem nosse, & „remedia illi dudum per Tuos avos Augu„stos, majori verè pietatis studio, quàm so„lido Ecclesiæ Christi fructu, aut salutari no„stræ Reip. usu adhibita, tenere perspecta. „Nam si frustrà tantos per Viros fuere ten„tata, & Religionis conciliandæ, & Reip. „tranquillandæ causâ, tum Comitia pluri„ma, tum Colloquia Doctorum utriusque „Partis Virorum, varia: quorsum temerè, ne „dicam stultè, in eundem sæpiùs impingimus „lapidem? Cur ad inefficacia, imò verè no„xia curandæ, sanandæque Reip. confugi„mus remedia, hactenus inutiliter, nescio „an damnosè, certèque causæ nostræ detri„mento, adhibita? Præclarè namque Sysin„nius ille, Agellii Episcopi Diaconus, Ne„ctorio Constantinopolitano, consilii „causâ à Theodosio Augusto, de tollen„da hæreseon sui temporis plurimarum dis„cordiâ

[H] H. Baron. in Notis Martyrolog. die 22. Septemb.

[I] I. Miræus Decade 1. Elogiorum cap. 6.

[K] K. Lindanus in Præfat. Apologetici Part. 1.

„ cordiâ, & reddendâ Religioni Catholicæ „ concordiâ rogato, respondet: *Disputationes de „ fidei dogmatibus adeò schismata Ecclesiæ non re- „ conciliare, atque concordiam sarcire, ut hære- „ ticos præterea magis ad contentionem accendant.* „ Quod non solùm in Arianismo, variis disci- „ pulorum inter se, ut nunc *Confessionistarum*, „ diffidentium dissidiis discisso, profligando, „ Catholicis usu venit: sed in posterioribus „ etiam Ecclesiæ tempestatibus, quando ali- „ qua nova emersit doctrina; sicuti *Palladius* „ in Concilio Aquileiensi, & Eutyches in „ Chalcedonensi, & alii alibi, suis exemplis „ declararunt: ut modò de Colloquio illo „ Wormaciensi nihil dicamus, ad quod à Fer- „ dinando I. Augusto, Avo tuo, Dilingâ lit- „ teris vocatus, malui alios meum tenere lo- „ cum, quàm frustrà (quod ánimus mihi præ- „ sagiebat; quemadmodùm tunc significavi „ per litteras singulari non minùs pietate quàm „ doctrinâ venerabili D. Petro Canisio) tem- „ pus illic terere, aut LIGNEAM, quod dici- „ tur, SERRAM TEMERE DIUTIUS TRAHERE. „ Quod & illic; & aliis in Colloquiis, & Di- „ sputationibus tam variis per Germaniam pro „ solidâ Religionis concordiâ habitis, prô do- lor, evenisse videmus".

CCXIII. Lindano jungatur Henricus Gravius, Lovaniensis non solùm Doctor, sed & civis, in cujus Elogio apud Aubertum Miræum hęc inter alia leguntur: [L] „ Lovaniensium Theo- „ logorum doctrinam & fidem coràm in A- „ driano VI. Alberto Pighio, Guilielmo Lin- „ dano, aliisque; & Tridenti in tot Illustribus „ Viris ab Academia ad Synodum missis; Ro- „ mana Sedes non semel experta est. Neque „ ignotum id esse potuit Sixto V. Pontifici „ Maximo, acri ingeniorum æstimatori, qui „ Bibliothecæ Vaticanæ, Pontificioque Ty- „ pographeio præficiendum, Lovanio *Hen- „ ricum Gravium* Doctorem Theologum evo- „ cavit; ut quem parentis sui Bartholomæi „ Typographi exactissimi diligentiâ ac fide „ æmulum futurum confideret. Romam ita- „ que ut venit, Gregorio XIV. Pontifici „ Maximo (Sixtus jam obierat) mirificè se „ probavit; gratusque Borromæo, Carafæ, „ Columnæ, Cusano, aliisque Cardinali- „ bus extitit. Cum Cæsare Baronio quoque, il- „ lustri illo Ecclesiasticæ antiquitatis Præcone, „ ut acri vir judicio, atque in SS. Patrum „ Scriptis diu multumque versatus, perfamilia- „ riter contulit. Septimum namque B. Augu- „ stini Tomum, qui de hæresibus est, post Mar- „ tinum Lipsium, Notis jam anteà illustrarat". &c. Clausit ille diem suum Romæ, quinto postquam eò appulerat Mense. Tumulum ei erexit præfatus Baronius, Epitaphiumque inscripsit: *Henrico Gravio, eximiæ pietatis spectatæq; eruditionis Viro: quem post quatuor lustrorum in florentissima Lovaniensi Academia S. Theologiæ publicam Professionem Sixtus V. Pont. Max. insignis eruditionis ergo Romam evocavit, Gregorius XIV. in Pontificiam Aulam excepit: sed amplioribus honoribus dignum Christus in cælum evexit.* De ejus obitu Academiam Lovaniensem idem Baronius certiorem reddidit, litteris in eam rem exaratis, hujus tenoris: *Vix digitis inhæret calamus præ dolore, quo affectus est animus, & hebetatum est corpus amissione Clarissimi Viri Domini Henrici Gravij: quem anhelantem ad cælestem Patriam, invitum retinere in hac vitâ nullatenus potuimus; licet in hoc plurimum studij atque officij impenderimus. Vix credi potest quantū mœroris eruditi quique ac probi Viri in Urbe conceperint: Iam degustaverant egregiam ipsius eruditionem & sinceram morum probitatem. In pluribus Comitijs de nonnullis Ecclesiasticis controversiis, summæ peritiæ specimen edidit; quam ob causam cunctis admirationi ac venerationi pariter esse cœpit. Coluit eum inter Ill.mos ac R.mos Cardinales; vitâ, moribus, & eruditione præclarus Cardinalis Borromæus: Columna etiam, Cusanus, & alij complures eum omni officio prosecuti sunt. Ego autem indignus inter tales adnumerari, præ omnibus (dicam audacter) amplexus sum Virum, & instar Ionathæ cum Davide conglutinata est anima mea cum anima illius: adeòque tenaci vinculo, ut nec mors ipsa, quæ solvit omnia, valuerit me ab eo separare. Versatur assiduè veneranda eius imago in mente mea: sonitus verborum eius adhuc in auribus meis personat. Repeto frequenter illud: O quando, GRAVI, tecum Christo perfruar? Sed quid in his versor? Luctum iterum provoco, & vos, quos solari debeo, acerbiori dolore conficio; tanti iactura Viri. Unum illud sic habetote, Patres Amantissimi; me ardentiore requirere studio in Vobis, quod iam possidebam in Gravio. Recipite me & connumerate inter Collegas vestros: accipite inter amicos Baronium vestrum, licet doctrinâ longè imparem, amore tamen nulli secundum. Sint huius optatissimæ coniunctionis nexus digna merita Gravij. Valete, mihiq; hæc non sine lachrymis scribenti ignoscite. Romæ 3. Nonas Aprilis 1591. DD. VV. Servus, Discipulus, & si quis ero Amicus. Cæsar Baronius.* Iam videamus quid Gravius ille tantopere deprædicatus, de Lutheranorum inquietudine, ac disputandi prurigine, post latam in œcumenica Tridentina Synodo finalem in eos sententiam, censuerit. Is igitur in Notis super Tomo 7. Augustini, ad caput 12. libri 4. ad Bonifacium: ubi Augustinus refert Pelagianos pridem rite damnatos, tametsi non ab aliqua Synodo œcumenica, non acquiescere damnationi, sed flagitare ulteriorem dogmatum suorum discussionem, sic scribit: [M] „ Eodem „ exemplo & nostri temporis hæretici ad uni- „ versalem olim Synodum à Pontifice appella- „ runt: quæ cùm sit nuper Tridenti peracta, nec „ finitâ jam causâ litem, erroremq; suum finire volunt". Recolat Lector quæ super hac

[L] Miræus Decade 3. Elogiorum cap. 5.

[M] Henric. Gravius in Notis ad caput 12. lib. 4. ad Bonif.

Baronius.

comparatione Lutheranorum cum Pelagianis scripsimus superiùs cap.21.§.71. Ejusdem quoque Gravii putatur esse marginalis illa Nota ad caput primum Libri 3. Augustini adversùs Julianum: *Non est de totius Ecclesiæ causa adversùs hæreticos tanquam per monomachiam à quoquam decertandum.*

CCXIV. Agmen claudat Guilielmus Estius ex Doctore Lovaniensi Cancellarius & Professor Regius Academiæ Duacensis: qui sententiam suam de Catholicorum disputationibus adversùs hæreticos legitimè semel ab Ecclesia

N. Estius Orat. 9. Theologica. damnatos, hisce verbis expressit:N. Lex divina „certum instituit judicium, quo controversiæ „semel terminatæ, rursùs ad examen revocari

Eph.4.14. „non possent: *Ne*, sicut Apostolus ait, *semper simus velut parvuli fluctuantes, & circumferamur* „*omni vento doctrinæ*: *Ne simus*, sicut idem Apostolus

1.Tim. 6.4. „lus ad Timotheum scribit, *nihil scientes, sed* „*semper languentes circa quæstiones, & pugnas verborum*:

2.Tim.3.7. „*borum*: *Neve*, quod ad eundem, *semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis pervenientes.*

„*entes.* Hoc enim verissimè in eos competere, qui „nec inquirendi, nec dubitandi, nec disputandi „finem faciunt, nec in ullo judicio acquiescunt, nisi quod ipsi privatâ sumunt authoritate, quis non videat? Porrò judicium illud „certum, quod controversijs fidei dirimendis „instituit Lex divina, non aliud est quàm judicium Ecclesiæ Catholicæ, sive per supremum „Ecclesiæ Pastorem & Judicem Romanum „Pontificem, prolatum, sive in Concilijs approbatis expressum, sive ex unanimi & consentiente SS. Patrum doctrinâ, velut diversorum „Judicum sententiis in unum idemq; Decretum conspirantibus, acceptum. Quos utique „tres modos certæ definitæq; sententiæ, in omni quæstione fidei ac morum, omnis Antiquitas agnovit. Quare, si etiam in rebus humanis „ac negotijs sæcularibus observandum est quod

Eccli.8.17. „generaliter præcipit Sapiens, dum ait: *Non iudices contra Iudicem, quoniam secundùm quod iustum est iudicat:* quanto minùs contra Ecclesiã, „rerum spiritalium Judicem à Christo constitutam, judicare fas erit? quoniam multò magis illa *secundùm quod iustum est iudicat.* Hæc

1.Tim.3.15. Mat. 16.18. „enim, Apostolo testificante, *Columna est & firmamentum veritatis.* Hæc à Domino *supra petram ædificata*, tantâq; soliditate fundata est, „ut *portæ Inferi nunquam adversùs eam sint prævaliture.* De hac præceptum habemus à Do-

Mat.18.17. „mino, ut *qui eam non audierit, sit nobis sicut Ethnicus & publicanus.* Quamobrem, ne „semel ab Ecclesiâ judicata ac definita fidei dogmata, deinceps ullâ DISPUTANDI temeritate convellerentur, non „solùm PATRES docuerunt, PONTIFICES decreverunt, CONCILIA statuerunt, verùm etiam pijssimi IMPERATORES „sanxerunt. Neque id modò, quòd perspice„rent ejusmodi temeritatem paci Ecclesiæ, „quam procurare & conservare tenentur, esse „vehementer inimicam, sed quòd etiam intel„ligerent contrariam esse Legi divinæ, Chri„stique promissis: quibus ita confirmata est „Ecclesiæ judicatoria potestas, ut à veritate „fidei aberrare non possit: ut proinde impium „sit, ejus judicium vel contemnere, vel ab eo „provocare. Hanc igitur regulam si secuti „fuerimus, uti profectò debemus omnes quot„quot Christiani & Catholici dici volumus, „jam certè facillimum cuique erit, animo „complecti ac reputare secum, quid de tam „multis toto hoc nostro sæculo subortis no„vorum Dogmatistarum opinionibus, apud „se statuere debeat". Hæc ibi Estius, qui in sepulchrali inscriptione meruit appellari, *Pietatis, Doctrinæ, Modestiæ, Beneficentiæ speculum*: & cujus effigiei subscripti visuntur hi versus: *Quicunque effigiem Guilielmi conspicis Estj: Estj, qui una fuit gloria Theologon: Relligio, Virtus, Doctrina, Modestia morum, Hæc uno intuitu conspicienda patent.*

CCXV. Tantâ igitur circumfusi nube testium, securè concludere possumus, Non esse cum Lutheranis certamen doctrinale ineundum; sed inviolabilibus Ecclesiæ Decretis ac Sanctionibus in eos conditis insistendum. Si enim ab his semel fuerit recessum, si vel unum horum in dubium fuerit revocatum, aut iteratæ discussioni subjectum; nullum profectò etiam in reliquis supererit authoritatis momentum: atque ita Adversarii ante initum certamen clamabunt triumphum, ante instructam aciem jactabunt victoriam. Nam si Oecumenica Synodus, universalem Ecclesiam repræsentans, errare in aliquo fidei dogmate possit, recessit ab ea Spiritus Christi, prævaluerunt adversùs eam portæ Inferi; & facta est discipula erroris, quæ putabatur magistra veritatis: O. Detestandum ergo nobis est (ut Papæ Leo- O.Leo Epist.78 c. 2. vide supra hic cap. 13 §. 94.

„nis verba resumam) perseveranterque vitan„dum quod fraus hæretica nititur obtinere; „nec in aliquam disceptationem piè & plenè „definita revocanda sunt: ne ad arbitrium „damnatorum IPSI DE HIS VIDEAMVR AMBIGERE, quæ manifestum est, per omnia Propheticis & Euangelicis & Apostolicis authoritatibus consonare. Unde si qui sunt, qui ab „his quæ cælitùs sunt constituta dissentiunt, „suis opinionibus relinquantur; & ab unitate „Ecclesiæ, cum ea, quam elegêre, perversitate discedant. Nam nullo modo fieri potest, ut qui divinis audent contradicere Sacramentis, aliquâ nobis communione „socientur. Jactant se in sui eloquii vanitate, & de argumentationum suarum versutia, „quæ inimica est fidei, glorientur. Nobis placet Apostolicis obedire præceptis, dicentibus:

„*Videte, ne quis vos decipiat per Philosophiam, & ma-* Col.2.8

„ *& inanem seductionem hominum.* Nam secun-
Gal. 2. 18. „ dùm eundem Apostolum', *Si quæ destruxi hæc ædifico, prævaricatorem me constituo*". Hæc quidem ille de Eutychianis, Synodo Chalcedonensi obstrepentibus, ejusque Decreta revideri retractarique poscentibus: sed nihilo profectò minùs militant in Lutheranis, Tridentinam Synodum blasphemantibus, ejusque Decreta ac Canones disputationi jam subjici flagitantibus; Omnia insuper legitima Theologicarum disputationum principia amputantibus; damnatos olim errores ex Orco resuscitantibus; Colloquiorum hactenùs frequentiâ non in melius unquam, sed in pejus semper proficientibus; aures suas more aspidum veritati obturantibus. Dicamus ergo nos de eis, vel saltem de eorum Magistris ad disputationem publicam Catholicos provocantibus, quod Augustinus olim dicebat de Donatistis similiter insolescentibus, & Ecclesiam inquietantibus: P. Utinam quæ hactenùs dicta ac „ deducta sunt aliquando cogitent, vel serò „ cogitent, vel detumescente animositate „ cogitent: ad se redeant, se interrogent, se „ discutiant, sibi respondeant; pro veritate „ non timeant eos, quibus falsitatem diutissimè „ vendiderunt: Ipsos enim timent offendere: „ erubescunt humanæ infirmitati, & non erubescunt invictissimæ veritati. Utique hoc „ timent, ne dicatur eis: *Quare ergo nos decepisti? Quare nos seduxisti? Quare tanta mala* „ *& falsa dixisti?* Respondere deberent, si „ Deum timerent: *Humanum fuit errare; diabolicum est, per animositatem in errore manere.* „ *Melius quidem erat, si nunquam erraremus: sed* „ *quod secundum est faciamus, ut errorem aliquandò* „ *emendemus. Decepimus, quia decepti eramus:* „ *falsa prædicavimus, quia prædicantibus falsa* „ *credidimus.* Dicant suis: *Simul erravimus, simul* „ *ab errore recedamus: Duces vobis fuimus ad foveam, & secuti estis cùm duceremus ad foveam;* „ *& nos nunc sequimini cùm ducimus ad Ecclesiam.* „ Possent ista dicere, indignantibus dicerent: „ iratis dicerent: sed aliquando & illi deponerent indignationem, amarent vel serò veritatem".

P. August. ep. 22. de Verb. Apost. c. 10.

CAPUT LXVI.

Transitus ad postremam hujus Operis partem, quâ exhibetur & refellitur provocatorius* Confessionistarum *libellus, Comitiis Imperialibus superiori Anno porrectus: cujus occasione labor hujus Scriptionis fuit susceptus.

CCXVI. IUxta ordinem cap. 22. §. 74. præstitutum, superest repræsentandus & refutandus *Confessionistarum* libellus provocatorius, Comitiis Imperialibus superiori Anno exhibitus. Hunc quippe ordinem mihi prosequendum ibi præstitui, ut *Primò generaliter de disputationibus cum hæreticis tractarem, & quatenùs eæ licitæ sint, aut illicitæ, indagarem: Secundò particulariùs ad Lutheranos descenderem, & peculiares rationes vitandarum cum eis disputationum proferrem: Tertiò denique nuperrum* CONFESSIONISTARVM *libellum Comitijs Imperialibus porrectum repræsentarem, & insulsitatem atque inacceptabilitatem conditionum in eo præscriptarum demonstrarem.* Horum trium primum præstiti, à capite illo 22. usque ad 40. inclusivè: Secundùm exinde usque ad præsens caput exclusivè: tertium præstiturus hoc & sequentibus capitibus usque ad finalem totius Operis Epilogum sive Conclusionem. Tanto autem succinctior ac compendiosior futura est postrema hæc Operis portio, quanto plura eam concernentia fuerant in superioribus dicta ac deducta. His enim recurrentibus vitabimus repetitionem, contenti remissione. Tenor igitur præmemorati libelli provocatorii est hujusmodi:

QVID CCXVII.

DE RELIGIONE
IN COMITIIS GERMANORVM
PRÆCIPUE CONSIDERANDUM ET CONSULENDUM?

Impressum Anno 1655.

1. QUum Germani abeant in factiones, & alii à Papa Romano dependeant, alii eundem non solùm variorum in Religione abusuum, sed & affectatæ in Ecclesiam Christi & in Reges atque Principes tyrannidis accusent, ipse vicissim cum asseclis omnes à se, tanquam infallibili omnium in Religione controversiarum judice dissentientes damnet hæreseos, vix potest consiliis Germanicæ nationis felix successus promitti, nisi aut omnes sine factionibus in eandem Religionem, & quidem veriorem, consentiant, aut, si id ultra vota est, illi, qui hæreseos nunquam convicti sunt ab adversa parte, tanquam extra Ecclesiam positi & à mystico Christi corpore abscissi ne judicentur.

2. Ultimus sanè Rerumpub. finis est, si præstantissimis Politicis credimus, qui est singulorum hominum, salus nempè animarum, adeòque veræ Religionis cura, per quam solam salus animabus procuratur. Ideòque veram Rerumpub. felicitatem non oportet tam sitam esse in ratione statûs præsentis conservanda, aut in propagatione finium, aut in opibus aliisque rebus fluxis & caducis cumulandis, quàm in vera Religione indaganda & conservanda; per quam omnes & singuli cives ultimâ animæ felicitate frui queant.

3. Gratulandum igitur est Germanis, quod non nisi religioni Christianæ, quæ sola ad cœlum pandit viam, apud illos locus est. Sed & dolendum, quod non eâdem ratione, eâdemque sinceritate ab illis Christus colitur, quodque, qui ex utraque parte à Christo nomen ducunt, & in illius nomen baptizantur, nec, si ab una parte transitur ad alteram, novo baptismo opus esse censent, hostilibus à se odijs dissident.

4. Quod tamen ipsum dum faciunt, utrinque se fatentur suam relinquere Sacræ Scripturæ authoritatem: utrinque Concilia œcumenica contra Arianos, Macedonianos, Nestorianos & Eutychianos approbant, seque à damnatis hæreticis segregant: utrinque ad Patrum primitivæ Ecclesiæ consensum provocant. Et propterea iniquissimum est, si pars Germanorum, quæ à Papæ stat partibus, alteram,

quæ

quæ Auguſtanæ Confeſſioni addicta eſt, eo potiſſimùm nomine, quia a ſe diſſentit, damnat hæreſeos, ſeque ſolam vocat Eccleſiam extra errorem & errandi poſſibilitatem poſitam, & ultimam in omnibus fidei quæſtionibus controverſijs deciſionem devolvit ad arbitrium ſui Papæ: quem tamen reliqui, ut coram facie Eccleſiæ ob tyrannidem & dominatum affectatum, atque ob varios in religione abuſus, vocatum in judicium, ad ſententiam ferendam cenſent ineptum.

5. Unde unuſquiſque facilè colligit, in hac de religione controverſia, Papæ aſſeclas nullo jure damnare adverſam partem, ad Scripturam & genuinum ejus ſenſum atque ad conſenſum primorum in Eccleſia patrum & conciliorum œcumenicorum provocantem: ſed omnino teneri, ut de ijs, in quibus improbantur ab adverſa parte, rationem melius reddant, quàm hactenus factum. Nec ſufficit, provocare ad concilium Tridentinum, tanquam œcumenicum & infallibile. Nam totum hoc, quantum quantum fuit, excluſis contradicentibus, celebratum eſt ab illis, qui omnium illorum abuſuum & errorum à Proteſtantibus rei facti ſunt, ob quos vitandi videntur.

6. Quin potius, quia Proteſtantes coram Cæſare Carolo V. in ſolemnibus Comitijs Auguſtanis anno ſeculi ſuperioris xxx. ejuſmodi confeſſionem ediderunt, quæ apertè teſtaretur, nihil diſſonum à S. Scriptura & à Catholica veritate ab illis doceri, licet abjecerint nonnulla dogmata & ritus, qui in Eccleſiam injuriâ temporum & ſuperſtitione nonnullorum Epiſcoporum & Doctorum contra Scripturam & contra antiquos canones invecti ſunt: propterea fas omnino eſt, ut Jmperator qui caput eſt Germanorum, non tantum audiat eos, à quorum partibus ſtat in controverſiis religionis, ſed & reliquorum, quorum cura illi quoque incumbit, rationes attendat.

7. Imperatoris certè, ut Chriſtiani inter Germanos regis, adeoque membri Eccleſiæ Germanicæ præcipui officium hoc eſt, curare, ne in cultum divinum ſuperſtitiones irrepant, aut, ſi irrepſerint, ut abrogentur. Cuſtos enim eſt utriuſque tabulæ, & jure regio illi omnis in imperio anima, adeoque etiam illi, qui ſacris operantur, ipſa lege divina ſubjecti ſunt. Et propterea illi, ut olim Imperatoribus & Regibus, convenit concilia indicere; Eccleſias, ſi vitium ceperunt, reformare; Epiſcopos ad rectè illa exequenda, quæ ratione divini muneris illis incumbunt, legibus circumſcribere; eoſdem conſenſu eorum, quorum intereſt, officiis ſacris præficere; clericos delinquentes judicio ſubjicere & criminum convictos punire: utque id legitimè fiat, ſacra judicia ſeu conſiſtoria pro cauſis Eccleſiaſticis decidendis conſtituere; jus patronatus majus & advocatiæ Eccleſiaſticæ ſupremum, juriſdictione illibata ſive per ſe ſive per alios exercere.

8. In hac juriſdictione Eccleſiaſtica, quæ Imperatori vigore Majeſtatis incommunicabilis de jure divino & humano competit, ſuperioribus

ille ſeculis admodum turbatus, imò de illa penè deturbatus eſt poſtquam Pontifex Romanus regimen Eccleſiæ ſeculare & juriſdictionem rerum in Eccleſia externarum ordinandarum ſibi rapta Majeſtate vendicavit, & Regium jus patronatus in Eccleſias Germanorum uſurpavit, quin & à ſuo nutu regna mundi, eorumque tranſlationes ſuſpendit; &, ſi Reges contra mutire auſi ſunt, per abuſum clavis ligantis ſubditos ab eorum obedientia exſolvit, ſeque non ſolùm ſupra Reges, ſed & ſupra eccleſiam & ſupra ipſa Concilia evectum omnium judicio exemit.

9. Hanc tyrannidem antiqui Germaniæ reges & Imperatores initio non tulerunt, imò ignorarunt. Et hac de cauſa Carolus M. nullâ habitâ Pontificis Romani ratione, in ſuis provincijs, quas vel armis ſubegerat, vel hæreditate adierat, ſubinde concilia Moguntiæ, Ratisbonæ, Rhemis, Turone, Cabilone, Pariſijs, Arelate, Compoſtellæ regiâ authoritate convocavit, & conſtitutiones in illis factas confirmavit: quin &, cùm intelligeret in duobus concilijs adverſis, nempe Conſtantinopolitano VI. & Niceno II. (quæ tamen à diſſidentibus factionibus utraque inter œcumenica nullo jure relata ſunt) de cultu imaginum deciſiones minùs orthodoxè factas eſſe, ipſe in magnam Synodum anno LOCCXCIV. Francofurti CCC. Germaniæ, Galliæ & Hiſpaniæ Epiſcopos convocavit. Quæ Synodus antequam celebrabatur, CCCXXXVIII. Epiſcopi Orientis à Conſtantino Copronymo Imperatore convocati, in jam dicta Synodo Conſtantinopolitanâ VI. decreverant, imagines è templis eſſe eijciendas: ſed poſtea Copronymi filius Leo IV. totus ab Irene uxore, femina ſuperba & crudeli, dependens, alio Concilio Nicææ per CCL. Epiſcopos celebrato decrevit, ut verba definitionis Synodi allegem, imagines ſanctas in templis eſſe dedicandas, illisque ſalutationem & honorariam adorationem exhibendam. Hac ratione in Conſtantinopolitana Synodo ſtabilita erat Iconoclaſia, quâ imagines è templis eijciuntur; in Nicæna Iconolatria, quâ religiosè coli jubentur.

10. Pontifex Romanus tunc cum Patribus Nicenis Iconolatris contra Conſtantinopolitanos Iconoclaſtas ſenſit, & per Legatos acta Nicæna miſit ad Carolum M. Regem Germaniæ, Galliæ, & Hiſpaniæ (nondum enim erat Imperator declaratus) ut ſubſcriberet. Sed ille convocatis Epiſcopis ex ſuis regnis & principatibus numero circiter CCC. deprehendit, utrumque Concilium erraſſe, & utroque neglecto ad ſuffragia Epiſcoporum juſſit contra Iconoclaſtas imagines propter uſum hiſtoricum in templis relinqui; ſed contra Iconolatras earum adorationem & cultum vetuit, & egregios de tota hac quæſtione libros componi curavit, qui adhuc ſub nomine illius extant.

11. Hæc Caroli M. pietas tanta fuit, ut poſtea Johannes VIII. in Concilio Ticinenſi non ſine cauſa diceret, Carolum Religionis ſtatum inter diverſorum errorum & pravitatum vepres incultum inventum erudiviſſe, divina pariter & humana perornauiſſe, erroribus expurgaviſſe,

rectis

rectis dogmatibus saginasse, atque intra brevissimum tempus id industrio pietatis studio egisse, ut novus quodammodo mundus videretur.

12. Interim Pontifices Romani nescio quo jure sibi arrogato Copronymum, ejusque patrem Leonem Isauricum Iconomachum, qui primus imagines è templis, ne Saraceni illis offenderentur, ejecerat, indignos Imperio judicarunt, & ab Imperatorum Orientalium obedientia universum Occidentem abstraxerunt. Hinc populi Italiæ, solemni adversùs eos rebellione facta, ab hoc tempore nullum voluerunt porrò è Græcia agnoscere Dominum, ducesque sibi in singulis penè civitatibus majoribus præfecerunt, ab obsequio Constantinopolitanorum Imperatorum solutos. Hoc etiam demum tempore Pontifices, Longobardorum primò, deinde Francorum regum liberalitate, cœperunt sub nomine patrimonij Petri novo exemplo urbes in possessionibus habere. Cùm tamen Carolus M. suffragio Italorum, jam à Græco Imperio avulsorum, Imperator eligebatur, illæ ipsæ papales urbes, quin & ipsi cives Romani, fidem illi & successorbus jurabant, & supremæ jurisdictioni Imperatoris se fatebantur subjectos. Et ille Tusciæ Marchionibus dominium Romanæ arcis S. Angeli, adeòque principatum ipsius Romæ, concessit in beneficium.

13. Cum autem Carolus Crassus, Ludovici Germaniæ Regis Filius, successisset in Imperio Ludovico Balbo Patrueli, & jam Italiæ post Carolum M. denuo junxisset Germaniam, Hadrianus III. ad Senatum populumque Romanum retulit ausu temerario, ut si contingeret, Carolum Crassum sine Filiis decedere, regnum Italicis Principibus unà cum titulo Imperii traderetur, & authoritas Imperatoris post hac in creando Pontifice non expectaretur. Hactenùs enim non poterat eligi Pontifex Romanus, nisi volente id Imperatore, in cujus obsequiis, ut aliquis subditorum, licet in sacris ordinibus præcipuus, fuerat. Contigit autem, ut Carolus Crassus nepotem quidem ex Filio Eberhardo relinqueret Berengarium, Ducem Forojuliensem & Veronensem, sed ab Ordinibus Imperii propter ignaviam deponeretur. Quo facto nihilominùs Berengarius jus ab avo ad se tansmissum adire voluit in Italia, & Mediolani ab Antistite coronatus est Rex Longobardiæ. Sed Guido Dux Spoletanus, sanguinem ad Reges Longobardiæ referens, in dejecti Patris sobolem nihil juris translatum esse causatus, Spoleti, suffragante magnâ Italiæ parte, ipsoque Pontifice Romano, diadema sibi imposuit. Germani autem sibi Regem præfecerunt Arnulphum, Caroli Crassi ex fratre nepotem.

14. Hinc undique turbæ. Itali per LX. penè annos peculiares sibi Reges, imò Imperatores constituerunt. Sed cùm alij adhærerent Berengario, ejusdemque filio Berengario II. alij faverent Guidoni ejusque filio Lamberto, & post illos Hugoni & Lothario Arelatensibus Comitibus ad regnum evectis, Pontificum interim in his dissidijs potestas & ambitio

magis magisque succrevit: ipseque Baronius testatur, hoc tempore ad Pontificatum pervenisse homines monstrosos, vitâ turpissimos, moribus perditissimos, & undequaque fœdissimos. Frustra erat Arnulphus Rex Germanorum in motibus hisce sistendis. Nec Ludovicus IV. ejus filius, nec Conrardus I. quem Urspergensis facit Arnulphi ex fratre nepotem, nec Henricus Auceps Saxo, qui fuit Arnulphi ex filia nepos, Italos habebant obsequentes. Henrici Aucupis filius Otto Magnus, ductâ tandem Regis Italiæ Lotharii viduâ partim per hanc suam uxorem, partim armis, pulso Berengario II. regnum Italiæ Germanis reddidit, & Romæ Imperator renunciatus à Proceribus, æterno fœdere non saltem Longobardicum regnum, sed & Cæsaream dignitatem, tanquam hereditariam, junxit Germaniæ, & jura antiquorum Cæsarum in Pontifice creando, inque Episcopis pedo Episcopali investiendis regiâ Majestate usurpavit: Romanique, dum fidelitatem jurabant, se nunquam præter consensum & electionem Imperatoris Papam esse vel electuros, vel ordinaturos, promittebant, ut est apud Luitbrandum.

15. Hoc juramentum etsi semel atque iterum posthabuere Romani, in ordinem tamen ab ipso redacti sunt, ejusque successores usque ad Henricum IV. eodem jure in urbe sua Regia, ceu Romam consueverunt vocare, constanti tenore usi sunt donec Gregorius VII. ceu Hildebrandus omnia turbaret, & se atque successores omni potestate sæculari primus subduceret sibique summam potestatem & jus ultimæ provocationis in Imperatorem, Reges & Principes inaudito conatu vendicaret. Henricus enim ille IV. quia septennis imperium suscepit, facilè injuriis erat obnoxius, & quia paulo adultior uxorem repudiarat, nec omnia Episcopis indulgebat, accusatus est ab iisdem coram Pontifice. Ille commodum ad Majestati Ecclesiasticæ, quam meditabatur, ratus, novo prorsùs exemplo, ut ait Frisingensis, Imperatorem suum excommunicavit, decretoque condito edixit, ne in posterum sui confirmationem Episcopi, nedum Papa, ab Imperatore peterent, nec ullus ex clero ab Imperatore judicaretur. Hoc ipso tempore Mathildis, unica Ducum Tusciæ hæres opulenta, defuncta Papam scripsit hæredem, eidemque amplissimas in Italia donavit Provincias, cum magna Cæsaris injuria. Cum magna etiam Cæsaris injuria authoritatem summam in Regnum Neapolitanum & Siculum sibi Papæ vindicarunt, & cæremonias benedictionis nunc demùm in coronandis Imperatoribus verterunt in jus beneficiariæ collaturæ, juxta illos versiculos, picturæ coronationis Lotharii coronam ad Papæ genua accipientis, in Romano Palatio adscriptos:

Rex venit ante fores, jurans prius urbis honores:
Post HOMO FIT PAPÆ *sumit quo dante coronam.*

16. Hæc

16. Hæc eſt illa Hildebrandina fabula, quæ tam tyrannicè peracta eſt, ut egregii Imperatores, qui contradicebant auſis tyrannicis, fulmine excommunicationis petiti, & tantum non everſi ſint. Ipſi Filii contra Parentes armabantur, &, ſi prævalebant, ipſi quoque diris petebantur: factumque eſt ab hoc tempore, ut urbes Italicæ, Imperatoris armis deſpectis, controverſias non amplius ex ejus ſententia componerent, ſed armis diſceptarent, & ſe ab obſequio Imperii paſſim eximerent. Qui Papis adhærebant, dicebantur Guelphi; qui Cæſaribus, Gibellini. Integris duobus ſæculis Germaniam Papæ civilium bellorum ignibus conſumebant. Fridericus quidem Barbaroſſa ſtrenuus fuit regalium ſuorum aſſertor, & Sacerdotia ipſe contulit, nec ulli permiſit à ſe provocare Romam ad Pontificem. Tales etiam fuere ante eum Henricus IV. & V. & poſt eum Philippus, Otto IV. Fridericus II. Ludovicus V. ſed omnes hi excommunicati, non priùs quieti reddebantur, quàm Pontificis conatus probaſſent, aut inter turbas occubuiſſent.

17. Hæc omnia ita facta eſſe, quia Proteſtantes Germani non ignorant ex Hiſtoriis, non poſſunt non conqueri, ſuorum Imperatorum Majeſtatem tot modis eſſe oppugnatam & conculcatam: duas ſibi pro una in uno Imperio eſſe obtruſas Majeſtates, & quaſi duas ſibi oppoſitas Reſpubl. conſtitutas: unam Clericorum & Epiſcoporum ſub Papa; alteram Principum & civitatum, ſub Imperatoris quidem legibus, ſed ſubinde injuriis Majeſtatis Eccleſiaſticæ tanquam ſuperioris cedentem. Dolet, quod Regalia ſuo Imperatori jure divino & humano competentia tot modis ſint debilitata. Dolet, quod obedientia Magiſtratui ſupremo debita negetur ab Epiſcopis. Ob quietem tamen publicam, tolerarent tyrannidem, à Papa jam aliquot ſæculis de facto uſurpatam. Darent omnia peccatis Germaniæ, juſto DEI judicio ad has confuſiones damnatæ. Quæ mutari nequeunt, æquo ferrent animo, dummodò permitterentur in religione credere, quæ invenerunt S. Scripturæ conformia, & rejicere, quæ ab illa diſſonant, adeoque libero purioris religionis exercitio frui ſecundum Articulos in Auguſtana confeſſione Carolo V. exhibitos.

18. Quia autem & hic ſua Pontifex abutitur tyrannide, & Proteſtantes nullius quidem convincere poteſt erroris, interim quotannis diris eos devovet, & ſe hoſtem illorum profitetur juratum: ipſi verò ſuo Imperatori nihil obſequii debiti negant, ſeque jam CXXX. annis amplius tam fideles ipſi præſtiterunt, ut de fide in legitimum dominum cum reliquis, qui Papæ authoritatem tuentur, certare queant & velint, & jura ſummi Magiſtratûs mirum in modum hactenùs à Romanis Papis debilitata ſolidiſſimè aſſerant, idque interim unicè in votis habeant, ut ſecum tota Germania in DEO colendo omnes ſuperſtitiones mittat: propterea Imperatori non minùs Proteſtantium agenda cura, quàm adverſæ illis partis. Cumque jam libertatem religionis illis ſolenniter publicis conſtitutio-

nibus indulſerit, hoc etiam ei curandum eſt, ut tandem & ipſe verè ſciat, utra pars purius de religione ſentiat.

19. Quanquam verò nondum ſibi perſuadere poteſt, religionem Proteſtantium puriorem eſſe, quàm eorum, qui cum Papa communicant, adeoque ipſe iiſdem cum Papa ſacris utitur: quia tamen non ignorat, Proteſtantes ſemper provocare ad Scripturam Sacram tanquam unicum veritatis cæleſtis principium juxta quod omnis Eccleſia judicari debeat; partem verò illam, quacum ipſe ſentit, Scripturam quidem & ipſam admittere, ſed Scripturam per traditiones Eccleſiæ non ſcriptas juxta ſenſum Papæ tanquam infallibilis in Eccleſia judicis interpretari: hinc omninò illi incumbit, ut utriuſque partis rationes vel ipſe vel per ſubdelegatos audiat, & conſentientibus utrinque partibus, tale forum ſine ullo perſonarum reſpectu conſtituat, in quo litigantes partes cauſam ſuam legitimè agant & diſceptent.

20. Nec illi, qui Pontificis à Proteſtantibus multorum abuſuum accuſati partes tuentur, ſuas opiniones authoritate Pontificis in jus vocati ſtabilire poterunt. Hæc enim ejus authoritas in quæſtione aliis eſt. Omninò igitur neceſſe eſt, ut certiſſimè conſtet, utra pars rectiùs ſentiat: quia, ſi de hoc non conſtat, & tamen una pars alteram condemnat, ipſe Imperator, qui ſine debito ſcrutinio fortè in innocentium damnationem pertrahitur, culpam facilè contrahet. Tam igitur Imperatori incumbit, ut circumſpectus ſit in anima tam ſua, quàm ſui populi, per veræ religionis admiſſionem curanda; quàm Ordinibus in populo, ut hæc Imperatori ſuadeant, quæ nec ipſius nec ullius ſaluti obeſſe queant.

21. Quumque Ordinum alii Proteſtantium cauſam agant; alii contra eoſdem ſentiant, hoc tamen diſcrimine, ut nonnulli Epiſcopi & Prælati juramento ſint Papæ in dignitatibus ſacris obſtricti; nonnulli ſæcularibus extra munia ſacra accenſeantur: ultrò patet, ſi cauſa religionis diſceptatur, illos qui juramento Papæ tanquam parti obſtringuntur, non poſſe non in foro religionis diſceptandæ cauſa inſtituendo inter partes referri: nec Præſidibus illius fori prius accenſeri debere, quàm ſolemniter juramento, quo Papæ obligantur, per diſpenſationem legitimam ſolvantur, & novo juramento ad partium rationes ſine ullo hominum ſuæque ipſius dignitatis reſpectu auſcultandas & ex verbo DEI cenſendas obſtringantur. Ex verbo, inquam, DEI rationes utriuſque partis cenſendæ ſunt. Hoc enim principium utrinque in confeſſo eſt, & ſemper in Eccleſia norma credendorum & agendorum habita eſt. Et hoc primum & unicum fidei principium cui parti ſalvum & illibatum eſt, nec diſſentit primitiva Eccleſia in primis ſæculis, illa proculdubiò prævalebit.

22. Ex una igitur parte, juxta hoc Scripturæ principium in judicium vocandum eſt Concilium Tridentinum; ex altera Auguſtana Confeſſio. Hæc enim duo Symbola ſunt, de quorum veritate agitur. Si Tridenti-

norum

norum Patrum authoritatem una pars facit infallibilem, aut necessum est, illam consentire Scripturæ, aut dissentire. Si dissentit, ficta est illa infallibilitas: si consentit, quare non patiuntur illum consensum solemniter probari in consensu Cæsaris & Ordinum, qui sine prosopolepsia auscultare volunt?

23. Auscultationem voco. Nam neutra dissentientium pars ex Politicis tales religionis judices constitui patietur, qui suâ authoritate definitivam ferant sententiam. Ipsa veritas in Verbo DEI scripto patefacta se liquidò oculis subjiciet, si in scrutinio ejus debitâ patientiâ & modestiâ, non unâ septimanâ aut uno mense, sed tamdiu perseveretur, donec altera pars manifestè succumbat.

24. Pium hoc inquirendæ inter Tridentinos & Augustanos Confessores veritatis opus tum demum rectè procedet, si Cæsarea Majestas leges debitas præscribat tam auscultatoribus, quàm disceptatoribus, & simul rectè constituat quanam de re, quo modo, sub qua norma à dissidentibus partibus agi debeat.

25. AVSCVLTATORES 1. ex utraque parte numero pares constituantur. 2. Potestas illis nomine Cæsareo dirigendi disceptationem religiosam, adeoque præsidendi, committatur. 3. Utque id faciant studio solius veritatis cognoscendæ, juramento sanctissimo obstringantur. 4. Legibus certis circumscribant Disceptatores. 5. Aculeata & hostilia verba & scripta Disceptatorum non admittant, 6. &c.

26. DISCEPTATORES 1. sint etiam numero pares 2. Iuramento & illi obstringantur, quod odiis personarum missis & sine affectibus velint unicè veritatis cœlestis defendendæ causâ omnia agere. 3. Idque juxta leges præscriptas. 4. &c.

27. QUÆSTIONES sumantur ex decretis Concilij Tridentini & ex articulis Augustanæ Confessionis, prout illi explicati sunt in formula Concordiæ: ita ut initio suas quæque pars theses ex illis & antitheses proponat: deinde una pars prius rationes theseos suæ proponat & audiat, quid vel in ipsa thesi tanquam statu controversiæ rectè formando, vel in rationibus adductis adversa pars desideret: simulque audiatur, quomodo rationes suas tueri queat: posteà altera etiam pars suæ theseos rationes adducat, & vicissim audiat, quid adversa pars in illis desideret, simulque & ipsa audiatur, quomodo suas tueatur rationes. A disceptatione de una quæstione ad alteram non jubeant transire Auscultatores, cum lubet: sed tunc demùm quæstio certa finiatur, cùm utrique parti visum fuerit. Utrique inquam: Nam quæ pars vel se nondum omnia protulisse, quæ velit, vel nondum satis se intellectam esse, vel nondum sibi satisfactum esse dicit, idque rationibus confirmat, illi indulgeatur tantum temporis, quanto opus erit, donec ipsa sibi nihil superesse fateatur, quod proferat.

28. Ipsa disceptatio instituatur scriptis reciprocis, amicis, sine invectivis, verbis in compendium quantum fieri potest contractis, tamen, ut, quæ scripto singulis diebus comprehensa sunt, considentibus omnibus palam prælegantur, & in protocollum referantur. Si nonnunquam etiam placet oretenus conferre, postquam scripto aliquamdiu quæstio certa agitata est, permittatur & istud dommodo omnis bilis exsit.

29. Initium disceptationis de Scriptura fieri potest. Et huic de Scriptura quæstioni subinde coniungi possunt quæstiones de Ecclesia, quia ex Ecclesiæ suæ sententia Tridentini Scripturam explicari debere censent.

30. Norma interim, ut diximus, in quam omnes quæstiones resolvi debent, sit sacrosancta Scriptura, non interim neglecto consensu patrum priorum seculorum.

31. Methodus hæc inquirendi in veritatem religionis vel ideo non est declinanda. 1. Quia iam anno 1530. post exhibitam Augustanam Confessionem ex utraque parte Augustæ in Comitiis septem segregati sententias de religione inter se contulerunt: nempe bini Principes, totidem JCti, terni theologi. 2. Quia anno 1539. Francofurti virorum Doctorum colloquium de religione decretum est. 3. Quia anno 1540. ad istud habendum Hagenoæ plurimi Protestantium theologorum convenerunt, quanquam nullo fructu, quia adversa pars non comparuit. 4. Quia anno 1541. decretum colloquium haberi cœpit Wormatiæ inter Philippum & Eccium, multis alijs Theologis & Principibus præsentibus, quanquam die tertio post inchoatum colloquium litteris Cæsaris cessare & Ratisbonæ adesse jussi sunt. 5. Quia Ratisbonæ sub præsidio Friderici Palatini & Granvellani Theologi colloquium illud continuatum est, quanquam per Eccium abruptum. 6. Quia anno 1546. colloquium Ratisbonæ apertum est, sed ob alias leges illi à Cæsare præscriptas, quàm in quas initio conventum fuerat, abruptum. 7. Quia anno 1557. denuò Wormatiæ colloquium initum est, quanquam sine sperato eventu.

32. Post hæc tentata colloquia Tridentinum Concilium damnavit quidem Protestantes; sed illi damnationem hanc censent à litigantibus factam, atque adeò ipso jure nullam esse, præsertim, quia Concilium illud authoritate non Cæsaris, uti quondam, sed Papæ convocatum, nec œcumenicum fuit, nec liberum, nec bono reipubl. Christianæ, sed tantùm ad Majestatem Romanæ curiæ stabiliendam congregatum.

33. Imperatoris autem est, non tam pro fastigio Papæ, à quo ipsius antecessores infinitis injurijs sunt affecti, quam pro suorum subditorum salute vigilare. Et ordines in Comitijs una cum Imperatore hoc agere tenentur, ut tandem constet, quia Germani ob religionem in factiones discedunt, utra pars puriorem, & verbo DEI, Ecclesiæ Patribus magis consentientem foveat sententiam.

ADSIT DEUS VERITATEM CÆLESTEM AMANTIBUS.

CAPUT

CAPUT LXVII.

Refutatio eorum, quæ in provocatorio Confessionistarum *Libello Num.* I. *allegantur. Germanorum factiones non orthodoxis in pristina communione persistentibus, sed Lutheranis ab eadem secedentibus imputandæ sunt. Quàm deplorabiliter jaceant, qui matrici Ecclesiæ non cohærent!* Papistarum *nomen non innuit separationem, sed cohæsionem cum Ecclesia matrice: nec est erubescendum, sed gloriandum. Vnica spes terminandi factiones Germaniæ est, ut Lutherani eò redeant unde exierant; non ut Catholici Lutheranis accedant. Lutheranos non tam esse Religionis reformatores, quàm deformatores, ipsismet etiam testibus.*

CXVIII Vide c. 1. §. 1 & c. 11. per totum.

QVum *Germani abeant in factiones* &c. Germanos in factiones jam pridem abiisse, atque in iisdem hactenùs perdurasse ac perduruisse, omnes vident, boni dolent, mali gaudent. Sed quibus *Væ*, nisi eis per quos inducta & continuata divisio est? Per quos pax à Domino relicta, dirupta est? "Quomodò potest (inquit Martyr Cyprianus) ei cum aliquo „ convenire, cui cum corpore Ecclesiæ & cum „ universa Fraternitate non convenit? Quo„ modò possunt *Duo aut tres in nomine Christi* „ *colligi*, quos constat à Christo & ab ejus Euan„ gelio separari? NON ENIM NOS AB ILLIS, „ SED ILLI A NOBIS RECESSERVNT. Et „ cùm hæreses & Schismata postmodùm nata „ sunt, dum conventicula sibi diversa con„ stituunt, veritatis caput atque originem reliquerunt". Quis est reputandus factionis aut seditionis invector, an qui recedit ab unitate, an qui perseverat in Fraternitate? Dicant *Confessionistæ* in quosnam quadret illud Cypriani mox relatum, an in Catholicos, an in ipsos, *Non nos ab illis, sed illi à nobis recesserunt*? Et cùm semetipsos indubitanter invenerint, quid Cyprianus ibidem paulò pòst subtexat advertant: " Quam sibi igitur (ait ille ibi) pacem pro„ mittunt, inimici fratrum? Quæ sacrificia ce„ lebrare se credunt, æmuli Sacerdotum? An „ secum esse Christum, cùm collecti fuerint, „ opinantur, qui extra Christi Ecclesiam colli„ guntur? Tales etiamsi occisi in confessione „ fuerint nominis, macula illa nec sanguine „ abluitur: inexpiabilis & gravis culpa dis„ cordiæ, nec passione purgatur. Esse Martyr „ non potest, qui in Ecclesia non est: ad re„ gnum pervenire non poterit, qui eam quæ „ regnatura est dereliquit. Pacem nobis Chri„ stus dedit, concordes atque unanimes esse „ præcepit, dilectionis & charitatis fœdera „ incorrupta atque inviolata servari mandavit: „ exhibere se non potest Martyrem, qui fraternam non tenuit charitatem". Et adhuc inferiùs: " Cum Deo manere non possunt, qui „ esse in Ecclesia Dei unanimes noluerunt. Ar„ deant licet flammis & ignibus traditi, vel „ objecti bestiis animas suas ponant; non erit „ illa fidei corona, sed pœna perfidiæ; nec „ religiosæ virtutis exitus gloriosus, sed despe„ rationis interitus. Occidi talis potest, coro„ nari non potest. Sic se Christianum esse „ profitetur, quomodò & Christum diabolus sæpè mentitur". Et iterum inferiùs: " Deus „ unus est, & Christus unus, & una Ecclesia „ ejus, & fides una, & plebs in solidam cor„ poris unitatem concordiæ glutino copulata. „ Scindi unitas non potest, nec corpus unum „ discidio compaginis separari, divulsis lace„ ratione visceribus in frusta discerpi. Quic„ QUID A MATRICE DISCESSERIT, SEOR„ SIM VIVERE ET SPIRARE NON POTE„ RIT, SUBSTANTIAM SALUTIS AMITTIT". Hæc Lutherani advertant, & facilè deprehendent quàm deplorabiliter jaceant, quàm exitialiter ægrotent. Sed hoc ipsum, inquies, de nobis Lutherani proclamant. Verùm pro nobis respondit jam olim Chrysostomus: R. Nunquid scindimur ab Ecclesia? „ Num hæresiarchas habemus? Num ab ho„ minibus cognomen habemus? Nunquid no„ bis Dux quidam est, sicut illi Marcion, „ & illi Manichæus, huic Arius (*Lutherus*) alteri verò alius hæreseos Dux"? Imò verò, replicabis, à *Papa* nominamur *Papistæ*. Et quid est Papa, nisi homo? Ab homine igitur & nos nomen habemus. Respondet ibidem continuò Chrysostomus: " Quòd si nos ag„ nominationem cujusquam sortimur; at non „ ut ab hæresum Principibus, sed ut ab his „ qui præsunt nobis, & gubernant Ecclesiam". Dubium quidem non est quin ex malevolentia Lutherus & Lutherani Catholicis indiderint nomina *Papistarum*, *Pontificistarum*, *Romanistarum*, & similia; ut nimirum eos

Cyp. lib. de unitate Ecclesiæ;

18. 19.

Vide sup. c. 7. §. 56.

Præoccupatio.

S. Chrysost. Homil. 33. in Acta Apost.

Replica.

Diluitur.

 probro

probro aliquo afficere viderentur: sed revera illud non est probrum, sed decus & encomium: S. Non mireris (ait Cardinalis Baronius) si recentiores hæretici Catholicos homines *Papistas* dicant; cùm ARIANI eadem ratione *Romanos* consueverint Catholicos appellare. Sed certè nullo sublimiori gloriæ titulo exornare, nec certiùs eos esse Catholicos demonstrare potuissent, quàm eos nuncupando *Romanos* atque *Papistas*. Nam, ut constat ex Optato adversùs Parmenianum, & Cypriano de Unitate Ecclesiæ, & alijs tum latinis tum Græcis Patribus, nullo certiori signo quàm ex communione cum Romano Pontifice, quis sit Catholicus verus, potest agnosci. Sint igitur nobis viventibus hæc semper præconia laudum, & post mortem tituli sepulchrales, ut *Romani* sic semper dicamur, atque *Papistæ*. Sanè quidem & ipsi Imperatores in suis litteris, honoris causâ, Catholicam fidem appellant RELIGIONEM ROMANAM". Et Cardinalis Hosius in Censura super Judicio Ministrorum Tigurinorum, paulò post initium: " Nulla alia res (inquit eisdem Ministris) majori nobis curæ fuit, quàm ut cum Orbe terrarum in Christi pace, in Ecclesiæ Catholicæ unitate, in fraterna charitate, quem vos *Papatum* vocatis, permanere possimus: usque eò etiam, ut si quis nos hac de causa *Papistas* appellare velit, non solùm nihil inde nos ejus appellationis pudeat, verùmetiam cum primis id nobis amplum ad laudem & gloriam esse judicemus". Plura hanc in rem videat Lector apud Bristoum Tomo 1. Motivorum cap. 8. & apud Stapletonum Tomo 1. controversia 1. de Ecclesia lib. 4. cap. 2. & apud Jansenium in Spongia Notarum Voëtij cap. 77. Observet præterea ex jam dictis divinam in hac Lutheranorum molitione providentiam, similem ei quam in Donatistarum causa observarat Augustinus, cùm diceret: T. Quis nostrûm hoc auderet optare, ut quos iniquitas fecerat nostros impugnatores, æquitas nostros faceret defensores? Sicut & illum *Balaam*, quem temporibus antiquis ad maledicendum Dei populum conduxit iniquitas, Benedicere compulit veritas". Familiare hæreticis semper fuit Catholicos velut per opprobrium certo aliquo vocabulo agnominare, ut viderentur ipsis esse pares, qui ab authore, vel dogmate, vel alio quopiam titulo nomenclantur: V. Non est novum (ait alibi idem Augustinus) quòd novi hæretici Catholicis à quibus exeunt novum nomen imponant: Hoc & alij fecerunt, quando similiter exierunt". Et lib. de Utilitate credendi cap. 7." Una est (inquit) Catholica Ecclesia, cui hæreses aliæ diversa nomina imponunt; cùm ipsæ singulæ propriis vocabulis, quæ negare non audeant, appellentur". Et lib. contra Sermonem Arianorum cap. 36. redarguens ipsos, quòd Catholicos propter professionem consubstantialitatis Trinitatis agnominarent *Homousianos*:" Cùm se (inquit) tanta voragine impietatis immergant, nos tanquam opprobrio novi nominis *Homousianos* vocant. Ita enim sese habet Catholicæ veritatis antiquitas, ut ei omnes hæretici diversa nomina imponant; cùm ipsi sua singula, sicut ab omnibus appellantur, obtineant". Et commemoratis subsequenter quibusdam eorundem exoticis paradoxis, sinceritati fidei contrarijs: " Ecce (subdit) qui nos, quasi maculâ novi nominis, vocant *Homousianos*; nec seipsos, cùm ista sentiunt, intuentur insanos"! Quàm latum verò discrimen subsit inter cognominationes hujusmodi Catholicorum, & appellationes hæreticorum, ostendit idem Augustinus lib. 1. Operis imperf. adversùs Julianum cap. 75. ubi respondens Juliano contendenti homines suæ Sectæ consimili modo à Catholicis appellari *Pelagianos*, quo ipsi Catholici pridem ab Arianis appellati fuerant *Athanasiani* vel *Homousiani*, ita scribit: " *Athanasianos* vel *Homousianos* Ariani Catholicos vocant, non & alij hæretici: vos autem non solùm à Catholicis, sed etiam ab hæreticis, vobis similibus, & vobis dissentientibus, *Pelagiani* vocamini: quemadmodùm non tantùm à Catholicis, sed etiam ab hæreticis vocantur *Ariani*. Vos verò soli nos appellatis *Traducianos*, sicut illi *Homousianos*, sicut Donatistæ *Macarianos*, sicut Manichæi *Pharisæos*, & cæteri hæretici diversis nominibus".

S. Baron. in Notis Martyrol. die 16 Octob.

Hosius

Bristous. Stapletonus Iansenius.

T. Aug. l. post Collationem cum Donat cap. 32.

V. Aug. lib. 1 Operis imperf. contra Julian. c. 6.

CCXIX. Perperàm verò Provocantii nostri, inter *Factiones Germanorum* recensent eos, qui *à Papa Romano dependent*. Hi enim nec authores sunt nec fotores earum factionum, *In quas Germani abierunt & abeunt*: imò verò eis insurgentibus quoad licuit obstiterunt, grassantibus & crebrescentibus multiformiter obviare fategerunt; primò quidem per Colloquia amicabilia, & doctrinalia; deinde per Comitia, & Edicta Imperialia; demùm per implorationem & impetrationem Synodi generalis: sed his omnibus non obstantibus factiosi suas continuarunt, & quantum potuere auxerunt factiones; prout cap. 64. ex Tiletano memoravimus. Tota Germanorum multitudo, exceptis fortè paucis Bohemis Hussitismum foventibus, ante Lutheranismi ebullitionem *à Papa Romano dependebat*, eo dependentiæ modo ac genere, quo oves à Pastore, cui princeps Pastorum & Dominus ovium dixit, *Pasce oves meas*, dependere par est. Si Lutherani eam dependentiam non abrupissent, nec jugum communis Pastoris excussissent; nulla factio Germanos

Io. 21.

manos distraxisset, pristina unio ac communio permansisset. Redeant Lutherani unde exierunt, resumant dependentiam quam abruperunt, subeant denuò jugum quod excusserunt, resarciant unionem ac communionem quam solverunt; & redibit prisca Germaniæ facies, cessabunt factiones, recoalescent fractiones. Sed idem, inquiunt, eveniet, si altera pars Lutheranis accedat, pariter exeat, Pastorem deserat, dependentiam abrumpat, jugum excutiat. Sed inprimis huic prætensioni patenter reclamat tanta & tam multiplex Lutheranorum inter se discordia ac divisio. Quis enim non videat, frustrà sperari concordiam innumerorum, ubi tantoperè crebrescit discordia paucorum? Quapropter eis ista proponentibus Catholici rectissimè responderint: Necesse est ut inter vos ipsos priùs conveniatis, quàm talia nobis proponere, nedum persuadere præfidatis. Deinde, ut gratis annuatur, Lutheranos spe pacis illectos, concordiam inter se inire velle omnes; quæ spes esse poterit diuturnæ stabilitatis? Nonne concordissimi aliquando fuere Lutherus, & Carolstadius? Sed ea concordia quantillum duravit? Quis ergo sibi persuaderi sinat, universos Germaniæ populos, tam variâ indole præditos, posse vel tantillo temporis intervallo unanimes in Lutheri castris militare; præsertim cùm pro unica credendi regulâ habituri essent Scripturam Sacram, pro cujusque phantastico spiritu in quemlibetcunque sensum deflectendam? Denique, ut etiam per impossibile supponatur his omnibus incommodis obviari posse, nonne equidem hi qui in Ecclesiæ pristina communione perseverarunt, optimo jure Lutheranis ejusdem communionis desertoribus dicere possent ac deberent, quod Catholicorum sui ævi nomine similibus apostatis Martyr Cyprianus insonabat: W Nec putetis (inquiens) sic vos Evangelium Christi asserere, dum vosmetipsos à Christi grege & ab ejus pace & concordia separatis; cùm magis militibus gloriosis & bonis congruat intra domestica castra consistere, & intùs positos ea quæ in commune tractanda sunt, agere ac providere. Nam cùm unanimitas & concordia nostra scindi omnino non debeat, quia NOS ECCLESIA DERELICTA FORAS EXIRE, ET AD VOS VENIRE NON POSSUMUS; UT VOS MAGIS AD ECCLESIAM MATREM, ET AD NOSTRAM FRATERNITATEM REVERTAMINI, QUIBUS POSSUMUS HORTAMENTIS PETIMUS ET ROGAMUS"? Et illud item ejusdem in Epistola ad Florentinum sive Pupianum, quæ ordine est 69." Dominus in Euangelio, cùm eum loquente discipuli derelinquerent, conversus ad duodecim dixit, *Nunquid & vos vultis ire? Respondet ei Petrus, dicens: Domine, ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes: & nos credimus & cognovimus, quoniam tu es Filius Dei vivi.* Loquitur illic Petrus, SUPER QUEM ÆDIFICATA FUERAT ECCLESIA, Ecclesiæ nomine docens, & ostendens, quia etsi contumax superba obaudire nolentium multitudo discedat, Ecclesia tamen à Christo non recedit: & illi sunt Ecclesia, Plebs Sacerdoti adunata, & Pastori suo grex adhærens. Unde scire debetis, Episcopum in Ecclesia esse, & Ecclesiam in Episcopo; & si qui cum Episcopo non sint, in Ecclesia non esse; & frustrà sibi blandiri eos, qui pacem cum Sacerdotibus non habentes obrepunt, & latenter apud quosdam communicare se credunt: quando Ecclesia, quæ Catholica una est, scissa non sit, neque divisa; sed sit utique connexa, & cohærentium sibi invicem Sacerdotum glutino copulata". Idem rursus lib. de Unitate Ecclesiæ, postquam memorasset varios diaboli astus & artes, quibus homines ab Ecclesia abstractos in hæreses & schismata præcipitat, mox causam hujusmodi apostasiarum assignans, & remedium reconciliationis præscribens, ait: " Hoc eo fit, dum ad veritatis originem non reditur, nec caput quæritur, nec Magistri cœlestis doctrina servatur. Quæ si quis consideret & examinet, tractu longo atque argumentis opus non est: Probatio est ad fidem facilis compendio veritatis. Loquitur Dominus ad Petrum: *Ego dico tibi*, inquit, *quia tu es Petrus & super istam Petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ Inferorum non vincent eam: & tibi dabo claves regni cœlorum; & quæ ligaveris super terram, erunt ligata & in cœlis, & quæcunque solveris super terram, erunt soluta & in cœlis.* Et iterum eidem post resurrectionem suam dicit, *Pasce oves meas.* Super illum UNUM ædificat Ecclesiam suam, & illi pascendas mandat oves suas. Et quamvis Apostolis omnibus post resurrectionem suam parem potestatem tribuat, & dicat: *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos: Accipite Spiritum Sanctum, si cui remiseritis peccata remittentur illi, si cui tenueritis tenebuntur:* tamen ut unitatem manifestaret, UNAM CATHEDRAM CONSTITUIT, ET UNITATIS EIUSDEM ORIGINEM AB UNO INCIPIENTEM SUA AUTHORITATE DISPOSUIT. Hoc erant utique & cæteri Apostoli, quod fuit Petrus, pari consortio præditi & honoris, & potestatis: sed exordium ab unitate proficiscitur, PRIMATUS PETRO DATUR, UT UNA CHRISTI ECCLESIA ET CATHEDRA UNA MONSTRETUR. Et pastores sunt omnes, sed grex unus ostenditur, quia ab Apostolis omnibus

Marginalia: Inoccupatio. — W. Cyprianus Epist. 41. — Vide Epist. 52. — Io. 6. 68. — Io. 6. 69. — Matt. 16. 18 & 19. — Io. 21. 17. — Io. 20. 21. & seqq.

„ bus unanimi consensione pascatur. Quam „ unam Ecclesiam etiam in Canticis Canticorum Spiritus Sanctus ex persona Domini „ designat, & dicit: *Vna est columba mea, perfecta mea: una est matri suæ, electa genitrici suæ.* Hanc Ecclesiæ unitatem qui non tenet, „ tenere se fidem credit? qui Ecclesiæ renititur & resistit, QUI CATHEDRAM PETRI, SUPER QUAM FUNDATA EST ECCLESIA, DESERIT, IN ECCLESIA SE ESSE CONFIDIT". ? Et vide quid hujusmodi homini, à Cathedra Petri adeòq; ab Ecclesia Christi sejuncto eveniat. Sequitur enim ibidem post paucula: " Avelle radium Solis à „ corpore, divisionem lucis unitas non capit: ab arbore frange ramum, fractus germinare non poterit: à fonte præcide rivum, præcisus arescet". Et hoc ipsum est quod idem Cyprianus præcedenti §. relatus aiebat: *Quicquid à matrice discesserit, seorsim vivere & spirare non poterit, substantiam salutis amittit.* Quænam porrò sit ista *matrix*, idem ipse explicat Epist. 45. ad Cornelium Papam, ubi Romanam Cathedram cui Cornelius tunc præfuit, *Ecclesiæ Catholicæ radicem* MATRICEM appellat. Rursùs Epist. 52. ad Antonianum, pro ijsdem habet hæc duo, *Communicare cum Romano Antistite*, &, *Communicare cum Ecclesia Catholica*: quia nimirum, ut jam visum est, Romani Antistitis Cathedra, *Radix est, & matrix Ecclesiæ Catholicæ.* Plura huc spectantia videat Lector hic superiùs cap. 17. §. 56. & 57 item cap. 31. §. 103. Quibus & illud addat Optati Milevitani ad & adversùs Parmenianum Donatistam: x. Negare non potes, scire te in „ Urbe Roma Petro primo Cathedram Episcopalem esse collatam: in qua sederit omnium Apostolorum caput Petrus, unde & „ *Cephas* appellatus est: in qua una Cathedra, unitas ab omnibus servaretur". Et quia Donatistæ huic uni Cathedræ non cohærebant, sed ab unitate recesserunt, sicut modò Lutherani; subdit ad eos ibidem inferiùs Optatus: " Inferi portas suas habere noscuntur; contra „ quas portas, claves salutares accepisse legimus Petrum PRINCIPEM SCILICET NOSTRUM: cui à Christo dictum est, *Tibi dabo claves regni cælorum, & portæ inferi non vincent eas.* Unde est ergo, quòd claves regni „ vobis usurpare contenditis, qui CONTRA CATHEDRAM PETRI, VESTRIS PRÆSVMPTIONIBUS ET AVDACIIS, SACRILEGIO MILITATIS"?

Cant. 6. 8.

X. Optatus Milevit. lib. 2. contra Parmen.

Mat. 16. 19.

CCXX. Sed Lutherani nostri, ut suam ab hac Cathedra matrice secessionem justificent, ejusdem Cathedræ Sessorem *Non solùm variorum in Religione abusuum, sed & affectatæ in Ecclesiam Christi, & in Reges atque Principes, tyrannidis accusant.* Quotidiana ista est omnium promiscuè rebellantium querimonia. Quid enim aliud in ore frequentiùs habent quicunque legitimi Principis sui jugum excutiunt, quàm abusum potestatis, & affectationem tyrannidis? Sed rectè ait Augustinus: Y. Si laudanti amico cre„ dendum non est, nec inimico detrahenti". Donatistæ secessionem suam justificare voluerunt criminando Cæciliani Carthaginensis Episcopi Ordinatorem, ac deinde ipsum Cæcilianum, cum universa Ecclesia ei communicante. Hinc idem Augustinus Epist. 162. ait de ipsis: " Amplexi sunt occasionem, quâ „ possent alios falsâ criminatione perfundere, „ & conversas in eos linguas hominum ab in„ quisitione criminum suorum hoc modo declinare". Et Optatus Milevitanus: Z. Mani„ festum est (inquit) exisse de Ecclesia & Or„ dinatores qui tradiderunt, & Majorinum qui „ ordinatus est. Intereà dum de suorum cri„ minum fonte, qui apud eos multorum fla„ gitiorum venis exuberaverat, unum Tradi„ tionis convitium in Ordinatorem Cæciliani „ derivandum esse putaverunt: providentes „ quòd fama duas res similes uno tempore „ loqui non posset; ut crimina in silentium „ mitterent sua, vitam infamare conati sunt „ alienam: & cùm possent ipsi ab innocenti„ bus argui, innocentes arguere studuerunt; „ mittentes ubique litteras livore dictante conscriptas". Pulchrè & appositè de talibus ait Isidorus Pelusiota: A. Insectandis & accusan„ dis alijs id se assequi putant; ut peccata sua obtegant". Dicturi sunt Lutherani, Religionem suam non tam multis saltem vitijs aut abusibus obnoxiam esse, quàm Papisticam à qua secessionem fecerunt. Unde & suam Religionem appellant, *reformatam*, innuere volentes eam quam deseruerunt esse deformatam; & suæ professionis homines vocant *Euangelicos*, quasi Euangelicè jam viventes, qui antea in Papismo Evangelicè non vixissent. Sed jam olim huic gloriationi obviavit Erasmus: B. *Lutheranos* (inquiens) video multos, *Euangelicos* nullos, aut paucos. Circumspice mi„ hi populum istum *Euangelicum*: & observa, „ num minùs illic indulgeatur luxui, libidi„ ni, & pecuniæ, quàm faciunt hi quos de„ testamini? Profer mihi, quem istud *Euangelium* ex commessatore sobrium, ex feroci „ mansuetum, ex rapaci liberalem, ex male„ dico benedicum, ex impudico reddiderit „ verecundum. Ego tibi multos ostendam, „ qui facti sint seipsis deteriores. Fieri potest „ ut hæc mea sit infelicitas: Mihi adhuc ne„ minem contigit nosse, qui non videatur „ seipso factus deterior. Nunquam eorum Ec„ clesias ingressus sum, sed aliquando vidi „ redeuntes à concione veluti malo spiritu af„ flatos, vultibus omnium iracundiam ac fe„ rociam præ se ferentibus. Sic, opinor, dis„ cedunt milites à concione Ducis ad prælium exhor-

Y. Aug. 3. contra Petilia. 10.

Z. Optat. lib. 1.

A. Isid. lib. ... Epist. ... Proocc... patio.

B. Erasm. Spongia ... ventus H... tenam.

„ exhortati. Quis unquam vidit in eorum con-„cione quenquam fundentem lachrymas, tundentem pectus, aut ingemiſcentem". Et rursùs ad Fratres inferioris Germaniæ: "Nonne „ Lutherus (inquit idem) coactus eſt Viſitatores mittere, qui populum in omnem licentiam ruentem cohiberent? Nonne idem „ dixit, ſe malle priſtinum Papæ & Monachorum regnum, quàm hoc hominum genus, „ ſub *Euangelij* prætextu in Sogdianorum vitam ſeſe proripientium? Nonne idem ſuis ad „ me litteris deploravit Melanchthon? Nonne „ idem in Colloquiis faſſus eſt Oecolampadius"? Sed audiatur hanc in rem ipſe Lutherus, prætenſæ iſtius Reformationis invector: C· *Mundus*, ait ille, *fit deterior. Sunt nunc homines magis vindictæ cupidi, magis avari, magis ab omni miſericordia remoti, magis immodeſti, & indiſciplinati: MULTOQUE DETERIORES, QUAM FUERANT SUB PAPATU.* Et rursùs in Dominicam 26. poſt Trinit. *Tam inſigniter maligni fieri coguntur homines in gratiam EVANGELII, cuius virtute ex captivitate Pontificis in gratiam aſſerti ſunt: ita ut iam non amplius humano, ſed diabolico more omnem miſericordiam exuerint: quibus non ſufficit adhuc, quòd de Euangelio participent, & inde ſaginentur, quando bona Eccleſiaſtica deprædantur ac furantur.* Luthero addatur Andreas Muſculus, Magiſtro diſcipulus, hæreſiarchæ hæreticus: D· *Cum nobis Lutheranis*, ait ille, *hoc tempore ita agitur, ut ſi quis videre velit ingentem turbam nebulonum, hominum turbulentorum, fallacium, impoſtorum, fœneratorum, civitatem aliquam adeat, in qua Euangelium purè (*Lutheranicè*) prædicatur, catervatim tales ibi reperiet. Nam meridianâ luce clarius eſt, quòd hominum effrænatorum & indomitorum, apud quos omnis virtus & honeſtas penitus extincta eſt, & apud quos pro peccato nihil reputatur, nuſquam plures, nequidem apud Ethnicos, Turcas, & alios infideles, quàm apud Euangelicos, apud quos omnia diabolo fræna laxata ſunt, reperiantur.* Hiſce duobus ſubjungo tertium, Lutheranicæ Sectæ Doctorem non infimæ ſortis, Jacobum Andreæ Profeſſorem Tubingenſem; qui poſtquam varios Germanorum circa Religionem commemoraſſet affectus & de Papiſtis dixiſſet nonnulla, ad Lutheranos ſuos tranſiens: E· *Altera*, ſubdit, *pars & turba Germanorum, ſuum quidem locum Verbo Dei, ut prædicetur, tribuit; nulla verò ſentitur in illis morum emendatio; ſed horrenda, Epicuræa, beſtialis eorum vita cernitur in converſationibus, compotationibus, cupiditatibus, pompis, & divini nominis prophanationibus, ſive blaſphemijs. Quâ parte volunt æquè liberè & impunè peccare, ſicut Papiſtæ in ſuâ idololatria. Mandat ſeriò Deus in Verbo ſuo & à ſuis Chriſtianis requirit ſeriam & Chriſtianam diſciplinam: hæc verò apud nos,* NOVUS PAPATUS NOVUSQUE MONACHISMUS *exiſtimatur. Sic enim inquiunt: Didicimus modò, per ſolam fidem in Chriſtum ſalvari, qui ſuâ morte pro peccatis omnibus ſatisfecit; nos verò ſatisfacere non poſſumus noſtris ieiunijs, eleemoſynis, precationibus, ac alijs operibus. Quamobrem, ſine, & permitte, ut huiuſmodi opera miſſa faciamus, cùm per Chriſtum alioquin ſalvari poſſimus, & ſolùm gratiâ Dei Chriſtiq; meritis nitamur. Atque ut totus Mundus agnoſcat, eos non eſſe Papiſtas, nec bonis operibus quidquam fidere, illorum etiam operum nullum penitùs exercent. Ieiunij loco comeſſationibus & perpotationibus noctè dieq; vacant: ubi pauperibus benignè facere oportebat, eos deglubunt, & excoriant: Precationes vertunt in iuramenta, blaſphemias, & divini nominis execrationes; idq; tam perditè, ut Chriſtus ne ab ipſis quidem Turcis hodie tantoperè blaſphemetur. Demùm pro humilitate paſſim regnat apud illos ſuperbia, faſtus, elatio, luxuria veſtium, quæ aut ſumptuoſiſſimè, aut etiam ſtultiſſimè ſunt elaboratæ. Atque hoc univerſum vitæ genus ab illis Euangelicum dicitur inſtitutum. Interim ſibi perſuadent homines miſerrimi, ſe rectam veramq; in Deum fidem in animis ſuis retinere, & ſibi propitium eſſe Deum: imò etiam ſe probiores impijs & Pſeudoapoſtolicis Papiſtis iudicant.*

C. Luther. in Poſtilla ſuper Domi-nica 1. Adventus.

D. Muſculus in Do-minicam 1. Adventus.

E. Iac. Andreæ Con-cione 4. in c. 21. Lucæ.

Vide Melanct. in c. 6. Matth. & Brentium in c. 5 Matt. & Wigand. l. de Bonis & malis Germaniæ, & Hedionē Epiſt. ad Melanchthō. & Spangenbergium in Narrat. Beneſ. Dei, & Eberum Præfat. in Commentaria Melanchthonis in Epiſt. ad Corinthios.

CAPUT LXVIII.

Prosecutio ejusdem confutationis. Non possunt nisi vituperare orthodoxos qui à fide & communione apostatant orthodoxa. Variæ Confessionistarum *imposturæ in Catholicos recensentur ex Lindano.* Confessionistarum *cum Pelagianis & Semi-Pelagianis in comminiscendis calumnijs symbolismus. Frustrà laborant Lutherani excutere opprobrium hæreseos, perdurantes in oppugnatione Ecclesiæ & supremi eius Hierarchæ.* Qui Pastorem ovium lædere vult, lupus est.

CCXXI. HÆc cùm ita esse ipsi etiam Lutherani perhibeant, nonne consectarium apparet ut Deformatores potiùs quàm *Reformatores* Religionis, & Cacoangelici quàm *Euangelici* nuncupentur? Nonne Catholicis magis gloriosum est à talibus vituperari, quàm laudari? Nonne solemne est & semper fuit apostatis, insectari Ordinem aut cœtum unde desciverant? Novatiani olim ab Ecclesiæ Romanæ communione egressi, Cornelium Papam sacrificatis communicasse divulgarunt. Unde B. Cyprianus ait Antoniano: [F] Quòd passim communicare „ sacrificatis Cornelius tibi nunciatus est, hoc „ de apostatarum fictis rumoribus nascitur. „ Neque enim possunt laudare nos, qui rece- „ dunt: aut expectare debemus ut placeamus „ illis, qui nobis displicentes, & contra Eccle- „ siam rebelles, sollicitandis de Ecclesia fratri- „ bus violenter insistunt. Quare & de Cornelio, „ & de nobis quæcunque jactantur, nec facilè audias, nec credas". Quàm multiplicibus & immanibus calumniis Catholicos aspergant Lutherani aliique hujus ævi Sectarii, ostendit Stapletonus Tomo 2. in Oratione Quodlibetica, cui titulus, *Utrum hæreticorum maior sit nequitia, quàm astutia?* Speciatim verò de *Confessionistis* & eorum *Apologistis* idipsum ostendit R^mus Lindanus in Præfatione *Apologetici* sui ad Germanos: [G] Magna quidem sunt (inquiens) „ eaque permulta nobilis istius *Augustanæ* tam „ *Confessionis* quàm suæ primæ *Apologiæ* in Ca- „ tholicos conficta (si verum nullâ circuitione „ utenti dicere liceat) mendacia: quæ si quis „ accuratiori studio istis Anonymorum Con- „ fessionistarum tam Politicorum quàm Theo- „ logorum mendaciis in illos denuò & odio- „ siùs projectis conferantur, meritò ista „ istis minùs videantur illiberalia. Quod „ ut exemplis pauculis magno de acervo arre- „ ptis fiat illustrius, non fuerit abs re nobiliora „ aliquot velut emblemata huc commemorare. „ Asserit *Confessio Augustana*, anno 40. Witten „ bergæ impressa, *Catholicos docere, homines* (in- „ quit fol. 76.) *consequi remissionem peccatorum* „ *propter propriam dignitatem.* Item dicere, *Non* „ *credendum esse quòd gratis propter Christum re-* „ *missio donetur*: cùm ista nemo Catholicorum „ doceat, imò eos qui ita sentiunt Ecclesia „ Dei habet pro Pelagianis aut Judaizantibus. „ Rursùs Articulo de Missa, *Opinionem sparsam* „ *esse in Ecclesiam, quòd cæna Domini* (inquiunt „ folio 21.) *sit opus, quod celebratum à Sacer-* „ *dote mereatur remissionem peccatorum, culpæ* „ *& pœnæ, facienti, & alijs: idq; ex opere operato, sine* „ *bono motu utentis.* Item *quòd applicatum pro mor-* „ *tuis sit satisfactorium, hoc est, mereatur eis remis-* „ *sionem pœnarum Purgatorij.* Verùm hæc nemo „ Catholicus docet, neque hunc in modum „ interpretatur Missæ meritum, quod totum „ pendet, nobisque promanat ex unius Chri- „ sti meritis. Similiter & *Confessio Augustana*, „ anno 31. edita, *Catholicos docere, Christum* „ *suâ passione* (inquit fol. D. 2. B.) *satisfecisse* „ *pro peccato originis; & instituisse Missam, in* „ *qua fieret oblatio pro quotidianis delictis morta-* „ *libus & venialibus*: cùm istud Ecclesia Dei „ Catholica nunquam senserit aut docuerit. „ Quòd si *Apologiam Confessionis Augustanæ* quis „ aggrediatur excutere, videbit plùs sibi operæ „ exantlandum in annotandis ejus mendaciis, „ quàm Herculi in Augiæ stabulo repurgando. „ Affirmat *Apologia* Catholicos Mariam Chri- „ sto æquare: *Res ipsa loquitur* (inquit fol. „ 94. anno 55. edita) *quòd publicâ persuasione* „ *B. Virgo prorsùs in locum Christi successerit.* Atqui „ eam non facimus Deam, sed Dei matrem; „ non divino, sed creaturis digno honore co- „ lendam: quæ longissimè Christo Domino sit, „ & meritis à Christo Filio acceptis, & di- „ gnitate cælitùs donatâ, inferior. Rursùs „ fol. 74. *Catholici contemnunt Christi beneficium,* „ aiunt: *quódq; satisfactiones nostras praferimus* „ *satisfactioni Christi*: quas tamen non nisi ex „ unius Christi merito dicimus Deo Patri pla- „ cere, ceu rivulus tenuis copiosissimo de fon- „ te in nos Dei filios derivatus. Item fol. 34. „ *Catholicos affingere Scripturis opiniones, quòd* „ *per bona opera mereamur remissionem peccatorum:* „ *quòd bona opera sint propitiatio, ac pretium*

propter

[F] Cyprian Epist. 52.

Stapletonus

[G] Lindan. in Præfat. Apologetici F. 1.

,, *propter quod Deus nobis reconcilietur*: *quòd bona*
,, *opera propter suam bonitatem sint accepta*, *nec*
,, *egeant misericordiâ*, *& propitiatore Christo*. Quas
,, opiniones verè impias ait *Apologia* Catho-
,, licos defendere: cùm eas execrentur, atque
,, pro puro puto Pelagianismo eis anathema di-
,, cant. Ejusdem fidei est, quod *Apologia*
,, fol. 120. affingit, *Ipsos sceleste defendere*,
,, *Missam ex opere operato iustificare*: *quòd merea-*
,, *tur remissionem culpæ & pœnæ*, *etiam iniustis*,
,, *pro quibus applicatur*, *si non ponant obicem*. Quas
,, blasphemias nullus unquam in Ecclesia au-
,, divit. Sic & *Apologia*, anno 31. excusa,
,, *Scholasticos Doctores* ait *nihil omninò de fide*
,, *in doctrina Pœnitentiæ dixisse*: cùm ejus fun-
Hebr.11.6 ,, damentum faciant fidem Christi, *Sine qua*
,, *impossibile est placere Deo*; docentes, ad inte-
,, riorem pœnitentiæ motum requiri primò
,, fidei motum in Christum. Denique, ut bre-
,, vis sim, *Catholicos* ait eadem *Apologia* fol. 8.
,, 1. B. *ubique excluso Christo docere*, *mereri iusti-*
,, *ficationem per opera legis*: cùm hanc impiam
,, doctrinam unà cum suis authoribus, Ju-
,, dæis nimirum & Pelagianis, anathemati
,, subjiciant: nihilque sine Christo nec bono-
,, rum operum nec meritorum in ullo morta-
lium agnoscant".

CCXXII. His atque aliis consimilis furfuris imposturis, in *Confessione Augustana* ejusque *Apologia* digestis, subnixi *Provocantij* nostri, *Papam Romanum variorum in Religione abusuum accusant*: imitantes nimirum hæreticos Pelagianos, quorum propulsandis imposturis Augustinus tres priores *ad Papam Bonifacium* libros magna ex parte impendit: imitantes item & Semipelagianos, quorum similiter refellendis in Augustinum calumniis B. Prosper Aquitanicus duos libros Responsionum emisit, alterum *Ad capitula Gallorum*, alterum *Ad obiectiones Vincentianas*. In istos posteriores justo zelo pro suo Magistro Augustino accensus Prosper alibi
H Prosp. l. cont. Collat. cap. 41. quoque insurgit, & ait: [H] Ut Catholicarum
,, mentium castitatem, gratiæ Defensoribus
,, calumniando corrumpant, præcipuum no-
,, stro tempore in doctrina Ecclesiastica virum
,, rabido ore discerpunt: creduntque se omnia
,, authoritatum munimina posse convellere, si
,, hanc Pastoralis speculæ validissimam turrim
,, crebrâ Pelagiani arietis illisione pulsaverint.
,, Firmum quidem fundamentum Dei stat, sed
,, congruenter isti non desunt partibus suis: di-
,, gnum quippe est, ut quorum sequuntur sen-
,, tentiam, imitentur insaniam. Nec enim alia
,, possunt dicere, quàm quæ damnatorum que-
,, relis, & procacissimis Juliani sunt vulgata
,, conviciis. Paria sunt unius seminis germina,
,, & quod latebat in radicibus manifestatur in
fructibus". Quem Prosperi locum aptissimè in *Provocantios* nostros, supremum Ecclesiæ Præsulem *Variorum in Religione abusuum* calumniose accusantes, vibrari posse quis non videat. Dicamus igitur & nos de ipsis: Ut Catholicarum mentium castitatem, fidei defensoribus calumniando corrumpant, præcipuum Ecclesiæ Hierarcham & Apostolici depositi Custodem rabido ore discerpunt: credentes se omnia authoritatum munimina posse convellere, si hanc Ecclesiasticæ structuræ validissimam Petram crebrâ Lutherani arietis illisione pulsaverint. Firmum quidem fundamentum Dei stat, sed congruenter isti non desunt partibus suis: dignum quippe est ut quorum sequuntur sententiam, imitentur insaniam. Nec enim alia possunt dicere, quàm quæ [1] *Damnatorum* querelis, & pro- 1. Vide sup. hic cap. 50. §. 162. Coherentiâ X.
cacissimis Lutheri sunt vulgata convitijs. Paria sunt unius seminis germina, & quod latebat in radicibus manifestatur in fructibus. Addamus præterea & illud corollarium, subsequenti ibidem Prosperi contextui parallelum. Non ergo cum istis novâ acie dimicandum est, nec quasi contra ignotos hostes specialia sunt ineunda certamina. Tunc eorum machinæ fractæ sunt, tunc in superbiæ sociis ac principibus corruerunt, quando Crucifixi Vicarius Petrique Successor Leo X. Catholicarum Academiarum pręviis Censuris sententię suę robur adnexens, nefandæ hæreseos authorem Apostolico mucrone percussit; & ad impiorum detruncationem gladio Petri dextras omnium armavit Antistitum: quando item idem ipse, piissimi Imperatoris Caroli Augusti Catholicâ devotione gavisus, contra Romanæ Religionis temeratores non solùm Apostolicis, sed etiam Cæsareis utebatur Edictis: quando & Leonis Successor Adrianus VI. Prædecessoris Decretis insistens, Frederico Saxoni sub utriusque gladii interminatione præcepit, ne Germaniæ vomicam, Christiani Orbis fæcem, Orthodoxæ Ecclesiæ infestatorem, Monastici Ordinis desertorem Lutherum sustineret, foveret, aut protegeret: Quando Episcopales Synodi per Germaniam, Galliam, Poloniamque habitæ, subeuntem Lutheranismi pestem consonantibus Sanctionibus proscripserunt: Quando mitratorum Vide Prosp. lib. de Ingrat. cap. 2.
Procerum turma ampla Tridenti consedit; secumque suam jungente vigorem Juris Apostolici solio, fera viscera belli contulit, & lato prostravit tramite victos. Convenere illic de cunctis urbibus almi Pontifices, junctisque animis, scrutamine facto, sanxerunt, quod Roma probet, quod regna sequantur. Nec sola est illic Synodana exerta potestas, ceu quos non possent ratione evincere nostri, vi premerent: discussæ artes, virusque retectum est hæretici sensus, nullumque omninò relictum, Docta fides quod non perpenderet argumentum. Condita sunt, & scripta manent, quæ de cataractis Æterni fontis fluxêre undante meatu, & propè ter centum Procerum sunt edita

 linguis,

linguis: Sic moderante suam legem bonitate severâ, ut qui damnato vellent de errore reverti, Acciperent pacem, pulsis quæ prava tenerent.

CCXIII. Sed quis non rideat *Confessionistas*, accusantes Papam Romanum *Tyrannidis in Reges atque Principes*? Recolat Lector quæ ab ipsorum Patriarcha in Cæsares, Reges, & Principes dicta memoravimus superiùs c. 16. §. 55. & quæ ibidem Carolus Cæsar in Edicto suo Wormaciensi perhibet: & facilè proculdubiò censebit, istum Lutheranorum zelum pro Principibus, simulatum perinde esse, ac fuit *Iudæ pro pauperibus*. Adhuc temporibus Erasmi jactabant se planè alienos esse à seditionibus. Sed quid ad hoc Erasmus? [K] Nec illud (inquit) „absque risu legetur, quòd aiunt se à seditione longè latèque abhorrere". Et ibidem rursùs: „Quamobrem (inquit) tantoperè nunc horrent „seditionis vocabulum, cùm Lutherus scripserit, *Eam esse Euangelij peculiarem naturam, movere seditionem*: celebreturq; Zuinglii dictum, *Euangelium vult sanguinem*"? Idem rursùs lib. in Pseudoeuangelicos: „Populus iste tam Euangelicus (inquit) etiam Turcarum Principi „dicitur detestabilis, quem ait *Seditioni natum*. „Quos subinde tumultus excitat? Quoties „quàm levibus de causis procurrit ad arma? „ne suis quidem Ecclesiasticis satis obtemperans, nisi dicant blanda auribus; profligandi „etiam, si liberiùs in eorum vitam invehantur, aut ab opinione dissentiant". Eadem igitur de causa in communem Christianorum Patrem ac Pastorem insurrexerunt, quâ in suos particulares Ministellos subinde etiam insurgunt: quia nimirum non eorum auribus blanda dicit, & eorum pravis opinionibus contradicit. Verùm quia hanc veram causam obtendere erubescunt, aliam causam velut speciosiorem prætexunt; *affectatam* nimirum *in Ecclesiam Christi, & in Reges atque Principes tyrannidem*. Sed sanè si ipsi tam malè affecti sunt erga *Reges atque Principes*, quàm sunt erga *Ecclesiam Christi*; non magis eos cruciat prætensa illa Papæ tyrannis, quàm Judam cruciavit egenorum paupertas. Audiat parùm Lector quid de Confessionisticæ factionis Principibus, eorumque non sincera erga Cæsarem suum devotione, Cæsar ipse Carolus V. ante annos jam centum est testatus, in *Iustificatione Banni contra Electorem Saxoniæ & Landtgravium Hassiæ*: [L] Pro arro„ganti sua audacia (ait de eis ibi Cæsar) „non dubitarunt apud quosdam status tan„tùm moliri, ejusque in animum inducere, „quo minùs se ad hæc nostra publica Comi„tia conferrent: quod vix ullo alio institu„to, quàm IN NOSTRUM SUMMUM „CONTEMPTUM, & ut arduis illis ac „gravissimis negotiis, quæ sacro Imperio in„cumbunt, eò cum minori fructu transigan„tur, factum esse, CERTUM EST. Hæc „verò illis eò faciliora sunt ac leviora, cùm „nec justitiam, nec Magistratum agnoscant, „vel eo deterrentur; sed ita jam pacem pu„blicam, & administrationem justitiæ pertur„baverint, ut justissimarum etiam sententia„rum executiones declinent, Nostrumque „summum Cæsareum Judicium in Sacro Im„perio Germaniæ, culpâ & illicitâ causâ illo„rum, totum sublatum sit: ita ut per annum „jam integrum omnes justitiâ destituti relin„quantur, & deinceps relinquerentur: quod qui„dem est res non solùm per se gravis, multis „miseris & oppressis ac spoliatis partibus ca„lamitosa, verùm etiam apud omnes nationes „omninò horrenda ac detestanda. Quod autem „omnium gravissimum est, hæc ferè omnia sub „specioso illo prætextu Religionis, & assertæ „cujusdam pacis, juris, ac libertatis Germaniæ „propugnationis, quibus illi tam petulanter „gloriantur, fiunt: quo quidem illis omnia sua „vafra, perfida, & illicita facinora velare posse „videntur: cùm interim nihil minùs, quàm „unionem veræ Religionis, vel pacem, justi„tiam, libertatemvé Germaniæ quærant, vel „patiantur. Sed nec ex vera quidem Christiana „Religione unquam colligent, aut probabunt, „licitum esse illis, ut se suo legitimo Magi„stratui temerè opponant: quod contra Reli„gionem est. Sed hoc potiùs in sacris litteris, „aliisque probatis authoribus, & historiis li„quidè invenient, in primitiva Ecclesia Chri„sti fideles, qui suam fidem & Religionem non „verbis solùm jactitarunt, sed etiam pietate „& sanctimoniâ vitæ & morum, suo denique „sanguine testati sunt, Imperatoribus, Regi„bus, & Magistratibus etiam Gentilibus ob„temperasse. Quo quidem exemplo, nostris illis „REBELLIBVS AC INFIDIS eò minùs licuit, „ut Nobis, ut legitimo suo Magistratui, de„bitam obedientiam detrahant, & se CONTRA „NOS efferant & attollant. Conjiciant autem „omnes, quò HOC EORVM INSTITVTVM „TANDEM TENDAT, nisi VT IMPERII NO„STRI FASTIGIO, AVTHORITATI, DIADE„MATI, ET SCEPTRO INSIDIARI, EAQVE „SIMVL CVM RELIGIONE, PACE, JVSTI„TIA, ET LIBERTATE SVBVERTERE POS„SINT. Hâc enim occasione nemo dubitat „illis etiam ad privati commodi nominisque „sui amplificationem, præterea AD EXER„CENDAM TYRANNIDEM, armisque rem fa„ctitandam, liberiorem patere aditum. Quæ „quidem ut APERTA SVNT, ita etiam arro„gantes eorum sermones, quos quidem effu„tierunt, præterea & ignominiosa Scripta, „& picturæ, quæ ubique in suis Provinciis „ac Jurisdictionibus typis edere, circum„ferre, ac divulgare curarunt, quibus IN „NOS SVMMO CONTEMPTV AC CRIMI-

NOSIS-

Io. 12. 5. & 6.

K. Erasm. ad Fratres Inferioris Germ.

L. Carol. V. in Iustif. Banni adversùs Saxonem & Hessum. die 20. Iulij 1546.

„NOVISSIMIS CALVMNIIS INVEHVNTVR, „ eò proculdubiò consilio VT ANIMVM „ PLEBIS CONTRA NOS EXACERBENT IR- „ RITENTQVE AD SEDITIONEM, hujusmodi „ infidos & seditiosos conatus abundè satis „ testantur. Cæterùm in suis conventiculis, „ obliti sui juramenti, non solùm multa va- „ riaque pacta, fœdera, conspirationes, & „ alias factiones CONTRA NOS moliuntur, ve- „ rùm etiam apud exteros potentatus, & alios, „ pro alienando à nobis eorum animo, NOS „ ACERBISSIMIS CALUMNIIS IMPRIMVNT, „ IPSIS IN NOSTRVM DETRIMENTVM OC- „ CVLTAS ADHÆRENTIAS, SVBSIDIA, ET „ FAVORVM OFFERVNT, EOSQVE CONTRA „ NOS INSTIGANT ET CONFIRMANT. Sed „ non desunt, quæ de prompta voluntate, & „ studio, quibus Germaniam, quantùm ad „ Turcam attinet, prosequuntur; conijcien- „ di scilicet eam in summum discrimen & „ periculum, copiosè docere possunt: quæ „ eò magis credenda sunt, cùm eorum cona- „ tui TYRANNIDEM SVAM PROPAGANDI, „ AC ETIAM AVGENDI, apta esse, ac res- pondere videantur". Et rursùs ibidem post pauca de ijsdem: "Invidioso ac maligno „ animo, ac EFFRÆNATA DOMINANDI LI- „ BIDINE, in eam jam obstinationem inci- „ derunt, ut aliud nihil cogitent, quàm ut „ oppressâ justitiâ omnes violenter spoliare, „ & impunè hoc facere possint; bella & sedi- „ tiones in Imperio movere, Principes, Co- „ mites, Barones, & communem liberam No- „ bilitatem, aliosque status & Consortes Sacri „ Imperij, tam Ecclesiasticos quàm sæculares, „ propriâ potestate, contraque Nostram Cæ- „ saream publicam pacem invadere, vi ac va- „ riis circumventionibus sibi subjugare, pa- „ cem ac justitiam in Sacro Imperio, NOS- „ TRAMQVE CÆSAREAM AVTHORITATEM „ OPPVGNARE, ET SIBI VENDICARE; con- „ venticula instituere, Pacta, fœdera, con- „ spirationes, & seditiones CONTRA NOS „ IRRITARE, ignominijs, & ejus generis „ Scriptis ACERBISSIME ET CONTEMP- „ TISSIME IN NOS DEBACCHARI, CALUM- „ NIIS NOS DEFERRE, AC ALIIS IMPRI- MERE NON CESSANT". Hæc & plura alia eòdem spectantia Cæsar, omni exceptione major testis, in illo suo Edicto Justificatorio perscripsit & evulgavit: ut proinde mirum sit quâ præfidentiâ nunc istius Sectæ homines audeant tantopere exaggerare suorum devotionem perpetuam erga Germanorum Imperatorem, & tam splendidè simulare se etiam idcircò *Papæ Romanò*, adversari, quòd *Tyrannidem in Reges atque Principes* attentet. Nec est quòd obtendant, se non approbare machinationes prædictas Principum suorum contra Cæsaream Majestatem. Revincit enim eos inscriptio sepulchralis quâ exornarunt & etiamnum exornant Ducem illum Saxoniæ de quo Cæsar loquitur: quam inscriptionem videat Lector suprà hic cap. 17. § 57. Quapropter unica & verissima causa tanti odij eorum in *Papam Romanum* hæc est, quòd tam fideliter ac vigilanter pascat veræ ac Catholicæ doctrinæ pabulo gregem Christi sibi commissum, contra ipsorum incursiones & infestationes. Atque hinc manifestum est eos esse lupos, id est, hæreticos: juxta illud Prosperi: M. *Si Pastorem ovium lædere vis, lupus es.*

Præoccupatio.

M. Prosp. Epigram. 24 in obtrectatorem Augustini.

CAPVT LXIX.

Obviatur prætensioni Adversariorum, nitentium controversias fidei transferre à tribunali Papali ad Imperiale: retorqueturque machina in ipsos, ostendendo Imperialia tribunalia tam olim quàm recenter pronuntiasse contra ipsos, & fidei causas ad Apostolicæ Sedis tribunal tanquam unicè competens remisisse. Proferuntur eam in rem Edicta & exempla aliquot Imperatorum tam veterum quàm recentiorum. Quàm falsò scribant Adversarij Carolum Magnum convocasse ac confirmasse Synodos, tametsi alioqui particulares, nullâ habitâ Romani Pontificis ratione? Eiusdem Caroli insignis devotio erga Apostolicos Præsules memoratur. Carolus V. aliquoties declaravit Lutheranorum controversiam non esse fori Imperialis, sed Papalis.

CCXXIV. MAlè habet nostros *Provocantios*, quòd *Papa Romanus cum Asseclis suis omnes à se, tanquam infallibili omnium in Religione controversiarum Iudice, dissentientes damnet hæreseos.* Verùm cùm ipsi decisionem controversiarum Religionis attribuant Imperatori, tanquam *utriusque tabulæ custodi*, prout loquuntur num. 7. mirum est eos non cernere quemadmodùm proprio se laqueo irretiant. Etenim inter nos & ipsos controversia illa Religionis inter alias fervet, An Papa Romanus sit competens Iudex controversiarum super fide incidentium? Asserimus nos, negant ipsi, & à Papa provocant ad Imperatorem, tanquam *utriusque tabulæ custodem.* Si igitur pro nobis controversiam deciderit imperator, ipsis etiam fatentibus victores triumphamus. Decîdit autem non unus modò Imperator pro nobis jam olim, sed tres simul. Nam in tabulis Imperialibus ante duodecim jam sæcula conditam legimus Gratiani, Valentiniani, & Theodosij Magni legem, superiùs hìc cap. 28. §. 92. relatam: *Cunctos populos, quos Clementiæ Nostræ regit Imperium, in tali Volumus Religione versari, quam D. Petrum Apostolum tradidisse Romanis Religio usque adhuc ab ipso insinuata declarat, quamq́ue Pontificem Damasum sequi claret.* Ecce Imperatores lege latâ ad Romani Pontificis Religionem astringunt cunctos populos sibi subjectos! Et quis, obsecro, meliùs aut certiùs dicere poterit populis ambigentibus, quænam sit Religio Romani Pontificis, quàm ipse Romanus Pontifex? Igitur ex Imperialium tabularum dictamine ac præscripto, ad Romani Pontificis declarationem finaliter referendæ sunt controversiæ Religionis: ut nimirùm ea à cunctis populis Religio habeatur & teneatur pro vera, quam Romanus Pontifex ab ambigentibus interpellatus declaraverit esse suam: ea verò pro spuria & adulterina, quam idem declaraverit non esse suam, sed suæ contrariam. Et quia nostri *Provocantij* molestè ferunt se à nobis haberi ac judicari *Hæreticos, tanquam extra Ecclesiam positos, & à mystico Christi corpore abscissos*: dignentur audire patienter, quod in ijsdem Imperialibus tabulis ibidem subsequenter legitur in hunc modum: *Hanc legem sequentes* (jam nimirum à nobis relatam) CHRISTIANORUM CATHOLICORUM *nomen iubemus amplecti*: RELIQUOS *verò* DEMENTES INSANOSQUE *iudicantes*, HÆRETICI NOMINIS INFAMIAM *sustinere*: *Divinâ primùm vindictâ, pòst etiam motus animi Nostri, quem ex cœlesti arbitrio sumpserimus, ultione plectendos.* Suo igitur, uti diximus, laqueo irretiuntur Adversarij, dum exortas super Religione controversias per Imperatorem postulant decidi. Iamdudum enim Imperatores lege lata deciderunt ac edixerunt, eos esse ac dici debere Christianos Catholicos, qui Romano Pontifici communione Religionis cohærent; eos autem *Dementes, insanos, & hæretici nominis opprobrio infames*, qui alienam ab eodem Religionem subinvehunt, aut subinvectam fovent. Cui prædicta non sufficiunt, audiat quid de judicio controversiarum fidei scribat Valentinianus III. ad collegam Imperij Patremq́ue suum Theodosium Iuniorem: „Fidem (inquiens) à nostris Majoribus „traditam, debemus nos cum omni compe- „tenti devotione defendere, & dignitatem „propriæ venerationis B. Apostolo Petro in- „temeratam in nostris temporibus conserva- „re: quatenus Beatissimus Romanæ Civita- „tis Episcopus, CVI PRINCIPATVM SA- „CERDOTII SVPER OMNES ANTIQVITAS „CONTVLIT, locum habeat ac facultatem „DE FIDE AC SACERDOTIBVS IVDICA- „RE". Audiat item quid de eadem re Marcianus

Lex Cæsarea. Vide suprà c. 28. §. 92.

N. Valent. III Epist. ad Theod. Augustum, quæ extat in Actis Synodi Chalced. p. 1. c. 25.

nus Augustus Papæ Leoni Magno perscribat: O. Reverendissimos Viros (ait ille ibi) quos „ ad Nostram Pietatem Sanctitas Tua dire- „ xit, libenter, &, sicut decebat, animo „ grato suscepimus. Superest ut si placuerit „ Tuæ Beatitudini in has partes advenire, & „ Synodum celebrare, hoc facere Religionis „ affectu dignetur: Nostris utique desiderijs „ Vestra Sanctitas satisfaciet, & SACRÆ „ RELIGIONI QVÆ VTILIA SVNT DECER- „ NET. Si verò hoc onerosum est, ut Tu ad „ has partes advenias; hoc ipsum Nobis Tua „ Sanctitas proprijs litteris manifestet, qua- „ tenus in omnem Orientem, & in ipsam „ Thraciam & Illyricum Sacræ Nostræ lit- „ teræ dirigantur; ut ad quendam definitum „ locum, ubi VOBIS PLACVERIT, omnes „ Sanctissimi Episcopi convenire; & quæ „ Christianorum Religioni atque Catholicæ „ fidei prosint, SICUT SANCTITAS TVA „ SECVNDVM ECCLESIASTICAS REGVLAS „ DEFINIVERIT, sua dispositione declarent".

...Martian ... ad ... Pa ... ib. c. 34

Similia habentur in Epistola Pulcheriæ Augustæ ad eundem Leonem Papam, quæ extat ibidem cap. 35. Extat præterea inter Decreta Bonifacij II. Papæ exemplar professionis Justiniani Cæsaris, ita incipiens: P. Prima „ salus est, rectæ fidei regulam custodire, & à „ Constitutis Patrum nullatenus deviare. Et „ quia non potest Domini Nostri Iesu Christi „ prætermitti sententia, dicentis: *Tu es Petrus* „ *& super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam*; „ hæc quæ dicta sunt, rerum probantur effe- „ ctibus: quia in Sede Apostolica extra ma- „ culam semper est Catholica servata Reli- „ gio. De qua spe & fide minimè separari cu- „ pientes, & Patrum Constituta sequentes, „ anathematizamus omnes qui contra San- „ ctam Romanam & Apostolicam Ecclesiam „ superbiendo suas erigunt cervices; sequen- „ tes in omnibus Apostolicam Sedem, & „ prædicantes ejus omnia Constituta: & per „ omnia spero, ut in una communione Vo- „ biscum, quam Sedes Apostolica prædicat, „ esse merear; in qua est integra & vera Chri- „ stianæ Religionis & perfecta soliditas: pro- „ mittens, sequestratos à communione sanctæ „ Ecclesiæ, id est, non consentientes Sedi „ Apostolicæ, eorum nomina inter sacra non „ recitanda esse mysteria. Quòd si in aliquo à „ professione mea deviare tentavero, his quos „ damnavi complicem meâ me sententiâ esse „ profiteor. Hanc autem professionem meam „ manu mea subscripsi, & Bonifacio Sancto „ & Venerabili Papæ Urbis Romæ direxi, „ damnans & Antecessores & Successores meos, „ & omnes, qui Sanctæ Romanæ & Apostolicæ Ecclesiæ privilegia cessare nituntur". Huic professioni aliam non absimilem exhibuimus superiùs cap. 32. §. 105. quam omittere debebant Orientales passim omnes, qui post schisma Acacianum reconciliabantur Apostolicæ Sedi. Et quia prædicta Professionis formula à quibusdam negatur esse Justiniani Augusti, libet hìc adjungere alium ejus locum huc spectantem, & in Corpore Juris Cæsarei sub ejus nomine extantem Cod. De Summa Trinitate & fide Catholica, ubi sic alloquitur Ioannem Papam ejus nominis Secundum: Q. Semper Nobis fuit magnum studi- „ um, unitatem Vestræ Apostolicæ Sedis & „ statum Sanctarum Dei Ecclesiarum custodi- „ re: quæ hactenus obtinet, & incommotè „ permanet, nullâ intercedente contrarietate. „ Ideoque omnes Sacerdotes universi Orien- „ talis tractus & subijcere & unire Sedi Ve- „ stræ Sanctitatis properavimus. In præsenti „ ergo quæ commota sunt, quamvis manifesta „ & indubitata sint, & SECUNDUM APOSTO- „ LICÆ VESTRÆ SEDIS DOCTRINAM ab „ omnibus semper Sacerdotibus firmè custo- „ dita & prædicata, necessarium duximus „ ut ad notitiam Vestræ Sanctitatis perveni- „ ant: Nec enim patimur quidquam quod „ ad Ecclesiarum statum pertinet, quamvis „ manifestum & indubitatum sit quod move- „ tur, ut non etiam Vestræ innotescat Sancti- „ tati, QVÆ CAPVT EST OMNIVM SANCTARVM ECCLESIARUM".

Justinia... Cæsar, ... Bonif. II.

...16 18.

Q. Idem Epist. ad Ioan. Papam quæ ad longum habetur inter Epistolas Ioann. Tomo 3. Concilioruṁ generali.

CCXXV. Sed ad recentiora & Germaniæ domesticiora exempla veniamus. Carolus ille Magnus, de quo *Provocantij* nostri prolixum textunt sermonem in suo Libello Num. 9. & seqq. quanti fecerit authoritatem Romani Pontificis, in controversiarum fidei decisionibus, multoties multisque modis aperuit: ut proinde nonnisi insigni inscitiâ vel fallaciâ scribant Illi Num. 9. *Carolus Magnus*, NVLLA HABITA PONTIFICIS ROMANI RATIONE, *in suis Provincijs, quas vel armis subegerat, vel hæreditate adierat, subinde Concilia Moguntiæ, Ratisbonæ, Rhemis, Turone, Cabilone, Parisijs, Arelate, Compostellæ, Regia authoritate convocavit, & Constitutiones in illis factas confirmavit: quin &, cùm intelligeret in duobus Concilijs adversis, nempe Constantinopolitano VI. & Nicano II. (quæ tamen à dissidentibus factionibus utraque inter œcumenica nullo iure relata sunt) de cultu Imaginum decisiones minùs orthodoxè factas esse, ipse in magnam Synodum anno* ƆCCXCIV. *Francofurti* CCC. *Germaniæ, Galliæ, & Hispaniæ Episcopos convocavit* &c. De postremo isto Concilio Francofurti celebrato nonnulla jam superiùs diximus cap. 52. §. 168. quibus refellantur ea quæ de cultu Imaginum comminiscuntur hìc subsequenter Adversarij: ubi & de Libris Pseudocarolinis nonnihil attigimus. Addimus hìc præterea, falsò ab Adversarijs fingi convocatum fuisse istud Concilium ad tractandum de cultu Imaginum. Convocatum enim

enim fuit ad dirimendam controversiam de Adoptione Christi in Hispanijs exortam: sed cùm jam collectum esset, *Allata est in medium* (prout habetur Can. 2.) *quæstio de nova Græcorum Synodo, quam de adorandis Imaginibus Constantinopoli fecerunt* &c. Causam porrò convocationis fuisse eam quam memoravimus, palàm testatur Carolus ipse Magnus in Epistola ad Elipandum Toletanum & cæteros Hispaniæ Episcopos relatâ in Actis Synodalibus, ubi sic ait: " Jussimus Sanctorum Patrum Sy-„ nodale ex omnibus undique nostræ ditio-„ nis Ecclesijs congregari Concilium: quate-„ nus Sancta omnium unanimitas firmiter de-„ cerneret, quid credendum sit DE ADOP-„ TIONE CARNIS CHRISTI, quam nuper „ novis assertionibus, & Sanctæ Dei univer-„ sali Ecclesiæ antiquis temporibus inauditis, „ vos ex vestris Scriptis intulisse cognovimus". Pergit porrò ibidem continuò Carolus, subtexens ea quibus liquidò claret quàm imperitè vel malignè scribant Adversarij, eum convocasse ac confirmasse prædictas Synodos, *Nullâ habitâ Romani Pontificis ratione.* Verba ejus sunt:" Imò & ad Beatissimum Apostolicæ Se-„ dis Pontificem, de hac nova inventione, „ Nostræ Devotionis TER QUATERQUE di-„ reximus Missos: scire cupientes, quid San-„ cta Romana Ecclesia, APOSTOLICIS „ EDOCTA TRADITIONIBUS, de hac respondere voluisset inquisitione". Ecce non semel duntaxat, sed *Ter quaterque* Legatos misit ad Papam, *scire cupiens, quid Sancta Romana Ecclesia, Apostolicis edocta Traditionibus, de hac respondere voluisset inquisitione!* Præerat tunc Apostolicæ Sedi Adrianus I. quem Carolus semper coluit ut Patrem, non suum modò, sed totius Ecclesiæ. Eapropter in Epitaphio quod ei defuncto composuit, & sepulchrali ejus lapidi inscripsit, ita exorsus est: *Hic* PATER ECCLESIÆ, *Roma decus, inclytus auctor, Adrianus requiem Papa Beatus habet.* Neque verò ipse fuit primus qui honorificentissimum illum *Patris Ecclesiæ* titulum Apostolico Præsuli attribuit, sed quod à Majoribus frequentatum reperit usurpavit. Dudum siquidem ante hæc tempora B. Augustinus, cùm modum procedendi Melchiadis Papæ adversùs Donatistas commemorasset, exclamavit ad ipsum: R. *O Virum optimum! O filium Christianæ pacis, & PATREM CHRISTIANÆ PLEBIS.* Quid est Christiana plebs, nisi Christi grex, Christi populus, Christi Ecclesia, Domus Dei? De hac loquens Ambrosiaster, Damaso Papæ contemporaneus: S. Cùm totus Mundus (inquit) „ Dei sit, Ecclesia tamen *Domus eius* dicitur, cujus HODIE RECTOR EST DAMASUS". Ad hunc ipsum Damasum scribens ex Oriente Hieronymus: T. Beatitudini Tuæ (ait) id „ est, Cathedræ Petri, communione conso-„ cior: super illam Petram ædificatam Eccle-„ siam scio. Quicunque extra HANC DO-„ MUM agnum comederit, prophanus est: „ Si quis in Arca Noe non fuerit, peribit regnante diluvio". Et mox infrà iterùm: " Quicunque tecum non colligit, spargit: hoc est, qui Christi non est, Antichristi est". Non ignoravit hunc Sanctorum Patrum consensum Carolus Magnus: & idcircò in prædicta sua ad Hispanos errantes Antistites Epistola, ait eis paulò inferiùs: " Nec vestræ me paucitati „ in consensione hujus novæ assertionis socium „ admitto: sed APOSTOLICÆ SEDI, & an-„ tiquis ab initio nascentis Ecclesiæ & CA-„ THOLICIS TRADITIONIBUS totâ mentis „ intentione, totâ cordis alacritate conjungo". Si ergo hunc imitari dignentur *Confessionistæ*, non in sua obstinatione diutiùs persistent, nec paucitatem suam tantæ Catholicorum numerositati opponent, sed *Apostolicæ Sedi, & antiquis ab initio nascentis Ecclesiæ & Catholicis Traditionibus totâ mentis intentione, totâ cordis alacritate sese coniungent.* Certè enim tantâ Rex Carolus observantiâ Apostolicum Præsulem suspexit, ut sine ejus licentia vel unum Episcopum in suo Palatio extra diœcesin tenere non præsumeret: prout patet ex illa ipsa Francofordiensi Synodo qua de agimus, ubi sic legitur Can. 55. *Dixit Dominus Rex in eadem Synodo, se à Sede Apostolica, id est, ab Adriano Pontifice, licentiam habuisse, ut Angilramum Archiepiscopum in suo Palatio assiduè haberet, propter utilitates Ecclesiasticas.* Quâ ergo verisimilitudine fingitur *nullam habuisse Romani Pontificis in convocandis & confirmandis Synodis rationem?* Nunquid non Francofordiensis istius Synodi Patres Canone 1. profitentur *Se in Synodali Concilio convenisse, Apostolica authoritate, & piissimi Regis Caroli iussione?* Nunquid Reginone teste, V. *Ibi fuerunt Missi Apostolici* (id est, Legati Pontificij) *Theophilus & Stephanus Episcopi?* Extat in ejusdem Synodi Actis primo loco Epistola Adriani Papæ ad Episcopos Hispaniæ, in qua sic de Carolo scribit: " Ferventi „ succensus fidei zelo, ea quæ contraria or-„ thodoxæ fidei Hispaniarum de confinijs al-„ lata sibi persensit, Nostris curavit summâ „ pernicitate obtutibus præsentari: Beati Pe-„ tri amore feliciter obstrictus, non renuit illi „ honorem debitum exhibere; & Sedis ejus „ Præsulem dignum duxit Sacris Syllabis „ consulendum; Regiam scilicet & Canonicam placuit ei consuetudinem renovare". Et de Regia quidem consuetudine consulendi Apostolicæ Sedis Præsulem super fidei quæstionibus, dubitari non sinunt quæ præcedenti §. relata sunt variorum Imperatorum Edicta ac documenta. De Canonica item Consuetudine constare potest signanter ex duobus Concilijs Africanis, Carthaginensi & Milevitano,

[Marginalia: Carolus Magnus. — R. Aug. Epist. 162. — S. Amb. in c. 3. prioris Epistolæ ad Timoth. 1. Tim. 3. 15. — T. Hier. Epist. 57. — Carolus Magnus. — Synodi Francofo[rd.] — V. Regino 2. Chronic. ad annum 794. — Adrianus Papa I.]

vitano, sub initium quinti sæculi adversùs Pelagianos celebratis. Prioris namque Concilii Patres mox ad Papam Innocentium I. Synodalia gesta perscripserunt: W. Ut statutis „ (inquiunt) nostræ mediocritatis etiam Apostolicæ Sedis adhibeatur authoritas". Idem fecerunt & posterioris Concilii Patres, profitentes insuper se absque *negligentiæ culpa* id prætermittere non potuisse. Eorum Epistola ad eundem Innocentium sic incipit: X. Quia Te Dominus gratiæ suæ præcipuè munere in Sede „ Apostolica collocavit, talemque nostris temporibus præstitit, ut nobis potiùs ad CULPAM „ NEGLIGENTIÆ valeat, si apud Tuam Venerationem quæ pro Ecclesia sunt suggerenda „ tacuerimus, quàm ea Tu possis, vel fastidiosè „ vel negligenter accipere, magnis periculis infirmorum membrorum Christi pastoralem diligentiam quæsumus adhibere digneris". Et rursùs in fine Epistolæ: " Hæc ad Sanctitatem „ Tuam de Concilio Numidiæ Scripta direximus, imitantes Carthaginensis Provinciæ „ Coepiscopos nostros, quos ad Sedem Apostolicam, quam Beatus illustras, de hac causa scripsisse comperimus". Oecumenica quoque Chalcedonensis Synodus non solùm juxta præviam Papæ Leonis instructionem damnavit errorem Eutychetis, sed confirmationem quoque Sanctionum suarum ab eodem postulavit & impetravit. Synodi verba ad ipsum sunt: Y. Omnem Vobis gestorum vim insinuavimus, „ ad comprobationem nostræ sinceritatis, & „ AD EORUM QUÆ A NOBIS GESTA SUNT „ CONFIRMATIONEM ATQUE CONSENSIONEM". In eadem item Synodo Act. 1. Legati Apostolicæ Sedis obstiterunt ne Dioscorus Patriarcha Alexandrinus inter Episcopos sederet, *Quia Synodum ausus fuerat facere sine authoritate Sedis Apostolicæ: quod nunquam licuit, neque unquam factum est.* Ex quibus omnibus, & aliis quæ addi facilè possent, liquidò constat, Adrianum rectè eam *Consuetudinem* consulendi Apostolicam Sedem vocasse non solùm *Regiam*, sed etiam *Canonicam.* Etenim Marcellus Papa I. in Epistola sua prima testatur, *Apostolos inspirante Domino sanxisse, ut nulla Synodus fieret præter Apostolicæ Sedis authoritatem.* Quòd si fortè obtendatur, Carolum nondum fuisse Imperatorem quando prædictam observantiam Apostolicæ Sedi præstitit. Fateor: sed & ipsi ultrò fatentur eum fuisse tunc Regem etiam Germaniæ, in qua celebratum est Francofordiense Concilium. Audiant præterea ex Reginone qualiter cum Apostolico Præsule in simili causa egerit etiam post adeptum & pacificè possessum Imperium: Z. Imperator (ait ille) „ de Arduenna Aquisgranum reversus Mense „ Novembri, Concilium de Processione Spiritus Sancti habuit. Quam quæstionem Joannes quidam Monachus Hierosolymis primò „ commovit. Cujus DEFINIENDÆ CAUSA „ Bernarius Episcopus Wormaciensis, & Adalardus Abbas Monasterii Corbeiæ, ROMAM AD LEONEM PAPAM MISSI SUNT". Ex quo patet non minùs detulisse authoritati Apostolici Præsulis in causa fidei post adeptum Imperium, quàm antè. Nec mirum, cùm Imperialis dignitas quantùm ad spiritale animarum regimen nihil amplius habeat quàm Regia. Rectè proinde ipse, hujus rei conscius, non ambivit in Imperio, quod non usurparat in Regno.

W. Synod. Carth. Epist. ad Innoc. Papam inter Augustinian. 90.

X. Synod. Milevit. ib. Epist 92.

Y Synod. Chalced. Epist. ad Leonem Papam Extat in Actis P. 3. c. 2. Vide Leonem Epist. 61.

Marcellus I. Vide Iulium I. Epist ad Orientales.

Z. Regino apud Sirmondum Tomo II. Conciliorum Galliæ Pag. 236.

CCXXVI. Carolo Magno addatur Carolus V. qui pauló post Lutheranismi exortum auspicatus est Imperium. Is itaque in Edicto suo Wormaciensi tanquam rem indubitatam asseverat, non ad Imperatorem, sed ad Apostolicam Sedem spectare decisionem controversiarum super Fide ac Religione motarum: A. Prædecessorum Nostrorum (ait ipse ibi) Romanorum Imperatorum Vestigiis insistentes, „ eorumq; pro libertate Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ perpetuò laudabilia facta, ac pias „ & sanctas super puniendis & exterminandis „ hæreticis constitutiones observantes, convocatis sępiùs ad præsentiam Nostram, propter „ hoc præcipuè, Electoribus, necnon universis „ Sacri Rom. Imperii Ordinibus & Statibus, in „ hoc Wormaciensi Conventu congregatis, de „ eorum omnium & singulorum unanimi con„ silio, maturâ deliberatione & consensu, in „ hanc tandem devenimus sententiam & con„ clusionem: ut quamvis hominem à Summo „ Pontifice & Sede Apostolicâ condemnatum, „ & in sua obstinata perversitate obduratum, „ atque ab usu Catholicæ Ecclesiæ alienum, & „ notorium hæreticum, audire, omni Jure ex„ ceptum esset: tamen ad tollendam omnem ca„ villandi ansam (idq; quia nonnulli plerosque „ libros Martino (*Luthero*) adscriptos, ipsius esse, „ apertissimè inficiabantur) complures audien„ dum à Nobis priùs hominem, quàm in eum „ ad executionem Pontificii Decreti ulteriùs „ procederemus, asseverabant: Martinum „ sæpè dictum, misso ad ipsum deditâ operâ „ uno è Caduceatoribus seu Præconibus & „ Heraldis Nostris, sub libero huc veniendi, „ & hinc recedendi salvo conducto: quod „ & factum est. Non ut Nos de hoc negotio „ judicaremus, CUM ID DUBIO PROCUL AD „ ROMANUM PONTIFICEM ET SEDEM APOSTOLICAM PERTINEAT, neque ut res sacrosanctæ fidei nostræ nunc tandem post „ tot sæcula per novas altercationes, cum „ magno fidelium scandalo & perturbatio„ ne, ac infidelium derisione, in contro„ versiam revocari pateremur: sed ut cum „ vulgi & plurimorum ita petentium satis„ factione, hominis animum percontantes, „ eum bonis monitionibus & suasionibus

A. Carol. V. in Edicto Wormaciensi Anno 1521.

„ ad rectam femitam, fi fieri poffet, reducere-mus". Ecce quàm patenter & affeveranter Imperator non folùm neget, ad fe pertinere judicium de negotio Lutheranæ hærefeos, fed fimul affirmet illud pertinere *Ad Romanum Pontificem & Sedem Apoftolicam*! Sed audi præterea quod inferiùs in difpofitiva Edicti ejufdem fubdit:" Ad honorem (inquiens) Dei Omni-„ potentis, ROMANIQUE PONTIFICIS ET „ SANCTÆ SEDIS APOSTOLICÆ DEBITAM „ REVERENTIAM, PRO IMPERIALIS DIG-„ NITATIS OFFICIO AC DEBITO, necnon „ zelo & ftudio, quo, Majorum Noftrorum „ more, & ingenitâ nobis vi, ad defenfionem „ Catholicæ fidei, Sanctæque Romanæ & uni-„ verfalis Ecclefiæ honorem, tutelam & pro-„ tectionem, omnes Noftras vires & faculta-„ tes, Imperium, Regna, Dominia, amicos, „ vitam denique & animam ipfam Noftram, ex-„ ponere fumus parati: ex Imperiali & Regia „ authoritate, necnon confilio & affenfu Ele-„ ctorum, & omnium Sacri Rom. Imperii „ Principum, Ordinum, & Statuum, in hac „ celeberrima & frequentiffima Imperiali Diȩta „ Wormaciæ congregatorum, ad perpetuam „ rei memoriam, exequendo Sanctiffimi Domi-„ ni Noftri Papæ, VERI IN HAC PARTE IU-„ DICIS, Sententiam, Decretum, & Condem-„ nationem, in litteris Apoftolicis ad Nos di-„ rectis contentam, *Martinum Lutherum*, ut mem-„ brum ab Ecclefia Dei abalienatum, ut obfti-„ natum fchifmaticum, & notorium hȩreticum, „ à Nobis haberi declaramus, & ut talem à „ Vobis omnibus & fingulis habendum De-cernimus & Edicimus". Ecce hîc iterùm Cȩfar declarat fe non fibi arrogare judicium doctrinȩ, fed duntaxàt *Exequi Sanctiffimi Domini Papa*, VERI IN HAC PARTE JUDICIS, *fententiam*! Manifeftum proinde eft, *Provocantios* noftros recufando judicium Papæ, & recurrendo ad tribunal Cæfaris, non folùm Papæ injurios effe, fed etiam Cæfari; nos verò afferendo judiciariam poteftatem Papæ, tam Cæfarem habere fuffragatorem, quàm Papam. Notandum præterea ex fuperiùs relatis Cæfaris verbis, quantopere idem Cæfar abhorruerit ab eo, ut fidei femel ftabilitæ dogmata in difceptationem poftea aut controverfiam revocarentur. Cenfet quippe id nequaquam fieri nifi *Cum magno fidelium fcandalo & perturbatione, ac infidelium derifione*. Unde non de nihilo fcripfit Ruardus, fuprà hîc cap. 62. §. 204. relatus: *Nec credibile eft, quòd ex animo fententiaq; Cafaris, & Principum Catholicorum, huiufmodi inftituta fint Colloquia; nifi fortè eorum hypocrifi & fimulatione delufi, crediderint eos humiliter quærere veritatem: paratos eam amplecti, quando informarentur.* Huc præterea fpectat, quòd in Comitiis Auguftanis anni 1530. prout c. 57. §. 184. vifum eft, Cæfar per organum Electoris Brandenburgici declaraverit, *Nunquam fe admiffurum ut de fidei Articulis ipfo Authore difceptaretur.* Et rursùs §. proximè fequenti: *Eorum* (Lutheranorum) *refponfione perceptâ, cùm fatis exploratum habeat ipforum nova dogmata Conciliorum Decretis damnata & à Chriftiana Rep. explofa effe, veluti cum Euangelicis & Apoftolicis litteris pugnantia, ad nullam difceptationem cum eis in his devenire decreviffe.* Et adhuc inferiùs ibidem: *Omninò fe decreviffe, neque à conclufo Decreto recedere, neque petitam ab ipfis dilationem concedere; cùm in fidei rebus nulla cunctatio ad deliberandum aut difceptandum admittenda fit.* Quid eft ergo quòd Lutherani nunc iterant fuam priftinam cantilenam coram Cæfare, quam conftat ante tot annos reprobatam fuiffe à Cæfare? Quid eft quòd nunc referunt ad Cæfaris tribunal, quod Cæfar olim declaravit ad fuum non fpectare tribunal? Quid eft quòd declinant tribunal Præfulis Apoftolici, quos Cæfar pridem relegavit ad tribunal Præfulis Apoftolici? Quid eft quòd jactant fuam obfervantiam erga Cæfarem, qui tam patenter temerant tot Edicta Cæfaris? Quid eft quòd Cæfarem interpellant, ne finat eos appellari hæreticos, quos Cæfar pridem declaraverat habendos effe hæreticos? Nonne clariffima in hanc rem funt illa ejus verba paulò fuperiùs relata: *Martinum Lutherum, ut membrum ab Ecclefia Dei abalienatum, ut obftinatum fchifmaticum, & notorium* HÆRETICVM, *à Nobis haberi declaramus, & ut talem à Vobis omnibus & fingulis* (fubditos fuos univerfos tam intra quàm extra Imperium alloquitur) *habendum Decernimus & Edicimus.* Addit præterea Cæfar ibidem poft pauca: " Mandamus infuper vobis omni-„ bus & fingulis prȩfatis, fub eifdem prænomi-„ natis pœnis, ne quis *Martini Lutheri* Scripta à „ Summo Pontifice authoritate fuâ Apoftolicâ, „ ut præmittitur, damnata, aut alia quæcun-„ que, tam Latino quàm Alemanico, feu alio „ quovis idiomate, ab ipfo hactenùs compo-„ fita, vel in pofterum componenda, utpote „ mala, fufpecta, & à notorio & pervicaciffi-„ mo HÆRETICO provenientia, emere, ven-„ dere, tenere, legere, defcribere, imprime-„ re, aut defcribi vel imprimi facere, affe-„ rere, fuftentare, prædicare, defendere præ-fumat". An fortè obtendent moderni *Confeffionifta*, prædictam declarationem refpicere Lutherum, non autem ipfos qui nondum erant nati, nedum Cæfari noti? Damnent ergo ipfi Patriarcham fuum, cum omnibus & fingulis erroribus fuis, propter quos à Cæfare fecundùm Apoftolicæ Sedis præjudicium declaratus eft hæreticus. Alioquin quamdiu vel uni ejus errori damnato adhærebunt, eidem damnationi ac declarationi fubjacebunt. Nec eft quòd novam aut peculiarem fententiam expectent, quando femel lata fententia perdurat: juxta illud Gelafii Papæ oracu-

Ruardus.

Carolus

Gelaſ. Papa. oraculum ſuperiùs cap. 33. §. 109. memoratum: *Authore cuiuſlibet inſaniæ, ac pariter errore damnato, ſufficere iudicarunt Maiores Noſtri, ut quiſquis aliquando eius erroris communicator exiſteret, principali ſententiâ damnationis eius eſſet obſtrictus: quoniam manifeſtè quilibet vel profeſſione ſuâ vel communione poſſet agnoſci.*

CAPUT LXX.

Inaniter* Confeſſioniſtæ *tentant eluere maculam aut ignominiam hæreſeos. Duabus reſpectivè poteſtatibus Mundus principaliter regitur, Pontificali, & Regali. Lutheranos ab ambabus damnatos, totus Mundus hæreticos reputare non dubitet. Fruſtrà obtendunt nomen Chriſtianum, & Characterem baptiſmalem. Nulla hæreticorum Secta, ſine Chriſtiani nominis larva, ad pugnandum contra Eccleſiam proſilire præſumit. Aliud eſt ſub Chriſti nomine eſſe, vel congregare; aliud cum Chriſto eſſe, vel congregare. Regnum Chriſti quomodò perſeverat indiviſum; non obſtantibus hæreticorum diſperſionibus? Baptiſmus hæreticorum unde ſuum hauriat valorem? Non ſufficit ad abſtergendum hæreſeos opprobrium aliquas Synodos œcumenicas acceptare, & hæreſes ab eis damnatas anathematizare: ſed neceſſe eſt illas univerſim ſuſcipere, & iſtas univerſim reſpuere. Hæreſeon cum corporalibus morbis comparatio.

CCXXVII Patiantur ergo *Confeſſioniſtæ*, Lutheranis erroribus immerſi, ſe à nobis, *tanquam extra Eccleſiam poſitos & à myſtico Chriſti Corpore abſciſſos, indicari*, atque etiam vocari *hæreticos*. Tales quippe eos eſſe, & vocandos eſſe, non ſolùm Papali, ſed Imperiali quoque authoritate didicimus. Et quanquam ſufficere meritò potuiſſet Papalis, ut tamen etiam à Judice quem interpellant damnatos ſe cernant, Papali accumulavimus Imperialem. De his duabus authoritatibus loquens in ſuis legibus Carolus Magnus: [B.] Principaliter (inquit) totius „Sanctæ Dei Eccleſiæ Corpus in duas exi„mias perſonas, Sacerdotalem videlicet & „Regalem, diviſum eſſe novimus. De qua re „Gelaſius, Romanæ Sedis Venerabilis Epi„ſcopus, ad Anaſtaſium Imperatorem ita ſcri„bit: *Duo ſunt, Imperator Auguſte, quibus principaliter Mundus hic regitur, authoritas ſacrata „Pontificum, & Regalis poteſtas: in quibus tantò „gravius pondus eſt Sacerdotum, quanto etiam pro „ipſis Regibus hominibusq́; in divino reddituri ſunt „examine rationem.* Fulgentius quoque in Li„bro de Veritate Prædeſtinationis ita ſcribit: „*Quantum pertinet ad huius temporis vitam, in „Eccleſia nemo Pontifice potior, & in ſæculo nemo Chriſtiano Imperatore celſior invenitur*". Hoc ipſum denuò iteratur in Synodo VI. Pariſienſi ſub Ludovico Pio & Lothario Auguſtis habitâ anno 829. prout cernere eſt in tertio capitulo primi libri. Cùm igitur Lutheranorum damnationem utrâque hâc principali poteſtate authoritateque peractam teneamus, non eſt quòd indignentur ſi eos pro hæreticis habeamus, & hæreticos dicamus. Nec ab iſto ſeſe purgant opprobrio, per hoc quòd dicunt *Gratulandum eſſe Germaniæ, quòd non niſi Religioni Chriſtianæ, quæ ſola ad cælum pandit viam, apud illos locus eſt.* Num. 3. Nulla quippe hæreſis in Chriſtianiſmo ebullivit, quin ſe Chriſtiani nominis velo palliaverit: [C.] Si qua nunc erroris „Secta (inquit Auguſtinus) contra veritatem, C. Auguſt. Epiſt. 56. „hoc eſt, contra Eccleſiam Chriſti emergit, „niſi nomine cooperta Chriſtiano ad pugnandum proſilire non audet". Et ibidem inferiùs: " Videmus (inquit) nullum jam erro„rem ſe audere extollere ad congregandas „ſibi turbas imperitorum, qui non Chriſtiani nominis velamenta conquirat". Et mox infrà iterùm: " Porrò illi, qui, cùm in unitate „atque communione Catholicâ non ſint, Chri„ſtiano tamen nomine glorientur, coguntur „adverſari credentibus, & audent imperitos „quaſi ratione traducere, quando maximè „cum iſta medicina Dominus venerit, ut fi„dem populis imperaret. Sed hoc facere co„guntur, quia jacere ſe abjectiſſimè ſentiunt, „ſi eorum authoritas cum authoritate Catho„lica conferatur". Non nomen, ſed res Chriſtianiſmi verum ac genuinum facit Chriſtianum. Res autem Chriſtianiſmi extra Eccleſiam Catholicam haberi non poteſt. Unde B. Cyprianus ſuperiùs relatus aiebat: *Cum Deo* Vide ſupra c. 67 § 218.

B. Carolus Mag. l. 5. legum Francic. c. 167.

Vide Gelaſ. Epiſt. 8.

Vide Fulg. l. 1. de Ver. Prædeſt. cap. 22.

manere non possunt, qui esse in Ecclesia Dei unanimes noluerunt. Ardeant licet flammis & ignibus traditi, vel obiecti bestijs animas suas ponant; non erit illa fidei corona, sed pœna perfidiæ; nec religiosæ virtutis exitus gloriosus, sed desperationis interitus. Occidi talis potest, coronari non potest. SIC SE CHRISTIANUM PROFITETUR, QUOMODO ET CHRISTUM DIABOLUS SÆPE MENTITUR. Justinus Martyr dicit eos portare nomen Christianum ad eum modum quo olim apud Paganos simulachra mortua nihil habentia deitatis portabant insculptum DEI nomen:

D. Iustinus Martyr Dialogo cum Tryph. D. Pro eo (ait ille) ut JESUM colant, nomine „ duntaxàt illum profitentur: & CHRISTIA„ NOS se eo modo dicunt, quo plerique omnes „ in Gentibus nomen DEI inscribunt manufactis simulachris". Quapropter Augustinus

Augustinus lib. 1. contra Faustum cap. 3. aptissimo eos vocabulo *Pseudochristianos* appellat. Et lib. 2. de Doctrina Christiana cap. 35. *Falsos Christianos.* Quo spectat & illud ejusdem in Enchiridio cap. 5. "Si diligenter quæ ad Christum „ pertinent cogitentur, *nomine tenùs invenitur* „ *Christus* apud quoslibet hæreticos, qui se „ *Christianos* vocari volunt; re verò ipsâ non est apud eos". Sanctus item Leo Serm. 18 de Passione Domini cap. 5. dicit eos *Solo nomine esse Christianos.* Cur autem nomen istud usurpent, alibi edisserit, dicens:

E. Leo Ser. 5 de Jejunio X. Mensis E. Humiliter ir„ repunt, blandè capiunt, molliter ligant, la„ tenter occidunt, *Veniunt* enim, sicut Salvator

Mat. 7. 15. „ prædixit, *in vestitu ovium, intus autem sunt lupi* „ *rapaces*: quia non possent veras & simplices „ oves fallere, NISI CHRISTI NOMINE TEGERENT RABIEM BESTIALEM". Dixit aliquando Christus, *Omne regnum contra se divisum*

Mat. 12. 25. *desolabitur.* Sed, ut Augustinus advertit:

F. August. Ser. 41. de Verbis Domini c. 2. F. Ne „ putarent increduli & impii, adversantes no„ mini Christiano, propter diversas hæreses & „ schismata eorum qui sub nomine Christi col„ ligunt greges perditorum, etiam Christi Re„ gnum adversùs se esse divisum, consequenter

Mat. 12 30. „ adjunxit: *Qui non est mecum contra me est, &* „ *qui non congregat mecum, spargit.* Non ait, Qui „ non est sub voce nominis mei, aut sub specie „ Sacramenti mei; sed, *Qui non est mecum, contra* „ *me est*: Nec ait, Qui non congregat sub invo„ catione nominis mei; sed, *Qui non congregat* „ *mecum, spargit.* Non ergo est adversum se di„ visum Regnum Christi, etsi homines conan„ tur dividere quod emptum est pretioso san-

2. *Tim.* 2. 19. „ guine Christi: *Novit enim Dominus, qui sunt eius:* „ *& recedat ab iniquitate omnis, qui nominat nomen* „ *Domini.* Nam si ab iniquitate non recedit, non „ pertinet ad Regnum Christi, etiam nominans „ nomen Christi. Ut ergo aliqua, exempli gra„ tiâ, commemorem: spiritus avaritiæ, & spi„ ritus luxuriæ, quia ille contrahit, ille profun„ dit, divisi sunt adversùm se: & ambo perti„ nent ad regnum diaboli. Apud idolorum cul„ tores, spiritus Junonis, & spiritus Herculis, „ divisi sunt adversùm se: & ambo pertinent „ ad regnum diaboli. Paganus hostis Christi, & „ Judæus hostis Christi, divisi sunt adversùm „ se: & ambo pertinent ad regnum diaboli. Aria„ nus & Photinianus, ambo hæretici, & adver„ sùm se ambo divisi: Donatista, & Maximia„ nista, ambo hæretici, & adversùm se ambo „ divisi: Omnia vitia errorésque mortalium „ inter se contrarii, divisi sunt adversùm se, & „ omnes pertinent ad regnum diaboli: ideò „ non stabit regnum ejus. Justus autem & im„ pius, fidelis & incredulus, Catholicus & „ hæreticus, divisi quidem sunt adversùm „ se, sed non ambo pertinent ad regnum „ Christi: *Novit Dominus qui sunt eius.* Nemo sibi „ de vocabulo blandiatur: si vult sibi prodesse „ nomen Domini, *Recedat ab iniquitate qui invocat nomen Domini*".

CCXXVIII. Quicunque foras ab Ecclesiæ communione exierunt, non recedunt ab iniquitate nisi recedant ad unitatem. Colligit hoc Augustinus inferiùs ibidem ex subjuncto contextu Euangelico, quo ait Christus, *Omne* Mat 12. *peccatum & blasphemia remittetur hominibus, Spiritus autem blasphemia non remittetur:* G. Ideò G. August. „ (ait ille ibi) Spiritus blasphemia non remit- ibid. c. 22. „ tetur, quoniam, *Qui non est cum Christo con-* & 23. „ *tra ipsum est, & qui cum illo non congregat,* „ *spargit.* Ideò utique: qui enim non cum illo „ congregat, quomodolibet sub ejus nomine „ congreget, non habet Spiritum Sanctum. Hic „ omninò, hic compulit nos non alibi intelli„ gere fieri remissionem omnis peccati, omnis„ que blasphemiæ, nisi in Christi congrega„ tione, quæ non spargit: congregatur quippe „ in Spiritu Sancto, qui non est contra seipsum „ divisus, sicut ille immundus spiritus. Et pro„ pterea omnes congregationes, vel potiùs „ dispersiones, quæ se *Christi Ecclesias* appellant, „ & sunt inter se divisæ atque contrariæ, & uni„ tatis congregationi, quæ vera est Ecclesia „ ejus, inimicæ; non quia videntur habere ejus „ nomen, idcircò pertinent ad ejus congrega„ tionem. Pertinerent autem, si Spiritus San„ ctus, in quo consociatur hæc congregatio, ad„ versùm seipsum divisus esset. Hoc autem quia „ non est (*Qui* enim *non est cum Christo, contra ip-* „ *sum est; & qui cum illo non congregat, spargit*) ideò „ peccatum omne atque omnis blasphemia di„ mittetur hominibus in hac congregatione, „ quam in Spiritu Sancto non adversùs seipsum „ diviso congregat Christus: Ipsius autem *Spi-* „ *ritus blasphemia* illa, quâ fit ut corde impœ„ nitente huic tanto Dei dono usque ad finem „ vitæ istius resistatur, *non remittetur.* Nam „ etsi quis ita sit contrarius veritati, ut „ Deo loquenti, non in Prophetis, sed in „ unico Filio, cùm propter nos eum, ut nobis „ in eo loqueretur, filium hominis esse voluit, reluctc-

„ reluctetur; remittetur ei, cùm pœnitendo „ conversus fuerit ad Dei benignitatem; qui, „ cùm *Mortem impij nollet, sed tantùm ut revertatur & vivat*, dedit Ecclesiæ suæ Spiritum „ Sanctum, ut *cuicunque* in eo *peccata dimitteret, dimitterentur ei*. Qui verò huic dono „ extiterit inimicus, ut non illud per pœnitentiam petat, sed ei per impœnitentiam „ contradicat, fit ei irremissibile non quodcunque peccatum, sed contempta vel etiam „ oppugnata ipsa remissio peccatorum: atque „ ita *Dicitur verbum contra Spiritum Sanctum*, „ CUM EX DISPERSIONE AD CONGREGATIONEM NUNQUAM VENITUR, quæ ad remittenda peccata accepit Spiritum Sanctum". Si igitur *Confessionistæ* saluti suæ consultum volunt, desinant blasphemare, desinant in Spiritum sanctum verba dicere, desinant Ecclesiæ Catholicæ adversari, desinant in dispersione persistere, festinent ad congregationem redire: tandem aliquando evigilent, non eos lethargicus somnus obliget, non in profundum inveterati erroris adhuc impia consuetudo demergat; jam consonent paci, accedant & cohæreant unitati, acquiescant charitati, cedant veritati: non sibi de Christiano nomine blandiantur; sed si prodesse sibi volunt nomen Domini, recedant ab iniquitate in quâ frustra invocant nomen Domini. Sciant, nequaquam sibi sufficere sive ad assequendam salutem, sive ad eluendam hæreseos maculam, quòd *A Christo nomen ducere, & in illius nomen baptizari, nec si ad Catholicorum partem transeant novo baptismo indigere se* dicant. Hæc enim communia eis sunt cum cæteris Pseudochristianis, quos ipsimet fatentur hæreticos esse, & omni spe salutis irresipiscentes carere: [H] Quicunque (ait ibidem Augustinus) in Schismaticis vel hæreticis congregationibus, vel potiùs segregationibus, baptizantur, quamvis non sint „ renati Spiritu: TANQUAM ISMAELI SIMILES, *Qui secundùm carnem* natus est Abrahæ; „ non tanquam Isaac, *Qui secundùm Spiritum*, „ quia *per repromissionem*: tamen cùm ad Catholicam veniunt, & Societati Spiritus aggregantur, quem foris proculdubio non habebant, NON EIS REPETITUR LAVACRUM „ CARNIS: Non enim defuit etiam foris positis ista forma pietatis: sed accedit eis, quæ „ nisi intus non potest dari, *Unitas Spiritus in vinculo pacis*. Tales quippe erant, antequam „ Catholici essent: de qualibus dicit Apostolus, *Habentes formam pietatis, virtutem autem eius negantes*. Potest enim esse visibilis „ forma palmitis, etiam præter vitem: sed „ invisibilis vita radicis haberi non potest, nisi „ in vite. Proinde corporalia Sacramenta, „ quæ portant & celebrant etiam segregati ab „ unitate corporis Christi, formam possunt „ exhibere pietatis: virtus verò pietatis invisibilis & spiritualis ita in eis non potest esse, „ quemadmodùm sensus non sequitur hominis membrum quando amputatur à corpore". Hanc Augustini, imò & totius Catholicæ Ecclesiæ doctrinam, breviter expressit Beatus Fulgentius, dicens: [I] Sive in Catholica „ fide sive IN HÆRESI QUACUNQUE VEL „ SCHISMATE, quisquam *In nomine Patris, &* „ *Filij, & Spiritus Sancti*, Baptismi Sacramentum acceperit, integrum Sacramentum accipit: sed salutem, quæ virtus est Sacramenti, non habebit, si extra Catholicam „ Ecclesiam ipsum Sacramentum habuerit. „ Ideo ergo debet ad Ecclesiam redire, non „ ut Sacramentum Baptismatis iterum accipiat, quod nemo debet in quolibet homine „ baptizato repetere; sed ut in Catholica Societate vitam æternam accipiat, ad quam „ obtinendam nunquam potest esse idoneus, „ qui cum Sacramento Baptismatis ab Ecclesia Catholica remanserit alienus". Ex his patet quantoperè fallantur aut fallere nitantur *Confessionistæ*, si putent consequens esse ut si Catholici ratum habeant ipsorum Baptismum, pro hæresi habere non debeant Lutheranismum. Et vide quid Augustinus Donatistis similiter hallucinantibus olim respondit: [K] Videntur sibi (ait de eis ipse) argutissimè „ quærere, *Utrùm generet filios Baptismus Christi in parte Donati, an non generet?* Ut si consenserimus quòd generet, suam esse asseverent Ecclesiam matrem, quæ filios potuit „ de Christi Baptismate generare; & quia „ unam oportet esse Ecclesiam, ex hoc jam „ nostram non esse Ecclesiam criminentur: Si „ autem dixerimus, Non generat; *Cur ergo*, „ aiunt, *apud vos non renascuntur per Baptismum, qui transeunt à nobis ad vos, cùm apud nos fuerint baptizati, si nondum nati sunt?* Quasi verò „ ex hoc generet unde separata est, & non ex „ hoc unde conjuncta est. Separata est enim „ à vinculo charitatis & pacis, sed adjuncta „ est in uno Baptismate. Itaque est una Ecclesia, quæ sola *Catholica* nominatur; & „ quicquid suum habet in communionibus „ diversorum à sua unitate separatis, per hoc „ quod suum in eis habet, ipsa utique generat, „ non illæ. Neque enim separatio earum generat, sed quod secum de ista tenuerunt: „ quòd si & hoc dimittant, omnino non generant. Hæc itaque in omnibus generat, „ cujus Sacramenta retinentur, unde possit „ tale aliquid ubicunque generari: quamvis „ non omnes quos generat ad ejus pertineant „ unitatem, quæ usque in finem perseverantes salvat". Et iterum ibidem post pauca: "Ipsa ergo generat & per uterum suum, & per „ uteros ancillarum, ex ijsdem Sacramentis, „ tanquam ex viri sui semine: Non enim frustrà

Ezech. 33. 11. Joan. 20. 23.

Luc. 12. 32.

Tom. 3.

[H] Aug. ibid. c. 19.

Gal. 4. 23.

Eph. 4. 3.

[I] Fulgent. l. de Fide ad Petr. c. 3.

[K] Aug. l. 1 de Baptism. cont. Donat. cap. 10.

1.Cor.10.11. „ ſtrà dicit Apoſtolus, *Omnia in figura eſſe geſta.* „ Sed qui ſuperbiunt, & legitimæ matri non „ adjunguntur, ſimiles ſunt Iſmaeli, de quo Gen. 21.10. „ dictum eſt: *Ejice ancillam & filium eius, non „ enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ.* Qui „ autem pacificè diligunt legitimam Patris ſui „ conjugem, cujus legitimo jure generati ſunt, „ ſimiles ſunt filijs Jacob, quamvis natis de „ ancillis, tamen eandem hæreditatem ſu„ mentibus. Qui autem de utero ipſius matris „ intus in unitate nati, negligunt gratiam „ quam acceperunt, ſimiles ſunt Eſau filio „ Iſaac, qui reprobatus eſt, Deo atteſtante & Mal. 1.2. „ dicente, *Iacob dilexi, Eſau autem odio habui*; „ cùm ambo ex uno concubitu concepti, ex uno utero nati ſint".

CCXXIX. Sed palmare *Confeſſioniſtis* eſt argumentum inde petitum, quòd ipſi perinde Num. 4. ac Papiſtæ, *Fateantur ſe ſuam relinquere Sacræ Scripturæ authoritatem: Concilia œcumenica contra Arianos, Macedonianos, Neſtorianos, & Eutychianos, approbare; ſeq. à damnatis hæreticis ſegregare: ad Patrum primitivæ Eccleſiæ conſenſum provocare. Et propterea*, concludunt, *iniquiſſimum eſt, ſi pars Germanorum quæ à Papa ſtat partibus, alteram quæ* AUGUSTANÆ CONFESSIONI *addicta eſt, eo potiſſimùm nomine quòd à ſe diſſentit, damnat hæreſeos; ſeq. ſolam vocat Eccleſiam extra errorem & errandi poſſibilitatem poſitam.* Specioſa verba ad imponendum imperitis, ſed mirum quo auſu exhibita Imperij Comitijs, Germanicarum rerum gnaris. Neminem eſſe arbitror de toto illo Comitiorum Cœtu, à Cæſare Auguſto ad noviſſimum uſque Deputatum; qui ignoret, Partem illam Germanorum quæ Papæ cohæret, nec eo nomine Confeſſioniſtas damnare hæreſeos, quòd à ſe diſſentiant; nec ſe ſolam vocare Eccleſiam ab errandi poſſibilitate immunem. Donatiſtarum fuit iſta inſania, qui Catholicæ Eccleſiæ amplitudinem ad eam Africæ partem quam ipſi occupabant coarctare volebant; & eo potiſſimum nomine cæteras Orbis partes damnabant, quòd à ſe diſſentirent. Procul à Germanis Orthodoxis inſania iſta abfuit, abeſt, & ſemper aberit. Non itaque, ut *Provocantij* ſplendidè calumniantur, pars Germanorum Catholica cæteram eo nomine damnat hæreſeos, quòd à ſe diſſentiat: ſed quòd à Catholica Eccleſia, ejuſque radice ac matrice, diſſentiat; quòd Apoſtolici Præſulis, etiam ex Synodali Cathedra definientis, ſententiæ pervicaciter contradicat; quòd antiquatas pridem hæreſes renovet ac refoveat, eiſque oppoſitam Catholicorum doctrinam hæreſeos damnet, & amplecti detrectet; quòd denique Cæſarea ipſa Majeſtas, iiſdem hiſce rationibus inducta, Apoſtolicam ſententiam executioni mandaverit: prout jam in præcedentibus abundè monſtratum eſt. Optimè quoque norunt iidem orthodoxi Germani, Eccleſiæ inerrabilitatem adeò ipſis non eſſe alligatam, ut etiamſi ipſi ad unum uſque omnes, quod abſit, à fide exciderent, ſua tamen Eccleſiæ prærogativa inerrantiæ permaneret. Non enim ſuper Germanicæ Nationis Antiſtites, ſed ſuper Petrum Apoſtolorum Principem Chriſtus *Eccleſiam ſuam promiſit ædificandam:* Mat.16.18. Nec cuiquam eorum, ſed Petro idem ait, *Ego* Luc.22. *rogavi pro te, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando converſus confirma fratres tuos.* Quod ſecum perpendens B. Bernardus, de hæreſi in Gallicanis partibus exurgente ſcribens ad Petri hæredem & Succeſſorem: [l] Oportet (in- L.Bernard. Epiſt.190. „ quit) ad Veſtrum referri Apoſtolatum peri- Vide Ambroſ. l.4. „ cula quæque & ſcandala emergentia in Reg- de Fide ad Gratian. cap. „ no Dei, ea præſertim quæ de fide contin„ gunt. Dignum namque arbitror, ibi potiſſi„ mùm reſarciri damna fidei, UBI NON POS„ SIT FIDES SENTIRE DEFECTUM: HÆC „ QUIPPE HUIUS PRÆROGATIVA EST SE„ DIS. Cui enim alteri aliquandò dictum eſt, „ *Ego pro te rogavi Petre, ut non deficiat fides „ tua?* Ergo quod ſequitur, à Petri Succeſſo„ re exigitur: *Et tu aliquando converſus confirma fratres tuos*". Et Leo Magnus: [M] Pro fide „ Petri (inquit) propriè ſupplicatur: tanquam „ aliorum ſtatus certior ſit futurus, ſi mens „ Principis victa non fuerit. In Petro ergo „ omnium fortitudo munitur, & divinæ gra„ tiæ ita ordinatur auxilium, ut firmitas quæ „ per Chriſtum Petro tribuitur, per Petrum Apoſtolis conferatur". M. Leo Serm. 3. de Aſſumpt. ſui ad Pontificatum. Quamdiu Germaniæ Antiſtites, Apoſtolorum Succeſſores, Principis Apoſtolorum Succeſſori hærediq́ue cohæſerint, firmitas illa fidei, quæ per Petrum Apoſtolis collata eſt, in ipſos ab eo redundabit. Ita tamen, ut, nequicquàm frendentibus Sectarijs, *Vltimam in omnibus fidei quæſtionibus controverſijs deciſionem devolvant ad arbitrium ſui Papæ.* Non quaſi ille pro ſuo libitu, abſque prævia indagine, controverſias fidei decidat; prout vocabulo, *Arbitrium*, innuere volunt *Provocantij*: Sed examine pro rei arduitate præmiſſo, judicialiter decernit quid veritas habeat. Nec eſt Arbiter merè honorarius, à litigantibus per delectum aſſumptus; ſed Judex à lege conſtitutus, cui legiſlator ait, *Paſce oves* Jo.21.17. *meas*: item, *Confirma fratres tuos.* Luc.22. Et pro quo, ne in ovium paſtione vel fratrum confirmatione exerraret, idem ipſe legiſlator oravit & exoravit: prout mox vidimus. Chriſti igi- Hebr.12. tur, *Authoris fidei ac Conſummatoris*, Ordinationi obtemperant Germani Catholici, quando *Vltimam controverſiarum fidei deciſionem devolvunt ad arbitrium ſui Papæ.* Et quidem controverſia per Lutheranos ſuſcitata, jam dudum eò per ipſos devoluta fuit; inde etiam deciſio remiſſa: primò quidem per Papam abſque œcumenica Synodo, ac deinde per Papam cum

œcume-

œcumenica Synodo. Causa finita ac definita est, error utinam aliquando finiatur. Frustra verò & inaniter Adversarij, ut istam causæ finitionem definitionemque enervent, *Ad Scripturas; & ad quatuor primas œcumenicas Synodos, quibus Ariani, Macedoniani, Nestoriani, & Eutychiani damnati sunt; & denique ad Patrum primitivæ Ecclesiæ consensum, provocare se* jactitant. Nihil enim horum in discussione causæ prætermissum fuit à Judicibus. Etenim Tridentina Synodus Sessione 4. canonem Scripturarum, & methodum eas interpretandi, ex professo tradidit; *Sanctorum Patrum consensum* omninò inculcans. Symbolum quoque fidei à Patribus Synodorum Nicenæ & Constantinopolitanæ concinnatum, atque à Patribus Ephesinis & Chalcedonensibus iteratum, superiùs Sessione 3. præmiserat. Atque *Arianorum, Macedonianorum, Nestorianorum & Eutychianorum hæreses*, eodem Symbolo vel expressè vel consecutivè damnatas, reprobaverat. Quantopere autem Lutherani Scripturis Sacris abutantur, imò & earum authoritatem funditùs enervare nitantur, dictum est aliquoties in præcedentibus, signanter cap. 20. cap. 43. & aliquot seqq. item cap. 50. §. 161. item cap. 59. per totum. Quantopere præterea ijdem Lutherani ineptiant, provocando ad primitivorum Patrum consensum, atque ad veterum Conciliorum sanctiones, ostensum est partim cap. 42. & 43. partim cap. 50. §. 162. Animadvertat interim Lector, Lutheranos jactando *Segregationem suam ab Arianis, Macedonianis, Nestorianis, & Eutychianis, per primas quatuor œcumenicas Synodos damnatis*, imitari Pelagianos, qui similiter jactabant se à Manichæorum hæresi esse alienos. Sed quod Augustinus jactantiæ Pelagianorum reposuit, nos præsenti Lutheranorum gloriationi reponimus: N. Non ideò se velint haberi amabiles, quia odioso Manichæorum (*Arianorum, Macedonianorum, Nestorianorum, Eutychianorum*) adversantur errori: sed meritò se agnoscant odibiles, QUIA SUUM NON AVERSANTUR ERROREM. Possunt enim duo errores inter se esse contrarij; sed ambo sunt detestandi, quia sunt ambo contrarij veritati. Nam si propterea sunt diligendi Pelagiani (*Lutherani*) quia oderunt Manichæos (*Arianos, Macedonianos* &c.) diligendi erunt & Manichæi (*Ariani, Macedoniani* &c.) quia oderunt Pelagianos (*Lutheranos*). Sed absit ut Catholica mater propter alterorum odium alteros eligat amare: quùm monente atque adjuvante Domino debeat utrosque vitare, & cupiat utrosque sanare". Et ibidem capite proximè præcedenti: "Non unum (inquit) pestilentiæ genus est, quemadmodum in corporibus, ita & in mentibus. Sicut ergo medicus corporis non continuò pronuntiasset, à mortis periculo liberum, quem negasset hydropicum, si alio lethali morbo perspexisset ægrotum: ita istis non ideò veritas gratulatur, quia Manichæi (*Ariani, Macedoniani* &c.) non sunt, si alio genere perversitatis insaniunt. Quapropter aliud est quod anathematizamus cum eis, aliud in eis. Detestamur enim cum eis, quod rectè displicet etiam ipsis; ita tamen ut detestemur in eis, unde rectè displicent ipsi". N. Aug. l. 2. ad Bonif. c. 1.

CAPVT LXXI.

Confessionistarum *cavillatio adversùs Tridentinam Synodum exploditur. Quanta absurditatum monstra ex ipsorum hypothesi subsequantur, ostenditur. Quàm falsò comminiscantur se fuisse à Synodo exclusos? Eorum iactantia vana de sua* Confessione Augustana *eliditur authoritate Cæsarea. Magis deferendum est Iudicis interpellati sententiæ, quàm Reorum interpellantium iactantiæ. Caroli V. peculiaria quædam elogia, ab ipsis etiam* Protestantibus *divulgata.* Provocantiorum *causa per Synodum Tridentinam ad eum redacta est statum, in quo fuerunt* Eutychiani *post Synodum Chalcedonensem: adeoque quod utroque Iure constitutum fuit de repellendis ab ulteriori disputatione illis, militat & in istis.* Provocantiorum *cum Pharisæis & Herodianis Christum adulatoriè palpantibus comparatio.*

CXXX. ...m. 1. Subinferunt *Confessionistæ* ex Præmissis jam displosis: *In hac de Religione controversia, Papæ asseclas nullo iure damnare adversam partem, ad Scripturam & genuinum eius sensum, atque ad consensum primorum in Ecclesia Patrum, & Conciliorum œcumenicorum, provocantem.* Verùm subversis jam Præmissis machina ista corollarialis sponte corruit.

Subne-

Subnectunt autem mox infrà ibidem: *Nec sufficit provocare ad Concilium Tridentinum, tanquam œcumenicum & infallibile. Nam totum hoc, quantum quantum fuit, exclusis contradicentibus, celebratum est ab illis, qui omnium illorum abusuum & errorum à Protestantibus Rei facti sunt, ob quos vitandi videntur.* Hanc exceptionem contra authoritatem Concilij Tridentini elisimus superiùs cap. 57. §. 181. ubi tanta absurditatum monstra huic *Confeßionistarum* prætensioni consectaria esse ostendimus, ut ne ipsi quidem ea sine horrore audire possint. Quis enim absque horrore audiat, vilissimum quemque scurram non posse legitimè judicari aut condemnari à toto, *tanto quanto est*, Mundo; dummodò dicat se accusare totum Mundum? O quàm felices futuri sunt fures, & latrones, omnesque sine exceptione malefactores, si hæc Lutheranorum doctrina invalescat! Quoties enim quispiam eorum in Judicio sistetur, facillimo negotio se expediet, dicendo, Accusatores & Judices suos, ejusdem, cujus ipse accusatur, criminis esse reos. Quòd si Iudices replicent, suum esse de hac ipsa declinatoria exceptione sententiam proferre; negabit ipse perfractè & præfrictè, dicens: Ego vos in hac causa *Reos facio*: accuso vos ejus criminis, cujus insimulor: Nemo legitimè judicat in causa, de qua respondere ipse tenetur ut Reus. Quid hìc agent Judices, Lutheranicis principijs imbuti? An nebulonem istum dimittent, an ad alium Judicem remittent? Si prius istud eligant, habebit ipse suum intentum, & ita delictum manebit impunitum, quamvis centies millies iteratum: Si verò posterius eligant, resumet scurra parabolam suam contra novum hunc Iudicem, & faciet item eum ejusdem criminis reum. Quinimò si causa tandem devolvatur ad tribunal divinum, accusabit ille ipsum Deum, fingetque ejusdem sceleris reum. Quòd si urgeatur ut id probet, respondebit, se non teneri ad quidquam proferendum coram Iudice incompetente: habere se quidem probationes ad manum ex testimonijs non solùm *Simonis Magi*, & *Florini*, sed ipsius quoque Patriarchæ *Lutheri*, superiùs hìc cap. 49. §. 168. & 169. descriptis: sed nolle eis uti coram Iudice, eorundem facinorum reo. Negare non possunt *Confeßionistæ*, legitimè damnatos olim fuisse *Luciferianos*, & *Donatistas*. Quærimus ergo quinam eos condemnarunt, nisi quos ipsi accusabant, & reos faciebant? Neque enim vel à seipsis, vel ab extramundanis aliquibus Iudicibus damnati sunt: Et tamen totum reliquum Mundum suæ respectivè communioni extraneum ipsi accusabant, & reum faciebant. *Luciferianorum* quippe prædicamenta apud Hieronymum fuere: [O] *Vniversum Mundum esse Diaboli*, &, *Factum esse de Ecclesia lupanar. Donatistarum* item dogma apud Augustinum fuit: [P] *Ecclesiam Christi propter crimina Cæciliani, de toto terrarum Orbe periisse, atque in Africa Donati parte remansisse.* Quomodo igitur, juxta *Confeßionistarum* hypothesin, potuit vel totus Mundus judicare *Luciferistas*, vel tota Ecclesia parti Donati extranea *Donatistas*? Sed ad hæreticos ab ipsis *Confeßionistis* superiùs nominatos transeamus: *Arianos* nimirum, *Macedonianos*, *Nestorianos*, & *Eutychianos*. Nunquid enim *Ariani*, negando divinitatem Filij Dei, accusabant Catholicos tanquam qui Creaturam fingerent Deum, colerentque ut Deum? Et tamen in Synodo prima Nicena ab ijsdem ipsis Catholicis, quos accusabant, judicati & condemnati sunt. Nunquid similiter *Macedoniani* negando divinitatem Spiritus Sancti, Catholicos accusabant idololatriæ, tanquàm creaturam pro Deo colentes? Et tamen in Synodo prima Constantinopolitana ab ijsdem ipsis Catholicis, quos accusabant, judicati, & condemnati sunt. Nunquid item *Nestoriani* multiplicando in Christo personas, Catholicos accusabant, quasi confundentes in Christo naturas? Et tamen in Ephesina Synodo ab eisdem ipsis Catholicis, quos accusabant, judicati, & condemnati sunt. Nunquid denique *Eutychiani* confundendo in Christo naturas, Catholicos accusabant, quasi dividentes in eodem personas? Et tamen in Chalcedonensi Synodo ab eisdem ipsis Catholicis, quos accusabant, judicati, & condemnati sunt. Quid est ergo quòd *Confeßionistæ* horum condemnationem taliter factam approbant, aut approbare se simulant: suam verò condemnationem, velut ab eis quos accusabant factam, reprobant? Quid æquius, quàm ut quod quisque juris in alterum statuit, ipse patiatur? Sed *Concilium Tridentinum*, inquiunt, *exclusis contradicentibus, celebratum est.* Hìc denuò mirari lubet quomodò tam apertum falsiloquium Comitijs Imperialibus persuasuros se putarunt, aut ingerere ausi sint si non putarunt: nisi fortè existimaverint neminem in Comitijs considere, cui Concilij Acta ad manum suppetant. Ea quippe inspecta confestim patefacient, non solùm non *exclusos*, sed benignissimè ipsos fuisse invitatos; promulgato, & ad tertiam usque vicem iterato ampliatoque [Q] *Salvo conducto: ut ad œcumenicum Concilium liberè & tutò venire, & in eo manere & commorari, ac Articulos, quos illis videbitur, tam Scripto quàm verbo offerre, proponere, & cum Patribus, sive ijs qui ab ipsa sancta Synodo delecti fuerint, conferre, & absque ullis convitijs & contumelijs disputare; nec non quando illis placuerit, recedere poßint, & valeant.* Si hoc sit *excludi*, fateor ipsos fuisse *exclusos*: si autem hoc non sit *excludi*, sed invitari; fateantur ipsi se falsò illam clausulam suo libello inseruisse, *Exclusis contradicentibus*. Addo præterea potuisse eos absque

O. Lucif. apud Hier. in Dial. cont. ipsos cap. 1.

P. Don. apud A... Hæresi

Prævaricatio

Q. Vide Concil. ...dent. Sess. 15. & 1...

absque injuria à Synodo *excludi*, præsertim cùm non ibi ageretur de condemnandis personis, sed dogmatibus: R. Superfluum est (inquit Hieronymus) ejus præsentiâ quærere, & extorquere silentium, cujus apud te litteras teneas". Tenuerunt certè apud se Tridentini Patres integra Lutheranorum excusa volumina: & quia errores extirpare, non personas defamare propositum ipsis fuit, in omnibus suis Canonibus ac Decretis personarum absentium nomina subticuerunt, librorum præsentium dogmata censuerunt. Fatentur *Confeßionistæ* etiam in suo isto libello, dogmata per Synodum damnata, esse sua: nec enim alio quàm dogmatum titulo verificari potest, quod Numer. 32. scribunt: *Tridentinum Concilium damnavit Protestantes.* Cùm igitur dogmata sint ritè damnata, & ipsi fateantur ea esse sua: quid superest, nisi ut ipsi se ritè damnatos agnoscant, ac tandem à damnatis dogmatibus resipiscant? Cæterùm omnes eorum cavillationes contra Synodi Tridentinæ authoritatem, jam pridem dispulit Petrus Fontidonius in *Oratione ad Germanos pro Concilio Tridentino adversùs Io. Fabricium Montanum*: & Judocus Ravesteyn Tiletanus in *Apologia Concilij Tridentini adversùs Martinum Kemnitium.*

[R. ...Epi... | ...tidon. | ...elaus.]

CCXXXI. Ab improbatione Concilii Tridentini transeunt *Provocantij* ad laudationem *Augustanæ Confeßionis*, unde eis inditum *Confeßionistarum* vocabulum, dicentes: *Protestantes coram Cæsare Carolo V. in solemnibus Comitiis Augustanis anno sæculi superioris* XXX. *eiusmodi* CONFESSIONEM *ediderunt*, *quæ apertè testatur, nihil dissonum à Sacra Scriptura & à Catholica veritate ab illis doceri.* Non multum refert quid alterutra collitigantium pars pro sua prætensione *testetur*, cùm in propria causa nullius pro se testimonium jure valeat: sed plurimùm refert quid Judex interpellatus determinet. Scimus, Protestantes in Epilogo *Confeßionis Augustanæ* sic loqui: *Tantùm ea recitata sunt, quæ videbantur necessariò dicenda esse, ut intelligi poßit, in doctrina & cæremonijs apud Nos nihil esse receptum* CONTRA SCRIPTURAM AUT CATHOLICAM ECCLESIAM. Sed nec ignoramus quid Cæsar in eisdem Augustanis Comitiis decretoriè responderit: nimirùm: S. *Se Lutheranorum* CONFESSIONEM *audivisse*, *& quæ in ea* CUM VERITATE CHRISTIANA PUGNARE *deprehenderat, Sacrarum litterarum authoritate refutasse: sibiq́; certò persuasisse, ut illi, deprehensâ veritate*, LUCE CLARIUS EIS EXPOSITA, *atque suo, Electorum, & aliorum Principum animu perspectis, Secta eorum opiniones abijcerent.* Et rursùs ibidem inferiùs pronuntiat, *Perspicuum omnibus esse*, *ipsorum Dogmatistas nihil novi adduxisse, sed quæ orthodoxorum Patrum authoritate ante multos annos damnata & sepulta fuerant, ab inferis revocasse.* Et iterùm inferiùs §. 185. asseverat, *Se satis exploratum habere*, *ipsorum nova dogmata, Conciliorum Decretis damnata, & à Christiana Rep. explosa esse, veluti* CUM EUANGELICIS ET APOSTOLICIS LITTERIS PUGNANTIA, atque idcircò *Ad nullam disceptationem cum eis in his devenire decrevisse.* Judicet nunc unusquisque ab omni partium studio purus; cuinam adhibenda sit hac in re fides, partine inter litigandum pro se ipsa testimonium ferenti, an Judici implorato sententiam pronuntianti? Quid aliud eis aptiùs respondere poterit Cæsar quem modò interpellant, quàm: Ad Cæsarem Prædecessorem meum jam pridem recurristis, ejus judiciariam potestatem interpellastis, *Confeßionem* vestram ei exhibuistis, sententiam ejus in Vos prolatam audistis, legistis, intellexistis: Abite ergo confusi, & redite conversi? Certè enim non potest modernus Imperator promptiorem ab his sperare obedientiam si in eos rursùs proferat sententiam, quàm Prędecessor ejus ab horum Majoribus habuit post latam & iteratam in eos sententiam. Et quis ille, obsecro, quantusque Prædecessor? Is nimirum, cui inter parentandum acclamari absque inani assentatione potuit: *Iure tibi Herculeas sumpsisti signa columnas, Monstrorum domitor temporis ipse tui.* Is item, T. *Cui*, perhibentibus ipsis etiam Lutheranis, *propter res præclarè ab eo gestas alij alia cognomina imposuerunt. Vocarunt enim eum Germani* CAROLUM MAGNUM, *Galli* HERCULEM, *Itali* DAVIDEM, *Siculi* SCIPIONEM AFRICANUM, *Hispani* ALEXANDRUM MAGNUM, *Turcæ* JULIUM CÆSAREM, *Africani* HANNIBALEM. Tam præclari igitur Imperatoris Successor Decretis ab eo latis sic insistet, ut nequaquam patiatur retractari, quod ab illo meruerat abscindi. Memor erit Gregoriani illius Oraculi in publici Iuris corpus relati: V. Iustitiæ ac rationis ordo suadet, ut qui sua „ à Successoribus desiderat Mandata servari, „ Decessoris sui proculdubio voluntate & Statuta custodiat". Perpendet præterea idem Imperator, quòd post tot laudatissimi Decessoris Edicta non solùm Augustæ, sed Wormaciæ quoque alibique emissa, & pręvijs Apostolici Præsulis constitutionibus subnixa, Synodus œcumenica Tridentina in hunc finem specialiter implorata, impetrata, inchoata, continuata, completa, confirmata, decisivam sententiam protulerit, catholicam doctrinam declaraverit, contrarios errores condemnaverit: ita ut Lutheranorum causa in eum jam redacta sit statum, in quo Eutychianorum causa extitit, quando per Chalcedonensem Synodum decisa, in disceptationem ultrà revocari vetita est non solùm Apostolicis & Synodicis, sed Cæsareis quoque iteratis Edictis: prout cap. 28. & duobus sequentibus ex professo monstratum est. Replicet ergo nunc Cæsar & refricet Lutheranis, quod Præcessor suus

[...n. 6. | ...nfess. ...gustana. | Vide sup. 57.§.134]

T. Christiani Matthiæ in Theatro Histor. l. 4. de Carolo V. c. 1. pag. 715.

V. Greg. l. 5. Registri Epist. 12. Vide cap. Iustitiæ 11. q. 1.

Martianus edixerat adversùs Eutychianos: W. *Cesset iam profana intentio: nam verè impius atque sacrilegus est, qui post tot Sacerdotum sententiam, opinioni suæ aliquid tractandum relinquit. Extremæ quippe dementiæ est, in medio & perspicuo die commentitium lumen inquirere: quisquis enim post veritatem repertam aliquid ulterius discutit, mendacium quærit. Nemo itaque vel Clericus, vel Militaris, vel alterius cuiuslibet conditionis, de fide Christiana, turbis adunatis & audientibus, tractare conetur inposterum, ex hoc tumultus & perfidiæ occasionem requirens: Nam iniuriam facit Iudicio religiosissimæ* SYNODI, *si quis semel iudicata, ac rectè disposita, revolvere, & publicè disputare contendit.*

W Martianus Augustus sup cap. 28. §. 92.

CCXXXII. Quibus perspectis facilè quisque deprehendet, quàm inani asseverantiâ subjungant *Provocantij* in suo libello: *Fas omninò est, ut imperator, qui caput est Germanorum, non tantùm audiat eos à quorum partibus stat, in controversiis Religionis; sed & reliquorum, quorum cura illi quoque incumbit, rationes attendat.* Jam pridem enim non solùm ab Imperatore, sed à summis quoque controversiarum Religionis Judicibus auditæ, discussæ, ac postremò displosæ sunt *Reliquorum* istorum rationes. Quid adhuc flagitant *audientiam*, cùm damnati debeant agere pœnitentiam? Illi *à quorum partibus stat Imperator*, nullam ab eo *in controversiis Religionis* petunt audientiam, sed potiùs ut dudum latam sequatur & exequatur sententiam. Revocant ei in memoriam non solùm Caroli V. superiùs memorata Decreta in Lutheranos, sed illud quoque Martiani ad similiter desipientes Eutychianos, per œcumenicam Synodum ritè damnatos: X. *Abstinete à profanis vocibus, & ulteriùs desinite de divinis disputare:* QUOD NEFAS EST. Ecce quàm sibi adversentur præsumptio *Provocantiorum*, & Constitutio Imperatoris? Illi dicunt, *Fas omninò est*: Ipse dicit, *Nefas est.* Didicerat quippe ipse ex Epistola Papæ Leonis ad se, Y. Nimis INIQUUM esse, „ ut per paucorum insipientiam, ad conjecturas „ opinionum, & ad carnalium disceptationum „ bella provocemur: tanquam reparatâ disce„ptatione tractandum sit, utrum Eutyches „ (*Lutherus*) impiè senserit". Verùm hi nostri, quò faciliùs Imperatori obrepant, molliter eum palpant, dum aiunt: *Qui caput est Germanorum.* Ad eundem modum Pharisæi cum Herodianis, Christum Dominum intricare molientes, blandè prælocuti sunt, dicentes: *Magister, scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo: non enim respicis personam hominum.* Quid ergo (inquiunt ipsi mihi) displicetne tibi quòd Imperatorem appellemus *caput Germanorum*? Nonne verum dicimus? Quid nobis improperas palpationem, si loquimur veritatem? De veritate videbimus statim: interim requiro vicissim, nunquid prædicta Pharisæorum & Herodianorum prælocutio fuit verissima? & tamen Prælocutores alius Euangelista vocat *Insidiatores.* Et ipse *Magister verax*, quem insidiosè palpabant, *cognitâ nequitiâ eorum, ait: Quid me tentatis hypocritæ?* Verum ergo dixerunt, sed quia intricandi studio dixerunt, *Insidiatores, tentatores,* & *hypocritæ* appellari meruerunt. An fortè *insidiatores* fuerunt, qui Christum in carne mortali agentem, modo prædicto aggressi sunt: & *insidiatores* non sunt, qui eundem jam immortalem Conciliis œcumenicis assistentem, sub specie exactioris examinis infestant, atque ad consequendum intentum blandas preces Cæsari præsentant? Audi quid Papa Leo de Eutychianis isto posteriori modo insidiantibus scripserit Leoni Augusto ab eisdem tentato: Z. Magnis (ait ille) „ hæreticorum audetur INSIDIIS, ut inter „ Eutychis Dioscorique (*Lutheri*) discipulos, & „ eum quem Apostolica Sedes direxerit, dili„gentior, tanquam nihil fuerit ante definitum, „ tractatus habeatur". Et iterum post pauca ibidem: " Detestandum ergo nobis est (subdit) „ perseveranterque vitandum, quod FRAVS „ hæretica nititur obtinere: nec in aliquam di„sceptationem piè & plenè definita, revocanda sunt". Et quare illud tantoperè detestandum ac vitandum censeat, paulò post edisserens, subdit: " Nimis quippe indignum, nimisque in„justum est, eos ad libertatem disceptationis „ admittere, quos significat Spiritus Sanctus, „ per Prophetam dicens: *Filij alieni mentiti sunt mihi, Filij alieni inveterati*". Animadvertat hìc denuò Lector quantoperè adversentur illud Provocantiorum, *Fas omninò est*; & istud Apostolici Præsulis, *Nimis indignum nimisq; iniustum est.* Nec est quòd obtendant, se non esse *filios alienos*, aut *inveteratos*. Profectò enim per *filios alienos* Pontifex intelligit hæreticos, Ecclesiasticæ communionis exortes. Quales esse Lutheranos jam duobus præcedentibus capitibus non solùm Papali, sed Imperiali quoque authoritate monstravimus. Hoc ergo ibi confecto, consequenter elucet, eos rectè dici *inveteratos*: nisi fortè ad inveterationem quis audeat negare consuetudinem sufficere plusquàm centenariam. Et tamen Eutychiani, quos Pontifex ibi appellat *inveteratos*, vix tunc sexennium à damnatione sua expleverunt. Damnati siquidem fuerant in Chalcedonensi Synodo anno Christi 451. Martiano & Adelphio Consulibus: Leo verò Epistolam suam, unde ista descripsimus, expedivit an. 457. Leone & Majorano Augustis Consulibus. Iam triginta sex anni supra centum sunt, ex quo Apostolica Sedes Lutheranam hæresim condemnavit; & triginta quinque supra centum, ex quo Carolus V. Imperator Edictum Wormaciense adversùs eandem pro executione Apostolicæ istius condemnationis evulgavit, *Inveterati* ergo

Margin notes (left): Num. 6. — X. Martianus ibid. — Y. Leo Epi. 42. ad Martian. August — Mat. 22. 16. — Præoccupatio.

Margin notes (right, cut off): Luc. 2[0] Matt. — Z. L[eo] Epi[st.] … §. 94 — Psal. — Præoc[cu]patio.

ergo sunt Lutherani in hæresi sua, & *Computruerunt ut iumenta in stercore suo.* Atque idcircò, ut Papæ Leonis sententiam replicem, *Nimis indignum, nimisq́ue iniustum foret, eos ad libertatem disceptationis admittere.* Hujusmodi quippe admissio utroque jure prohibita est, prout non solùm ex hactenùs relatis & memoratis Constitutionibus liquet, verùm etiam ex Caroli V. Cęsaris attestatione in prędicto suo Wormaciensi Edicto manifestissimè constat. Quamvis enim Lutherus nondum integro à damnatione Pontificia anno in sua hæresi obstinatus perstitisset, ait tamen de eo ibi Imperator Augustus: [A] *Quamvis hominem à Summo Pontifice & Sede Apostolica condemnatum, & in sua obstinata perversitate obduratum atque ab usu Catholicæ Ecclesiæ* ALIENVM, *& notorium hæreticum,* AVDIRE, OMNI IVRE EXCEPTVM ESSET: *tamen ad tollendam omnem cavillandi ansam &c.* Si *omni iure exceptum fuit audire* tunc Lutherum, quanto magis audire nunc asseclas Lutheri? Nam & tractu temporis immaniùs obduruerunt, & iteratæ condemnationis sententiam ab œcumenica Synodo Tridentina acceperunt.

A. Carol. V. suprà c. 69. §. 226.

CAPUT LXXII.

Imperatorem sano Catholicoque sensu dici Caput Germanorum, *sed non hierarchicum. Primævorum Christianorum erga Imperatores etiam Ethnicos observantia, & pro eorum vita ac prosperitate vota. Omnis potestas à Deo, sed non omnis voluntas. Hæreticorum nota fuit & est,* Dominationem spernere, Majestatem blasphemare. *Vana Lutheranorum jactantia de sua erga Imperatorem continua observantia.* Provocantii *facti negant, quod verbis falsò garriunt, Imperatorem esse caput hierarchicum Germanorum. Scriptura Sacra Luthero* liber hæreticorum. *Quàm fallaciter* Provocantii *intitulent Imperatorem* utriusque tabulæ custodem? *Quæ Cæsaris sunt, Cæsari; & quæ Dei, Deo redhibenda. Petrus Christi Vicarius, Christiani ovilis Pastor, Ecclesiæ navigantis Archigubernus, ejusdem consistentis firmamentum. Ei soli à Christo dictum,* Duc in altum, *id est, in disputationum profundum.*

XXXIII NUnc expendenda sunt illa *Provocantiorum* verba huc remissa, quibus Imperatorem appellant *Caput Germanorum.* Ac imprimis diffitendum non est, posse sano Catholicoque sensu Imperatorem dici *Caput Germanorum.* Scriptum namque est, *Optimates capita populorum.* Et apud Isaiam, Rasin Rex Syriæ appellatur *Caput Damasci,* & Phacee Rex Israël *Caput Samariæ.* Samuël quoque Sauli Regi ait, *Nonne cùm parvulus esses in oculis tuis, caput in tribubus Israël factus es?* Quam *capitis* metaphoram continuò explicans subdit: *Vnxitq́ue te Dominus in Regem super Israël.* Regius quoque Psaltes ait Deo suo, *Constitues me in caput Gentium:* & mox quasi se explanans subdit, *Populus quem non cognovi servivit mihi, in auditu auris obedivit mihi.* Hunc igitur *capitis* titulum ac prærogativam Cæsari respectu Germanorum, aut quorumlibet aliorum populorum Suæ Majestati subjectorum, Catholica Ecclesia non invidet, sed materno gratulatur affectu: [B] „Docens Reges prospicere populis, MONENS POPVLOS SE SVBDERE REGIBVS. Quibus honor „debeatur, quibus affectus, quibus reverentia, quibus timor, quibus consolatio, quibus „admonitio, quibus cohortatio, quibus disci„plina, quibus objurgatio, quibus supplicium „sedulò docens: ostendens quemadmodum & „non omnibus omnia, & omnibus charitas, & nulli debeatur injuria". Verissimè aiebat superiùs ipse Imperator Carolus, [C] *In primitiva Ecclesia Christi fideles, qui suam fidem & Religionem non verbis solùm iactitarunt, sed etiam pietate & sanctimonia vitæ & morum, suo denique sanguine testati sunt,* IMPERATORIBVS, REGIBVS, ET MAGISTRATIBVS ETIAM GENTILIBUS OBTEMPERASSE. Quàm affectuosi erga Imperatores adhuc etiam ethnicos fuerint primitivæ Ecclesiæ fideles, liquidò constat ex hisce Tertulliani verbis in Apologetico: [D] Precantes „sumus semper pro omnibus Imperatoribus, „vitam illis prolixam, Imperium securum, „domum tutam, exercitus fortes, Senatum fi„delem, populum probum, Orbem quietum, quæcunque hominis & Cæsaris vota sunt". Et mox capite proximè sequenti objicit sibi quasi ex persona Gentilium: " Adulati

...6.1.
...7.8. & 9.
...Reg. 15.
...l. 17. 44. 45.
B. Aug. lib. ... Moribus Eccles. Cathol. c. 30.
C. Carol. V. suprà c. 68. §. 221.
D. Tertul. in Apolog. c. 30.

„nunc sumus Imperatori, & mentiti vota quæ diximus, ad evadendam scilicet vim". Respondet autem continuò: " Planè proficit illa fallacia. Admittis enim nos probare quodcunque defendimus. Qui ergo putas nihil nos de salute Cæsarum curare, inspice Dei voces, litteras nostras, quas neque ipsi supprimimus, & plerique eas ad extraneos transferunt. Scito ex illis, præceptum esse nobis ad Mat, 5.44. redundantiam benignitatis, *Etiampro inimicis Deum orare, & persecutoribus nostris bona apprecari.* Qui magis inimici & persecutores Christianorum, quàm de quorum Majestate convenimur in crimen? Sed etiam nominatim atque 1. Tim. 2.2. manifestè, *Orate*, inquit, *& pro Regibus, & pro Principibus, & Potestatibus, ut omnia tranquilla sint*". Et iterùm cap. 33. "Sed quid ego ampliùs de religione atque pietate Christiana in Imperatorem? Quem necesse est suspiciamus, ut eum quem Dominus noster elegit: ut meritò dixerim, *Noster est magis Cæsar, ut à Nostro Deo constitutus.* Itaque ut meo ego plus illi operor in salutem". Hoc postremum fundatur in Rom. 13, 1. Apostolico illo oraculo, *Non est potestas nisi à Deo*: Quod Augustinus huic proposito applicat Epist. 48. Qui & alibi ait: E. Non tribuamus dandi Regni atque Imperii potestatem, nisi Deo vero, qui dat felicitatem in Regno cælorum solis piis: Regnum verò terrenum & piis, & impiis; sicut ei placet, cui nihil injustè placet". Hoc paulò post ibidem exemplis illustrans: "Ille igitur (subdit) unus verus Deus, qui nec judicio nec adjutorio deserit genus humanum, quando voluit & quantum voluit Romanis Regnum dedit, qui dedit Assyriis, vel etiam Persis; à quibus solos duos Deos coli, unum bonum alterum malum, continent litteræ istorum: ut taceam de Populo Hebræo, qui præter unum Deum, non coluit & quando regnavit. Qui ergo Persis dedit segetes, sine cultu Deæ *Segetiæ*; qui alia dona terrarum, sine cultu tot Deorum, quos isti (*Romani*) rebus singulis singulos, vel etiam rebus singulis plures præposuerunt: ipse etiam Regnum dedit, sine cultu eorum, per quorum cultum se isti regnasse crediderunt. Sic etiam hominibus, qui Mario, ipse Caio Cæsari: qui Augusto, ipse & Neroni: qui Vespasianis vel patri vel filio suavissimis Imperatoribus, ipse & Domitiano crudelissimo. Et ne per singulos ire necesse sit, qui Constantino Christiano, ipse Apostatæ Juliano". Hanc itaque ob causam primitivę Ecclesiæ Christiani orthodoxi debitam reverentiam & observantiam Imperatoribus etiam nondum Christianis sed Christianos persequentibus præstitere; scientes eorum potestatem nonnisi à Deo descendere, tametsi prava voluntas ex Deo minimè esset: F. Quibusdam Deus (ait idem Augustinus) tribuit potestatem, quibusdam non tribuit.

E. August. lib. 5. de Civit. c. 21.

F. Aug. ibid. cap. 9.

„Sicut enim omnium naturarum creator est, ita omnium potestatum dator, non voluntatum: Malæ quippe voluntates ab illo non sunt, quoniam contra naturam sunt, quæ ab illo est". Et lib. de Spiritu & Littera cap. 31. " Apostolus dicit, *Non est potestas nisi à Deo*: nusquam autem legimus in Sanctis Scripturis, Non est voluntas nisi à Deo. Et rectè non scriptum est, quia verum non est: alioquin etiam peccatorum, quod absit, author est Deus, si non est voluntas nisi ab illo". Hoc ergo attendentes primitivi Orthodoxi Imperialem Potestatem ac Majestatem, tanquam sublime Dei sui munus, etiam in personis malæ voluntatis, suspiciebant & observabant: distinguentes in uno eodemque Supposito beneficium divinum, & abusum humanum. Notanter dixi, *Orthodoxi*; quia primitivi hæretici, Christiano nomine abusi, supremis Potestatibus sub Euangelicæ libertatis prætextu obsistebant: de quibus idcircò Petrus Apostolus ait: *Dominationem contemnunt, audaces, sibi placentes, Sectas non metuunt introducere blasphemantes.* Et Judas item Apostolus de iisdem: *Dominationem spernunt, Maiestatem blasphemant.* Cum quibus quantoperè symbolizet Lutherus, facilè perspici potest ex dictis superiùs cap. 16. §. 54. & 55. De cujus Asseclis videri quoque possunt quæ diximus c. 68. §. 223. Unde planum fit falli vel fallere niti *Provocantios* nostros, dum in suo libello aiunt de *Protestantibus* suis indiscriminatim: G. *Ipsi suo Imperatori nihil obsequij debiti negant: seque iam* CXXX. *annis ampliùs tam fideles ipsi præstiterunt, ut de fide in legitimum Dominum, cum reliquis, qui Papæ authoritatem tuentur, certare queant, & velint.* Certum namque est, ea quæ ex Cæsarea attestatione ibi retulimus, intra spatium ab ipsis determinatum potissimè contigisse: ut cætera præteream exinde accidentia, & passim nota.

1. Pet. — Ibid. — G. Num.

CCXXXIV. Videamus nunc quonam sensu *Provocantii* vocent Imperatorem *caput Germanorum*, an nimirum intelligant *caput* civile ac politicum, an verò etiam hierarchicum. Si enim illud primum duntaxat intelligant, sano ac Catholico sensu scripserunt: si verò etiam postremum, profectò gypsum sub lactis specie porrexerunt. Unde autem, nisi ex ipsorum contextu, intentum sensum eruemus? Dicunt enim inprimis *Fas esse omninò, ut Imperator, qui caput est Germanorum, audiat* partes diffidentes, IN CONTROVERSIIS RELIGIONIS. Num. 6. Deinde dicunt Imperatorem esse non solùm *Præcipuum Ecclesiæ Germanicæ membrum*, sed & *utriusque tabulæ* (civilis scilicet & Ecclesiasticæ) *custodem.* Num. 7. Tertiò dicunt, ipsius esse *Concilia indicere, Ecclesias reformare, Episcopos legibus ad rectè exequendum munus sibi divinitùs incumbens circumscribere, eosdem officiis sacris præficere,* Ibidem.

sacra consistoria pro causis Ecclesiasticis decidendis & criminosis clericis puniendis constituere &c. Dicunt denique *Ecclesiasticam iurisdictionem ei vigore Maiestatis incommunicabiliter de Iure divino & humano competere*: & quidem *supremam*, prout proximè præmiserant. Quæ omnia luce meridianâ clariùs manifestant, eos velle facere Imperatorem *caput Germanorum* etiam hierarchicum. Unde valdè mirum est eos non advertere quantopere seipsos & gregales suos universos, intra Germanici Imperij peripheriam degentes, culpent & accusent. Si enim Imperator est tale ipsorum *caput*, quale indicant, cur ei in causis Ecclesiasticis tam diu, tam obstinatè, tam cervicosè resistunt? Cur *capiti* suo inferiora corporis membra non parent? Cur post tot ejus Edicta, *In controversijs Religionis* evulgata, *audiri* adhuc postulant? Cur *præcipuo Ecclesiæ Germanicæ membro* minùs præcipua membra discordant? Cur *utriusque tabulæ custodi* non auscultant? Cur *Concilio* œcumenico per eum non quidem *indicto*, sed tamen procurato & impetrato, non acquiescunt? Cur *Ecclesiarum reformatori* morem non gerunt? Cur *Episcopos* & Abbates ab eo *præficiendos* & *legibus circumscribendos* non recipiunt? Cur *causarum Ecclesiasticarum decisiones* à *sacris eius Consistorijs* profectas conculcant? Cur *Ecclesiasticæ Iurisdictioni incommunicabiliter ei vigore Maiestatis de divino humanoq́ Iure competenti* se subtrahunt? An dicturi sunt, se hæc *salvis conscientiis suis* præstare non posse? Sed nunquid hunc fumum ipse in Augustano suo Consistorio jam pridem dispulit, quando ex ejus mente Catholici Proceres *Protestantibus* responderunt, *Illorum partium fuisse, VVormaciensi Edicto, ut par erat, obtemperare; non fidei Articulos, tot Sanctorum Virorum Decreto receptos & approbatos, tot Martyrum sanguine confirmatos, quod capitale est, in dubium & contentionem revocare*, SUARUMQUE CONSCIENTIARUM FUMUM OBIICERE: *quasi non omnibus perspicuum sit, quantum suis conscientijs tribuant, quantaq́ libertate se à Catholica Ecclesia separaverint, novas leges ab Apostolicis dissidentes condiderint* &c.? Quòd si iterum, more sibi familiari, Scripturas Sacras obtendant: hanc quoque larvam eis in eodem suo Consistorio ille ipse *utriusque tabulæ custos* detraxit, dicens: *Se, eorum responsione perceptâ, satis exploratum habere, ipsorum nova dogmata Conciliorum Decretis damnata, & à Christiana Rep. explosa esse, veluti* CUM EUANGELICIS ET APOSTOLOCIS LITTERIS PUGNANTIA. Tota profectò divina Scriptura, ab initio Geneseos ad finem usque Apocalypseos, sibi ipsi consona concorsque est. Ac per hoc quæcunque dogmata *cum Euangelicis & Apostolicis litteris pugnant*, cum nullâ totius Scripturæ parte consonare concordareve possunt. Aut igitur *utriusque tabulæ custos* fallit vel fallitur, aut Lutheranorum dogmata cum nullâ totius Scripturæ parte concordant. Hic fortè dicturi sunt, Scripturam Sacram esse extra *Vtramque tabulam Imperatoriæ custodiæ* commissam, ibique contineri duntaxat leges Civiles & Canonicas; si tamen contineantur etiam Canonicæ, ex quo Lutherus eas Vulcano sacrificavit. Si ita est, quomodo Imperator, tametsi *utriusque tabulæ custos*, poterit *audire partes in controversiis Religionis*: quæ, juxta ipsos, ex Scripturâ decidendæ sunt? Cui non hîc facilè incidat, *Provocantios* ita velle Cæsari attribuere *capitis Germanorum* titulum, ut sibi reservent rem? Volunt enim *controversias Religionis* ex Scriptura decidi: hujus verò *custodiam*, titulari *Germanorum capiti* ademptam, sibi ipsis arrogant. Ipsi igitur, & non Cæsar, finem *controversiis Religionis* imponent, etsi illi titulum *capitis* annuant. Videor autem videre, quonam Iure sibi *custodiam tabulæ* Scripturisticæ vendicent: nimirum quia Patriarcha ipsorum Lutherus jam evulgarat proverbiale istud dictum, *Scriptura est liber hæreticorum*. Audi hac de re Cardinalem Hosium, qui respondens cuidam Lutheri discipulo, dicenti, *Scripturis detrahi quando dicitur, Mos est hæreticorum ad Scripturas provocare*: ait ei inter alia: H. Nec tu illud negabis, quòd, sicut hoc nostro, sic & priscis illis sæculis, ad Scripturas Canonicas æquè semper hæretici provocarunt, atque Catholici. Itaque si *detrahitur Scripturis*, sicut tu velle videris, *quando dicitur, Mos est hæreticorum ad Scripturas provocare*, quis magis illis detraxit, quàm ille Magister vester, & hæreticorum nostri temporis dux & antesignanus, *Martinus Lutherus*? Qui adeò non veretur scribere, *quòd omnes hæretici Scripturæ præsidio nitantur, quodq́ ex illis hæreses omnes originem duxerint*, ut ausus fuerit hoc etiam addere, *Scripturam canonicam ad extremum hoc esse nomen consecutam, ut vocetur* LIBER HÆRETICORUM. Quod nomen haud scio an quisquam illi tribuerit unquam, præter hunc Magistrum, non nostrum, sed vestrum. Lutheri igitur Patriarchæ sui authoritate suffulti Lutherani, quamvis Cæsari, *Germanorum capiti*, concedant *utriusque tabulæ custodiam*; sibi tamen arrogant Scripturæ Sacræ custodiam: quia nimirum, Luthero teste, *Scriptura est liber hæreticorum*, quales ipsi sunt; non autem Catholicorum, cujusmodi Cæsar est. Cæterùm quibusnam revera competat possessio atque custodia Sacrarum Scripturarum, Catholicisne an hæreticis, videat lector apud Tertullianum lib. de Præscriptionibus cap. 15. & 37.

Præoccupatio.

H. Card. Hosius l. 3. cont. Prolegomena Brentij.

supra 17. §.

supra §. 185.

CCXXXV. Ex jam dictis Lectori haud operosum fuerit æstimare ac dijudicare quàm congruenter assimilaverimus *Provocantios* nostros interpellantes Cæsarem tanquam *caput*

 Germa-

Germanorum, Pharisæis & Herodianis confugientibus ad Christum tanquam *Magistrum veracem*, *qui viam Dei in veritate doceret*. Utrique
Mat.22.16. verum quidem initio dixerunt, sed verum dicendo insidias struxerunt; quia illi Christum, isti Cæsarem suis blandimentis circumvenire studuerunt. Illi molientes illaqueare Christum, post blandam præfationem proposuere captio-
Ib, v.17. sam quæstionem, *Licet censum dare Cæsari, an non?* Isti post honorificam appellationem *capitis Germanorum*, proponunt Cæsari controversiam Subditorum: tanquam dicentes, *Licet capiti dirimere lites membrorum, an non?* Sed benè habet, quòd Christus destruendo & elidendo insidias illorum, docuerit Cæsarem inanire insidias istorum. Quod igitur Christus
Ib. v, 21. illis, hoc & Cæsar dicat istis: *Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari; & quæ Dei, Deo.* Atque ut planiùs perspiciat quid illud sit, audiat Au-
I. Aug. in Expositione quarund. Proposit. Epist. ad Rom. Propositione 72 Vide Anselmum in c. 13. ad Rom. gustinum sibi insonantem: [I] „Quod Apostolus ait, *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: non est enim potestas nisi à Domino:* „rectissimè admonet, ne quis ex eo quòd à „Domino suo *in libertatem vocatus est*, factus „Christianus, extollatur in superbiam, & „non arbitretur in vitæ hujus itinere servan-
Rom. 13. 1. Gal. 5. 13. „dum esse ordinem suum, ut *Potestatibus sublimioribus*, quibus pro tempore RERUM „TEMPORALIUM GUBERNATIO TRADITA „EST, existimet non se esse subdendum. Cùm „enim constemus ex anima & corpore, & „quamdiu in hac vita temporali sumus etiam „rebus temporalibus ad subsidium degendæ „hujus vitæ utamur; oportet nos ex ea parte, „quæ ad hanc vitam pertinet, *subditos esse Potestatibus*, id est, hominibus RES HUMANAS „CUM ALIQUO HONORE ADMINISTRANTIBUS: ex illa verò parte, QUA CREDIMUS „DEO, ET IN REGNUM EIUS VOCAMUR, „nos non oportet esse subditos cuiquam ho„mini, id ipsum in nobis evertere cupienti „quod Deus ad vitam æternam donare dig„natus est. Si quis ergo putat, quoniam Chri„stianus est, non sibi esse vectigal reddendum, „aut tributum, aut non esse exhibendum ho„norem debitum eis QUI HÆC CURANT po„testatibus, in magno errore versatur. Item „si quis putat sic se esse subdendum, ut etiam „in sua fide habere potestatem arbitretur eum „QUI TEMPORALIBUS ADMINISTRANDIS „ALIQUA SUBLIMITATE PRÆCELLIT, in „majorem errorem labitur. Sed modus iste „servandus est, quem Dominus ipse præscri„bit, ut *Reddamus Cæsari quæ Cæsaris sunt, & Deo quæ Dei sunt*". Ecce quid sit reddere Cæsari quæ sunt ejus, & Deo quæ ejus. Cæsaris est administratio temporalium: ac per hoc, ad ejus tribunal deferendæ sunt subditorum controversiæ super rebus temporalibus: non Cæsaris autem, sed Dei est administratio spiritalium; adeoque non ad Cæsaris tribunal deferendæ sunt controversiæ subditorum Cæsari, imò ipsiusmet etiam Cæsaris, super rebus spiritalibus; sed ad Dei tribunal, hoc est, ad illud tribunal quod Deus erexit ad dirimendas suo nomine & authoritate controversias super rebus spiritalibus incidentes. Non Cæsari, sed Apostolis Ecclesiam repræsentantibus aiebat Dominus: *Qui vos audit, me audit; & qui vos spernit, me* Luc. 1[0]
spernit. Unde & alibi postquam dixisset, *Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publi-* Mat. 1[8]
canus: continuò subjunxit ad Apostolos eandem Ecclesiam repræsentantes: *Amen dico vobis, quæcunq; alligaveritis super terrã, erunt ligata & in* Ib. v. 1[8]
cælo; & quæcunque solveritis super terram, erunt soluta & in cælo. Quod ipsum & B. Petro, Apostolorum Principi, & Ecclesiæ futuro Monarchæ, dictum jam specialiter fuerat ibidem superiùs cap. 16. v. 19. Et quod ibi dictum ei fuit per formam promissionis, re ipsâ impletum est per actualem præstationem, dicente ei Domino: *Pasce agnos meos, pasce oves meas.* Hunc pasto- Io. 21. & 17.
rem præsignaverat monarchicè pasturum oves suas universas, quando ibidem superiùs aiebat, *Fiet unum ovile, & unus pastor.* Quod hìc ap- Io. 10
pellatur *unum ovile*, alibi *una* nuncupatur *navis*: dicente Lucâ de ipso Domino, *Ascendens in* Luc. 5.
unam navim quæ erat Simonis, rogavit eum, ut à terra duceret pusillùm: [K] Hæc est illa navis (in- K. Am[bros.] in c. 5.
„quit Ambrosius) (quæ adhuc secundùm Mat„thæum fluctuat, secundùm Lucam repletur „piscibus: ut & principia Ecclesiæ fluctuantis, „& posteriora exuberantis agnoscas: Pis„ces enim sunt, qui hanc enavigant vitam". Et iterum ibidem inferiùs: "Non turbatur „hæc navis (subdit) in quâ prudentia navi„gat, abest perfidia, fides aspirat. Quemad„modùm enim turbari poterat, cui præerat „is, in quo Ecclesiæ firmamentum est"? *Ecclesiæ firmamentum* vocat Petrum, quia super eum rupeâ firmitate donatum ædificanda Ecclesia fuit: item quia ipse est cui specialiter dictum est, *Confirma fratres tuos.* Quomodo enim con- Luc. 2[2]
firmare reliquos posset, nisi firmitudine in seipso præpollens? Ad hujus igitur *Pastoris, Gubernatoris, & fratrum Confirmatoris* tribunal deferendæ sunt controversiæ super Religione in *ovili* sibi commisso, in *navi* sibi concredita, incidentes. Cùm enim ad hujus tribunal deferuntur, ad Dei, cujus vice fungitur & authoritate fulcitur, tribunal deferuntur. Huic, peculiariter dictum à Domino fuisse legimus *Duc in altum:* cæteris duntaxat, *Laxate retia* Luc 5.
vestra in capturam: [L] Etsi alijs (inquit idem L. Am[bros.] ibid.
„qui suprà Ambrosius) imperatur, ut *laxent* „*retia sua*, soli tamen Petro dicitur, *Duc in* „*altum*: hoc est, in profundum disputatio„num". Nihil tale, quantùm ad incidentes super Religione controversias, legimus uspiam

Cæsari

…at. 12.21. Cæsari dictum: & idcirco *Redduntur Cæsari quæ Cæsaris sunt*, quando ei in rebus temporalibus obtemperatur, & controversia super his quomodolibet exorta ad ejus tribunal finaliter defertur: M. Quod Apostolus ait (inquit Augustinus) *Necessitate subditi estote*, ad hoc valet, „ ut intelligamus, quia *necesse est* propter hanc „ vitam subditos nos esse oportere, non resi- „ stentes, si quid illi auferre voluerint, in quo „ sibi potestas data DE TEMPORALIBVS „ REBUS: quæ quoniam transeunt, ideò & „ ISTA SVBIECTIO NON IN BONIS QUA- „ SI PERMANSURIS, SED IN NECESSARIIS „ HUIC TEMPORI CONSTITUENDA EST". Quæ igitur non de rebus huic vitæ temporali necessarijs, sed de rebus permansuram vitam concernentibus controversiæ emergunt, ad Cæsaris tribunal aut Prætoris Edictum non spectant: sed ad tribunal Dei, qui ei soli, quem sibi in spiritalibus Vicarium delegit, ait: *Duc in altum*; hoc est, *in profundum disputationum*.

…l. Aug. Proposit. 74. sup … Vide eund. … de Catechiz. Rudibus cap. 21. Rom. 13. 5.

CAPUT LXXIII.

Controversias Religionis non ad Cæsareum; sed ad Pontificium tribunal deferri debere decidendas, ostenditur non solùm summorum testium asseveratione; sed ipsa etiam Protestantici *nominis inditione. Origo istius nominis panditur ex ipsis* Protestantijs. *Appellatio* Confessionistarum *à Decretis Comitialibus, ad Concilia Ecclesiastica; in* Confessione Augustana *iteratur. An Lutherus eius rei fuerit conscius? Quàm turpiter Lutherus in negotio tam gravi & sacro ludat; & Cæsari ac Cæsareis* Comitijs *illudat, ut ipse continuatis protelationibus interim in pace degat!* Confessionis Augustanæ *authores & exhibitores recensentur. Lutheri stropha & præstigiæ perstringuntur.*

CXXXVI Nihil igitur aptiùs respondere potest Cæsar *Provocantijs*, ad se tanquam *Germanorum caput*, pro decisione controversiarum Religionis recurrentibus, quàm ut dicat: *Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari; & quæ sunt Dei, Deo*: hoc est, ad meum tribunal deferte controversias vestras super temporalibus, ad Dei autem tribunal in Ecclesia erectum controversias super spiritalibus. Quamvis enim mihi tanquam *Germanorum capiti* sitis subjecti, tamen, ut ex Augustino mox audistis, *Ista subiectio non in bonis quasi permansuris, sed in necessarijs huic tempori constituenda est*. Recolite illud ejusdem Sanctissimi & doctissimi Patris dictum paulò adhuc superiùs relatum: *Si quis putat, quoniam Christianus est, non sibi esse vectigal reddendum, aut tributum, aut non esse exhibendum honorem debitum eis, qui hæc* (temporalia) *curant, Potestatibus; in magno errore versatur. Item si quis putat, sic se esse subdendum, ut etiam in sua fide habere potestatem arbitretur eum, qui temporalibus administrandis aliquâ sublimitate præcellit*, IN MAIOREM ERROREM LABITUR. Sed quid adducendis aut repetendis hanc in rem testimonijs Doctorum immoramur? Nonne ipsi Christiani Imperatores, tam antè quàm post exortam *Protestantiorum* Sectam, apertissimè testati & protestati sunt, controversiarum fidei decisionem non spectare ad forum Cæsareum, sed ad Pontificium? Meminisse Adversarij possent & deberent quânam occasione ipsum *Protestantiorum* sive *Protestantium* nomen, quo supra modum gloriantur, assumpserint: ab Appellatione nimirum seu Provocatione solemni, quâ provocarunt à sententia in eos lata per Imperialia Comitia Spirensia, non solùm ad Cæsarem inde tunc absentem, sed ad Concilium Ecclesiasticum, sive generale, sive etiam Nationale: N. Aº. 1529. (ait quidam ipsorum) *propter dissidium Lutheri & Zuinglij super Cæna Domini, Colloquium institutum fuit Marpurgi Hessorum: in quo, præsentibus multis gravibus & eruditis viris, Lutherus atque Zuinglius causam disceptarunt: sed tantùm per triduum duravit, & diremptum est lue ingruente. Post hanc disceptationem Lutherus fidei suæ plenam & claram Confessionem edidit, in qua ad extremum usque spiritum, divino adiutus auxilio, constanter permansit. Eodem anno alius Conventus Spirensis celebratus: In eo constitutum, ut ex Edicto Imperatoris, VVormatiæ facto ante annos octo, nihil omnino immutaretur; eosq; qui hactenus Edictum illud VVormatiense observassent, ad Concilium usq; observare pergerent: qui verò Religionem mutassent, à qua iam absque seditionis metu discedere non possent,* in

…at. 22. 21.

…g. §. præ… …d.

Vide suprà … cap. 69. … totum.

N Christian Mathiæ in Theatro Hist. lib. 4. pag. 741. & 742.

in posterum sibi temperarent, nec aliquid praeterea ad Concilium usque innovarent: Missam omnibus locis restituendam, & dogmata de S. Cœna, doctrinæ Ecclesiæ repugnantia, non recipienda. Huic *Decreto sese opposuerunt Ioannes Elector Saxoniæ, Georgius Brandeburgicus, Ernestus & Franciscus Luneburgici, Landgravius, & Anhaldinus, quibus* XIV. *Civitates sese coniunxerunt: Palamque testati sunt, se ei minimè parituros; & à Spirensi hoc Decreto* AD CÆSAREM, AD FUTURUM CONCILIUM SIVE GENERALE SIVE NATIONALE, *ad omnes denique non suspectos Iudices* PROVOCARUNT, *& novum illud Decretum, Legatis etiam in Italiam missis, deprecati sunt.* ET SIC DENIQUE NOMEN PROTESTANTIUM ENATUM EST. Hæc ille ibi ex Sleidano, Chytræo, Osiandro, & alijs. Anno proximè sequenti celebrata sunt Comitia Augustana, præsente ac præsidente ipso personaliter Cæsare: in quibus *Protestantes* suam Appellationem ad Cæsarem ita prosecuti sunt, ut Appellationi ad Concilium Ecclesiasticum factæ potissimùm insisterent, allegantes inter alia, quòd Cæsar declarasset *se in isto Religionis negotio non velle nec posse determinare quicquam nec concludere.* Patet hoc ex *Augustana* ipsorum *Confessione*, Cæsari ibidem porrectâ: in cujus Præfatione Cæsarem ita alloquuntur: [O] *Vestra Cæsarea Maiestas Electoribus, Principibus, & reliquis Statibus Imperij non una vice, sed sæpe, clementer significavit, & in Comitijs Spirensibus, quæ anno Domini* 1526. *habita sunt, ex datâ & præscriptâ formâ Vestræ Cæsareæ instructionis & commissionis recitari & publicè prælegi fecit,* VESTRAM MAIESTATEM IN NEGOTIO RELIGIONIS, *ex causis certis, quæ Vestræ M. nomine allegatæ sunt,* NON VELLE QUICQUAM DETERMINARE, NEC CONCLUDERE POSSE; SED APUD PONTIFICEM ROMANUM PRO OFFICIO VESTRÆ CÆS. M. DILIGENTER DATURAM OPERAM DE CONGREGANDO CONCILIO GENERALI: *quemadmodùm idem latiùs expositum est ante annum in publico proximo Conventu, qui Spiræ congregatus fuit: ubi Vestra Cæs. M. per Dominum Ferdinandum Bohemiæ & Hungariæ Regem, Amicum & Dominum clementem nostrum; deinde per Oratorem, & Commissarios Cæsareos, hæc inter cætera proponi fecit: Quòd Vestra Cæsarea M. intellexisset & expendisset Locumtenentis Vestræ Cæs. M. in Imperio, & Præsidentis & Conciliariorum in Regimine, & Legatorum ab alijs Statibus, qui Ratisbonæ convenerant, deliberationem* DE CONCILIO CONGREGANDO: *& quòd iudicaret etiam Vestra Cæs. M. utile esse, ut congregaretur Concilium: & quia causæ quæ tum tractabantur inter Vestram Cæs. M. & Romanum Pontificem vicinæ essent concordiæ & Christianæ reconciliationi, non dubitaret Vestra Cæs. M. quin Romanus Pontifex adduci posset* AD HABENDUM GENERALE CONCILIUM: *ideò significabat se Vestra Cæs. M. operam daturam, ut præfatus Pontifex Maximus, unà cum Vestrâ Cæs. M. tale generale Concilium primo quoque tempore, emissis litteris publicandum, congregare consentiret. In eventum ergo talem, quòd in causa Religionis, dissensiones inter nos & partes amicè & in charitate non fuerint compositæ, tunc coram Vestrâ Cæs. M. hic in omni obedientia Nos offerimus ex superabundanti comparituros, & causam dicturos in tali generali & libero & Christiano Concilio: de quo congregando in omnibus Comitijs Imperialibus, quæ quidem annis Imperij Vestræ Cæs. M. habita sunt per Electores, Principes, & reliquos Status Imperij, semper concorditer actum, & congruentibus suffragijs conclusum est. Ad cuius etiam* GENERALIS CONCILII CONVENTUM, SIMUL ET AD VESTRAM CÆS. M. *in hac longè maximâ & gravissimâ causâ, iam ante etiam* DEBITO MODO ET IN FORMA JURIS PROVOCAVIMUS ET APPELLAVIMUS. *Cui Appellationi ad Vestram Cæs. M. simul & Concilium* ADHUC ADHÆREMUS: *neque eam per hunc, vel alium tractatum (nisi causa inter nos & partes, iuxta tenorem Cæsareæ proximæ Citationis, amicè in charitate composita, sedata, & ad Christianam concordiam reducta fuerit) deserere intendimus aut possumus:* DE QUO HIC ETIAM SOLEMNITER ET PUBLICE PROTESTAMUR.

O. Protestantij in Præfatione *Confessionis Augustanæ.*

CCXXXVII. Quis suspicari unquam posset, *Protestantios*, post tot & tam solemniter coram Cæsare, Germanorum capite, iteratas protestationes, se fuisse oppositùros decisionibus Concilij, quod tantopere flagitarant, ad quod toties provocarant, in quo se comparituros & causam dicturos spoponderant? Quid est quod in Concilio dudum condemnati provocant jam ad Imperialia Comitia, qui pridem à Comitiorum Decreto appellarant ad futurum Conciliū? Quid est quòd Cæsarem nunc interpellant ut publicam cum eis disputationem ineundam indicat, qui Prædecessorem ejus adegerant ut Concilium procuraret? Quid est quòd ad Cæsaris tribunal Synodaliter damnati jam redeunt, qui in Cæsaris tribunali damnati Synodalem audientiam expetierunt? Quid est quòd ad Cæsaris audientiam volunt eam causam determinandam ac concludendam reducere, quam professus est Cæsar *Nec velle se determinare, nec posse concludere*? Appositè profectò in hos quadrat, quod de Arianis olim aiebat Magnus Athanasius: [P] In comminiscendis „ vitilitigationibus nihil ab indolis suæ pravi„ tate alienum faciunt. Neque id mirum; cùm „ tam vario sint ac versipelli animo, quàm „ cameleontes sunt in mutandis coloribus". Dicamus ergo nos modò Lutheranis, quod Vigilius olim dixerat Eutychianis: [Q] Quid „ sibi velit tanta Professionis vestræ varietas, „ ut quod unâ manu ædificatis aliâ iterum de„ struatis, non intelligo; nisi quia veritatem „ Religionis mendaciorum fucis eluditis, aliud

P. Ath[...] Epist. [...] Synodi[...] cenæ D[...] tis con[...] Eusebii [...] liditate[...]

Q. Vigil[...] cont. E[...] tych.

ore,

ore, aliud corde gestantes". Fieri quidem potest quòd *Protestantiorum* Proceres, *Confessionis Augustanæ* Porrectores, sincero Germanoque animo Concilium expetierint, & in ea comparituros suæ Sectæ Doctores spoponderint: sed Lutheri supervenientibus postmodùm litteris instigati propositum mutaverint. Etenim Lutherus, tametsi à Comitiis absens, quæcunque ibi in causa Protestantismi gerebantur rescìebat per suos, & quæ porrò agenda censebat scribebat ad suos: R. *Lutherus* (ait qui suprà Christianus Matthiæ) *huius Conventus tempore fuit in arce Coburgensi, qui locus etiam* LUTHERI PATMOS *&* EREMUS *dicitur, ad Franconiæ fines, mandato Electoris, ut tanto vicinior esset Augustæ, si qua fortè res ipsius consilium postularet. Vt autem absens etiam aliquid in commune conferret, librum ad Episcopos aliosq; Proceres in eo Conventu conscripsit; & cuiusmodi fuerit sub Pontificatu Romano status Ecclesiæ, quàm densæ tenebræ, quàm impia dogmata, quàm fœdi errores, demonstravit; & ipsos officij commonefecit gravissimis verbis, & crudelitatem animumq; sanguinarium exprobravit; & ne iam sanandi mali prætermitterent occasionem, hortatus est; suamq; doctrinam esse Prophetarum & Apostolorum Scriptis consentaneam ostendit, & adversus Deum frustrà iniri omnia consilia, docuit. Et cùm in his Comitijs & multiplici Pontificiorum potentissimorumq; Principum insultatione, gravibusq; minis, nonnihil turbarentur expavescerentq; Protestantium Theologi, Lutherus missis litteris eos animavit, & magnâ virtute consolatus est.* Harum litterarum una ad Philippum Melancthonem scripta uno penè mense post porrectam & publicè in Comitiis lectam *Confessionem Augustanam*, apertè satis indicat quàm simulatè & illusoriè Lutherus præ se tulerit desiderium Concilii expetiti. Ait quippe ibi inter alia: S. *Postquam isthæc mendacissima diabolorum capita* (sic appellat Catholicos Comitiorum Proceres, ne ipso quidem Cæsare excepto) *ludunt in permittendo Concilium liberum: sic volo &* EGO CVM EIS LVDERE, *volcq; ab eorum sententijs appellare ad illud ipsum Concilium, quod tamen nunquam futurum est:* UT EGO INTEREA IN PACE AGAM. Hoc ergo est quod Lutherus interpositione tot appellationum ac protestationum intendebat, tempus nimirum lucrari, cum Catholicis ludere, expectationem eorum fallere & intereà in pace degere. An autem etiam reliquis dogmatum suorum patronis eandem fallaciam inspiraverit persuaseritque, ipsi viderint, & perspicaciores conjecerint. Illud saltem ex eventu perspicuum est, aut non sincero animo eos ab initio expetiisse Concilium, aut lapsu deinde temporis mutasse consilium.

R. Christ. Matthiæ ib. pag. 744. & seq.

S. Lutherus Epist. 5. ad Melancthon. datâ 20. Iulii 1530.

Præoccupatio.

CCXXXVIII. Non deerit fortè aliquis qui pro purgatione Lutheri à prædicta fallacia obtendat, eum non fuisse *Augustanæ Confessionis* authorem, sed Philippum Melancthonem: ac sic Lutheranos Proceres cum eodem Philippo provocasse ad Generale Concilium, inscio, vel etiam invito Luthero. Verùm huic purgationi prorsus obstat quod scribit qui suprà Christianus Matthiæ, & ipse Lutheranus: T. *Authores*, inquiens, *Augustanæ Confessionis fuerunt primarij quidem, Ordines quidam Imperij, nempe Ioannes Dux Saxoniæ Elector, Georgius Marchio Brandeburgensis, Ernestus Dux Luneburgensis, Philippus Landgravius Hessorum, Ioannes Fridericus Dux Saxoniæ, Franciscus Dux Luneburgensis, VVolfgangus Princeps ab Anhald, & Magistratus duarum civitatum Imperialium, Norimbergensis & Retelingensis: quos omnes* PROTESTANTES *vocant, eò quòd fuissent protestati contra Decretum in Conventu Spirensi, anno 1529. factum, de quo suprà dictum. Secundarij authores Augustanæ Confessionis fuere Principum Protestantium Theologi, inprimis autem* D. MARTINVS LVTHERVS, *& Philippus Melancthon.* Ecce inter authores nominatum *inprimis Lutherum*: inter secundarios quidem, sed idcircò quòd de mandato Principum Protestantium aggressus sit opus. Addit præterea idem Author Paginâ proximè sequenti, Philippum ex Articulis à Luthero præformatis *Augustanam Confessionem* concinnasse: *Ita quidem, ut in plerisque eundem observaverit ordinem, neque sensum solùm Lutheri expresserit, verùm ipsa etiam verba & phrases sæpissimè retinuerit, quemadmodùm collatio ostendit. Vt autem Electori reliquisque constaret de firmitudine & certitudine illius; Elector, tum temporis in arce Coburgensi subsistens, eò quòd locus iste erat Augustæ vicinior, per celeres eam Luthero perlegendam, revidendam, & censendam tradidit: ut præmisso calculo, præcognitâ censurâ & approbatione* TANTI VIRI, *tandem in Imperatoris & Procerum Augustissimum veniret conspectum. Postquam Lutherus Confessionem gravi iudicio pensitasset, & approbasset,* PROTESTANTIVM *communi suffragio & iudicio recepta, subscriptionibusq; illustribus firmata & confirmata est. Postea Latinè & Germanicè conscripta, & Principum & Legatorum civitatum suprà dictorum manu subsignata, per Doctorem Pontanum Seniorem, Cancellarium Electoralem, oblata fuit Alexandro Schweisz. Secretario Imperatoris, ut illam traderet Electori Moguntino Imperij Cancellario: Sed ipse Cæsar suâ manu eam appprehendit, & Latinum exemplar ad se recepit. Porrò die 25. Iunij, qui fuit dies Sabbati proximè sequens diem Ioannis Baptistæ, circiter horam tertiam pomeridianam, in Palatio Cæsaris, in cœtu Principum & omnium Ordinum, auscultante Cæsare, lecta fuit Augustana Confessio, sonorâ admodum & gravi voce, à D. Christiano Beiero Electoris Saxonici Cancellario, ita ut & in Palatio, & in area aulæ Episcopi Augustani audiri posset.* Patet igitur, non inscio nec invito, sed antecedenter præformante & subsequenter appro-

T. Christian. Matthiæ ib. pag. 41.

approbante Luthero, *Augustanam Confessionem* fuisse digestam & concinnatam. Quo fit, ut non possit Lutherus hac in parte ab immani fallaciæ crimine excusari. Neque verò alienum à Lutheri indole ac consuetudine esse hunc fallendi illudendique modum, facilè perspiciet, qui ad ea, quæ superiùs cap. 15. & 16. relata sunt, animum reflectet. Cernet quippe ibi inprimis quemadmodùm Augustæ coram Cardinale Caietano constitutus declaraverit se paratum esse stare judicio quarundam Academiarum; quarum tamen latas contra se postmodum Censuras petulantissimè irrisit. Cernet item quemadmodùm eidem Cardinali non minùs insolenter ad extremum insultaverit, quàm pridem simulanter adulatus fuerat. Cernet quoque quemadmodùm ab eodem Cardinale, uti Pontificio Delegato, appellaverit ad ipsum Pontificem Delegantem: qui tamen pari fastu quo priùs sententiam Delegati, posteà sprevit sententiam Delegantis. Cernet prætereà quemadmodùm à Pontifice appellaverit ad concilium Generale; qui tamen, ut mox vidimus, ludibrio habet Concilium Generale. Subolfecit hanc ejus indolem Carolus ipse Cæsar, quando in suo adversùs eum Wormaciensi Edicto, novennio ante Augustana Comitia promulgato, dixit inter alia: V. Non „ injuriâ plurimùm Nobis mirari subiret, „ curnam A SUMMI PONTIFICIS „ SENTENTIA AD GENERALE CONCILIUM NUPER PROVOCARIT, „ (*Lutherus*) cùm tam impiè de Conciliis ipsis „ loquatur & scribat: nisi manifestè sciremus, „ ut NIHIL EST HÆRETICIS ÆQUE FORMIDABILE ATQUE OECUMENICUM CONCILIUM, ita nihil illis iisdem magis proprium esse, quàm ut dictis factisque & Scriptis secum ipsi diffideant. Quod si usquam „ alibi, præcipuè in Lutheri libris, divinâ „ providentiâ sic operante quò ipsius vana „ ædificia per se ruant, passim legere & videre est".

Vide suprà c. 15. §. 51. & cap. 16. §. 52.

V. C. sup. c. §. 53.

CAPUT LXXIV.

Confessionistarum *cum Donatistis comparatio. Donatistarum ad Constantinum Imperatorem recursus. Eorundem ad Pontificis tribunal remissio. Iterata damnatorum ad Cæsarem provocatio, & à Cæsare ad Synodum Arelatensem ablegatio. Synodaliter condemnati Cæsarem denuò appellant. Quid Cæsar de hac eorum appellatione senserit, & scripserit? Quæ Constantinus Cæsar regeßit Donatistis, potiori jure modernus Cæsar regerere poteſt Confeßionistis. Eximia Constantini observantia erga Episcopos refertur, & imitanda ingeritur.*

CCXXXIX. Comparavimus superioribus duobus Capitibus *Protestantios* cum Pharisæis & Herodianis insidiantibus Christo, comparemus nunc eosdem cum veteribus Donatistis, modò à Cæsareo ad Ecclesiasticum, modò ab Ecclesiastico ad Cæsareum tribunal recurrentibus. Inter Augustini Epistolas una est, ab ipso scripta communi Clericorum Ecclesiæ suæ Hipponensis nomine, ad Januarium Donatisticæ partis primatem, in qua refert, W. Quòd *pars Donati*, quæ primò apud Carthaginem *pars Maiorini* dicebatur, ultrò accusavit Cæcilianum, „ tunc Episcopum Ecclesiæ Carthaginensis, „ apud Imperatorem illum antiquum Constantinum". Libellos duos accusatorios Donatistæ porrexerunt Proconsuli Africæ Anulino, transmittendos Cæsari. Transmisit ille libellos suis inclusos litteris, quarum exemplar Augustinus ibidem subinserit: ac tum subdit: " Post hanc relationem ad se missam, jussit Imperator venire partes ad Episcopale Judicium „ in urbe Roma faciendum: ubi quemadmodùm causa ista dicta atque finita sit, & Cæcilianus innocens judicatus sit, indicant Gesta „ Ecclesiastica. Jam utique post pacificum moderamen Judicii Episcopalis, omnis contentionis & animositatis pertinacia debebat extingui: sed rursùs Donatistæ AD IMPERATOREM REDIERUNT, & non rectè judicatá, nec „ omnem causam auditam esse conquesti sunt. „ Unde ille alterum Episcopale Judicium „ dedit habendum in Arelatensi Galliæ Civitate, ubi multi eorum vanâ & diabolicâ „ dissensione damnatâ, cum Cæciliano in concordiam redierunt: alij verò pertinacissimi & litigiosissimi AD EUNDEM IMPERATOREM APPELLAVERUNT. Posteà & ipse „ COACTUS, EPISCOPALEM CAUSAM INTER PARTES COGNITAM TERMINAVIT, & primus contra Partem Donati legem constituit, ut loca congregationũ eorum vendi-

W. August. Epist. 68.

vendicarentur Fisco ". Eandem historiam fusiùs prosequitur idem ipse Augustinus Epistolâ 162. ex qua planè perspicitur quàm invitè Imperator terminandam susceperit causam Episcopali jam Iudicio decisam. Nam postquam ibi Melchiadis Papæ & Coepiscoporum sententiam in Donatistas latam Augustinus commemorasset & laudasset, subjunxit de iisdem Donatistis: [x] Judices Ecclesiasticos tantæ „ authoritatis Episcopos, quorum judicio & „ Cæciliani innocentia & eorum(*Donatistarum*) „ improbitas declarata est, non apud alios Col-„ legas, sed apud Imperatorem accusare ausi „ sunt, quòd malè judicarint. Dedit ille aliud „ Arelatense Iudicium, aliorum scilicet Episco-„ porum, NON QVIA IAM NECESSE ERAT, SED „ EORVM PERVERSITATIBVS CEDENS, ET „ OMNI MODO CVPIENS TANTAM IMPV-„ DENTIAM COHIBERE. Neque enim ausus est „ Christianus Imperator sic eorum tumultuosas „ & fallaces querelas suscipere, ut de Iudicio „ Episcoporum qui ROMÆ sederant ipse judi-„ caret; sed alios ut dixi, Episcopos dedit: à „ quibus tamen illi ad ipsum rursùs Imperato-„ rem provocare maluerunt. Qua in re, illos „ quemadmodùm detestetur, audistis. Atque „ utinam ipsius saltem Iudicio insanissimis ani-„ mositatibus suis finē posuissent; atq;ut eis ipse „ cessit, ut de illa causa post Episcopos judicaret, „ A SANCTIS ANTISTITIBVS POSTEA VENIAM „ PETITVRVS, dum tamen illi quod ulteriùs „ dicerent non haberent si ejus sententiæ non „ obtemperarent, ad quem ipsi provocave-„ runt: sic & illi aliquando cederent veritati". Superiùs dixerat, Imperatorem terminasse Episcopalem causam *coactum*: hic perversitatibus Donatistarum *cedentem*, imò & à Sanctis Antistitibus *veniam petiturum*. Quis autem ignoret *petitionem veniæ* esse quandam agnitionem culpæ? Et tamen causa ad eum delata non tam concernebat fidem, quàm factum: an nimirum Cæcilianus reipsa crimen traditionis commisisset, aut certè à Traditoribus ordinatus fuisset, vel cum Traditoribus communionem habuisset. Sed quia ille jam Episcopus extitit, ejus causam non ad suum, sed ad Ecclesiasticum tribunal spectare Imperator Constantinus (quantumvis tunc *Africanorum caput*, non minùs quàm modernus Imperator *Caput est Germanorum*) censuit: & ideò nonnisi *coactus*, & Donatistarum *perversitatibus cedens*, ac denique *à Sanctis Antistitibus posteà veniam petiturus*, causæ cognitionem suscepit: [y] Scitote (ait „ alibi Donatistis idem) quòd primi Majo-„ res vestri causam Cæciliani ad Imperatorem „ Constantinum detulerunt. Exigite hoc à „ nobis ut probemus vobis, & si non proba-„ verimus facite de nobis quidquid potueritis. „ Sed quia Constantinus non est ausus DE CAU-„ SA EPISCOPI IVDICARE, eam discutien-„ dam atque finiendam Episcopis delegavit. „ Quod & factum est in urbe Roma, Præsidente „ Melchiade Episcopo illius Ecclesiæ; cum „ multis collegis suis. Qui cùm Cæcilianum in-„ nocentem pronuntiassent, & Donatum, qui „ Schisma Carthagine fecerat, sententiâ per-„ cussissent, iterum vestri ad Imperatorem „ venerunt, & de Iudicio Episcoporum in „ quo victi fuerant murmuraverunt: quomo-„ do enim potest malus litigator laudare Iu-„ dices, quibus judicantibus victus est? Ite-„ rùm tamen Clementissimus Imperator alios „ Iudices Episcopos dedit apud Arelatum „ Galliæ Civitatem: & ab ipsis vestri ad ipsum „ Imperatorem appellarunt, donec etiam ipse „ causam cognosceret, & Cæcilianum inno-„ centem, illos calumniosos pronuntiaret". Ubi observandum, non dici, Non est ausus de fidei dogmate judicare, sed *Non est ausus de causa Episcopi iudicare*. Ex quo patet non fidei dogmata, sed prætensa personæ Episcopalis crimina ad tribunal Cæsareum fuisse delata. Unde meritò pudeat Lutheranos deferre ad tribunal Cæsareum causam fidei: cùm ne Donatistæ quidem, quàmtumlibet perfrictæ frontis, id auserint; & Imperator ne de personæ quidem Ecclesiasticæ prætensis criminibus cognoscere, nisi *coactus*, & *perversitatibus cedens*, & *à sanctis Antistitibus veniam petiturus*, præsumpserit.

x. Idem Epist. 162.

y. Idem Epist. 166.

CCXL. Videamus porrò quemadmodum Lutherani prememoratam Donatistarum perversitatem imitentur, aut potiùs supergrediantur. Cùm primùm ad Imperium evectus est Carolus V. [z] Scripsit ad eum Lutherus (inquit „ Cochlæus) Epistolam, simulatâ humilitate, „ odiosisque in Adversarios querelis accuratè „ depictam: addens etiam oblationem seu pro-„ testationem, haud minùs fictam, & calum-„ niatricem; ut sibi gratiam, Papæ ac Theolo-„ gis odium tum Cæsaris, tum Aulicorum ejus, „ atque adeò totius populi, conciliaret; „ editis in lucem libellis. Ait igitur in Epistola „ illa post captatam blanditiis benevolentiam: „ *Editi sunt à me nonnulli Libelli, quibus multorum* „ *& magnorum mihi conflavi invidiam & indigna-* „ *tionem, ubi duplici debui præsidio tutus esse. Primùm,* „ *quòd invitus in publicum veni, nec nisi aliorum vi* „ *& insidijs proditus scripsi quicquid scripsi, nihil un-* „ *quam maioribus votis expetens quàm ut in angulo* „ *meo laterem: Deinde quòd, testor meâ conscien-* „ *tiâ & optimorum Virorum iudicio, nonnisi Euan-* „ *gelicam Veritatem studui evulgare, adversus super-* „ *stitiosas humanæ traditionis opiniones: propter quam* „ *tertius iam finitur ferme annus, ex quo patior* „ *sine fine iras, contumelias, pericula, & quicquid* „ *possunt mali excogitare. Frustrà veniam peto, fru-* „ *strà silentium offero, frustrà pacis conditiones pro-* „ *pono, frustrà erudiri meliora postulo. Vnum est* „ *quod in me paratur, tantum ut extinguar cum*

z. Cochlæus in Actis Lutheri anno 1519.

Lutherus.

„*universo Euangelio. Cùm autem omnia frustrà tentarim, visum est tandem, exemplo S. Athanasii,* „IMPERATORIAM MAIESTATEM INVOCARE, SI FORTE DOMINVS DIGNETVR PER EAM SVÆ CAVSÆ ADESSE". Disputaverat quidem anteà cum Eckio, & conferentiam habuerat cum Cardinale Cajetano Delegato Apostolico; sed nondum ejus doctrina vel ab Academiis censurata, vel ab Apostolico Præsule damnata fuerat, quando hunc ad Cæsarem instituit recursum. Quinimò in *Protestatione* prædictis suis litteris adjunctâ obtulit se paratum stare Academiarum Judicio: *Sed nec hoc quidem promovi*, inquiens, *quòd me sæpenumerò, & multifariam obtulerim (ut filius supplex & obediens Sanctæ Ecclesiæ Catholicæ, qualis, Deo Opt. Max. adiutore, mori volo) taciturum si per meos adversarios liceat; omnium* UNIVERSITATVM NON SVSPECTARVM COGNITIONEM ET SENTENTIAM PASSVRVM; *coram non suspectis Iudicibus, sacris & profanis, sub fide publica, idonea & sufficienti, conductu libero libenter & humiliter compariturum*, EORVMQVE COGNITIONEM ET SENTENTIAM ACCEPTVRVM. Subsecuta est eodem anno Censura
Vide suprà c.15. §.51. Academiarum in Lutheri doctrinam, & anno proximo Censura Pontificia: & eventus probavit quàm ficta vel fluxa fuerit Protestantis oblatio, coram Cardinale quidem Caietano ante annum expressa, & hìc denuò ad Cæsarem perscripta. Quàm fictè item aut fluxè in prædictis suis litteris *Imperatoriam Maiestatem invocaverit*, eventus similiter comprobavit. Nam anno exinde supproximo damnatus ab *Imperatoria Maiestate*, Pontificiam sententiam exequente, minimè acquievit, quinimò in ipsam *Imperatoriam Maiestatem* plaustra conviciorum congessit: prout cap. 16. §.55. visum est. Post octennium nihilominùs in Comitiis Spirensibus denuò cum suis sententiatus, ad eandem rursùs *Imperatoriam Maiestatem* damnatricem suam, simulque ad Concilium Generale vel Nationale provocavit. Et quamvis anno exinde proximo eadem *Imperatoria Maiestas*, ad quam provocarat, ipsum cum suis condemnaverit in Comitiis Augustanis; huic ipsi nequaquam condemnationi paruerunt, sed provocationi ad Concilium insistere se dixerunt. Denique cùm *Imperatoria Maiestas*, importunitatibus eorum cedens, procurasset indictionem & congregationem œcumenici Concilii, in eo nec comparere nec causam dicere voluerunt, nedum Sanctionibus adversùs se ibi conditis acquieverunt; sed usque adeò in sua obstinatione induruerunt, ut non vereantur adhuc hodie *Imperatoriam Maiestatem* inquietare, & novam ab ea audientiam, post tot condemnationes tam Ecclesiasticas quàm Cæsareas,
Luc. 7. 31. & seq. flagitare. *Cui ergo similes dicam homines generationis huius? & cui similes sunt? Similes sunt pueris sedentibus in foro, & loquentibus ad invicem & dicentibus: Cantavimus vobis tibijs, & non saltastis: lamentavimus, & non plorastis.* Cantarunt eis Academiæ ad quas pridem provocarant, & non saltant, neque plorant, sed maledicunt: cantavit eis Cardinalis Legatus Apostolicus, & non saltant neque plorant, sed maledicunt & ad legantem provocant: cantavit eis ipse Legans, & non saltant neque plorant, sed maledicunt, & provocant: cantavit eis *Imperatoria Maiestas quam invocarant*, & non saltant neque plorant, sed maledicunt & ad Synodum provocant: cantavit eis Synodus etiam generalis quam expetierant & ad quam appellarant, & non saltant neque plorant, sed maledicunt, & *Imperatoriam* iterum *Maiestatem invocant*, ut tanquam *caput Germanorum*, etiam hierarchicum, eis audientiam annuat, disputationem indicat; quicquid in eos hactenùs edictum aut decretum est, accuratiori discussioni, tanquam nihil fuerit hactenùs actum, subjiciat. Hanc eorum inquietudinem & provocandi pruriginem plenissimè perspiciens superna providentia, ordinatissimè disposuit, ut sibi assumerent nomen *Protestantium*: quippe quibus nihil familiarius est, quàm *protestando* provocare, & provocando *protestari*: A. Plerique A. Isido lib. 7. gin c.
„primorum hominum (inquit Isidorus) ex propriis causis originem nominum habent: Quibus ita propheticè indita sunt vocabula, ut aut „futuris aut præcedentibus eorum causis conveniant".

CCXLI. Ut igitur *Imperatoria Maiestas*, quam modò pro nova audientia post tot anteriores condemnationes inquietant, pleniùs ac planiùs perspiciat qualiter tractandi sint, non fuerit inutile neque importunum advertere quid ejus Prædecessor Constantinus Magnus scripserit de Donatistis, & in Donatistas, ad seipsum provocantes post Episcopales sententias, Romæ primùm, ac deinde Arelati prolatas. Extat Tomo I. Conciliorum Galliæ, ad calcem Synodi primæ Arelatensis, Epistola Constantini ad Patres Synodales, post decisam Donatistarum causam, & interpositam à damnatis Appellationem ad Cæsarem, expedita; in qua hæc inter alia ait: B. Gaudeo equi- B. Const Magnus pist. ad S nod. Arel
„dem specialiter, gaudeo, quòd tandem habitâ justissimâ dijudicatione, eos ad meliorem spem, fortunamque revocastis, quos malignitas diaboli videbatur à præclarissima luce legis Catholicæ suâ persuasione avertisse. „O verè victrix providentia Christi Salvatoris, ut etiam his consuleret, qui jam descis centes à veritate, & quodammodò adversùs ipsam arma inducentes, Gentibus se copulaverant. Qui si vel nunc verâ fide voluerint obsequia Sanctissimæ Legi deferre, intelligere „poterunt, quantum sibi nutu Dei sit provisum.

Et hoc

„ Et hoc quidem, Sanctissimi fratres, sperabam etiam in eis, quibus ingenita est maxima durities animi, posse reprehendi. Sed non profuit apud eos recta dijudicatio, neque in eorum sensus ingressa est divinitas propitia. Revera enim non immeritò ab his procul abscesserit Christi clementia, in quibus manifestâ luce claret, hujusmodi esse, ut eos etiam à cælesti provisione exosos cernamus, quæ in ipsos tanta vesania perseverat, quùm incredibili arrogantiâ persuadeant sibi quæ nec dici nec audiri fas est, desciscentes à recto judicio dato, quo cœlesti provisione MEUM JUDICIUM EOS COMPERI POSTULARE. Quæ vis malignitatis in eorum pectoribus perseverat? Quoties à Me jam ipso improbissimis aditionibus suis sunt condignâ responsione oppressi? Qui utique si hoc ante oculos habere voluissent, minimè hoc ipsum interposuissent. MEUM IUDICIUM POSTULANT, QUI IPSE IUDICIUM CHRISTI EXPECTO! Dico enim ut se veritas habet, SACERDOTUM IUDICIUM ITA DEBET HABERI, AC SI IPSE DOMINUS RESIDENS IUDICET. Nihil enim licet his aliud sentire, vel aliud judicare, nisi quod Christi Magisterio sunt edocti. Quid igitur sentiunt maligni homines, officia ut verè dixit diaboli? PERQUIRUNT SÆCULARIA, RELINQUENTES CÆLESTIA. O RABIDA FURORIS AUDACIA! SICUT IN CAUSIS GENTIUM FIERI SOLET, APPELLATIONEM INTERPOSUERUNT. Equidem Gentes, minora interdum Judicia refugientes, ubi justitia deprehendi potest, magis ad majora Judicia, authoritate interposita, ad Appellationem se conferre sunt solitæ. Quid hi detractores legis, qui RENUENTES CÆLESTE IUDICIUM, MEUM PUTAVERUNT POSTULANDUM, SIC SENTIRE DE CHRISTO SALVATORE? Ecce jam proditores! Ecce SINE ULLA ACRIORI DISQUISITIONE, IPSI PER SEMET PRODIDERUNT FACINORA SUA. Quæ ab ipsis sentitur humanitas, qui in ipso Deo immanes prosilierunt"? Hinc à fortiori sumat modernus Imperator exemplum & normam respondendi Lutheranis ad seipsum provocantibus post damnationem non solùm Imperialem & Comitialem, sed Pontificalem quoque & Synodalem. Dixi, *à fortiori*; quia Synodus ista Arelatensis condemnatrix Donatistarum, non fuit œcumenica, sed duntaxat particularis: Tridentina autem Synodus, Lutheranorum condemnatrix, œcumenica fuit. Quod postremum tametsi damnati pervicaciter negent, Imperator tamen Catholicus fideliter firmiterque credit. Dicat ergo eis, quod Constantinus illis: *Sacerdotum Iudicium ita debet haberi, ac si ipse Dominus residens iudicet.* Addat & illud per modum exprobrationis: *Perquirunt sæcularia, relinquentes cælestia.* Et illud item per modum increpationis: *O rabida furoris audacia! Sicut in causis Gentium fieri solet, Appellationem interposuerunt.* Et illud item: *Renuentes cæleste Iudicium, Meum putaverunt postulandum.* Ac tandem concludendo, eos hæretico spiritu patenter agitari, dicat: *Ecce sine ulla acriori disquisitione, ipsi per semet prodiderunt facinora sua:* quia nimirum ausi sunt spreto Iudicio Christi œcumenicis Concilijs assistentis & præsidentis, provocare ad Iudicium Cæsaris temporalibus duntaxat rebus superintendentis. Et verò quid illud est, quòd cùm Constantinus Magnus non præsumpserit judicare etiam de personalibus delictis particularium Episcoporum, volunt Lutherani ut modernus Cæsar judicet de controversia per eos mota contra Episcopum Episcoporum? Constantini verba ad Episcopos, qui Nicena in Synodo se mutuò de personalibus quibusdam criminibus accusabant, & accusatorios libellos Cæsari porrigebant, sunt ista: "Deus Vos constituit Sacerdotes, & potestatem Vobis dedit DE NOBIS QUOQUE IUDICANDI: & ideò NOS A VOBIS RECTE IUDICAMUR; VOS AUTEM NON POTESTIS AB HOMINIBUS IUDICARI. Propter quod, Dei solius inter Vos expectate Judicium, & Vestra jurgia quæcunque sunt, ad illud divinum reserventur examen. Vos etenim Nobis à Deo dati estis Dij: & conveniens non est, ut homo judicet Deos; sed ille solus, de quo scriptum est, *Deus stetit in Synagoga Deorum, in medio autem Deos discernit.* Et ideò his omissis, illa quæ ad fidem Dei pertinent, absque ulla animorum contentione distinguite". Quibus Constantini verbis abs se relatis subjungit Historicus Ruffinus de eodem: "Cùm hæc dixisset, omnes simul querimoniarum libellos jussit exuri, ne innotesceret ulli hominum simultas Sacerdotum". Huic potiùs documento auscultet Imperator, quàm ei quod *Provocantij* obtrudunt in suo libello provocatorio, super punitione clericorum, etiam Episcoporum.

Constit. l. 1. ... (margin, left, partly illegible)

C. Constan. Magnus apud Ruffinum l. 1. Hist. Eccles. cap. 2.

Psal. 81. 1

Ruffinus ibid. Num. 7

CAPVT LXXV.

Provocantiorum *allegata in ſuo libello provocatorio à num.* 9. *uſque ad* 17. *partim ſuperiùs diſploſa, partim parerga oſtenduntur.* Particu*lares Synodi indici ac peragi poſſunt authoritate inferiorum Eccleſiæ Præſulum, œcumenicæ non niſi authoritate Summi Antiſtitis. Priores non habent vim generaliter obligandi, niſi fuerint Summi Præſulis calculo comprobatæ. Lutherani Semipelagianis immorigeriores & obſtinatiores oſtenduntur. Donatiſtis iterum aſſimilantur. Hæreticis familiare eſt pauciora adverſus plura defendere, poſteriora prioribus anteferre, & ex dubijs certa infirmare. Supercilioſa* Brentii *de Patribus cenſura.* Proteſtantium *de imminuta Cæſaris Maieſtate inofficioſa querela. Pontificum in Cæſares paſtoralis authoritas exemplis illuſtrata. Eorundem geſta adversùs Cæſares impertinenter à* Provocantiis *ſuo libello inſerta.*

CCXLII EA quæ in *Provocantiorum* Libello à Num. 9. uſque ad 17. prolixo ſermone allegantur, partim ſuperiùs diſploſa, partim parerga ſunt atque ad replendam chartam impertinenter congeſta. Nam ad Carolum Magnum quod attinet, oſtenſum eſt cap. 69. §. 225. quantopere Apoſtolicæ Sedis Præſuli in dirimendis fidei controverſijs detulerit, & quàm falsò Adverſarij ſcripſerint & Imperialibus Comitijs obtruſerint, *Eum nullâ habitâ Pontificis Romani ratione Concilia convocaſſe, & conſtitutiones in illis factas confirmaſſe*: ut omittam quòd Concilia ab Adverſarijs memorata nonniſi particularia fuerint, ad qualium convocationem neceſſaria non fuit, uti nec hodie eſt, Pontificis expreſſa authoritas. Quis enim neſciat quotannis indici poſſe Diœceſana, vel Provincialia, vel etiam Nationalia Concilia, authoritate Epiſcopali, vel Archiepiſcopali, vel Primatiali, vel Patriarchali, abſque ſpeciali interventu authoritatis Pontificiæ? Et tamen nullus eapropter Epiſcoporum, aut Archiepiſcorum, aut Primatum, aut Patriarcharum auderet ſe æquiparare, nedum præferre Apoſtolico Præſuli; cui ſoli competit jus indicendi & confirmandi Concilia generalia, juxta antiquos verſus Canoniſtis notiſſimos: [D] *Reſtituit Papa ſolus, deponit & ipſe: Dividit, atque unit, eximit, atque probat. Articulos ſolvit*, SYNODUMQUE FACIT GENERALEM: *Transfert, & mutat, appellat nullus ab ipſo.* Et quidem ad convocationem ſeu indictionem Synodi generalis quod ſpectat, eam ſoli Pontifici competere agnoſcit Carolus V. Imperator, referentibus nec diffitentibus *Proteſtantiorum* primoribus in Præfatione ſuæ *Confeſſionis Auguſtanæ* relatâ ſuperiùs cap. 73. §. 236. Nulla porrò Concilia habere poſſunt vim obligandi univerſam Eccleſiam in fide aut moribus, niſi fuerint Pontificio calculo comprobata. Hinc quædam Concilia, quantumvis generaliter indicta, defectu Pontificiæ approbationis robore authoritatis caruerunt & carent: è contrario autem Concilia quædam particularia robur authoritatis habuerunt & habent, eò quòd eorum conſtitutionibus Pontificia approbatio acceſſerit. Cujus rei exemplum ſumi poteſt ex Concilijs illis Africanis de quibus diximus ſuperiùs cap. 69. §. 225. quæ quidem particularia duntaxat ab initio fuerant, ſed accedente Apoſtolicorum Præſulum approbatione generalem obligandi vim & authoritatem adepta ſunt: [E] Quia nonnulli (inquit „ Papa Celeſtinus) qui Catholico nomine „ gloriantur, in damnatis autem hæreticorum „ ſenſibus ſeu pravitate ſive imperitiâ demo„ rantes, pijſſimis Diſputatoribus obviare præ„ ſumunt: & cùm Pelagium atque Celeſtium „ anathematizare non dubitent, Magiſtris ta„ men Noſtris, tanquam neceſſarium modum „ exceſſerint, obloquuntur; eaque tantum„ modò ſequi & probare ſe profitentur, quæ „ Sacratiſſima Beati Apoſtoli Petri Sedes, con„ tra inimicos gratiæ Dei, per miniſterium „ Præſulum ſuorum ſanxit & docuit: neceſſa„ rium fuit diligenter inquirere, quid Recto„ res Romanæ Eccleſiæ de hæreſi, quæ eo„ rum temporibus exorta fuerat, judicaverint, „ & contra nocentiſſimos liberi arbitrij de„ fenſores quid de gratia Dei ſentiendum eſſe „ cenſuerint: ita ut etiam Africanorum Conciliorum

D. Io. Honorius van Axel, lib. 1. compendij Iuris Canonici tit. 30. n. 10.

E Cele[ſtinus] Epi[ſt.] 1.

ciliorum quasdam sententias jungeremus, QVAS „ UTIQVE SVAS FECERVNT APOSTOLICI ANTISTITES , DVM ILLAS COMPROBARENT". Hæc ille adversùs Semipelagianos ; quibus longè obstinatiores se monstrant hodie Lutherani. Illi enim tametsi Catholicorum quorundam Doctorum, signanter Augustini, authoritatem repudiarent ; Apostolicæ tamen Sedis definitionibus obstrepere non audebant : isti autem Apostolicam ipsam Sedem petulantissimè proscindunt ; ejusque definitiones, etiam in Synodo œcumenica, ab ipsis expetitâ, prolatas, spernunt, explodunt, oppugnant, & revisioni subjici poscunt. Apostolicorum nimirum Præsulum sanctiones Lutheranis sunt aranearum telæ ; quibus cùm Semipelagiani velut imbecilles culices hærerent, ipsi tanquam validiores muscæ, illudunt. Nec molestè ferant se assimiliari muscis, cùm jam olim Augustinus *muscas* appellarit Donatistas, quibus eos superiori capite comparavimus : F. Muscæ moritura Donatistæ (ait ille) circumvolant per totius corporis membra, sicubi reperiant vulnerata : sana pungunt, ægra lambunt, & eorum ulceribus peccatorum vermes fundunt, quæ conscientiam mordeant, quæ animam saucient, quæ putredinem nutriant, quæ nec ipsis mortuis cadaveribus parcant. *Muscæ moritura cùm oleum exterminant, oleo periuntur*: neque enim vivitis, qui Spiritum Sanctum efflatis". Volvunt nimirum ac revolvunt modò *Confessionistæ*, ut olim Donatistæ, Scripturas divinas, Patrum Scripta, Conciliorum Acta, Pontificum & Cæsarum Gesta: ut sicubi occurrat quod vel suo scopo congruū, vel invidiæ videri possit obnoxium, illud annotent, memoriæ imprimant, verbis & Scriptis opportunitate oblatâ vel arreptâ divulgent: G Solemne hæreticis esse, testatur Tertullianus, „ alicujus capituli ancipitis occasione adversùs exercitum sententiarum instrumenti totius armari". Et alibi de eisdem : H Tribus „ capitulis (inquit) totum instrumentum „ utriusque Testamenti volunt cedere : cùm „ oporteat secundùm plura intelligi pauciora. „ Sed proprium hoc est omnium hæreticorum : „ nam quia pauca sunt quæ in Sylva inveniri „ possunt, pauca adversùs plura defendunt, „ & posteriora adversùs priora suscipiunt. Regula autem omni rei ab initio semper constituta in prioribus, & in posteriora præscribit, utique & in pauciora". Nec minùs appositè Facundus Hermianensis in Africa Episcopus: I. Quemadmodùm calumniantium hæreticorum est (inquit) ex dubijs & obscuris quæ certa & manifesta sunt malè interpretari : ita solitum est prudentiæ ac pietatis „ Catholicæ, ex indubitatis atque evidentibus „ & firmare ambigua, & latentia declarare". Optimè quoque de ejsdem Lyrinensis: K Captant plerunque (inquit) veteris cujuspiam „ Viri Scripta paulò involutiùs edita, quæ „ pro ipsa sui obscuritate dogmati suo quasi „ congruant : ut illud, nescio quid, quodcunque proferunt, neque primi, neque soli sentire videantur. Quorum ego nequitiam duplici odio dignam judico : vel eò quòd hæreseos venenum propinare alijs non pertimescunt ; vel eò etiam quòd Sancti cujusque Viri memoriam, tanquam sopitos cineres, profanâ manu ventilant ; & quæ silentio sepeliri oportebat, redivivâ opinione diffamant : Sequentes omninò vestigia authoris sui *Cham*, qui nuditatem venerandi *Noë* „ non modò operire neglexit, verùm quoque „ *Irridendam cæteris enuntiavit*. Unde tantam „ læsæ pietatis meruit offensam, ut etiam posteri ipsius, peccati sui maledictis obligarentur : beatis illis fratribus, longèque dissimilibus, qui nuditatem ipsam reverendi „ patris neque suis temerare oculis, neque „ alienis patere voluerunt, sed *aversi*, ut scribitur, *texerunt eum*: quod est, erratum Sancti viri nec approbasse, nec prodidisse : atque idcircò beatâ in posteros benedictione donati sunt". Hujus benedictionis exortem, & oppositæ maledictionis participem se ostendit Lutheranus ille Patromastix Brentius, qui ait : L. *Negari non potest quin in Patribus sint errores, & alienæ à sensu Scripturæ interpretationes. Origenes fuit insignis pietate & eruditione, tamen habet quædam dogmata, quæ non sunt Scripturæ consentanea. Tertullianus Montanizat, Cyprianus Anabaptizat. Hieronymus Origenizat & Digamizat: putat enim digamiam, qualem quidam nunc intelligunt, hoc est, si quis post mortem prioris uxoris ducat alteram, parum aut nihil à scortatione differre. Augustinus scribit ipse libros Retractationum, ac præterea communicat infantes corpore & sanguine Christi. Longum esset singulos percurrere* &c.

CCXLIII. Huic Succenturiati *Provocantij* nostri, quicquid apud authores reperire potuerunt, quo Romanis Pontificibus invidiam affectatæ in Cæsares aut Reges tyrannidis conflari posse sperarunt, suo libello Num. 13. 14. 15. & 16. inseruerunt : ac tum Num. 17. subtexuerunt: *Hæc omnia ita facta esse, quia* PROTESTANTES *Germani non ignorant ex historijs, non possunt non conqueri, suorum Imperatorum Maiestatem tot modis esse oppugnatam & conculcatam : duas sibi pro una in uno Imperio esse obtrusas Maiestates, & quasi duas sibi oppositas Respublicas constitutas ; unam clericorum & Episcoporum sub Papa, alteram Principum & Civitatum, sub Imperatoris quidem legibus, sed subinde iniurijs Maiestatis Ecclesiasticæ tanquam superioris cedentem. Dolet, quòd Regalia suo Imperatori* IVRE DIVINO ET HVMANO COMPETENTIA, *tot modis sint debilitata. Dolet, quòd obedientia Magistratui supremo debita,* negetur

Marginalia: F Aug l. contra Fulgentium Donat. cap. 14. — Eccle. 10. 1. — G Tertull l. de pudicitia c. 16. — H Idem l. adversùs Praxean. c. 20. — I Facund. Hermian. l. 1. cap. 5. — K Vincent. Lyrin. c. 21. Vide Filesacum in Cōment. hujus loci n. 57. — Gen. 9. 22. — Ibid. v. 23. — L. Brentius apud Hosium l. 3. de authoritate Scripturæ Sacræ. — Num. 17.

negetur ab Episcopis &c. De hac Protestantium *querela* ac *dolore* videri possunt dicta superiùs cap. 68. §. 223. ubi eos comparavimus Judæ Iscariotæ conquerenti ac dolenti de *perditione unguenti*. Nec defuturum arbitror, qui istorum querelam ac dolorem comparet *lachrymis crocodili*, quæ proverbio locum fecere, de quo Erasmus Chiliade 2. centuria 4. cap. 60. Et sanè cùm ante annos jam viginti Gustavus Suedorum Rex Germaniam cum ipso Imperio latissimè & immanissimè vastaret, non defuit è *Protestantium* cœtu Ministellus, qui pro Concionis themate usurparit illud Psalmographi, *Deus tu conversus vivificabis nos, & plebs tua lætabitur in te*: & in decursu se explicans dixerit, Deum conversum, Regem esse Suedum: Nam si retrogrado litterarum ordine legatur *Deus*, exurget *Sued*. Quis unquam Romanorum Pontificum majorem vel parem aut supparem vastitatem intulit Germaniæ, ac Rex ille Suedicus? Et tamen ille Protestantico Ministello fuit *Deus conversus*, *vivificaturus plebem*: Pontifex autem Romanus eidem & Gregalibus suis merus est *Antichristus*, *intolerabilis tyrannus*, *Imperialium prærogativarum usurpator*, *Cæsareæ Maiestatis non solùm oppugnator*, *sed & conculcator*. Ubi alludere videntur ad historiam sive veram sive fictam Frederici Barbarossæ Cæsaris, & Alexandri III. Pontificis, quam quispiam ipsorum in Theatro suo Historico hisce verbis nuper perstrinxit: [M] *Fredericus Imperator satius esse existimavit, de suo iure aliquid cedere, quàm dum civilibus armis omnia perturbarentur, ipsam Rempublicam prodere. Et quidem Saladinus Sultanus mirâ felicitate usus, Christianos totâ ferè Asiâ Syriâq; eiecerat. Itaque re ipsâ monente, Reipublicæ salutem omni privatæ simultati & offensioni anteponendam esse, rectè Fredericus Imperij tranquillitatem vindictæ sui doloris præferebat, & quicquid publicè salutare non esset, privatim alienum existimabat. Quare qui summis erat præditus virtutibus, seipsum vicit, & Venetijs in colloquium cum Alexandro III. Pontifice venit anno Christi* 1177. *cùm Schisma inter eos* XVIII. *annos durasset: & supplex ei factus in Vestibulo S. Marci pacem se sanctione quadam Civitatibus Italiæ constituturum promisit. Modestiâ Frederici abusus est Papa, qui* PEDEM COLLO IMPERATORIS IMPOSUIT, *& iussit à Præcone acclamari*, SUPER ASPIDEM ET BASILISCUM AMBULABIS. *Sed & cùm Fredericus indignitate rei commotus dixisset*, NON TIBI, SED PETRO: *respondit Pontifex, impressâ fortiùs plantâ*: ET MIHI, ET PETRO. Quibus ita relatis, subdit author ille Lutheranus hanc exclamationem: *O inauditam tyrannidem & superbiam!* Ego verò nihil dubito, quin si Fredericus ille Cæsar Pontificem in sua potestate habere potuisset, magis eum tyrannicè superbèque tractasset. Et tamen neminem sani cerebri esse arbitror, qui non cernat, potiori jure ovem à suo Pastore, quàm Pastorem à sua ove calcari. An fortè Imperator Pastoritiæ Pontificis potestati subjectus non est? Non est ergò ovis Christi; qui sine exceptione aut limitatione ait Petro, & in Petro Petri cuilibet Successori, *Pasce oves meas*. Gregorius Nazianzenus, tametsi non Summus Pontifex, nec Petri in Principatu totius Ecclesiæ Successor, Imperatorem tamen inter oves sibi subditas computat: [N] Hæc mihi ad subditos (inquiens) „ partim monendi, partim consolandi gratiâ „ dicta sint: Mihi, inquam, pauperi Pastori, „ parvum hunc gregem componenti & instru„ enti, *Cum quo gaudente gaudere, & mœrente* „ *ingemiscere*, Pastoritiæ meæ legis præscripto „ jubeor. Quid autem Vos Principes & Præ„ fecti? Ad Vos enim jam nostra se convertit „ oratio: ne alioqui iniquè omninò facere vi„ deamur, atque his quidem, quæ in rem fu„ tura sint, suadere, Vestræ autem Dignitati „ Potentiæque cedere (quasi vel pudore vel „ metu Christianam nostram libertatem demit„ tentes) aut illorum quidem commodis con„ sulere, Vos autem negligere, quorum curam „ eò majorem gerere par est, quòd ea res plus „ in utramque partem momenti habeat, ma„ jorque inde utilitas promanet, si negotium „ prosperè successerit: contrarium enim tum „ à nobis absit, tum ab Oratione nostra. Quid „ igitur dicitis? Aut quid inter nos convenit? „ An me liberè loquentem æquo animo fere„ tis? Nam Vos quoque imperio meo ac thro„ no lex Christi subjicit: Imperium enim nos „ quoque gerimus; addo, etiam præstantius „ ac perfectius: nisi verò æquum est Spiritum „ carni fasces submittere, & cælestia terrenis „ cedere. Sed non dubito quin hanc dicendi „ libertatem in optimam partem accepturus „ sis, utpote SACRI GREGIS MEI OVIS SA„ CRA, MAGNIQUE PASTORIS ALUMNA, re„ ctèque jam olim à Spiritu ducta & instituta, „ Sanctæque & Beatæ Trinitatis lumine, æquè „ ac nos ipsi, collustrata. Proinde brevis mi„ hi ad te Oratio erit: cum Christo Impe„ rium geris, cum Christo munus hoc admi„ nistras. Ab illo gladium accepisti, non tam „ ut eo utaris, quàm ut mineris ac terreas. „ Quare tibi videndum est, ut illum, tanquam „ donarium quoddam, purum & integrum ei qui dedit serves". Theodosius Magnus ovem se Ambrosij Episcopi ac Pastoris agnovit, quando ob cædem Thessalonicensem ab eo increpitus, & Ecclesiæ ingressu interdictus, humiliter paruit, & pœnitentiam injunctam demississimè adimplevit: [O] In divinis enim „ Eloquijs educatus (ait Theodoretus) ap„ primè norat, quænam Sacerdotum essent partes, & quænam Imperatorum". Unde cùm Ambrosius ei dixisset: *Quamnam tu pœnitentiam post tam iniquum facinus ostendisti? Aut quæ medica-*

Psal. 84.7.

M. Christ. Mathiæ l. 4. Theatri Historici Pag. 609.

Vide Baronium, Tomo XII. Annal. ad Annum 1177.

Præc. patic.

N. Naz. 17.

Vide lib. in Ambr.

O. Theodoret. l. 5. Eccles.

Vide ibi.

medicamenta gravissimis vulneribus adhibuisti? Imperator respondit: *Tuum est, medicamenta ostendere ac temperare: Meum verò, quæ adhibebuntur accipere.* Idem rursùs Imperator, teste eodem ibidem Theodoreto, Constantinopolim reversus, Nectario Patriarchæ dixit: *Imperatoris & Sacerdotis discrimen tandem sum edoctus: veritatis magistrum tandem inveni. Vnum enim Ambrosium novi, qui Episcopus iure nuncupetur.* Quòd si ad antiquiora exempla recurramus, inveniemus Philippum Imperatorem, qui omnium Cæsarum primus Christianam Religionem amplexus & professus est, de mandato Fabiani Papæ subiisse Romæ publicam pœnitentiam: [P.] De hoc fertur (ait Eusebius Cæsariensis) „ quòd cùm Christianus esset, & in die quâ „ ultimæ Paschatis vigiliæ servabantur, in „ precationibus multitudini Ecclesiasticæ tanquam consors conjungi vellet, ab eo (*Fabiano*) qui tum Ecclesiæ præerat admissum „ non esse, nisi primùm confiteretur, & iis se „ qui propter peccata inquirebantur & in pœnitentiæ loco constituti erant conjungeret: „ alioquin nisi hoc faceret, non fore ipsum admittendum, propterea quòd in multis culpabilis esset. Fertur itaque promptè obedivisse, sincerumque ac religiosum animum „ erga Deum ipsis operibus declarasse. Erat „ autem annus ille Imperii Philippi tertius". Hæc & similia Majorum suorum exempla ac documenta si Fredericus Imperator attendisset, fortè æquanimiter ea quæ ab Alexandro III. Pontifice in eum Venetiis gesta sunt tolerasset: nec Lutheranus Theatri Historici Scriptor *Tyrannidem aut superbiam* eidem Pontifici improperasset, si eadem exempla perpendisset.

P. Euseb. l. 6. Hist. Eccl. c. 34. 35. & Nicep. l. 5 Hist. c. 25.

CCXLIV. Ut interim *Provocantiis* annuamus liberaliter (nihil enim cogit) vel Alexandrum III. in causa Frederici Imperatoris, modestiæ Pastoralis limites transiliisse; vel alios item Pontifices in Scenam ab eis productos, debitam erga Cæsares mansuetudinem temerasse: quid equidem concludere ipsi inde queant, quo eorum ab Ecclesiæ Catholicæ communione secessio, vel peregrinorum dogmatum procusio ac defensio, vel antiquæ fidei abjuratio ac infestatio justificetur? [Q.] Si Furius Camillus (inquit Augustinus) etiam „ ingratam Patriam, à cujus cervicibus acerrimorum hostium Veientium jugum depulerat, damnatusque ab æmulis fuerat, à Gallis iterum liberavit, quia non habebat potiorem ubi posset vivere gloriosiùs: cur extollatur, velut grande aliquid fecerit, qui „ fortè in Ecclesia ab inimicis carnalibus „ GRAVISSIMAM EXHONORATIONIS PASSUS INIURIAM, non se ad ejus hostes hæreticos transtulit, AUT ALIQUAM CONTRA ILLAM IPSE HÆRESIM CONDIDIT, „ sed eam potiùs quantum valuit ab hæreticorum perniciosissima pravitate defendit: cùm „ alia non sit, non ubi vivatur in hominum gloria, sed ubi vita acquiratur æterna"? Lutheranos non tam Ecclesia à se exclusit, quàm ipsi se ab Ecclesia separarunt; more scilicet reliquorum hæreticorum, de quibus scriptum est, *Hi sunt qui segregant semetipsos.* Et tamen ut fuissent ab Ecclesia per ipsam & non per seipsos exclusi, imitari potiùs debuissent eos, de quibus idem Augustinus alibi ait: [R.] Sæpè „ sinit divina Providentia, per nonnullas nimium turbulentas carnalium hominum seditiones expelli de congregatione Christiana etiam bonos viros. Quam contumeliam „ vel injuriam suam cùm patientissimè pro Ecclesiæ pace tulerint, neque ullas novitates „ vel SCHISMATIS vel HÆRESIS moliti „ fuerint, docebunt homines quàm vero affectu & quantâ sinceritate charitatis Deo serviendum sit. Talium ergo virorum propositum est, aut sedatis remeare turbinibus, „ aut, si id non sinantur vel eàdem tempestate „ perseverante vel ne suo reditu talis aut sævior oriatur, tenent voluntatem consulendi „ etiam eis ipsis quorum motibus perturbationibusque cesserunt, sine ulla conventiculorum „ segregatione, usque ad mortem defendentes „ & testimonio juvantes eam fidem, quam in „ Ecclesia Catholica prædicari sciunt. Hos coronat in occulto Pater, in occulto videns". Longè ab his diversa est sors ac conditio Lutheranorum, qui non solùm spontè se ab Ecclesia segregarunt, sed schismatis atque hæresis novitates invexerunt; eam fidem quam in Ecclesia prædicari sciunt non modò non defendunt aut testimonio juvant, sed quibuscunque possunt machinis oppugnant: atque ut secessionem machinationesque suas aliquali perizomate jam velent, Pontificum in Cæsares tyrannidem obtendunt. Nosse autem debent quòd etiamsi reverà Pontifices aliqui tyrannidem in Cæsares aut Reges exercuissent, non esset tamen inde consequens quòd falsam fidem prædicassent: tyrannidis quippe exercitium non erronei intellectus, sed ambitiosi affectus est indicium; nec prædicationis, sed conversationis arguit vitium. Si nondum nôrunt ista discernere, discant ex Tertulliano: qui respondens priscis hæreticis similiter ineptientibus, & B. Petro errorem fidei ob reprehensionem Pauli nam adscribentibus, respondit: [S.] Si reprehen„ sus est Petrus, quòd cùm convixisset Ethnicis, posteà se à convictu eorum separabat per„ sonarum respectu: utique CONVERSATIONIS fuit vitium, NON PRÆDICATIONIS. „ Non enim ex hoc alius Deus, quàm Creator; & alius Christus, quàm ex Maria; „ & alia spes, quàm resurrectio annunciabatur". Si igitur in Petro Christianorum

Q. August. l. 5. de Civit. cap. 18. Vide suprà c. 13 § 41.

Iudæ v. 19. Vide Cypr. Epist. 40.

R. Aug. l. de Vera Relig. cap. 6.

S. Tertull. lib. de Præscript. c. 23. Vide lib. 1. cont. Marcion. c. 20. & l. 4 c. 3. & l. 5. c. 3.

protohierarcha stare simul potuere integritas prædicationis & reprehensibilitas conversationis, cur non & in ejus Successoribus? Non ait Christus Petro, *Rogavi pro te* ut non deficiat conversatio tua, sed, *Vt non deficiat fides tua.* In hac proculdubiò oratione sua Christus *Exauditus est pro sua reverentia.* Ac per hoc dum Christiani fidem Petri amplectuntur & sequuntur, non humano aliquo fulcro, sed Dominico præsidio securi nituntur: T· In illum autem „ Ordinem Episcoporum (ut præclarè Augu- „ stinus monet) qui dicitur ab ipso Petro, „ usque ad Anastasium (*Alexandrum VII.*) qui „ nunc eandem cathedram sedet, etiamsi quis- „ quam traditor (*violentus Cæsarum oppressor*) „ per illa tempora subrepsisset, nihil præjudica- „ ret Ecclesiæ, & innocentibus Christianis: „ quibus Dominus providens, ait de Præposi- „ tis malis: *Quæ dicunt, facite: quæ autem faci-* „ *unt, facere nolite: Dicunt enim, & non faciunt:* „ Ut certa sit spes fidelibus, quæ non in homi- „ ne, sed in Domino collocata, nunquam tempestate sacrilegi schismatis dissipetur". Et rursùs Epistolâ proximè sequenti: " Dominus (in- „ quit) servorum suorum tolerantiam confir- „ mavit, ne dum se boni putant malorum per- „ mixtione culpari, per humanas & temerarias „ dissensiones aut parvulos perdant, aut par- „ vuli pereant. Quod usque adeò cælestis Ma- „ gister cavendum præmonuit, ut etiam de „ Præpositis malis plebem securam faceret, ne „ propter illos doctrinæ salutaris cathedra de- „ sereretur, in qua COGUNTUR ETIAM MALI „ BONA DICERE. Neque enim sua sunt quæ „ dicunt, sed Dei, qui in cathedra unitatis do- „ ctrinam posuit veritatis. Proinde ille verax, „ & ipsa Veritas, de Præpositis sua mala fa- „ cientibus, & Dei bona dicentibus, ait: *Quæ* „ *dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite:* „ *Dicunt enim, & non faciunt.* Non utique dice- „ ret, *Quæ faciunt, facere nolite*, nisi manifesta „ essent mala quæ faciunt. Non ergo propter malos in mala dissensione pereamus". Et Concione 3. in Psalmum 36. " De malis (inquit) „ dictum est illud: *Super cathedram Moysi sede-* „ *runt Scribæ & Pharisæi: quæ dicunt, facite; quæ* „ *autem faciunt, facere nolite.* Vides quia in ca- „ thedra Moysi, CUI SUCCESSIT CATHE- „ DRA CHRISTI, sedent & mali: & tamen „ dicendo bona, non obsunt auditoribus. „ Quare tu propter malos ipsam cathedram di- „ misisti? Redi ad pacem, redi ad concordiam, „ quæ te non offendit. Si bona loquor, & bo- „ na facio, imitare me: si autem non facio „ quod dico, habes consilium Domini; *Quæ* „ *dico, fac; quæ autem facio, noli facere:* tamen „ A CATHEDRA CATHOLICA NOLI DISCEDERE". Hæc sibi dicta reputet unusquisque *Protestantium*, & desinat imitari Lutherum, qui ex præconcepto in Apostolicæ cathedræ Sessorem odio ausus est ipsam appellare *Cathedram pestilentiæ*: ad imitationem nimirum Petiliani Donatistæ, quem redarguens idem Augustinus alibi ait: V· Quare appellas *cathedram pestilentiæ* „ cathedram Apostolicam? Si propter homi- „ nes, quos putas legem loqui, & non facere; „ nunquid Dominus Jesus Christus propter „ Pharisæos de quibus ait, *Dicunt enim & non* „ *faciunt*, cathedræ in qua sedebant ullam fecit „ injuriam? Nonne illam cathedram Moysi „ commendavit, & illos servato cathedræ ho- „ nore redarguit? Ait enim, *Super cathedram* „ *Moysi sedent: quæ dicunt, facite; quæ autem fa-* „ *ciunt, facere nolite: dicunt enim, & non faciunt.* „ Hæc si cogitaretis, non propter homines „ quos infamatis, blasphemaretis cathedram „ Apostolicam cui non communicatis. Sed quid „ hoc est aliud quàm nescire quid dicere, & tamen non posse nisi maledicere"? Dicamus igitur & nos de authore libelli Provocatorii, quod Augustinus ait de eodem ipso Petiliano, lib. de unico Baptismo adversùs ipsum cap. 16. " Quid jam opus est ut Episcoporum Romanæ „ Ecclesiæ, quos incredibilibus calumniis in- „ sectatus est, objecta ab eo crimina diluamus"? Et rursùs ibidem in fine capitis: " Prorsùs „ (inquit) qualescunque fuerint Marcellinus, „ Marcellus, Sylvester, Melchiades, Mensu- „ rius, Cæcilianus, atque alii, quibus obji- „ ciunt pro sua dissensione quod volunt, nihil „ præjudicat Ecclesiæ Catholicæ toto terra- „ rum orbe diffusæ: nullo modo eorum inno- „ centiâ coronamur, nullo modo eorum ini- „ quitate damnamur. Si boni fuerunt, in areæ „ Catholicæ triturâ tanquam grana mun- „ dati sunt: si mali fuerunt, in areæ Ca- „ tholicæ triturâ tanquam stipulæ commi- „ nuti sunt. Intra istam aream boni & mali „ esse possunt, extra eam boni esse non possunt. „ Quisquis ab hac unitate vento superbiæ tan- „ quam sola palea separatur, areæ Dominicæ „ propter commixtam paleam quid calumniatur"? Concludamus igitur hocce caput istis Petri Gregorii Tholosani verbis, ut videant *Provocantis* quàm impertinenter & inaniter libellum suum prolixâ narratione gestorum Papalium adversùs Cæsares inflaverint: W· Inve- „ niuntur (ait ille) plures destitutiones & „ depositiones, factæ ab Imperatore, Summo- „ rum Pontificum; non secùs quàm destitu- „ tiones factæ Imperatorum à Summo Pon- „ tifice: ut vicissitudo in his maxima inve- „ niatur. Unde DISPUTARE DE FACTO, ET „ DE EXEMPLIS DEPOSITIONUM, PERPERAM EST".

Luc. 22. 32.

Hebr. 5. 7.

T. August. Epist. 165. Vide hic suprà cap. 33. §. 107. Vide Hessel. l. de Perpetua Cathedræ Petri firmitate cap. 4.

Mat 23. 3.

Vide s[…] c. 16 §[…]

V. Aug[…] cont. P[…] cap. 8.

W. Petrus Greg. l. 6 de Republ. c. 5. n. 11.

CAPUT LXXVI.

Immanis Confeſſioniſtarum *exorbitantia panditur, quâ ad monomachiam provocantes audent pugnandi normam præſtituere provocatis. Communi nomine provocanti, ſine communi procuratorio non deferendum. Quàm parùm credibile ſit,* Confeſſioniſtas *univerſos ex eventu unius diſputationis ſuſpendere ſummam ſuæ Religionis? Quatuor primæ conditiones ſive diſputandi leges à* Provocantiis *præſcriptæ perpenduntur, & inſulſitatis coarguuntur. Summum Eccleſiæ Præſulem ad ſæculare tribunal pertrahere velle quàm perverſum, & ſacris civilibuſque legibus adverſum?* Prima *Sedes à nemine judicatur, ſed ſoli divino judicio reſervatur. Epiſcoporum ad Papam ſubordinatio. Cæſar non ſupra, ſed intra Eccleſiam eſt. Ejus in ſua inauguratione juramenta.* Provocantiorum *inconſtantia, qui cùm ex Scriptura Sacra cunctas Religionis controverſias cenſeant eſſe dirimendas, diſputationes tamen poſcunt de Scriptura ipſa ineundas. Redarguuntur ad eum modum quo Auguſtinus redarguit Arianos comminiſcentes* Verbum Verbi. *Quiſnam ſit legitimus controverſiarum ſuper Religione exurgentium Judex in Nova Lege, oſtenditur ex analogia Veteris Legis. Cathedræ Moyſi ſucceſſit Cathedra Chriſti.*

CCXLV. NUnc expendendæ ſunt conditiones à *Provocantiis* præſcriptæ, quibus indicendam ineundamque ſecum à Catholicis diſputationem cenſent: quas proponere incipiunt Num. 21. ſui libelli provocatorii, poſtquam Num. 18. 19. & 20. tyrannidem Pontificiam exaggeraſſent, *Proteſtantium* fidelitatem erga Majeſtatem Cæſaream jactaſſent, ejuſdem Cæſareæ Majeſtatis juriſdictionem etiam ad Eccleſiaſticos ſuper Religione controverſantes ampliaſſent, aliaque ſimilia in præcedentibus diſcuſſa diſploſaque reiteraſſent. Antequam autem conditiones ab eis præſcriptas ſingulatim diſcutere aggrediar, in communi præmoneo, dupliciter eos in ſua conditionum præſcriptione peccaſſe: primò quidem quòd cùm ipſi ſint provocatores, pugnandi tamen normam præſtituere auſi ſint provocatis: quod apud monomachicarum legum peritos inſolentiſſimæ inſulſitatis eſt; quanta ne *Goliatho* quidem Philiſthæo venit in mentem, cùm ad monomachiam provocaret Iſraëlem: qui ſi pugnandi normam provocato præſcribere potuiſſet, proculdubiò cominùs gladio, quàm eminùs fundâ pugnare eum maluiſſet. Sed quia provocato jus optionis competebat, ſibimet placentia arma eligebat. Secundò peccarunt omiſſione Procuratorii: Nam ſi communi *Confeſſioniſtarum* nomine certamen expetunt, uti præ ſe ferunt, Procuratorium abſentium exhibere debuerunt. Hoc autem uſque adeò adimplere neglexerunt, ut ne ſua quidem nomina libello appoſuerint. ^x^ Videris (ait Juliano Pelagiano Auguſtinus) ſi tu hoc induxiſti pactum & placitum cum Pelagianis, ut ſi victus fueris, nihil ulteriùs illi audeant". Quantò potiori jure nos dicere poſſumus *Provocantiis*: Videritis ſi hoc induxiſtis pactum & placitum cum reliquis ſi non Lutheranorum Sectis, ſaltem cum *Confeſſioniſtis*; ut ſi diſputatione victi fueritis, nihil ulteriùs illi audeant? Imò non ſolùm ipſi videritis, ſed nobis quoque authenticè oſtenderitis: Sine authentico namque documento id credere nec debemus nec poſſumus, habentes tam vehementem præſumptionem in oppoſitum. Cùm enim apud Lutheranos unuſquiſque ſibi ſit credendi regula, nec quiſquam alteri in credendo cohæreat, niſi quantum & quouſque privatus ſpiritus ſuggerit; vehemens profectò præſumptio ſuboritur, neminem alienæ eruditioni ſic fidere, ut paratus ſit ſecundùm eum ſtare, atque cadere. ^y^ *Tot inter nos Religiones ſunt*, aiebat jam pridem ipſe Lutherus, *quot homines. Nec aſinorum quiſquam eſt tam hebes & vecors, qui inſomnia proprij capitis & propriam opinionem, pro inſtinctu Spiritus Sancti, & ſeipſum Prophetam haberi nolit.* Quænam igitur poterit ſpes ſubeſſe, quòd hujuſmodi Spirituiſtarum quiſquam Religionem ſuam ex alterius

x. Aug. l. 1. cont. Iul. cap. 1.

y. Luther. Epiſt. ad Antuerp.

alterius quantumlibet magni, quantumlibet docti, quantumlibet exercitati disputatoris eruditione suspendet? Nonne potiùs de Articulis disputatione ventilatis, & adversùs contribules suos ad liquidum astructis, dicturus est: *Quisque credat de his ut volet, meus saltem Spiritus nequit se illis accommodare?* Nec enim persuaderi sibi patietur, spiritum sociorum suorum, qui publicè disputarint & disputando forsan succubuerint, meliorem esse spiritu suo, quem indubitanter credit esse divinum: illum nimirùm de quo Lutherus in Sermone de Hierusalem: *Nonne vides* (ait) *durissimam plagam Dei, quâ nos punit per innumeros falsos fratres, & Sectas, quas nobis undequaque immittit? qui tam securè prædicant, perinde ac si* SPIRITVM SANCTVM *penitùs devoraverint.* Hâc proinde persuasione ille firmatus, in pristino suo luto hærebit, etiamsi millies disputatores suos non solùm victos, sed persuasos quoque ac conversos conspiciat: usurpabitque illud Lutheri sui in libro adversùs Regem Angliæ: *Certus sum dogmata mea habere me de cælo.* Quòd si rogetur unde istam hauserit certitudinem? Respondebit illicò: *A Spiritu Sancto, quem penitùs devoravi.* Quòd si Auscultatores disputantibus assignati regerant, causam fuisse jam satis discussam, nec aliud superesse quàm ut sententiam in socios latam acceptet: respondebit iterùm Lutheri sui verbis in Prologo libri adversùs falsò nominatum Ecclesiasticorum statum: *Volo audiri, & iuxta doctrinam Sancti Petri, doctrinæ meæ rationem & fundamentum ostendere coram universo Mundo; eamque habere iniudicatam à quolibet, etiam à cunctis Angelis. Cùm enim DE EA CERTVS SIM, volo per eam & vester & Angelorum quoque, ut Paulus ait, Iudex esse: ut quisquis eam non acceptaverit, salvari non possit. Dei enim est, non mea: idcircò & iudicium meum, non meum, sed Dei est.* Sed quid si Cæsar ipse auditâ Auscultatorum relatione ac suffragio præcipiat tali ut Religionem mutet, & convictis ac persuasis Sociis accedat? Tunc ille, exemplo Primorum suorum Confessionis Augustanæ porrectorum, respondebit: *Cæsaris imperio omnibus in rebus se obtemperaturum, QVOAD SALVA CONSCIENTIA FACERE POSSIT.* Item *Opiniones suas in sacris litteris ita esse fundatas, ut neque eas abjicere, neque alios ad eas non sollicitare, SALVA CONSCIENTIA SVA possit.* Addet postremò: *Optare se, ut Cæsarea sua Maiestas, omnesque Imperij Ordines, sibi certò persuadeant, se accepturum Cæsaris Decretum, SI SALVA CONSCIENTIA VLLO PACTO LICERET.* Cùm igitur *Provocantii* ignorare non possint, solemnes & usitatas Lutheranis atque adeò Confessionistis esse hujusmodi cantilenas & strophas, quid est quòd eorum nomine certamen diremptorium litis efflagitant, nec tamen procuratorium aut credentiæ litteras exhibent? Cùm enim

Vide Luth. in Præfat. Novi Testamenti, & Præfat. in Epist. Iacobi & lib. de Capt. Babyl. tit. de Extrema Unctione.

Vide Thom. Morum l. 1. cont. Luth. cap. 21.

Vide Cochleum lib. de Actis Luth. Anno 1522.

Vide suprà cap. 57. §. 183. 184. & 185.

Confessionistarum plerique persuasum sibi habeant, penes se solos esse veram Ecclesiam, reliquos verò suæ sectæ extraneos, signanter quoque Papistas, meros esse hæreticos; proculdubiò non deerunt inter eos permulti, qui *Provocantiorum* petitioni obstrepitando usurpent illud à nobis superiùs inculcatum: *Non est de Ecclesiæ totius causa adversùs hæreticos tanquam per monomachiam à quoquam decertandum.* Sanè in causis tanti momenti non præsumitur consensio, nisi exhibeatur commissio. Usque adeò autem à *Provocantijs* commissio non exhibetur, ut in toto eorum libello ne vel semel mentionetur. Quando Goliath ad monomachiam provocavit Israëlitas, dixit velut ex persona exercitûs universi: *Eligite ex vobis virum, & descendat ad singulare certamen. Si quiverit pugnare mecum, & percusserit me, erimus vobis servi: si autem ego prævaluero, & percussero eum, vos servi eritis, & servietis nobis.* Hunc saltem imitari debuissent hi nostri, ut dicerent nobis: Eligite ex vobis viros, & descendant ad Theologale certamen. Si quiverint disputare nobiscum, & superaverint nos, *Confessionistæ* fient Papistæ: si autem nos prævaluerimus, Papistæ fient *Confessionistæ.* Hoc autem adeò non dixerunt, ut ne seipsos quidem ad Papismum transituros promiserint, etiamsi inferiores disputando existerent. Quid ergo censebimus, nisi eos affectasse gloriolam disputationis, sine fructu persuasionis?

CCXLVI. His obiter animadversis, conditiones ab Adversariis præscriptas expendamus, quas Num. 21. exordiuntur his verbis: *Quum Ordinum* (Imperii) *alij Protestantium causam agant, alij contra eosdem sentiant: hoc tamen discrimine, ut nonnulli Episcopi & Prælati iuramento sint Papæ in dignitatibus sacris obstricti, nonnulli sæcularibus extra munia sacra accenseantur: ultrò patet, si causa Religionis disceptatur, illos qui iuramento Papæ, TANQVAM PARTI, obstringuntur, non posse non in foro, Religionis disceptandæ causâ instituendo, inter partes referri: nec Præsidibus illius fori priùs accenseri debere, quàm solemniter iuramento, quo Papæ obligantur, PER DISPENSATIONEM LEGITIMAM SOLVANTVR; & novo iuramento ad partium rationes sine ullo hominum suæque ipsius dignitatis respectu auscultandas, & EX VERBO DEI CENSENDAS, obstringantur.* Quibus verbis tres quatuorve conditiones præscribunt: primò ut Papa à ferenda sententia *tanquam pars* arceatur. Quam conditionem planiùs expresserant Num. 20. verbis istis: *Nec illi, qui Pontificis, A PROTESTANTIBVS MVLTORVM ABVSVVM ACCVSATI, partes tuentur, suas opiniones authoritate Pontificis, IN IVS VOCATI, stabilire poterunt. HÆC ENIM EIVS AVTHORITAS IN QVÆSTIONE ALIIS EST.* Superiùs item Num. 4. asseruerant, *Papam ad ferendam sententiam censeri ineptum, ut*

Vide cap. 114.

1 Reg. 17.

Conditiones disceptandi.

coram facie Ecclesiæ ob tyrannidem & dominatum affectatum, atque ob varios in Religione abusus, vocatum ad Iudicium. Secundò, ut Episcopi cæterique Prælati juramento obstricti Pontifici dispensativè solvantur, priusquam in Auscultatorum numerum coaptentur. Tertiò, ut iidem novo juramento ad suffragandum sine partium studio obstringantur. Quartò demum, ut ad partium rationes *ex Verbo Dei censendas* eodem juramento ligentur. Ubi per *Verbum Dei* solam Scripturam sacram intelligunt, prout inferiùs Num. 30. apertè indicant, & nos superiùs cap. 43. §. 138. observavimus. Circa primam conditionem recolenda sunt quæ de supremi Judicis authoritate in decidendis controversijs, etiam seipsum concernentibus scripsimus cap. 57. §. 181. & rursùs cap. 71. §. 230. ubi quanta absurditatum portenta ex contraria *Protestantiorum* prætensione consequantur ostendimus. Recolenda præterea sunt quæ eodem cap. atque §. dicta sunt de *Arianis*, *Macedonianis*, *Nestorianis* & *Eutychianis*, item de *Donatistis* & *Luciferianis*; quos non alij quàm ij ipsi quos accusaverant condemnarunt. Recolenda denique sunt quæ cap. 74. §. 241. ex Constantino Magno Imperatore retulimus, quibus liquidò perspicitur quàm temerè & insolenter *Provocantij* præsumant Summum Ecclesiæ Præsulem coram tribunali Cæsareo sistere velut reum violatæ Religionis: cùm Magnus Constantinus disertè pronuntiaverit, ne particularium quidem Episcoporum causas, etiam personales, ad suum deferendas esse tribunal. Cujus vestigijs insistens Basilius Imperator in Oratione habita in Synodo VIII. generali, ait inter alia: [z] Nullo modo Laicis licet de Ecclesiasticis causis sermonem movere, neque penitùs resistere integritati Ecclesiæ, & universali Synodo adversari. Hoc enim investigare & quærere, Patriarcharum, Pontificum, & Sacerdotum est, qui regiminis officium sortiti sunt, qui sanctificandi, qui ligandi & solvendi potestatem habent, qui Ecclesiasticas & cælestes adepti sunt claves: NON NOSTRUM; qui pasci debemus, qui sanctificari, qui ligari, vel à ligamento solvi egemus. Quantacunque enim Religionis & Sapientiæ Laicus existat, vel etiam si universâ virtute interiùs polleat, donec Laicus est, OVIS VOCARI NON DESINET. Rursùs quantâcunque sit Episcopus irreverentiâ & irreligiositate plenus, & nudus omni virtute, donec Antistes est, & veritatis verbum rectè prædicaverit, PASTORIS mentionem, & dignitatis damna non patietur. Quæ ergo nobis ratio est, IN ORDINE OVIUM CONSTITUTIS, PASTORES SUBTILITATE VERBORUM DISCUTIENDI, ET EA QUÆ SUPER NOS SUNT QUÆRENDI ET AMBIENDI? Oportet Nos cum timore & fide sincerâ hos adire, & à facie eorum vereri; cùm sint Ministri Domini Omnipotentis, & hujusmodi formam possideant: & nihil ampliùs quàm ea quæ sunt nostri ordinis requirere. Nunc autem videmus adeò multos MALITIA IN INSANIAM ACCENDI, ut obliviscentes proprij ordinis, & QUOD PEDES SINT NON COGITANTES, LEGEM PONERE VELINT OCULIS; non ut natura se habet, sed ut ipsi cupiunt: & singuli AD ACCUSANDUM QUIDEM MAIORES EXISTUNT SEMPER PROMPTISSIMI, AD CORRIGENDUM AUTEM QUIDQUAM EORUM IN QUIBUS ACCUSANTUR PIGERRIMI". Perpendant ista *Confessionistæ*, & videant quàm patenter Cæsareæ Sanctioni contraveniant, dum Summum Antistitem accusare, & ad Laicum Cæsaris forum pertrahere judicandum contendunt. Qua in re tripliciter sine dubio exorbitant: primò quòd cùm ipsi jam declarati sint hæretici, accusationem adornent adversùs Sacerdotem Catholicum. [A] Nullo modo (aiebat olim Augustinus) possumus contemnere quod PRESBYTERO videntur objicere: tantùm si Catholici sunt, qui objiciunt. Nam HÆRETICORUM ACCUSATIONES ADVERSUS CATHOLICUM PRESBYTERUM ADMITTERE NEC POSSUMUS NEC DEBEMUS". Secundò quòd non qualemcunque Presbyterum, sed & Episcopum; nec qualemcunque Episcopum, sed primæ Sedis Antistitem, totius Christiani gregis Pastorem, cui Christus ipse sine limitatione vel exceptione ait, *Pasce oves meas*, in judicium accersant: cùm ante tot sæcula Synodus Sinuessana trecentorum Præsulum concordi denunciatione exclamaverit: *Prima Sedes à nemine iudicatur.* Et ne fortè quis putaret à generalitate vocis, *Nemine*, Imperatorem censeri exceptum, attendat ad Canonem ultimum Synodi Romanæ 2. sub Sylvestro Papa habitæ, cui non solùm ducenti octoginta quatuor Episcopi, cum multis Presbyteris & Diaconibus, sed ipse quoque Constantinus Magnus, & mater ejus Helena, subscripserunt. Sic autem ibi legitur: *Nemo iudicabit primam Sedem, quoniam omnes Sedes à prima Sede iustitiam desiderant temperari:* NEQUE AB AUGUSTO, NEQUE A REGIBUS, *neque ab omni Clero, neque à populo Iudex iudicabitur.* Quid ergo, dicet aliquis, Primæ Sedis Antistes nulli redditurus est actionum suarum rationem? Redditurus est prorsùs, sed Deo, non Judici humano: [B] Aliorum fortè hominum causas (ait Ennodius Ticinensis) Deus voluerit per homines terminare; Sedis illius Præsulem suo, sine quæstione, reservavit arbitrio. Voluit Beati Petri Apostoli Successores cælo tantùm debere innocentiam, & subtilissimi discussoris indagini inviolatam exhibere conscientiam. Nolite æstimare eas animas de in-

[z] Basil. in Syno VIII. act. 10.

[A] Aug. Epist. 212.

Synodus Sinuessana.

Synod. Rom. 2. sub Sylvestro 1.

Præoccupatio.

[B] Ennod. in Apolog. pro Symmacho Papa.

„ de inquisitoribus non habere formidinem, „ quas Deus præ cæteris suo reservavit exa- „ mini. Non habet apud illum reus de allega- „ tionis nitore subsidium, quando ipso facto- rùm utitur teste, quo Judice". Hæc ille : cujus authoritatem ne fortè quis spernendam existimet, meminerit ex dictis superiùs cap. 33. §. 107. Apologeticum istum Ennodij libellum unde hæc transcripsimus, approbatum esse in Synodo Romana 218. Episcoporum sub Symmacho Papa habitâ. Tertiò demum exorbitarunt *Provocantii*, præsumendo personam sacram sistere Tribunali Cæsareo judicandam in materia Religionis : prout patet partim ex dictis cap. 74 §. 241. partim ex hac Ambrosij apostrophe ad Valentinianum Imperatorem : C. Noli te gravare, Imperator, ut „ putes te in ea quæ divina sunt, Imperiale „ aliquod jus habere. Noli te extollere, sed „ si vis diutiùs imperare, esto Deo subditus. „ Scriptum est : *Quæ Dei, Deo*; *quæ Cæsaris*, „ *Cæsari*. Ad Imperatorem Palatia pertinent, „ ad Sacerdotem Ecclesiæ. Publicorum tibi „ mænium jus commissum est, non Sacrorum". Rursùs in Orat. adversùs Auxentium, non dubitat dicere Arianos pejores esse Judæis tentantibus Christum super solutione tributi facienda Cæsari, quòd vellent causam Ecclesiæ ad consistorium Cæsaris pertrahere : " Vi- „ dete (inquit) quanto pejores Ariani sunt, „ quàm Judæi. Illi quærebant, *utrùm solvendum* „ *esset Cæsari ius tributi*? Isti volunt Imperatori dare jus Ecclesiæ". Præmiserat quoque ibidem sub initium, cùm citatus fuisset ad disceptandum de causâ Ecclesiæ ac Religionis in consistorio Imperatoris : " Ad palatium „ Imperatoris irem libenter, si hoc congrueret „ Sacerdotis officio, ut in palatio magis cer- „ tarem, quàm in Ecclesia. Sed in Consisto- „ rio non reus solet Christus esse, sed Judex. „ Causam fidei in Ecclesia agendam quis ab- „ nuat" ? Et inferiùs iterùm versùs finem : " Dicimus (inquit) ijs qui nobis de Impe- „ ratore invidiam faciunt : *Solvimus quæ sunt* „ *Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo*. Tribu- „ tum Cæsaris est, non negatur: Ecclesia Dei „ est, Cæsari utique non debet addici; quia „ jus Cæsaris esse non potest Dei templum. „ Quod cum honorificentia Imperatoris nemo „ dictum potest negare. Quid enim honorifi- „ centius, quàm ut Imperator Ecclesiæ filius „ esse dicatur? Quod cùm dicitur, sine pecca- „ to dicitur, cum gratia dicitur : Imperator „ enim bonus INTRA ECCLESIAM, NON SUPRA ECCLESIAM EST". In Epistola item ad ipsum Imperatorem Valentinianum de eadem materia tractans : D. Quando audisti (in- „ quit) Clementissime Imperator, in causa „ fidei Laicos de Episcopis judicasse? ita ergo „ quâdam adulatione curvamur, ut Sacerdo- „ talis juris simus immemores; & quod Deus „ donavit mihi, hoc ipse alijs putem esse cre- „ dendum? Si docendus est Episcopus à Lai- „ co, quid sequetur? Laicus ergo disputet, „ & Episcopus audiat : Episcopus discat à „ Laico. At certè si vel Scripturarum seriem „ divinarum, vel vetera tempora retracte- „ mus, quis est qui abnuat, in causa fidei, in „ causa, inquam, fidei, EPISCOPOS SOLERE „ DE IMPERATORIBUS CHRISTIANIS, NON „ IMPERATORES DE EPISCOPIS IUDICA- RE"? Patet ergo verum esse ac planum, quod de *Provocantijs* nostris superiùs dixeramus, Eos nimirùm tripliciter in præscribenda hac prima conditione peccasse.

C. Ambros. Epist 14 aliàs 33. ad Marcellinam Sororem Mat. 22. 21.

Vide suprà c. 72. §. 235.

D. Idem Epist. 13. alias 32. ad Valentinianum Augustum.

CCXLVII. Jam procedamus ad reliquas tres conditiones ibidem ab eisdem præscriptas. Secunda itaque conditio est, ut Episcopi & Prælati à juramentis quibus Papæ obstringuntur solvantur, priusquàm in Auscultatorum numerum coaptentur. Hujus porrò conditionis ineptia haud paucioribus ex capitibus ostendi potest, quàm præcedentis : Primò namque cùm juramenta ritè emissa nequeant sine justæ necessitatis aut piæ utilitatis interventu relaxari; superiùs autem per plura capita tam rationibus quàm authoritatibus & experimentis monstratum sit, nullam subesse necessitatem aut utilitatem ineundi cum Lutheranis publicam disputationem, sed superfluum potiùs id fore ac noxium : planum profectò fit, ejusmodi relaxationem nullatenùs debere fieri, nec posse. Secundò inferiores Ecclesiæ Prælati, secluso etiam omni adjectitio juramento, jure ipso divino humanitùs indispensabili subesse ac subjacere tenentur pastorali directioni ac gubernio ejus, cui non solùm dictum est, *Pasce agnos meos*, sed præterea, *Pasce oves meas* : E. Jam non *agnos* (in- „ quit Ambrosius) ut primò, quodam lacte „ vescendos; nec *oviculas*, ut secundò : sed *oves* „ *pascere* jubetur, perfectiores ut perfectior gu- bernaret". Episcopi itaque ac Prælati, hujus suæ subjectionis probè conscij, non desinent observare Pastoris sui nutum, etiamsi relaxetur emissum ab eis juramentum : scientes nimirum scriptum esse divinitùs, *Obedite Præpositis vestris, & subiacete eis*. Quid igitur proderit adjectitij juramenti relaxatio, ubi remanet altera divini Juris obligatio? Tertiò cùm ipse Papa non sit sibi ullo juramento saltem indispensabiliori obstrictus, quàm inferiores Prælati ei : cur ipsum omnimodè excludunt, cùm istos relaxato saltem juramento non respuant? An quia Papa gerit personam Rei, quem *Provocantij* accusare intendunt? Sed nunquid etiam Episcopi, & reliqui Prælati ei adhærentes, similiter Rei sunt & judicialiter conveniendi? Meminerint *Provocantij* se in illo ipso libello superiùs Num. 5. scripsisse : *Non sufficit, provocare*

De con[...]

Vide [...] tiis ca[...] usque [...]

Ioan. 21. & 17.

E. Am[...] lib. 10 cap. [...] Luca.

Hebr. 1[...]

Provoc[...] patio.

Num [...]

vocare ad Concilium Tridentinum, tanquam œcumenicum & infallibile. Nam totum hoc, *quantum quantum fuit, exclusis contradicentibus, celebratum est ab illis, qui omnium illorum abusuum & errorum à Protestantibus* REI FACTI SUNT, *ob quos vitandi sunt.* Quis autem nesciat Concilium Tridentinum ab Episcopis & Prælatis Papæ cohærentibus fuisse celebratum? Hi igitur, perinde ac Papa, *à Protestantibus Rei facti sunt.* Si dicant non esse easdem personas. Idem & ego dicam de Papa. Si ergo omnimodè exclusum volunt Papam, cur non similiter Episcopos ac Prælatos Papales? Quartò si qui sunt *Confessionistæ* juramento obstricti suæ Sectæ, vel Superintendenti Ministello; æquumne fuerit ut hi sic obstricti in Auscultatorum numerum admittantur, & Papæ obstricti repellantur? Sed nimirum *Provocantij* similes sunt monoculis: ab uno latere acutè perspiciunt, ab altero prorsus cæcutiunt. Quintò cur potiùs Episcopos & Prælatos indispensatos repellunt, quàm ipsum Cæsarem? An nesciunt hunc, perinde ac illos, juramento obstrictum esse Pontifici? Jurat quippe in sua inauguratione, *Se fidei Catholicæ Decretis statuturum, Ecclesiam defensurum, iustitiam administraturum, Imperium restauraturum,* PAPÆ DEBITUM ANTIQUUMQUE HONOREM EXHIBITURUM, *pupillorũ, viduarum, ac calamitosorum hominum defensorem futurum.* Quòd si contingat eum supremâ Augustali coronâ redimiri, jurat in hunc tenorem: F. *Ego N. Romanorum Rex, annuente Domino futurus Imperator, promitto, spondeo & polliceor, atque* IURO *coram Deo, & Beato Petro, Me de cetero Protectorem, Procuratorem, & defensorem fore* SUMMI PONTIFICIS, ET HUIUS SANCTÆ ROMANÆ ECCLESIÆ, *in omnibus necessitatibus & utilitatibus suis, custodiendo & conservando possessiones, honores, & iura eius, quantum divino suffultus adiutorio fuero, secundùm scire & posse meum, rectâ & purâ fide. Sic me Deus adiuvet, & hæc sancta Dei Euangelia.* Si Cæsar alterutro vel utroque isto juramento obstrictus possit Judicem inter Papam & Protestantes agere, cur Episcopi & Prælati consimili vinculo ligati nequeant inter Auscultatores considere? Nunquid credibile est, *Provocantios* idcircò Cæsarei juramenti relaxationem subticuisse, ut si contingat Cæsarem auditis Auscultatorum suffragijs proferre in eos sententiam condemnationis, in promptu habeant reservatam ansam cavillationis? Tertia conditio à *Provocantijs* præscripta est, ut ijdem Episcopi & Prælati novo juramento arctentur *ad partium rationes sine ullo hominum suæq; ipsius dignitatis respectu auscultandas.* Hìc planè ostenderunt se hebetes, quantumlibet affectent videri perspicaces. Cur enim aliam conditionem non addiderunt, quâ sufficienter præcaverent, ne Episcopi illi & Prælati super hoc juramento, sicut super præcedenti, dispensationem peterent vel obtinerent. Nam cùm supponant præcedentis juramenti ligamen posse legitimâ dispensatione dissolvi; cur non adverterunt etiam hoc secundum juramentum eâdem authoritate eademque facilitate posse laxari? Hìc profectò *Defecerunt scrutantes scrutinio:* nisi fortè de industria prætermiserint etiam hanc cautelam, ut haberent post damnationem hinc quoque cavillandi ansam. Quarta conditio ab eis præscripta est, ut Auscultatores omnia rationum momenta *ex Verbo Dei censeant.* De hac conditione sat crebrò in præcedentibus disseruimus. Recoli signanter possunt dicta cap. 20. 43. 44. 45. 46. item cap. 50. §. 161. Quibus hic quædam addenda breviter sunt: Primum est, iniquè hanc conditionem à *Provocantijs* præscribi, propterea, quòd cùm notorium sit controverti inter nos & ipsos utrum sola Scriptura Sacra (quam nomine *Verbi Dei* intelligunt) sit norma credendi, & principium de quæstionibus Religionis disputandi; ausint tamen à nobis exigere ut antequam disputationem cum eis ineamus, in ipsorum hac de re sententiam transeamus; reliqua omnia Theologicarum disputationum principia abdicando, & unicum ipsis placitum amplectendo. Nimis profectò delicatus est miles, qui ante pugnam vincere, ante prælium postulat triumphare. Sed nimirum hanc praxin didicere *Provocantij* ex suo Luthero, qui apud Erasmum superiùs aiebat Catholicis abs se ad pugnam provocatis: G. *Deponite quicquid armatura suppeditant orthodoxi Patres, Theologorum Scholæ, authoritas Conciliorum & Pontificum, consensus tot seculorum, ac totius populi Christiani. Nihil recipimus, nisi Scripturas: Sed sic, ut penes nos solos sit certa authoritas interpretandi* &c. Asserunt, & quasi jactant *Provocantij* in suo libello Num. 19. *Protestantes semper provocare ad Scripturam Sacram, tanquam* UNICUM *veritatis cælestis principium, iuxta quod omnis Ecclesia iudicari debeat.* Et inferiùs Num. 21. *Hoc primum &* UNICUM *fidei principium cui parti salvum & illibatum est, nec dissentit primitiva Ecclesia in primis seculis, illa proculdubio prævalebit.* Super quibus recolantur dicta à nobis superiùs cap. 43. per totum. Nunc satis fuerit indicasse, quàm insulsè præscribant pro lege disputandi, id quod inter partes capitaliter controvertitur. Nunquid hæc est fallacia petitionis principij? Secundum denique est, *Provocantios* hìc iterum suam apertè prodere inconstantiam, dum ex una parte volunt omnia *ex Verbo Dei esse censenda*, hoc est, ex Scriptura Sacra: ex altera verò parte præscribunt inferiùs, *Initium disceptationis* DE SCRIPTURA *fieri posse, & huic de Scriptura* QUÆSTIONI *subinde coniungi posse quæstiones de Ecclesia.* Si enim Scriptura in quæstionem vocanda, & disceptationi subijcienda est, & quidem ita ut *initium disceptationis de ea faciendum sit*; quomodò *partium*

Margin notes (left): Monocu-li. — ...le Pon-... Heut. ... l. Re-... Austria. ... cap. 10. — Clement. unica ... Iureju-...do. ... Ponti-... Le Ro-... num, & ... Tibi Do-... Dist. — Conditio 3.

Margin notes (right): Ps. 63. 7. — Conditio 4. — G. Luth. suprà hic cap. 44. §. 143. — Num. 19. — Num. 21. — Num. 19.

partium rationes ex ipsa censendæ erunt. Nunquid superiùs Num. 20. præmiserant, *Nec illi qui Pontificis, à Protestantibus multorum abusuum accusati, partes tuentur, suas opiniones authoritate Pontificis, in ius vocati, stabilire poterunt:* HÆC ENIM EIUS AUTHORITAS IN QUÆSTIONE *Alijs Est*? Si ergo etiam Scripturæ authoritas in quæstione est, & idcircò *initium disceptationis de ea faciendum est*; quomodò vel disputatores poterunt opiniones suas authoritate ipsius stabilire, vel Auscultatores ex ipsâ rationes partium censere? Rursùs ex adverso, si Disputatorum opiniones authoritate Scripturarum stabiliendæ, & partium rationes ex Scripturis per Auscultatores censendæ sunt; quomodo *initium disceptationis de Scriptura fieri poterit*? An fortè sicut Ariani commenti sunt Verbum Verbi, ita Lutherani commenturi sunt Scripturam Scripturæ? [H] Quomodo po-
H. Aug. Tract. 1. in Ioan.
„ test fieri (inquit Augustinus) ut Verbum
„ Dei factum sit, quando *Deus per Verbum fecit*
Io. 1, 3.
„ *omnia*? Si & Verbum Dei ipsum factum est,
„ per quod aliud Verbum factum est? Si hoc
„ dicis, quia hoc est VERBUM VERBI, per
„ quod factum est illud; ipsum dico ego uni-
„ cum Filium Dei. Si autem non dicis VER-
„ BUM VERBI, concede non factum, *per quod facta sunt omnia*". Dicamus igitur & nos *Provocantijs* de Scriptura Sacra, quæ est etiam Verbum Dei, licet externum & temporaliter prolatum: Quomodo potest fieri ut Scriptura Sacra disceptationi vel controversiæ subijciatur, cùm juxta vos per ipsam disceptationes omnes ac controversiæ censeri ac decidi debeant? Si ipsa divina Scriptura in disceptationem tanquam rea vocetur, per quam aliam Scripturam controversia dirimetur, cùm nulla sit totius Scripturæ pars quæ alicui controversiæ obnoxia esse nequeat? Si hoc dicitis, quia hæc est *Scriptura Scripturæ*, per quam controversia de Scripturis mota decidetur; non ergo finalis controversiarum Judex erit controversibilis Scriptura, sed commentitia illa vestra *Scriptura Scripturæ*. Si autem non dicitis *Scripturam Scripturæ*, dicite potiùs incontroversibilem, quam controversiarum cunctarum contenditis esse Judicem. Sed quia hoc dicere non potestis, reclamante omnibus notissimâ experientiâ; cogimini profectò, velitis nolitis, fateri, necessarium esse in Ecclesia alium Judicem præter Scripturam, qui controversias decidat de ipsa etiam motas Scriptura. Quòd si hunc Judicem adhuc ignoratis, attendite quid dictum sit veteri Dei populo, *Cui* I. Cor.
omnia in figura contingebant: quid, inquam, ei dictum sit de Cathedra Moysi, [1] *Cui*, ut Au- I. Aug. Concione in Ps. 3.
gustinus perhibet, *successit cathedra Christi*; atque adeò Cathedra Vicarij Christi. Attendite ergo quod scriptum est: *Si difficile & ambiguum* Deut. 17.
apud te Iudicium esse perspexeris inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, lepram & lepram; & Iudicum intra portas tuas videris verba variari: surge, & ascende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus: Veniensq́ue ad Sacerdotes Levitici generis, & ad Iudicem qui fuerit illo tempore, quæres ab eis: qui iudicabunt tibi Iudicij veritatem. Et facies quodcunque dixerint qui præsunt loco quem elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius; sequêrisq́ue sententiam eorum: nec declinabis ad dexteram, neque ad sinistram. Qui autem superbierit, nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, & Decreto Iudicis, morietur homo ille, & auferes malum de Israel.

CAPUT

CAPUT LXXVII.

Provocantii, *æquiparando* Confessionem Augustanam *canonibus Tridentinis, imitantur Philisthæos, constituentes Idolum suum* Dagon, *juxta Arcam Dei Israël.* Augustana Confessio *variis adulterationibus deformata evasit tandem in malè conciliatam Chimæram. Alexandri Magni generositas dedignantis agonizari nisi cum Regibus.* Confessionistis *accommodatur adagiale dicterium,* Tanti vitrum, quanti margaritum. *Eliditur eorum cavillatio adversùs Tridentinam Synodum, tanquam non Cæsareâ, sed Pontificiâ authoritate indictam. Oecumenicas omnes Synodos, etiam à* Provocantiis *admissas, Papali authoritate fuisse principaliter indictas. Cur in veterum indictione Conciliorum implorata & adhibita fuerit opera Imperatorum? Ad* Provocantiorum *hæreticum* Quare*? respondetur per Catholicum* Quia. *Ex insulsitate & inacceptabilitate conditionum à* Provocantiis *præscriptarum conficitur, non eos studere discordiarum exterminationi, sed perpetuationi. Catholicorum finalis apostrophe ad ipsos.*

CXLVIII Postquam *Provocantij* conditiones disputandi jam memoratas ac dispulsas præscripsissent, & Scripturam Sacram denuò tanquam unicam *credendorum & agendorum normam* inculcassent, ad materiam disputatione ventilandam transeuntes subdiderunt in suo libello: *Ex una igitur parte,* IUXTA HOC SCRIPTURÆ PRINCIPIUM, *in Iudicium vocandum est* CONCILIUM TRIDENTINUM, *Ex altera* AUGUSTANA CONFESSIO. *Hæc enim duo* SYMBOLA *sunt, de quorum veritate agitur.* Ex hisce eorum verbis occasionem sumpsimus, in titulo hujus Operis, ad vocem, *Lutheranorum,* addendi illa verba, *Augustanæ Confessionis Symbolum profitentium.* Non contenti igitur hi imitari *Goliathum,* provocando Catholicos ad singulare certamen, etiam *Symbolum* suum audent æquiparare *Symbolo* Catholicorum, *Augustanam* scilicet *Confessionem, Concilio Tridentino;* Lutherum & Melancthonem illius authores, tam numeroso Episcoporum aliorumque Prælatorum ac Doctorum Tridenti considentium consessui; ipsum denique Lutherum *Augustanæ Confessionis* approbatorem, Apostolico Præsuli Tridentinæ Synodi Confirmatori. De Philisthæis legimus, quòd cæso quondam Israëlitarum exercitu, *Tulerint arcam Dei, & intulerint eam in templum Dagon* (Idoli nimirum sui) *& statuerint eam juxta Dagon.* Nondum Lutherani ullam victoriam de Catholico exercitu reportarunt, sed extremam cladem à Tridentinis Patribus passi fuerunt: & tamen sic prostrati adhuc audent Idolum suum, juxta Arcam Dei statuere, hoc est, *Augustanam Confessionem* canonibus Tridentinis æquiparare. *Idolum* dixi, quia à Lutheranis velut divinum quiddam suspicitur, cùm nihil aliud sit, si Possevino credimus, quàm *Malè conciliata Chimæra.* Præmiserat idem author superiùs cap. 15. *Etsi nomine* CONFESSIONIS AUGUSTANÆ *Septentrionalium aures ita personant, ut nemini ferè venire possit in dubium eane fuerit aliquid; rectissimè tamen ambigi ac quæri potest, an quidquam reverà fuerit?* Rationes dubitandi videri possunt apud ipsum ibidem, & cap. sequenti. Non equidem ambigendum est, exhibitam fuisse Cæsari in Comitiis Augustanis quandam fidei Protestanticæ formulam ibidem à Cæsare & Catholicis Proceribus reprobatam. Eam tamen postmodùm à Protestantibus mutatam, transformatam, versam, conversam, perversam, depravatam fuisse, haud dubium est: ita ut non de nihilo eam Possevinus *Malè conciliatam chimæram* appellarit. Videat Lector, quæ de variis in ea factis mutationibus ac depravationibus scribit R.mus Lindanus in suo Apologetico ad Germanos, tum alibi sparsim, tum signanter tomo 2. cap. 13. & duobus sequentibus: ubi pro ratione scientiæ asseverat se vidisse autographum exemplar Cæsari traditum, & Bruxellæ in Archivis Cæsareis repositum, ex cujus collatione manifestum sit quàm multipliciter posteriora exemplaria ab illo primo discordent. Ejusdem præthereà discordiæ testes ibidem superiùs adducit Wesalium & Coch-

Marginal notes: ...22. ...condit. — Reg. 5. 2. — K. Possevin. in Biblioth. selecta Tomo 1. l. 7. c. 17. — Lindanus. — Wesalius, Cochlæus, Hosius.

& Cochlæum in libello cui titulum communi opera fecêre, *Brevis ad singula Confessionis Augustanæ puncta responsio.* Videri in eandem quoque rem possunt quæ scribit Cardinalis Hosius in Epistola ad Ducem Brunswicensem. Quòd si quis ipsos *Protestantios* huic veritati testimonium perhibentes audire aveat, reperiet Clebitium, lib. de Victoria & Ruina papatûs Saxonici, scribentem : *Non expedit coram populo recensere, quoties, & quomodò Confessio Augustana sit emendata.* Reperiet item Musculum in Colloq. Hertzberg. fatentem, *Augustanam Confessionem duodecies ante annum* 1578. *fuisse mutatam.* Ex quibus liquidò patet, quàm apposite usurpare queant *Confessionistæ* illud Hilarii : [L] Annuas atque menstruas fides decernimus, „ decretis pœnitemus ; defendimus, defensas „ anathematizamus : aut in nostris aliena, aut „ in alienis nostra damnamus ; & *mordentes invicem, iam absumpti sumus ab invicem*". Liquidò pariter conficitur, non malè Possevinum suprà cap. 15. in fine conclusisse dicendo : " Quamobrem non CONFESSIO, sed inficiatio, at- „ que negatio Euangelicæ, avitæ, Christianæ, „ ac verè AUGUSTANÆ fidei, optimo jure vocanda est". Hanc itaque *malè conciliatam chimaram*, hoc Philisthæorum idolum, hanc annuam vel menstruam fidem, hunc ursinum catulum toties delambitatum, repolitum, reformatum, interpolatum, transmutatum, audent *Provocantij* Decretis & Canonibus Oecumenicæ Synodi Tridentinæ, tanquam Fidei Symbolum Symbolo conferre & coæquare. Nonnihil tamen de sua præfidentia remittere videntur, dum inferiùs Num. 27. scribunt: *Quæstiones sumantur ex Decretis Concilij Tridentini, & ex Articulis Augustana Confessionis*, PROUT ILLI EXPLICATI SUNT IN FORMULA CONCORDIÆ. Quo finali additamento satis indicant, se nequaquam suscipere patrocinium illorum Articulorum prout simpliciter jacent in variis editionibus, tam à primo exemplari quàm inter se discordibus; sed *prout explicati sunt in formula concordia.* Timent enim ne vel ipsâ editionum varietate confundantur, vel fortè etiam ipsâ autographi (quod Bruxellæ asservari audivimus mox ex Lindano) exhibitione redarguantur. Verùm sive *Augustana Confessio* secundùm originalem tenorem, sive secundùm subsequentem quamcunque interpolationem, sive secundùm traditam in formula concordiæ explicationem spectetur, nullo modo rerum ratio patitur, ut Concilio Tridentino comparetur aut supparetur. Si Alexander Magnus Olympicum agonem subire recusavit, eò quòd non Reges sed inferioris sortis athletas habiturus ibi esset antagonistas : quanto potiori jure Oecumenica Synodus, cum reprobato apostatarum Symbolo in certamen descendere dedignabitur ? Non verentur quidem Lutherani *Augustanam* suam *Confessionem* Symbolis Niceno & Athanasiano conferre, prout cap. 16. §. 55. vidimus: non verentur quoque eandem quatuor primis Oecumenicis Synodis, quas suscipere se ac suspicere profitentur, comparare: Sic enim author prioris illius comparationis alibi scribit : [M] *Hac* CONFESSIO *dicta est* AVGVSTANA, *à loco exhibitionis & promulgationis, qui fuit Vrbs praclara* AVGUSTA VINDELICORVM : *sicut Concilium Nicenum dicitur à* NICEA ; *Chalcedonense, à* CHALCEDONE ; *Constantinopolitanum, à* CONSTANTINOPOLI ; *Ephesinum, ab* EPHESO". Sed absit ut in filijs Ecclesiæ ita intelligentiæ caliget obtutus, ut *Confessionistarum* Symbolum, Lutheri ac Melanchthonis adulterinum fœtum, monstrosam malèque conciliatam Chimæram, Cæsareo Pontificioque judicio reprobatam; aut in ordinem Oecumenicarum Synodorum subvehant, aut ad ordinem usq; ipsius Oecumenicâ ullam Synodum deprimant. Absit omninò ut occasionem præbeant usurpandi de se proverbiale istud Tertulliani dicterium, [N] *Tanti vitreum, quanti verum Margaritum.* [O] Quo dicto (inquit „ Pamelius) summa rerum inæqualitas significatur. Margaritarum enim, aliàs unionum, „ summũ inter gemmas est pretium, vitri vilissimum : quod tamen margaritam mentiri potest, & imperitis imponere". Ecce mentiri vitrum potest margaritam, esse non potest margarita: apparere potest margarita, sed apud imperitos par esse nequit margaritæ apud peritos. *Confessionistis* tanti sit vitrum Augustanum, quanti margaritum Tridentinum ; sicut Philisthæis tanti Dagon, quanti Arca Dei Israël. Sed quemadmodùm Israëlitæ nefas prorsùs reputassent coæquare Dagon Arcæ, ita Catholicæ mentes sine horrore ferre nequeunt æquiparari Articulos Augustanos canonibus Tridentinis: illi namque ab Ecclesia sunt explosi, isti ab eadem comprobati. Cùm enim utrorumque materiæ juxta seipsas fuissent dispositæ, ac maturè discussæ, non ancipiti victoriâ nec dubio dirempta est fine discussio ; ut adhuc nobis de iniquissimæ comparationis insolentiâ certandum sit. Prostrata est inimica acies, bellum confectum est: victores sumus per illum, *qui fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbos mente cordis sui.* Quid de elisarum argumentationum ratiunculis fracta student arma colligere? Quid cineres extincti dogmatis refovendo, deficientis fumi nidorem in redivivam flammam conantur accendere ? Cur Hierichontinos muros *Sacerdotalium tubarum clangore subversos*, vesano molimine nituntur restruere ? Cur ipsam Hierichontem *anathemati traditam*, impendente maledictione gestiunt resuscitare ? *In tempore illo* ait sacer textus, *imprecatus est Iosue, dicens : Maledictus vir coram Domino, qui suscitaverit & adificaverit civitatem Hiericho.* Quid est

Clebitius. Musculus. L. Hilar. lib. ad Constantium Imp. Gal. 5. 15. Possevinus. Num. 27. Vide Plutarch. in vita Alexandri sub initium. M C Mart. Thea. pag. N. Tert. ad Ma c. 4. Vide I Epist. O. Pam Prove Tertul Num. Vide Pro l. cont. C lat. c. 11 Luc. 1. Iof. 6 Ibid v. Ibid v. & 26.

Hiericho, nisi unaquælibet earum munitionum, de quibus ait Apostolus: *Arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Deo ad destructionem munitionum.* Harum quamcunque, Sacerdotalium buccinarum concentu destructam, & anathemati traditam, quisquis denuò suscitare & ædificare tentaverit, maledictioni subjacens, *In primogenito suo fundamenta illius faciet, & in novissimo liberorum ponet portas eius.* Hoc est: P Primum filiorum in „fundatione nefariæ civitatis, & novissimum „in portarum positione amittet: quia fun„damenta fidei, à quibus bona ædificia in„choare; & claustra bonæ actionis, quibus perfici deberet, perdet". Sive, ut alius quidam celebris Tractator explanat: Q. Per hanc „culpam amittet & quod primùm acceperat, „donum naturæ; & quod ultimùm, donum „gratiæ: ut jam illi ad salvationem nihil va„leat utrumque. Sed & cuncta quæ illius sunt, „igne consumentur: dum corpus ejus, & ani„ma, & quicquid in utroque possidet, gehennali conflragatione comburentur".

CCXLIX. Sed *Provocantii* nostri obtendunt, Hierichontis suæ muros Tridentinorum Præsulum tubis non potuisse subverti: *Præsertim, quia Concilium illud authoritate non Cæsaris, uti quondam, sed Papæ convocatum, nec Oecumenicum fuit, nec liberum, nec bono Reipubl. Christianæ, sed tantùm ad maiestatem Romanæ curiæ stabiliendam congregatum.* Contra hanc eorum cavillationem tam multa in præcedentibus dicta sunt, ut supervacaneum videatur, vel eadem repetere; vel alia superadjicere. Dicamus igitur *Confessionistis*, quod Augustinus similiter cavillantibus ait Donatistis: R. Qui sine studio par„tium judicat, eligat quibus credat, utrùm Ju„dicibus sententias proferentibus, an litigato„ribus contra quos prolatæ sunt, litem finire „nolentibus. Certè Orbis terrarum Judicibus „credidit: qui autem Donatistis (*Confessionistis*) „consentiunt, eosq; defendunt, fatentur se illius „Ecclesiæ esse, quæ causam suam, qualiscunque „illa fuerit, non potuit tamen in tot discepta„tionibus obtinere, & eorum adversùs Judi„ces murmura & crimina, credulâ vanitate sus„cipiunt. Qua in re si innocentes se dicunt, & „eos quos superatos scimus: quantò innocen„tiores sunt, qui temerè aliquid mali de ipsis „Judicibus credere nolunt; de quibus necesse est „ut qui victi fuerant conquerantur? Non so„lùm enim qui bonam causam perdidit, de ini„quo, vel tardo, vel negligente Judice queritur; „sed etiam qui justissimè victus est, eâ cæcitate „de innocente Judice murmurat, quâ cæcitate cum innocente adversario litigabat". Addamus & illud ejusdem lib. 3. contra Crescon. cap. 61. ? Ubi Judices esse omnes non possu„mus, meliùs his qui esse potuerunt Judici„bus credimus, quàm credendo Litigatori„bus victis, quorum esse Iudices non potuimus, de ipsis Iudicibus judicare audeamus". Fingant Lutherani de Tridentino Concilio quicquid libuerit, persuadeant quoque suis partiarijs quicquid valuerint: nunquam ulli Catholico persuadebunt non fuisse illud *Oecumenicum, & liberum, & bono Reip. Christianæ congregatum.* Unde consequens est ut nemo Catholicus magis de ejus definitionibus dubitare aut disputare possit, quàm de aliorum Conciliorum Oecumenicorum, etiam quatuor primorum à Provocantijs susceptorum, Sanctionibus. Verissimè in hanc rem scribit Possevinus: S. Coacta est OECUMENICA SYNO„DUS Tridenti, in Libera Civitate. Interfuêre „Principum penè omnium Christianorum „Legati, fides publica data; Iudices ijdem & „Assessores fuêre, qui ab Apostolorum sæculo „& semper fuerunt, & quos ipsi hæretici Au„gustæ legitimos esse confessi fuerant. Si quis „Tridentum advenit ex Protestantibus, im„punè abiit, licet perstiterit in sua pertina„cia. Ex omnibus interim partibus concur„rerunt intrepidi Episcopi, per media maria, „& regna, quæ non minùs bellis, quàm illa „fluctibus & pyratis excurrentibus fervebant. „Soli Apostatæ demorantes cum suis Monia„libus non venêre: sed interim moverunt „bella, Civitates ademerunt Imperio, Cœ„nobia erasêre, fœtus hæresum multiplices „pepererunt, viam ad Atheismum spatiosam & latam complanarunt". Recolantur quæ scripsimus cap. 71. §. 230. Inspiciantur præterea Fontidonius & Tiletanus, ad quos ibidem in fine Lectorem remisimus. Vana porrò est illa *Provocantiorum* exceptio adversùm Tridentinum Concilium, ex eo petita, quòd *non authoritate Cæsaris, ut quondam, sed Papæ convocatum sit.* Nam inprimis ipsi *Protestantij* in Præfatione suæ *Confessionis Augustanæ*, superiùs hîc relatâ cap. 73. §. 236. agnoscunt contrarium, cum ipso Cæsare Carolo V. cujus anteriores pollicitationes de impetrando à Pontifice convocationem Concilii Generalis perurgent, & ad Concilium sic indicendum seu convocandum provocant. Præterea ipsa Tridentina Synodus in exordio plerarumque Sessionum suarum profitetur se esse *Oecumenicam, in Spiritu Sancto legitimè congregatam.* Cui proculdubiò plus credendum est, quàm hæreticis, suam damnationem ab ea factam enervare studentibus: more scilicet reliquorum hæreticorum, qui, ut cap. 30. §. 97. memoravimus, *Sanctas Synodos, eorum malas causas destruentes, accusare* consueverunt. Tertiò, antequam Lutherana hæresis ebullivisset, aut Orbi nota fuisset, Synodus Lateranensis sub Leone X. Sess. 11. declaravit, *Solum Summum Pontificem pro tempore existentem, habere authoritatem, plenum ius, & potesta-*

Marginalia (left): ...r. 10. 4. | ...6. 16. | Rabanus l. 3. Reg. c. 16. | Hugo Vi... lib. 4. ...gor. in ...c. 3. | ...um. 32. | ...dec. 30. ...61. & 19. | August. l. 2. contra ...sconian. c. 6.

Marginalia (right): S. Possevin. Tomo 1. Biblioth. select. lib 7. cap. 18. Vide Campianum Ratione 4. ad Academic. Oxonien. | Synod. Trid. | Synod. Lateran.

potestatem Conciliorum INDICENDORVM, *transferendorum, ac dissolvendorum.* Quartò Florentina Synodus idipsum eodem sensu tametsi non ita disertis verbis perhibuit, cùm in Definitione fidei, ad calcem sessionis XXV. subnexâ, definivit, *Sanctam Apostolicam Sedem, & Romanum Pontificem, in universum Orbem tenere primatum; & ipsum Pontificem Romanum Successorem esse B. Petri Principis Apostolorum, & verum Christi Vicarium; totiusq; Ecclesiæ Caput, & omnium Christianorum Patrem ac Doctorem existere: & ipsi in Beato Petro pascendi, regendi, ac gubernandi universalem Ecclesiam à Domino Nostro Iesu Christo plenam potestatem traditam esse.* Etenim cùm Oecumenicæ Synodi indictio seu convocatio sit unus ex præcipuis Ecclesiastici regiminis actibus, proculdubiò ei competit, cui plena à Christo tradita est potestas pascendi, regendi, ac gubernandi universalem Ecclesiam. Sed ut ad vetustiora ascendamus, inter canones Oecumenicæ Synodi primæ Nicenæ unus ita sonat: *Non debent præter sententiam Romani Pontificis Concilia celebrari.* Sed nec Nicena Synodus tam auctrix hujus canonis extitit, quàm renovatrix: nam Julianus Papa I. in Epistola increpatoria ad Orientales pro causa Athanasii: *Dudum*, inquit, *à Sanctis Apostolis, Successoribusq; eorum, in antiquis decretum fuerat statutis, quæ hactenùs Sancta & universalis Apostolica tenet Ecclesia*, NON OPORTERE PRÆTER SENTENTIAM ROMANI PONTIFICIS CONCILIA CELEBRARI. Ejusdem quoque canonis, *ut ab Apostolis inspirante Domino* conditi, meminit Marcellus I. Epist. 1. ad Antiochenæ Provinciæ Episcopos. Huc spectat quòd in Synodo Chalcedonensi Act. 1. Apostolicæ Sedis legati obstiterint ne Dioscorus Alexandrinus inter Patres consideret, *quia Synodum ausus fuerat facere sine Apostolicæ Sedis authoritate:* QUOD NUNQUAM LICUIT, NEQUE UNQUAM FACTUM EST. Quibus verbis, non solùm faciendi jus, sed factum quoque ipsum apertè pernegant: ut proinde falsum sit, quod *Provocantii* nostri affirmant, Synodos non authoritate Papæ, sed Cæsaris, *quondam* convocari solitas fuisse. Et de Constantino quidem Magno, cujus tempore prima Oecumenica Synodus celebrata est, ita scribit in Historia Ecclesiastica Ruffinus: ᵀ· Ex Sacerdotum „ sententia apud Urbem Niceam Episcopale Concilium convocat, ibique Arium „ CCCXVIII. Episcopis residentibus adesse jubet, „ ac de ejus propositionibus ac quæstionibus judicari". Ex *Sacerdotum sententia*, inquit. Non ergo ex mero suo beneplacito. Horum porrò Sacerdotum præcipuum fuisse Sylvestrum Papam, satis manifestat Damasus in Pontificali, ubi agens de Sylvestro: *Huius temporibus*, inquit, *factum est Concilium* CVM EIVS CONSENSV, *in Nicea Bithyniæ.* Quædam exemplaria pro *Consensu*, habent, *præcepto.* Sed omnem hac de re ambigendi ansam amputat Synodus VI. Generalis, dum in Sermone Posphonetico ad Constantinum Pogonatum Imperatorem, quæ habetur Actione XVIII. ait: *Constantinus semper Augustus, &* SYLVESTER *laudabilis, magnam atque insignem in Nicea Synodum congregarunt.* De sequentibus quinque Oecumenicis Synodis constat ex eodem Posphonetico Sermone, nullam omninò earum citra sententiam Romani Pontificis coaluisse ac robur obtinuisse. Et quidem Patres Synodi secundæ Oecumenicæ, quæ Constantinopoli habita est adversùs Macedonium, disertè, in sua Synodica ad Papam Damasum cum Synodo Romana, profitentur, se Constantinopolim convenisse *Mandato litterarum superiori annò à sua Reverentia post Concilium Aquileiense ad Sanctissimum Imperatorem Theodosium missarum.* Ephesinam quoque Oecumenicam Synodum, temporibus Theodosii Junioris habitam, non nisi de sententia Papæ Celestini convocatam peractamque fuisse, inde inprimis liquet, quòd Celestini nomine Cyrillus Alexandrinus Synodo præsederit; prout ipsa Synodus testatur Actione 6. sub initium: liquet item ex Epistola Celestini ad ipsum Cyrillum, quæ extat in Actis Synodi P. 1. cap. 15. ubi vices suas ei delegat. Deinde Prosper in Chronico perhibet, *Nestorianæ impietati repugnatum fuisse industriâ Cyrilli, &* AUTHORITATE *Celestini Papæ.* Rursùs lib. contra Collatorem cap. 41. loquens de eodem Celestino: *Per hunc Virum*, inquit, *etiam Orientales Ecclesiæ geminâ peste purgatæ sunt, quando Cyrillo Alexandrinæ Vrbis Antistiti, gloriosissimo fidei Catholicæ defensori, ad exsecandam Nestorianam impietatem*, APOSTOLICO AUXILIATVS EST GLADIO: *quo etiam Pelagiani, dum cognatis confœderantur erroribus, iterum prosternerentur.* Quàm procul autem abfuerit Theodosius ille Junior ab illa *Confessionistarum* hallucinatione, quâ putant laicos, quantalibet dignitate sublimes, posse in Religionis controversiis intervenire tanquam Judices, ostendit ipse in sua ad eandem Ephesinam Synodum Epistola, dicens: ᵛ· Candidianum „ præclarissimum religiosorum domesticorum Comitem ad Sacram Vestram Synodum abire jussimus; sed eâ lege & conditione, ut cum quæstionibus & controversiis „ quæ circa fidei dogmata incidunt, nihil quidquam commune habeat: Nefas est enim, „ qui Sanctissimorum Episcoporum catalogo „ adscriptus non est, illum Ecclesiasticis negotiis & consultationibus sese immiscere". Chalcedonensem Synodum non nisi de sententia Papæ Leonis indictam & peractam fuisse patet inprimis ex Martiani Imperatoris verbis superiùs cap. 69. §. 224. relatis: item ex Liberati Diaconi Breviario, ubi sic legitur:

Synod. Florent.

Synod. Nicæn. I.

Iulius I.

Marcell. I.

Vide suprà c. 69. § 225.

T. Ruffin. l. 1. Hist. Eccles. c. 10.

Damasus.

Synod. Gener.

Synod. Gener.

Synod. E.

Prosper.

V. Theodos. Imp. Epist. ad Synod. Ephes. quæ extat in Act. P. 1. c. 31.

Cùm

W. Liberat. in Breviario cap. 13.

W. Cùm Martianus Imperij culmen fuisset „ adeptus, pro PAPÆ & Principum Romano„ rum petitione universale Concilium in Ni„ cea congregari jussit. Ubi occurrentibus 630. „ Episcopis, & eis sedentibus, Legati Papæ „ Leonis Martianum petierunt ut sui præsen„ tiam præstaret Concilio; alioquin ipso ab„ sente, ipsi ad Concilium non occurrerent. Et „ ita jussit Imperator Synodum transferri „ Chalcedonem, ut de proximo ad Conci„ lium veniens eorum impleret petitionem". Apertiùs adhuc eandem veritatem expresserunt Episcopi Mœsiæ secundæ in sua Synodica ad Leonem Imperatorem Martiani Successorem, ubi scribunt, X. Confiteri se eam fi„ dem, quæ ad peremptionem Eutychianæ „ vesaniæ de humanatione Salvatoris, in „ Chalcedonensium Civitate multis Sanctis „ Episcopis convenientibus PER JUSSIONEM „ LEONIS ROMANI PONTIFICIS, QUI VE„ RE CAPUT EST EPISCOPORUM, & venera„ bilis Sacerdotis & Patriarchæ Anatolij, „ Concilio celebrato, sub duobus Imperatoribus confirmata est". Ecce quam Liberatus appellarat *petitionem Papæ*, hi appellant *jussionem*. Rectè verò utrumque, quia respectu Episcoporum habebat rationem *jussionis*, respectu autem Imperatoris induebat magis formam *petitionis*: rogabatur enim ut locum idoneum, transitum securum, itinerandi commeatum, & reliqua necessaria præstaret. Atque hæc fuit causa cur Pontifices tunc frequenter convocationem Synodorum committerent Imperatoribus, qui soli tantis sumptibus ferendis sufficere poterant. Quapropter quod nonnisi ex sententia & commissione Pontificum fiebat ab Imperatoribus, perperàm à *Provocantijs* trahitur in præjudicium Pontificum pro Imperatoribus. Cùm Valentinianus Imperator ab Episcopis subinde interpellaretur, ut pro terminandis Religionis litigijs Synodum fieri annueret, respondisse fertur: Y. *Mihi, qui in sorte sum plebis, fas non est talia curiosiùs inquirere: Sacerdotes, quibus ista curæ sunt, inter seipsos quocunque loco voluerint conveniant.* De alio Valentiniano sibi contemporaneo scribit Sixtus III. Papa ad Episcopos Orientales: Z. *Valentinianus Augustus* NOSTRA AUTHORITATE *Synodum congregari jussit.* Magnus Hosius Cordubensis Antistes, Athanasio Synchronus, & Nicenæ Synodi Præses, Constantem Cæsarem ob id commendat, quòd Judicijs Ecclesiasticis interesse noluerit. Cujus contrarium cùm Constantius Cæsar præsumeret, audire meruit ab eodem Hosio: A. Ne te immisceas Ecclesiasti„ cis, neque nobis in hoc genere præcipe, sed „ potiùs ea à nobis disce. Tibi Deus Impe„ rium commisit, nobis quæ sunt Ecclesiæ „ concredidit. Et quemadmodùm qui tuū Im„ perium malignis oculis carpit, contradicit „ ordinationi divinæ: ita & tu cave, ne quæ „ sunt Ecclesiæ ad te trahens, magno crimini „ obnoxius fias: *Date*, scriptum est, *quæ sunt* Mat. 22. 21 „ *Cæsaris, Cæsari; & quæ Dei, Deo.* Neque igi„ tur fas est nobis in terris imperium tenere, „ neque tu thymiamatum & sacrorum potestatem habes Imperator". Ecce quid hac de re Magnus censuerit Hosius, cui planè consonus est Magnus Athanasius, qui integram ejus Epistolam pro se ibi adducit: & superiùs in Apologia 2. ait de Arianis: B. Quo jure con- B. Athan. in Apolog. 2. „ tra nos Synodum ullam constituere potue„ runt? Aut qua fronte talem Conventum ap„ pellare *Synodum* audent, cui Comes præsedit"? Et paulò inferiùs ibidem de ijsdem: " Nomen *Synodi* suis Actis prætexunt, cùm res „ ipsa negotium Imperatorium, non Synodale habeat: quippe ubi Comes præsideat". Cæterùm ut noverint *Confessionistæ* suos præcursores in declinando tribunal Pontificium & recurrendo in causa fidei ad Cæsareum, audiant quid de Arianis scribat idem Athanasius Epist. ad solitariam vitam agentes. Ubi postquam narrasset quemadmodùm Julius Papa diem ad comparendum eis indixisset, subdidit: " Ubi „ semel audissent Ecclesiasticum fore Confes„ sum, ubi nec Comes adfuturus esset, nec „ Satellites pro foribus excubarent, nec ex „ Cæsaris præscripto omnia fierent; inhorruerunt, & metu contracti sunt". Egregios sanè præcursores & magistros habent *Confessionistæ*, perversissimos Arianos; qui damnati in Nicena Synodo, non quieverunt nec acquieverunt, sed recursum ad Cæsaris tribunal, vitato Pontificio, instituerunt. Absit autem à nobis ut non præeligamus imitari potiùs Athanasium, quàm annuendo *Confessionistis* quod flagitant, cedere videamur damnatis.

X. Synodica Episcoporū Mœsiæ 2. quæ extat in Actis Concilij Chalced p. 3. cap. 32.

Y. Valent. Imp. apud Sozomen 6. Hist. Eccles. cap. 7.

Z. Sixtus III. Epist. 3. ad Orient.

A. Hosius Cordub. Epist. ad Constan. apud Athan. in Epist. ad solitariam vitam agentes.

CCL. Verùm hi nostri, ne Arianis in suo ausu similes per omnia videantur, non tam ad judicatorium, quàm ad auscultatorium Cæsaris tribunal provocare se profitentur: *Si* Num. 22. & 23. *Tridentinorum Patrum authoritatem, inquiunt, una pars facit infallibilem, aut necessum est illam consentire Scripturæ, aut dissentire. Si dissentit, ficta est illa infallibilitas: si consentit, quare non patiuntur illum consensum solemniter probari in Consessu Cæsaris & Ordinum, qui sine prosopolepsia auscultare volunt?* AUSCULTATIONEM *voco. Nam neutra dissentientium pars ex Politicis tales Religionis Judices constitui patietur, qui sua authoritate definitivam ferant sententiam. Ipsa veritas in Verbo Dei scripto patefacta se liquidò oculis subjiciet, si in scrutinio eius debitâ patientiâ & modestiâ, non unâ septimanâ, aut uno mense, sed tamdiu perseveretur, donec altera pars manifestè succumbat.* Ad hæc nos dicimus, Tridentinorum Patrum authoritatem in dogmaticis suis definitionibus prorsùs esse infallibilem, perinde ac Patrum Nicenorum, Constantinopolitanorum, Ephe-

ſinorum, Chalcedonenſium, ac reliquorum œcumenicè coëuntium, univerſalem Eccleſiam repræſentantium, hierarchico ejuſdem Eccleſiæ capiti cohærentium, Spiritus Sancti à Chriſto promiſſi ac præſtiti patrocinio pollentium. Unde ulteriùs dicimus, Tridentinorum Patrum authoritatem non diſſentire, ſed indubitabiliter conſentire Scripturæ, perinde ac Nicenorum, & reliquorum jam memoratorum. Nunquam enim veritas diſſonat veritati, ſed ſoli repugnat falſitati. Nec refert quòd non omnia à Tridentinis Patribus definita, reperiantur in Scripturis expreſſa. Nam nec omnia à Nicenis, Conſtantinopolitanis, Epheſinis, aut Chalcedonenſibus Patribus definita, reperiuntur in Scripturis expreſſa; ſed pleraque omnia in Eccleſiæ Depoſitorio ſervata. Quod quidem Depoſitorium agnoſcere debet, quiſquis ipſis Scripturis fidem adhibet: tum quòd Scripturæ illud commendent & ad illud remittant, tum denique quòd Scripturæ non aliunde quàm inde legitimitatis ſuæ probationem habeant. Ob eandem porrò rationem *non patimur nos conſenſum illum*, Tridentinorum Canonum cum Scriptura, *ſolemniter probari in Conſeſſu Cæſaris & Ordinum*, ob quam Majores noſtri non ſunt paſſi, fidem Nicenam, Conſtantinopolitanam, Epheſinam, aut Chalcedonenſem, iteratæ diſcuſſioni aut ulteriori cuiquam reviſioni ſubjici: ne quidem coram Eccleſiæ Proceribus, nedum *coram Cæſare & Ordinibus*. C. Majores noſtri (ait Papa Gelaſius „ ſuprà relatus) divinâ inſpiratione neceſſariè „ præcaverunt, ut quod contra unamquamque „ hæreſim coacta Synodus pro fide, commu„ nione, & unitate Catholica atque Apoſto„ lica promulgaſſet, non ſinerent poſt hæc no„ vis retractationibus mutilari: ne pravis oc„ caſio præberetur, quæ medicinaliter fue„ rant ſtatuta pulſandi. Sed Authore cujuſli„ bet inſaniæ, ac pariter errore damnato, ſuf„ ficere judicarunt, ut quiſquis aliquando ejus „ erroris communicator exiſteret, principali „ ſententiæ damnationis ejus eſſet obſtrictus: „ quoniam manifeſtè quilibet vel profeſſione ſuâ vel communione poſſet agnoſci". Etenim, ut rectiſſimè ait Eſtius ſuprà etiam relatus, D. Si „ in rebus etiam humanis, ac negotijs ſæcula„ ribus, obſervandum eſt quod generaliter „ præcipit Sapiens, dum ait: *Non iudices con„ tra Iudicem, quoniam ſecundùm quod iuſtum eſt „ iudicat*: quanto minùs contra Eccleſiam, re„ rum ſpiritalium Judicem à Chriſto conſti„ tutam, judicare fas erit? quoniam multo „ magis illa *Secundùm quod iuſtum eſt iudicat*. Hæc „ enim, Apoſtolo teſtificante, *Columna eſt & „ firmamentum veritatis*. Hæc à Domino, *ſupra „ petram ædificata*, tantâque ſoliditate fundata „ eſt, *ut portæ Inferi nunquam adversùs eam ſint „ prævalituræ*. De hac præceptum habemus à „ Domino, ut *Qui eam non audierit, ſit nobis ſicut „ Ethnicus & Publicanus*. Quamobrem, ne ſe„ mel ab Eccleſiâ judicata ac definita fidei „ dogmata, deinceps ullâ diſputandi temeri„ tate convellerentur, non ſolùm PATRES do„ cuerunt, PONTIFICES decreverunt, CON„ CILIA ſtatuerunt, verùmetiam pijſſimi IM„ PERATORES ſanxerunt. Neque id modò, „ quòd perſpicerent, ejuſmodi temeritatem „ paci Eccleſiæ, quam procurare & conſervare „ tenentur, eſſe vehementer inimicam; ſed „ quòd etiam intelligerent, contrariam eſſe „ legi divinæ, Chriſtique promiſſis: quibus „ ita confirmata eſt Eccleſiæ judicatoria pote„ ſtas, ut à veritate fidei aberrare non poſſit: „ ut proinde impium ſit, ejus Judicium vel contemnere, vel ab eo provocare". Ecce habent *Provocantii* reſponſum ad ſuum, *Quare*? Quod quidem reſponſum toto hoc libro, præſertim à capite 23. huc uſque copioſiſſimè aſtructum, munitum, ſtabilitumque tradidimus. Habent, inquam, Catholicum *Quia*, ad ſuum hæreticum *Quare*? Cui ſi *Cæſar & Ordines* attendant, proculdubio nec *ſine proſopolepſia*, nec cum proſopolepſia *auſcultare volent*: ne tot *Patrum* documentis, *Pontificum* Decretis, *Conciliorum* ſtatutis, & pijſſimorum *Imperatorum* Sanctionibus contraveniant. Quàm ridiculum porrò eſt illud, quòd *Cæſarem & Ordines* tam diuturna ac faſtidioſa *auſcultatione* fatigare velint, & nihilominus ſtare eorum judicio nolint? O quot non dico horis, non dico diebus, non dico ſeptimanis aut menſibus; ſed integris annis, imò annorum luſtris, ne dicam centurijs, auſcultare deberent, ſi *tamdiu perſeverandum foret* (prout *Provocantij* præſcribunt) *donec altera pars manifeſtè ſuccumbat*. Quam regulam ijdem *Provocantij* denuò inculcant inferiùs, dicentes: *A diſceptatione de una quæſtione ad alteram non iubeant tranſire Auſcultatores, cùm lubet: ſed tunc demùm quæſtio certa finiatur, cùm utrique parti viſum fuerit. Vtrique, inquam: Nam quæ pars vel ſe nondum omnia protuliſſe quæ velit, vel nondum ſatis ſe intellectam eſſe, vel nondum ſibi ſatisfactum eſſe dicit, idq; rationibus confirmat, illi indulgeatur tantum temporis, quanto opus erit, donec ipſa ſibi nihil ſupereſſe fateatur, quod proferat*. Hujus regulæ inſulſitatem nemo ignorare poteſt, niſi qui hæreticorum genium & indolem non novit. Veriſſimum namque eſt illud ſuperiùs ex Epiphanio relatum: E. Illis qui ſalutis „ diſciplinam & magiſterium repudiant, NE „ INTEGRUM QUIDEM SÆCULUM POTEST „ AD DISPUTANDUM SUFFICERE: cùm illo„ rum aures perpetuò aſpidis inſtar obſurdeſ„ cant, quæ aures ſuas obturat, ne audiat vocem incantantium ſapienter". Novit hanc eorum indolem Auguſtinus: & idcirco cùm parabolam zizaniorum inter frumenta enatorum exponeret de hæreticis in agro Dominico inter

Præoccupatio.

C. Gelaſ. ſup. c. 33 §. 109.

D. Eſtius ſup. c. 65. §. 214.

Eccli. 8. 17.

1. Tim. 3. 15.

Mat. 16. 18.

Mat. 18.

Num.

E. Epiph. c. 60 §.

F. Aug. ser. 13. de Verbis Domini c. 20. ter Catholicos suscitatis: F. Utraque crescunt „ (inquit) usque ad messem, & suas sententias in Scripturis habent zizania & paleæ, „ suas autem frumenta. Quas qui non intelli„ gunt, confundunt, & confunduntur: at„ que ita perstrepunt cæcâ cupiditate, ut nolint obmutescere vel patefactâ veritate". Ecce ne patefactâ quidem veritate volunt obmutescere, præsertim cùm suas sententias in Scripturis autumant jacere. Alibi quoque idem G. Idem l de unit. Eccles. cap. 13. Augustinus de talibus ait: G. Volunt videri „ aliquid dicere, dum tacere erubescunt, & inania loqui non erubescunt". Propter hanc garritandi pruriginem idem alibi eos comparat insanis, qui semper inveniunt quod dicant, H. Idem l. 4. cont. Cresc. on. cap. 41. tametsi nesciat quid dicant: H. Verecundia (in„ quiens) in rebus tam manifestis, vel etiam „ ipsa impudentia, obmutescere posset: insania non potest". Propter eandem pruriginem eos aliquoties assimilat ranis, quæ luto insidentes infatigabiliter coaxant. Ut cùm in Fragmento 2 cap. 2. ait: "Qui veritati con„ tradicunt, & in sua vanitate decepti decipi„ unt, RANÆ sunt, tœdium inferentes auribus, non cibum mentibus". Hujusmodi tœdium vellent *Provocantij* inferre auribus non qualiumcunque hominum, sed ipsius etiam *Cæsaris, & Ordinum.* Sperant forte in eo se triumphaturos coram *Cæsare & Ordinibus* de Catholicis, quia plus possunt clamare quàm Catholici. Sed Augustinus hos instruit, ne ex loquacitate sententiam proferant de veritate, di- I. Idem. l. 5. Civit. c. cens: I. Quid est loquacius vanitate? Quæ „ non ideò potest quod veritas, quia si vo„ luerit, etiam plus potest clamare quàm veri- Prov 30. 15. tas". *Sanguisugæ*, ait Scriptura, *duæ sunt filiæ, dicentes: Affer, affer. Tria sunt insaturabilia, & quartum nunquam dicit, sufficit.* Hoc quartum non malè quis accommodaverit hæresi: præsertim cùm Magnus Athanasius Arianam hæ- K. Athan. Epist. ad Solitam. ventes. resim suo tempore grassantem appellet K. *Quartam filiam eius hirudinis, quæ in Proverbijs memoratur, & nunquam dicit, sufficit.* O quam longævi futuri sunt Lutheranorum Auscultatores, si tamdiu vivant, *donec illi nihil sibi superesse fateantur, quod proferant!* O quàm fastidiosum erit *Cæsari & Ordinibus*, Lutheranicam partem, *quartam hirudinis filiam nunquam dicturam, sufficit*, erectis auribus *sine prosopolepsia auscultare*; & in hac auscultatione *perseverare donec illa manifestè se succubuisse fateatur!* Quod enim Luciferianus ille apud Hieronymum de suis quondam Gregalibus aiebat, non minori pro- L. Apud Hier. Dial. contra Lucif. cap 9. fectò ratione dici de Lutheranis potest: L. *Facilius vinci possunt, quàm persuaderi.* Ipse quoque M. Hier. Epist. 51. Hieronymus ingenitam hæreticis cervicositatem perpendens: M. Multi (inquit) utroque „ pede claudicant, & NE FRACTIS QUIDEM „ CERVICIBUS INCLINANTUR, habentes affectum erroris pristini". Nec dubium quin si *Provocantijs* annueretur disputatio quam flagitant, eos electuri pro sua parte forent in Disputatores & Auscultatores, quos maximè inflexibiles, & pristinis erroribus affectissimos noscerent. Volunt autem hos æquali cum Catholicis numero respectivè assumi: *Auscultatores,* Num. 25. aiunt, *ex utraque parte numero pares constituantur.* Et infrà: *Disceptatores sint etiam numero pa-* Num. 26. *res.* In hac igitur paritate Auscultantium ac disceptantium ex una alteraque parte, quid sperandum, aut potiùs verendum, imò certò præsumendum, quàm ut inter veri assertionem, & placiti defensionem, pertinax pugna perennet; obdurante se pravitate, nec cedente veritate? Neque enim ex *Protestantium* parte ad disceptandum auscultandumve delecti, vel fractis quidem cervicibus inclinabuntur; aut ex Catholicorum parte delecti, ullis ratiuncularum præstigijs à soliditate Petræ, cui superextructa Ecclesia est, dimovebuntur. Si *Provocantij* intenderint suum hac disputatione nobiscum finire litigium, cur non tantum detulerunt Cæsari *Germanorum capiti*, ut saltem Num. 4. in paritate votorum haberet suffragium decisivum? Verùm superiùs cap. 72. §. 234. ostendimus quàm callidè attribuant Cæsari titulum *capitis*, reservando interim sibi tanquam Scripturæ Sacræ Interpretibus rem *capitis*. Unde hìc item pati nolunt, ut vel ipse, vel alius Num. 31. quispiam *ex Politicis, suâ authoritate definitivam ferat sententiam. Ipsa veritas in Verbo Dei scripto patefacta se liquidò oculis subijciet:* Oculis nimirum eorum, quibus Lutheranicæ interpretationis lux fuerit offusa. Recolantur verò quæ huc spectantia diximus partim cap. 51. §. 163. partim cap. 59. per totum. Recolantur præterea quæ cap. 76. §. 247. dicta sunt de *Provocantiorum* antilogia: qui cùm omnes Religionis controversias ex Scripturæ Sacræ Judicio suspendant, initium tamen disputationis abs se flagitatæ, de ipsius Scripturæ controversia fieri volunt: renuentes nihilominùs admittere suffragium Pontificis *in ius vocati*, sub prætextu quòd nemo queat personam Judicis suscipere, & Rei. Sed nimirum idcirco cupiunt initium disputationis fieri de controversia Scripturæ, ut ibi interminabiliter disputatio hæreat, nec unquam progressum, nedum exitum habeat. Quomodo enim progressum aut exitum habere queat, ubi nullus fuerit Iudex à Reo distinctus, *qui definitivam sententiam ferat?* Cùm igitur nulla omninò spes appareat finiendi *Confessionistarum* litem viâ disputationis ab eis petitæ, & tam insulsis conditionibus circumscriptæ; si Germanicæ Nationis seditiones sincerè improbant, & pacem unitatemque Religionis suspirant, audiant & exaudiant Catholicos, sibi supplicando suadentes & suadendo supplicantes eo verborum tenore quem B. Cyprianus Martyr in simili olim occasio-

n. Cyp. Epist. 44. Vide c. 67. §. 219. ne præscripsit: N. *Cùm unanimitas & concordia nostra scindi omnino non debeat, quia nos Ecclesiâ derelictâ foras exire, & ad vos venire non possumus; ut vos magis ad Ecclesiam matrem, & ad nostram fraternitatem revertamini, quibus possumus hortamentis petimus & rogamus.*

EPILOGUS.

Eccli. 1. 5. AUxiliante per illuminatricem suam gratiam *Fonte Sapientiæ Verbo Dei in excelsis*, ad metam suscepti pro ejus Sponsa matre nostra Ecclesia catholica laboris pervenimus. Orditi autem sumus à commendatione concordiæ, & vituperatione discordiæ; quas respectivè prosecuti sumus per priora aliquot capita: earumque occasione originem hæreseon in Ecclesia, tanquam zizaniorum in agro cui Dominus bonam pacis sementem inseverat, reseravimus. Quibus in communi præmissis, ad Germanicæ Nationis statum ebullitioni Lutheranismi prævium particulariùs descendimus, & quemadmodum is per Lutherum turbatus sit patefecimus. Et
Sap. 11. 17. quoniam Deo sic ordinante, *per quæ quis peccat, per eadem & torquetur*, subsequenter ostendimus qualiter Secta per Lutherum invecta debitam talionem cum uberrima usura in eo receperit, quòd sicut ipsa Ecclesiam, ita ipsam innumeræ suppullulantes Sectæ diviserint. Quibus perspectis & Lectori ad considerandum propositis, etiam de remedio resarciendæ pristinæ Germanorum concordiæ per Lutheranismum interruptæ nonnihil attigimus, & compendiosam resartionis methodum ex priscis Ecclesiæ Patribus mutuatam obtulimus. Quia verò *Confessionistæ* consultationem Catholicorum non expectarunt, sed concordiæ remedium ac methodum præoccupativè præscripserunt, tanquam ipsi sani sint ac Medicinæ periti, nos autem ægroti ac pharmacorum egeni; idcirco in remedium ab eis præscriptum inquisivimus, & utrum restituendæ sanitati, jam dudum afflictæ, atque à bonis omnibus exoptatæ, congruum & opportunum sit, investigavimus. Quoniam igitur pro remedio ordinaverunt solemnem secum à Catholicis ineundam, & Cæsareo Edicto indicendam disputationem, certis legibus à se in Libello Comitijs Imperialibus porrecto circumscriptam: indagandum nobis fuit, an remedium istud præsenti morbi statui conveniat, adeoque amplectendum sit; an ex adverso disconveniat, adeoque repudiandum sit. Ad quam indaginem pleniùs & accuratiùs instituendam, & perficiendam, necessarium nobis fuit sollicitè disquirere quid antiqui Patres, quid Apostolicæ Sedis Præsules, quid Ecclesiasticæ Synodi, quid denique Mundi Principes fide Mediatoris imbuti, de disputationibus cum hæreticis legitimè damnatis censuerint, docuerint, decreverint, sanxerint, edixerint. Rursùs quia horum plerique ante Lutheranismi ebullitionem & condemnationem suas super ea re sententias protulerunt, visum est specialem super eo instituere discussionem, utrum Lutherana hæresis aliquid habeat peculiare, ob quod à solemni disputatione repellendi sint ejus Professores, etiamsi antiquiores hæreses admittendæ forent ad revisionem. Ostendimus autem per multa capita eam habere multa ejusmodi peculiaria, quorum tamen varietatem ad quatuor cardines seu principales quosdam fontes contraximus; de quorum singulis pro materiæ exigentia proportionatum tractatum instituimus. Denique quia fieri aliquando potest, ut disputatio publica etiam cum hæreticis ineunda, in quibusdam casibus, vel sub certis legibus & conditionibus, appareat licita, quæ tamen in alijs casibus, aut sub alijs legibus ac conditionibus, illicita planè sit & inutilis: hinc novissimam instituimus indaginem super eo, an nimirum etiamsi iniri posset disputatio solemnis sive cum hæreticis Synodaliter Damnatis in generali, sive cum Lutheranis aut *Confessionistis* in particulari; equidem illicitum foret & noxium inire solemnem disputationem cum *Confessionistis*, juxta leges ac conditiones ab eis in Libello suo provocatorio Comitijs Imperialibus porrecto præscriptas. Atque quò meliùs & planiùs hanc indaginem institueremus, & Lectoris desiderio pleniùs satisfaceremus, ipsum Provocantium Confessionistarum Libellum integro suo tenore inseruimus, spectandumque repræsentavimus; & quæ in eo refutatione videbantur digna dispulimus. Ex tota porrò materiæ istius discussione ac tractatione haud injuriâ videmur conficere, quod B. Prosper Aquitanicus ex sua tractatione cum Semipelagianis confecit, in hunc modum: *Non ergo cum istis novâ acie dimicandum est, nec quasi contra ignotos hostes specialia sunt ineunda certamina.* Vide supr. c. 68. §. 221.
Clamat namque Scriptura Legalis: *Facies quodcunque dixerint qui præsunt loco quem elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius; sequerisq; sententiam eorum: nec declinabis ad dexteram, neque ad sinistram.* Deut. 17. 10. 11.
Clamat Sapientialis: *Quæ per Magistrorum consilium data sunt à Pastore uno, his amplius fili mihi ne requiras.* Eccle. 12. 11. & 12.
Et iterùm: *Ne iudices contra* Eccli. 8. 17.

contra Iudicem, quoniam secundùm quod iustum est iudicat. Et rursùs: *Ne respondeas stulto iuxta stultitiam suam, ne efficiaris ei similis.* Clamat Prophetalis: *Labia Sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent de ore eius: quia Angelus Domini exercituum est.* Et iterùm contra cervicosum populum: *Populus tuus, sicut hi qui contradicunt Sacerdoti.* Clamat Euangelica: *Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus.* Et iterum de refractarijs: *Sinite illos; cæci sunt, & duces cæcorum.* Clamat Apostolica: *Hæreticum hominem post unam & secundam correptionem devita; sciens quia subversus est qui eiusmodi est, & delinquit, proprio iudicio condemnatus.* Et iterum: *Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec AVE ei dixeritis.* Clamant Patres: O. Hunc potissimùm gradum „ obstruimus, non admittendos eos (*Hæreticos*) ad ullam de Scripturis disputationem". Et iterum: P. Hæresis non ab Episcopis adhuc exa„minanda, sed coercenda est Potestatibus Christianis". Et iterum: Q. Nemo rem à tot „ Episcopis excussam, exploratamque, & cla„rissimis documentis convictam, denuò puta„rit sub judicium revocari debere: ne si ite„rum atque iterum res toties judicata in co„gnitionem deducatur, fine prorsùs careat recognoscendi curiositas". Et iterum: R. Ho„minum illorum congressum desugere debe„mus, qui post præstita à nobis omnia pro „ salute ipsorum officia, nihilominùs tamen in „ pristina animi sui obstinatione perseverant". Et iterùm: S. Incurabili morbo laborantes „ aversemur: ne alioquin morbum eorum „ antè contrahamus, quàm illis sanitatem no„stram impertiamus". Et iterum: T. Eis qui se„mel toti sunt delapsi in errores & fucos, & „ mendacio constricti, superflua est eorum, qui „ prodesse fortasse solent, oratio: Scriptum est enim, *In aures audientium loquere*". Et iterum: V. Qui corporeâ quadam mentis intentione „ duri sunt ac rigidi, nequaquam solent à suo „ errore deflectere: & ideò Apostolus ait, *Hæ„reticum hominem post unam correptionem devita, sciens quia subversus est qui eiusmodi est*". Clamant Apostolici Præsules, de quorum uno scriptum est, quòd W. Celestium hæreticum, quasi non „ discusso negotio audientiam postulantem, „ totius Italiæ finibus jussit extrudi: Adeò & „ Prædecessorum suorum Statuta, & Decreta „ Synodalia inviolabiliter servanda censebat, „ ut quod semel meruerat abscindi, nequaquam admitteret retractari". Alius quoque eorundem ait: X Quæ patefacta sunt quærere, quæ „ perfecta sunt retractare, & quæ diffinita sunt „ convellere; quid aliud est, quàm de adeptis „ gratiam non referre, & ad interdictæ arboris „ cibum improbos appetitus mortiferæ cupiditatis extendere"? Et idem rursùs ibidem: " De rebus apud Niceam, & apud Chalcedo„nem (*Tridentum*) sicut Deo placuit defini„tis, nullum audemus inire tractatum; tan„quam dubia vel infirma sint, quæ tanta per Spiritum Sanctum fixit authoritas". Et alius item: Y. Nulla retractandi quidquam de ve„teribus Constitutis fiducia concedenda est: „ quia quod Apostolicis manibus, cùm Eccle„siæ universalis assensu, acie meruit Euange„licæ falcis abscindi, vigorem non potest sumere renascendi". Et alius item: Z. Cun„ctis hæresibus, quæ se vel nobis meliùs sen„tire prætendunt, resumendi vires, atque in „ usus pristinos resurgendi latus campus ape„ritur, si semel quod à Majoribus Nostris „ est dispositum, quâlibet occasione pulsetur". Et alius item: A. Nobis nullum fas est inire „ certamen cum hominibus communionis „ alienæ, divinâ Scripturâ prædicante, *Hæreti„cum hominem post primam & secundam correptionem devita*". Clamant Concilia: B. Si quis re„tractat (*Synodaliter definita*) anathema sit: si „ quis super illa inquirit, anathema sit. Male„dictus qui addit, maledictus qui aufert, maledictus qui innovat". Clamant Imperatores: C. Verè impius atque sacrilegus est, qui post tot „ Sacerdotum sententiam, opinioni suæ aliquid „ tractandum relinquit. Extremæ quippè de„mentiæ est, in medio & perspicuo die com„mentitium lumen inquirere: quisquis enim „ post veritatem repertam aliquid ulteriùs discutit, mendacium quærit". Et iterum: D. O ra„bida furoris audacia! Sicut in caussis Gentium „ fieri solet, Appellationem interposuerunt". Ex quibus omnibus, alijsque innumeris quæ in toto hujus libri decursu cumulata sunt, luculentè conficitur, *Provocantios* nostros & vana prætendere, & prava defendere, & sana impugnare: peremptorumque armis discordiam foventes, & revisionem malæ causæ poscentes, dictis divinis, atque humanis constitutionibus rebellare. Quorum tamen dum adhuc in vitæ hujus stadio sunt, etsi detestanda sit præsumptio, non tamen desperanda correctio. Quamvis enim disputationibus reduci propter pertinaciam non possint, orationibus tamen nostris emolliri per eum possunt *Qui potens est de lapidibus suscitare filios Abrahæ.* Quod donec ei libuerit, nobis eodem inspirante sit studium, quietâ modestâque patientiâ odijs dilectionem rependere, & damnatorum vitare conflictus: veritatem non deserere, nec cum falsitate certare.

Marginal notes: Prov 26.4. — Mal. 2. 7. — Osee 4.4. — Mat. 18 17. — Mat 15. 14. — Tit. 3.10. & 11. — 2. Io. v. 10. — O. Tertull. suprà c. 24. §. 81. — P. August. suprà c. 21. § 71. — Q. Athan. suprà c. 26. § 87. — R. Basil. sup. c. 27. §. 88. — S. Nazian. ibid. — T. Cyrillus Alex. ibid. — Prov. 23. 9. — V. Ambros. ibid. §. 89. — W Vide sup c. 21. §. 71. — X Leo sup c. 29. § 94. — Y. Simplic. Papa suprà c. 31. §. 100 — Z. Felix III sup. ibid. §. 101. — A. Gelas. Papa suprà c. 33. §. 109 — B. Synodus Chalced. suprà c. 57. §. 187. — C. Martian. Imper. sup. c. 28. §. 92. — D. Constan. Magnus sup. c. 74. §. 241. — Matt. 3. 9.

FINIS.

INDEX LOCORVM S. SCRIPTVRÆ

Hoc Libro citatorum.

Genesis.

CAp. 1. vers. 28. *Crescite & multiplicamini.* Capite 46. Paragrapho 148.
C. 3. v. 1. *Serpens erat callidior cunctis animantibus terræ.* c. 11. 33.
V. 5. *Aperientur oculi vestri, & eritis sicut Dij, scientes bonum & malum.* c. 9. 29. c. 13. 41.
V. 20. *Mater cunctorum viventium* c. 3. 9
C. 4. v. 8. *Consurrexit Cain adversus fratrem suum Abel, & interfecit eum* c. 8. 23
V. 24. *Septuplum ultio dabitur de Cain: de Lamech verò septuagies septies* c. 18. 59
C. 9. v. 19. *Tres isti filij sunt Noë: & ab his disseminatum est omne Genus hominum super universam terram* c. 3. 10
V. 22. *Quod cùm vidisset Cham nuntiavit duobus fratribus suis* c. 6. 19. c. 75. 242.
V. 23. *Operuerunt verenda Patris sui: faciesq; eorum aversæ erant* c. 75. 242
C. 11. v. 1. *Erat terra labii unius & sermonum eorundem* c. 15. 49
V. 4. *Celebremus nomen nostrum* c. 14. 44. 48
V. 7. *Venite, descendamus & confundamus ibi linguam eorum* c. 17. 58.
V. 9. *Vocatum est nomen eius Babel, quia ibi confusum est labium universæ terræ* c. 9. 26.
C. 16. v. 9. *Revertere ad dominam tuam, & humiliare sub manu illius* c. 18. 61. c. 60. 195.
C. 21. v. 10. *Ejice ancillam hanc, & filium eius: non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Isaac* c. 70. 228
C. 27. v. 41. *Venient dies luctûs patris mei, & occidam Iacob fratrem meum* c. 8. 23.
C. 37. v. 4. *Oderant eum, nec poterant ei quidquam pacificè loqui* ibid.
C. 49. v. 7. *Maledictus furor eorum, quia pertinax: & indignatio eorum, quia dura* c. 13. 41
C. 50. v. 20. *Vos cogitastis de me malum, sed Deus vertit illud in bonum* c. 37. 120

Exodus.

CAp. 8. v. 6 *Ascenderunt ranæ* c. 35. 116
V. 17. *Percussit pulverem terræ, & facti sunt sciniphes* c. 6. 18
V. 19. *Digitus Dei est hic* ibid.
C. 20. v. 7. *Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum* c. 35. 116
V. 8. *Diem Sabbathi sanctifices* c. 6. 18.
C. 23. v. 8. *Nec accipies munera, quæ etiam excæcant prudentes, & subvertunt verba iustorum* c. 62. 200
C. 33. v. 19. *Miserebor cui voluero, & clemens ero in quem mihi placuerit* c. 23. 76

Leviticus.

CAp. 24. v. 19. *Qui irrogaverit maculam cuilibet civium suorum: sicut fecit, sic fiet ei* c. 18. 59
V. 20. *Qualem inflixerit maculam, talem sustinere cogetur* ibid.

Numeri.

CAp. 11. v. 12. *Porta eos in sinu tuo sicut portare solet nutrix infantulum* c. 18. 60
C. 12. v. 3. *Moyses vir mitissimus* c. 5. 16
C. 16. v. 7. *Multùm erigimini filij Levi* c. 6. 17

Deuteronomium.

CAp. 9. v. 10. *Scriptas digito Dei* c. 6. 18
C. 13. v. 6. & seqq. *Si tibi voluerit persuadere frater tuus filius matris tuæ aut filius tuus* &c. c. 5. 16
C. 17. v. 8. & seqq. *Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris* &c. c. 76. 247
C. 25. v. 5. *Suscitabit semen fratris sui* c. 14. 48
V. 6. *Primogenitum ex ea filium nomine illius appellabit.* ibid.
C. 28. v. 28. 29. *Percutiat te Dominus amentiâ & cæcitate ac furore mentis, & palpes in meridie* &c. c. 62 201
C. 32. v. 7. *Interroga Patrem tuum, & annuntiabit tibi; maiores tuos, & dicent tibi.* c. 33. 108

Iosue.

CAp. 6. v. 17. *Sit civitas hæc anathema* c. 77. 248
V. 20. *Clangentibus tubis muri corruerunt.* ibid.
V. 25. *In tempore illo, imprecatus est Iosue, dicens: maledictus vir coram Domino, qui suscitaverit & ædificaverit civitatem Iericho.* ibid.
V. 26. *In primogenito suo fundamenta illius iaciat, & in novissimo liberorum ponat portas eius.* ibid.

Judices.

Iudices.

CAp. 1. v. 7. *Sicut feci, ita reddidit mihi Deus.* c. 18. 59. 60.

C. 15. v. 11. *Sicut fecerunt mihi, sic feci eis.* c. 16. 53. c. 18. 59.

Ruth.

CAp. 1. v. 16. *Deus tuus Deus meus.* c. 39. 127.

I. Regum.

CAp. 5. v. 2. *Tulerunt Philisthiim Arcam Dei, & intulerunt eam in templum Dagon, & statuerunt eam iuxta Dagon.* c. 77. 248.

C. 8. v. 7. *Non te abiecerunt, sed me.* c. 20. 65.

C. 11. v. 2. *Eruam omnium vestrûm oculos dextros.* c. 13. 40.

C. 13. v. 19. *Caverant Philisthiim, ne fortè facerent Hebræi gladium aut lanceam.* c. 51. 163.

V. 22. *Cùmq́; venisset dies prælij, non est inventus ensis & lancea in manu totius populi.* ibid.

C. 15. v. 17. *Nonne cùm parvulus esses in oculis tuis caput in tribubus Israël factus es?* c. 72. 233

C. 17. v. 3. *Philisthiim stabant super montem ex parte hac, & Israël stabat supra montem ex altera parte.* c. 8. 25

V. 8. 9. *Eligite ex vobis virum, & descendat ad singulare certamen: si quiverit pugnare mecum & percusserit me, erimus vobis servi* &c. ibid. & c. 76. 245.

V. 10. *Ego exprobravi agminibus Israël hodie: date mihi virum & ineat mecum singulare certamen.* c. 8. 25. c. 21. 70.

III. Regum.

CAp. 10. v. 1. *Regina Saba, audita fama Salomonis venit tentare eum in ænigmatibus.* c. 36. 118. c. 39. 127

V. 9. *Sit Dominus Deus tuus benedictus.* c. 39. 127.

C. 11. v. 31. 32. *Ecce ego scindam regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decem tribus: porrò una tribus remanebit ei.* c. 17. 58.

C. 12. v. 17. *Super filios Israël, quicunque habitabant in civitatibus Iuda, regnavit Roboam.* ibid.

V. 26. & seqq. *Dixit Ieroboam in corde suo: Nunc revertetur regnum ad Domum David, si ascenderit populus iste* &c. c. 8. 25.

C. 18. v. 23. 24. *Dentur nobis duo boves, & illi eligant sibi bovem unum, & in frusta cedentes, ponant super ligna, ignem autem non supponant.* &c. c. 37. 121.

V. 39. *Quod cùm vidisset omnis populus, cecidit in faciem suam, & ait: Dominus ipse est Deus.* ibid.

IV. Regum.

CAp. 17. v. 22. 23. *Ambulaverunt filij Israël in universis peccatis Ieroboam, quæ fecerat & non recesserunt ab eis, usquequo* &c. c. 8. 25.

Tobias.

CAp. 1. v. 6. *Pergebat in Ierusalem ad templum Domini* c. 46. 148.

C. 2. v. 13. *Cùm ab infantia sua semper Deum timuerit, & mandata eius custodierit.* ibid.

C. 3. v. 16. *Tu scis Domine, quia nunquam concupivi virum, & mundam servavi animam meam ab omni concupiscentia.* ibid.

Judith.

CAp. 8. v. 6. *Ieiunabat omnibus diebus vitæ suæ, præter Sabbatha, & Neomenias, & festa domus Israël.* ibid.

C. 16. v. 26. *Ita ut non cognosceret virum omnibus diebus vitæ suæ, ex quo defunctus est Manasses vir eius* ibid.

V. 31. *Dies victoriæ huius festivitatis, ab Hebræis in numero sanctorum dierum accipitur, & colitur à Iudæis* ibid.

Esther.

CAp. 10. v. 13. *Observabuntur dies isti in mense Adar, quartadecimâ & quintadecimâ die eiusdem mensis cum omni gaudio* &c. ibid.

Job.

CAp. 2. v. 11. *Condixerant ut pariter venientes visitarent eum* c. 36. 118. c. 39. 127.

C. 8. v. 13. *Spes hypocritæ peribit* c. 13. 40.

Psalterium.

PSal. 4. v. 5. *Irascimini & nolite peccare.* c. 5. 16

Psal. 5. v. 8. *Virum sanguinum & dolosum abominabitur Dominus* c. 25. 83.

P. 10. v. 3. *Ecce peccatores intenderunt arcum, paraverunt sagittas suas in pharetra, ut sagittent in obscuro rectos corde* c. 10. 32. c. 24. 79

P. 17. v. 44. 45. *Constitues me in caput gentium. Populus, quem non cognovi, servivit mihi* c. 72. 233.

V. 46. *Filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni inveterati sunt* c. 29. 94. c. 71. 232.

P. 26. v. 9. *Adiutor meus esto* c. 48. 155.

P. 27. v. 7. *Ex voluntate mea confitebor ei* c. 51. 165.

P. 30. v. 12. *Qui videbant me, foras fugerunt à me* c. 24. 80.
V. 24. *Retribuet abundanter facientibus superbiam* c. 18. 59.
P. 38. v. 2. 3. *Posui ori meo custodiam, cùm consisteret peccator adversùm me. Obmutui, & humiliatus sum, & silui à bonis* c. 27. 88.
P. 40. v. 5. *Ego dixi: Domine miserere mei, sana animam meam, quia peccavi tibi* c. 19. 62.
P. 45. v. 11. *Vacate, & videte quoniam ego sum Deus* c. 6. 18.
P. 48. v. 12. *Vocaverunt nomina sua in terris suis* c. 14. 47.
V. 13. *Comparatus est iumentis insipientibus & similis factus est illis* c. 11. 33.
P. 53. v. 8. *Voluntariè sacrificabo tibi* c. 51. 165.
P. 54. v. 19. *Redimet in pace animam meam, ab his qui appropinquant mihi: quoniam inter multos erant mecum* c. 7. 20. c. 18. 60.
P. 57. v. 5. 6. *Sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas, quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis sapienter* c. 24. 79. c. 60. 195
P. 63. v. 7. *Defecerunt scrutantes scrutinio* c. 76. 247
P. 67. v. 32. *Gentes quæ bella volunt* c. 6. 19
P. 68. v. 5. *Oderunt me gratis* c. 3. 7
P. 71. v. 3. *Suscipiant montes pacem populo, & colles iustitiam* c. 14. 48.
P. 72. v. 2. *Effusi sunt gressus mei* c. 14. 45.
V. 9. *Posuerunt in Cælum os suum* c. 9. 26.
V. 12. *Ecce ipsi peccatores, & abundantes in sæculo, obtinuerunt divitias* c. 51. 165
P. 77. v. 49. *Immissiones per angelos malos* c. 6. 18
P. 78. v. 12. *Redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: improperium ipsorum, quod exprobraverunt tibi Domine* c. 18. 59. 60
P. 80. v. 10. *Deus recens* c. 12. 37.
V. 12. 13. *Non audivit populus meus vocem meam: & Israel non intendit mihi. Et dimisi eos* &c. c. 62 201.
P. 81. v. 1. *Deus stetit in synagoga Deorum: in medio autem Deos diiudicat* c. 74. 241
V. 6. *Ego dixi: Dii estis, & filij Excelsi omnes* c. 12. 37.
P. 84. v. 7. *Deus tu conversus vivificabis nos* c. 75 243
P. 90. v. 11. *Angelis suis Deus mandavit de te* c. 60 194
V. 12. *Ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum* ibid
V. 13. *Conculcabis leonem & draconem* c. 10. 30
P. 93. v. 19. *Secundùm multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificaverunt animam meam* c. 5. 14. c. 29. 95
P. 119. v. 5. *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est: habitavi cum habitantibus Cedar* c. 7. 22
P. 121. v. 3. *Civitas, cuius paticipatio eius in idipsum* c. 15. 49.
P. 132. v. 1. *Ecce quàm bonum, & quàm iucundum, habitare fratres in unum* c. 2. 6
P. 138. v. 19. *Viri saguinum declinate à me* c. 25 83.
V. 20. *Civitates tuas* ibid
P. 139. v. 4. *Acuerunt linguas suas sicut serpentis* c. 11. 33.
P. 149. v. 8. *Ad alligandos Reges eorum in compedibus* c. 17. 57

Proverbia.

CAP. 2. v. 13. *Qui relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebrosas* c. 14. 45.
V. 19. *Omnes qui ingrediuntur ad eam non revertentur, nec apprehendent semitas vitæ* c. 24. 79
C. 3. v. 7. *Ne sis sapiens apud temetipsum* c. 35. 114.
C. 4. v. 27. *Ne declines ad dexteram, neque ad sinistram* c. 48. 154.
C. 6. v. 12. & seqq. *Homo apostata, vir inutilis, graditur ore perverso, annuit oculis, terit pede* &c. c. 3. 8
C. 8. v. 35. *Præparatur voluntas à Domino* c. 48 155
C. 9. v. 9. *Da sapienti occasionem, & addetur ei sapientia* c. 29. 96
V. 17. *Aquæ furtivæ dulciores sunt, & panis absconditus suavior* c. 13. 41.
C. 10. v. 12. *Odium suscitat rixas, & universa delicta operit charitas* c. 34. 110
C. 16. v. 18. *Ante ruinam exaltatur spiritus* c. 13 43
V. 27. *Vir impius fodit malum, & in labijs eius ignis ardescit* c. 26. 85
C. 17. v. 2. *Servus sapiens dominabitur filijs stultis* c. 29. 96
V. 4. *Malus obedit linguæ iniquæ, & fallax obtemperat labijs mendacibus* c. 26. 85
C. 18. v. 19. *Frater, qui adiuvatur à fratre, quasi civitas firma* c. 1. 3
C. 22. v. 28. *Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui* c. 33. 108
C. 23. v. 9. *In auribus insipientium ne loquaris, quia despicient doctrinam eloquij tui* c. 26. 86. c. 27 88
C. 26. v. 4. *Ne respondeas stulto iuxta stultitiam suam, ne efficiaris ei similis* c. 22. 73.
V. 5. *Responde stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiens esse videatur* ibid.
V. 16. *Sapientior sibi videtur piger septem viris loquentibus sententias* c. 62. 201.
C. 30. v. 15. *Sanguisugæ duæ sunt filiæ, dicentes: Affer, Affer. Tria sunt insaturabilia, & quartum, quod nunquam dicit: Sufficit* c. 77. 250.

Eccle-

Ecclesiastes.

CAp. 1. v. 15. *Perversi difficilè corriguntur.* c. 22. 75.
C. 3. v. 7. *Tempus tacendi.* c. 25. 83.
C. 4. v. 12. *Funiculus triplex difficilè rumpitur.* c. 1. 3.
C. 7. v. 14. *Considera opera Dei, quod nemo possit corrigere quem ille despexerit.* c. 22. 75.
V. 30. *Quis talis ut sapiens est, & quis cognovit solutionem verbi?* c. 59. 191.
C. 10. v. 1. *Muscæ morientes perdunt suavitatem unguenti.* c. 75. 242.
V. 12. 13. *Labia insipientis præcipitabunt eum: initium verborum eius stultitia, & novissimum oris illius error pessimus.* c. 22. 73.
V. 15. *Labor stultorum affliget eos.* ibid.
C. 12. v. 11. *Verba sapientium sicut stimuli, & quasi clavi in altum defixi, quæ per magistrorum consilium data sunt à Pastore uno.* c. 30. 97.
V. 12. *His ampliùs fili mi ne requiras. Faciendi plures libros nullus est finis.* ibid.

Cantica.

CAp. 4. v. 12. *Hortus conclusus, fons signatus.* c. 28. 92.
C. 6. v. 8. *Vna est columba mea, perfecta mea, una est matris suæ, electa genetrici suæ.* c. 67. 219

Sapientia.

CAp. 1. v. 1. *Sentite de Domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illum:* c. 30. 99
C. 2. v. 21. *Excæcavit illos malitia eorum.* c. 62. 200.
C. 4. v. 11. *Raptus est ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius.* c. 34. 110.
C. 5. v. 16. *Apud Dominum est merces eorum.* c. 46. 149.
C. 7. v. 16. *In manu illius, & nos, & sermones nostri, & omnis sapientia, & operum scientia & disciplina.* c. 41. 134.
C. 9. v. 17. *Sensum tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam, & miseris Spiritum Sanctum tuum de altissimis.* c. 5. 15.
C. 11. v. 17. *Per quæ peccat quis, per hæc & torquetur.* c. 18. 59. 60.

Ecclesiasticus.

CAp 2. v. 15. *Væ dissolutis corde, qui non credunt Deo: & ideò non protegentur ab eo.* c. 29. 94.
C. 3. v. 22. & seqq. *Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris* &c. c. 35. 114.
C. 5. v. 13. *Esto mansuetus ad audiendum verbum, ut intelligas.* c. 6. 18.
C. 7. v. 3. *Non semines mala in sulcis iniustitiæ, & non metes ea in septuplum.* c. 18. 59. 60.
C. 8. v. 17. *Non iudices contra Iudicem, quoniam secundùm quod iustum est iudicat.* c. 65. 214. c. 77. 250
C. 10. v. 15. *Initium omnis Peccati superbia* c. 12. 39.
C. 13. v. 1. *Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea.* c. 35. 116.
C. 15. v. 16. & seqq. *Si volueris mandata servare conservabunt te, & in perpetuum fidem placitam facere. Apposuit tibi* &c. c. 46. 149.
C. 16. v. 15. *Omnis misericordia faciet locum unicuique secundùm meritum operum suorum.* ibid.
C. 19. v. 2. *Vinum & mulieres apostatare faciunt sapientes.* c. 14. 45.
V. 21. *Melior est homo qui minuitur sapientia, & deficiens sensu in timore, quàm qui abundat sensu, & transgreditur legem.* c. 35. 114
C. 25. v. 1. 2. *In tribus placitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo & hominibus: Concordia fratrum* c. 2. 5
V. 22. *Non est caput nequius super caput colubri* c. 11 33
C. 27. v. 12. *Stultus sicut Luna mutatur* c. 58. 189
C. 28. v. 28. *Sepi aures tuas spinis, linguam nequam noli audire* c. 26. 85
C. 32. v. 6. *Vbi auditus non est, non effundas sermonem* c. 27. 90
C. 35. v. 21. *Oratio humiliantis se, nubes penetrabit* c. 23. 76.
C. 39. v. 21. *Opera Domini universa bona valdè* 78
C. 40. v. 1. *Iugum grave super filios Adam* c. 7. 21.

Isaias.

CAP. 6. v. 10. *Excæca cor populi huius, & aures eius aggrava, & oculos eius claude: ne fortè videat* &c. c. 62. 201.
C. 7. v. 8. *Caput Damasci Rasin.* c. 72. 233.
V. 9. *Caput Samariæ filius Romeliæ.* ibid.
C. 9. v. 6. *Princeps Pacis.* c. 3. 7. c. 4. 11
Ibid. juxta 70. *Magni consilij Angelus.* c. 18. 61.
C. 14 v. 4. *Contra Regem Babylonis.* c. 9. 26.
V. 21. *Præparate filios eius occisioni in iniquitate patrum suorum.* c. 51. 165.
C. 22. v. 3. *Cuncti Principes tui fugerunt simul, duréque ligati sunt* c. 24. 79
C. 28. v. 19. *Vexatio intellectum dabit auditui* c. 29. 96.
c. 32. 106.
V. 20. *Coangustatum est stratum ita ut alter decidat & pallium breve utrumque operire non potest.* c. 32. 106
C. 29. v. 11. *Verba libri signati, quem cùm dederint scienti litteras, dicent: Lege istum: & respondebit: Non possum, signatus est enim* c. 59. 191.

C. 30. v. 10. *Qui dicunt videntibus, nolite videre; & aspicientibus, nolite aspicere nobis ea quæ recta sunt; loquimini nobis placentia, videte nobis errores* c. 11 35
C. 32. v. 6. *Stultus fatua loquetur, & cor eius faciet iniquitatem* c. 26. 87
C. 33. v. 1. *Væ qui prædaris, nonne & ipse prædaberis? & qui spernis, nonne & ipse sperneris?* c. 18. 60.
C. 36. v. 21. *Siluerunt & non responderunt ei verbum: mandaverat enim Rex dicens, ne respondeatis ei* c. 27. 88
C. 40. v. 6. & seqq. *Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos agri. Exicatum est fœnum* &c. c. 48. 156.
V. 11. *Sicut pastor gregem suum pascet: in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo levabit* c. 18. 60
C. 45. v. 7. *Ego Dominus creans malum* c. 23. 78.
C. 48. v. 22. *Non est pax impijs, dicit Dominus* c. 24. 79
C. 53. v. 10. *Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longævum* c. 20. 67.
C. 56. v. 10. *Canes muti* c. 5. 16.
C. 59. v. 21. *Spiritus meus qui est in te, & verba mea quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore seminis tui, & de ore seminis seminis tui, dicit Dominus, amodo & usque in sempiternum* c. 20 67. 68
C. 63. v. 3. *Torcular calcaui solus, & de gentibus non est vir mecum* c. 7. 22
C. 66. v. 2. *Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum, & contritum spiritu, & trementem sermones meos?* c. 6. 18

Hieremias.

CAP. 2. v. 13. *Cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas* c. 28. 92
C. 3. v. 14. *Convertimini filij revertentes, dicit Dominus* c. 54. 172
C. 4. v. 22. *Sapientes sunt ut faciant mala; benè autem facere nescierunt* c. 13. 40
C. 8. v. 4. *Hæc dicit Dominus, nunquid qui cadit non resurget?* c. 54. 172
C. 9. v. 5. *Docuerunt linguam suam loqui mendacium; ut iniquè agerent, laboraverunt* c. 21. 69.
C. 10. v. 23. *Scio Domine quia non est hominis via eius, nec viri est ut ambulet & dirigat gressus suos* c. 48. 155
C. 17. v. 11. *Perdix fovit quæ non peperit: fecit divitias, & non in iudicio* c. 6. 19
C. 18. v. 6. *Sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea, Domus Israel* c. 49. 159.
C. 31. v. 33. *Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam* c. 20. 68

Threni.

CAp. 4. v. 1. *Dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum* c. 13. 40.

Baruch.

CAp. 2. v. 31. *Dabo eis cor, & intelligent; aures, & audient* c. 22. 75
C. 4. v. 1. 2. *Hic liber mandatorum Dei, & Lex quæ est in æternum: omnes qui tenent eam, pervenient ad vitam; qui autem dereliquerunt eam, in mortem. Convertere* &c. c. 46. 149.

Ezechiel.

CAp. 13. v. 5. *Non ascendistis ex adverso, neque opposuistis murum pro domo Israël, ut staretis in prælio in die Domini* c. 5. 16.
V. 18. *Consuunt pulvillos sub omni cubito manus, & faciunt cervicalia sub capite universæ ætatis ad capiendas animas* c. 20. 66. c. 21. 70
C. 15. v. 2. *Quid fiet de ligno vitis?* c. 27. 90
C. 33. v. 11. *Nolo mortem impij, sed ut convertatur impius à via sua, & vivat* c. 54. 172. c. 70. 228

Daniel.

CAp. 3. v. 96. *Lingua quæcunque locuta fuerit blasphemiam contra Deum Sidrach, Misach, & Abdenago, dispereat, & domus eius vastetur* c. 32. 106
C. 11. v. 45. *Veniet usque ad summitatem eius, & nemo auxiliabitur ei* c. 17. 57.
C. 12. v. 4. *Plurimi pertransibunt & multiplex erit scientia* c. 40. 133

Osee.

CAp. 10. v. 2. *Divisum est cor eorum, nunc interibunt: ipse confringet simulachra eorum, & depopulabitur aras eorum* c. 14. 47.
C. 14. v. 10. *Quis sapiens, & intelliget ista: intelligens, & sciet hæc?* c. 59. 191.

Joel.

CAp. 1. v. 17. *Computruerunt iumenta in stercore suo* c. 71. 232.

Amos.

CAp. 4. v. 11. *Torris raptus ab incendio* c. 15. 5
C. 6. v. 1. *Optimates capita populorum* c. 72. 233.

Abdias.

VErs. 7. *Viri fœderis tui illuserunt tibi: invaluerunt adversum te viri pacis tuæ: qui comedunt tecum, ponent insidias subtus te* c. 18. 60
V. 15. *Sicut fecisti, fiet tibi: retributionem tuam convertet in caput tuum* ibid.

Michæas

Michæas.

CAP. 2. v. 7. *Verba mea bona sunt cum eo* c. 20 66

Aggæus.

CAP. 2. v. 12. 13. *Interroga Sacerdotes legem, dicens: si tulerit Homo carnem sanctificatam &c. nunquid sanctificabitur?* c. 7. 21
V. 14. *Si tetigerit pollutus in anima ex omnibus his, nunquid contaminabitur?* ibid.

Zacharias.

CAP. 5. v. 6. *Hæc est oculus eorum in universa terra* c. 13. 40.
V. 7. *Talentum plumbi portabatur, & ecce mulier una sedens &c. Hæc est impietas* ibid.

Malachias.

CAP. 1. v. 2. *Dilexi Iacob, Esau autem odio habui* c. 70. 228
C. 3. v. 6. *Ego Dominus & non mutor* c. 34. 112.

Machabæorum I.

CAP. 2. v. 19. & seqq. *Etsi omnes Gentes Regi Antiocho obediunt ut discedat unusquisque à servitute legis patrum suorum, & consentiat mandatis eius: ego & filij mei &c.* c. 31. 103
C. 4. v. 59. *Statuit universa Ecclesia Israel, ut agatur dies dedicationis altaris in temporibus suis, ab anno in annum, per dies octo* c. 46. 148

Machabæorum II.

CAP. 12. v. 43. *Misit Hierosolymam offerri pro peccatis mortuorum sacrificium* ibid.
C. 15. v. 17. 18. *Statuerunt dimicare & confligere fortiter, ut virtus de negotijs iudicaret; eo quod Civitas sancta & Templum periclitarentur: erat enim pro uxoribus & filijs &c.* c. 8. 24.

Matthæus.

CAP. 5. v. 9. *Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur* c. 3. 8. c. 4. 11
V. 13. *Si sal evanuerit, in quo salietur?* c. 27. 90
V. 44. *Orate pro persequentibus, & calumniantibus vos* c. 23 76. 77. c. 72. 233
C. 6. v. 9. *Sic vos orabitis: Pater noster, qui es in cælis* c. 4. 11. c. 48. 154
V. 13. *Sed libera nos à malo* c. 48. 154
C. 7. v. 2. *In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis* c. 18. 59
V. 6. *Nolite sanctum dare canibus; neque mittatis margaritas vestras ante porcos* c. 27. 88. c. 29. 94
V. 7. *Quærite, & invenietis* c. 9. 28. c. 61. 198.
V. 8. *Qui petit accipit, & qui quærit invenit, & pulsanti aperietur* c. 20. 67
V. 14. *Arcta via est quæ ducit ad vitam* c. 15. 50
V. 15. *Attendite à falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium intrinsecus autem sunt lupi rapaces* c. 25. 82. c. 63. 207. c. 70. 227
V. 16. *A fructibus eorum cognoscetis eos* c. 25. 82
V. 24. *Assimilabitur viro sapienti, qui ædificavit domum suam supra petram* c. 22. 73
V. 26. *Similis erit viro stulto, qui ædificavit domum suam super arenam* ibid.
C. 8. v. 11. *Ab Occidente venient, & recumbent cum Abraham & Isaac & Iacob in regno Cælorum* c. 20 65.
C. 10. v. 16. *Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ* c. 11. 33
C. 11. v. 21. *Væ tibi Corozain, væ tibi Bethsaida: quia si in Tyro & Sidone facta essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere pænitentiam egissent* c. 38. 126
V. 25. *Abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus* c. 59. 191
C. 12. v. 25. *Omne regnum divisum contra se, desolabitur* c. 70. 227.
V. 26. *Si satanas satanam eijcit* c. 37. 120
V. 28. *In Spiritu Dei* c. 6. 18
V. 30. *Qui non est mecum, contra me est: & qui non congregat mecum spargit* c. 44. 143. c. 70. 227 228
V. 31. *Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus, Spiritus autem blasphemia non remittetur* c. 70 228
V. 32. *Qui dixerit contra Spiritum S.* ibid.
V. 34. *Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui cum sitis mali?* c. 22. 74
V. 45. *Fiunt novissima hominis illius peiora prioribus* ibid.
C. 13. v. 24. *Simile factum est regnum cælorum homini qui seminavit bonum semen in agro suo* c. 3. 7. c. 38. 125
V. 25. *Cum dormirent homines, venit inimicus eius, & superseminavit zizania in medio tritici* c. 3. 7. c. 10 30. 31. c. 31. 101
V. 28. *Inimicus homo hoc fecit* c. 3. 8
V. 34. *Locutus est Iesus in parabolis* c. 59. 191
V. 39. *Zizania, filij sunt nequam* c. 10. 30.
C. 15. v. 9. *Sine causa colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum* c. 50. 161
V. 14. *Sinite illos, cæci sunt & duces cæcorum: cæcus autem si cæco ducatum præstet, ambo in foveam cadunt.* c. 24 80. c. 26. 85
C. 16. v. 16. *Tu es Christus filius Dei vivi* c. 33. 107.

V. 18

V. 18. *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam* c. 29. 94. c. 32. 105. c. 62. 219 c. 69. 224. c. 70. 229. c. 77. 250.

Ibid. *Portæ inferi non prævalebunt adversùs eam* c. 27. 88. c. 28. 92. c. 65. 214. c. 67. 219. c. 77. 250

V. 19. *Tibi dabo claves regni cælorum: & quodcunque ligaveris super terram erit ligatum* &c. c. 67. 219.

C. 17. v. 19. *Si habueritis fidem sicut granum sinapis* c. 35. 114.

C. 18. v. 7. *Necesse est ut veniant scandala: veruntamen væ homini illi per quem scandalum venit* c. 6. 17.

V. 15. *Corripe eum* c. 24. 80

V. 16. *Adhibe tecum adhuc unum vel duos.* 81

V. 17. *Si Ecclesiam non audierit sit tibi sicut ethnicus & publicanus* c. 18. 61. c. 23. 76. 77. c. 26. 85. & sparsim seqq. capp.

V. 18. *Quæcunque alligaveritis super terram erunt ligata & in cælo, & quæcunque solveritis super terram erunt soluta & in cælo* c. 54. 174. c. 72. 235.

V. 19. *Si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcunque petierint, fiet illis* c. 2. 6. c. 67. 218.

V. 20. *Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum* c. 2. 6

C. 19. v. 17. *Si vis ad vitam ingredi serva mandata* c. 46 149

V. 28. *Sedebitis super sedes duodecim iudicantes duodecim Tribus Israel* c. 57. 181

C. 22. v. 16. *Magister scimus quia verax es & viam Dei in veritate doces* &c. c. 71. 232. c. 72. 235

V. 17. *Licet censum dare Cæsari, an non?* c. 72. 235.

V. 18. *Cognitâ Iesus nequitiâ eorum ait, quid me tentatis hypocritæ?* c. 71. 232

V. 21. *Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo* c. 72. 235. c. 73. 236. c. 76. 246. c. 77 249

V. 39. *Diliges proximum tuum sicut teipsum* c. 12. 39.

C. 23. v. 2. *Super cathedram Moysi sederunt* c. 33. 107

V. 3. *Quæcunque dixerint vobis servate & facite: secundùm verò opera eorum nolite facere, dicunt enim & non faciunt* ibid, & c. 75. 244.

V. 8. *Omnes vos fratres estis* c. 4 11

V. 9. *Vnus est Pater vester, qui in cælis est* ibid.

V. 29. & seqq. *Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui ædificatis sepulchra Prophetarum, & ornatis monumenta iustorum, & dicitis* &c. c. 43. 138.

C. 24. v. 15. *Cùm videritis abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele Propheta, stantem in loco sancto* c. 16. 54. c. 50. 162

C. 26. v. 24. *Bonum erat ei si natus non fuisset* c. 49 159

V. 26. *Hoc est corpus meum* c. 20. 68

V. 28. *Bibite ex hoc omnes* c. 55. 175

Marcus.

CAp. 3. v. 12. *Clamabant dicentes: Tu es filius Dei* c. 47. 153.

V. 23. *Quomodo potest satanas satanam eijcere* c. 37. 120

C. 4. v. 24. *In qua mensura mensi fueritis remetietur vobis, & adijcietur vobis* c. 18. 59. 60

C. 7. v. 7. *In vanum me colunt docentes doctrinas & præcepta hominum* c. 60. 193

V. 9. *Irritum facitis Præceptum Dei, ut Traditionem vestram servetis* c. 35. 114

C. 9. v. 49. *Pacem habete inter vos* c. 4. 11.

Lucas.

CAp. 1. v. 51. *Fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbos mente cordis sui* c. 77. 248.

C. 5. v. 3. *Ascendens in unam navim, quæ erat Simonis, rogavit eum à terra reducere pusillùm* c. 72. 235

V. 4. *Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam* ibid.

C. 6. v. 38. *Mensuram bonam, & confertam, & coagitatam, & supereffluentem* c. 18. 59

C. 7. v. 31. 32. *Cui similes dicam homines generationis huius? & cui similes sunt? Similes sunt* &c. c. 74. 240

C. 8. v. 8. *Qui habet aures audiendi audiat* c. 22. 75

V. 11. *Semen est verbum Dei* c. 38. 125.

C. 10. v. 3. *Ego mitto vos sicut agnos inter lupos* c. 27. 89

V. 16. *Qui vos audit me audit, & qui vos spernit me spernit: qui autem me spernit, spernit eum qui misit me* c. 34. 110 c. 72. 235

V. 30. & seqq. *Homo quidam descendebat ab Hierusalem in Hiericho* &c. c. 27. 89

C. 11. v. 17. *Omne regnum in seipsum divisum desolabitur* c. 9. 27.

V. 20. *In digito Dei* c. 6. 18

V. 21. *Fortis armatus custodit atrium suum* c. 9. 26.

C. 12. v. 32. *Pusillus grex* c. 2. 4

V. 35. *Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris* c. 55. 176

C. 14. v. 11. *Omnis qui se exaltat humiliabitur* c. 13. 43

C. 16. v. 31. *Neque si quis ex mortuis resurrexit credent* c. 35. 116

C. 17. v. 37 *Vbicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ* c. 28. 92

C. 18. v. 11. *Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut cæteri hominum: raptores, iniusti, adulteri: velut etiam hic publicanus* c. 19. 62

C. 20. v. 20. *Insidiatores* c. 71. 232

V. 47. *Qui devorant domos viduarum* c. 12. 37.

C. 22. v. 32. *Ego rogavi pro te ut non deficiat fides tua: & tu aliquando conversus confirma fratres tuos* c. 33. 107. c. 62. 205. c. 70. 229. c. 72. 235. c. 75. 244.

C. 24. v. 45. *Aperuit illis sensum ut intelligerent Scripturas* c. 20. 67

Joannes.

CAp. 1. v. 3. *Omnia per ipsum facta sunt.* c. 76. 247

V. 5. *Lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt.* c. 7. 22.

V. 13 *Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri sed ex Deo nati sunt* c. 4. 11

V. 14. *Verbum caro factum est* c. 14. 46.

V. 29. *Qui tollit peccatum mundi* c. 25. 82

C. 3. v. 13. *Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo* c. 2. 5

V. 17. *Non misit Deus filium suum in Mundum ut iudicet Mundum, sed ut salvetur Mundus per ipsum* c. 48. 156

C. 6. v. 29. *Hoc est opus Dei ut credatis in eum* c. 49. 159

V 38. *Descendi de Cælo non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me* c. 4. 11

V. 54. *Nisi manducaveritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis* c. 24. 80

V. 61. *Durus est hic sermo, & quis potest eum audire?* ibid.

V. 64. *Verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt* c. 22. 75.

V. 65. *Sed sunt quidam ex vobis qui non credunt.* ibid.

V. 66. *Dixi vobis, quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à Patre meo.* ibid.

V. 67 *Ex hoc multi discipulorum eius abierunt retrò, & iam non cum illo ambulabant* ibid. & c. 24 80

V. 68. *Nunquid & vos vultis abire* c. 67. 219.

V. 69. *Respondit ei Simon Petrus: Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes.* ibid.

V. 70. *Nos credidimus & cognovimus, quia tu es Christus Filius Dei.* ibid.

C. 8. v. 6. *Digito scribebat in terra* c. 20. 68.

V. 11. *Vade, & iam ampliùs noli peccare* c. 54. 173

V. 36. *Si vos filius liberaverit, verè liberi eritis* c. 48. 155

V. 44. *Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere* c 22. 74.

Ibid. *Cùm loquitur mendacium, ex proprijs loquitur* c. 25. 83. c. 35. 116

C. 10. v. 16 *Fiet unum ovile, & unus Pastor* c. 72. 235

V. 23. *In porticu Salomonis* c. 30. 99

V. 30. *Ego & Pater unum sumus* c. 20. 65.

C. 12. v. 4. & seqq. *Dixit unus ex discipulis eius, Iudas Iscariotes: quare hoc unguentum &c.* c. 68. 223

V. 31 *Princeps huius Mundi* c. 9. 26 c. 20. 65

V. 39. 40. *Non poterant credere, quia iterum dixit Isaias, excæcavit oculos eorum, & induravit cor eorum* c. 62. 201.

C. 14. v. 6. *Ego sum Veritas* c. 35. 116. c. 43. 138

V. 16. *Ego rogabo Patrem & alium paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum, Spiritum veritatis* c. 20 67.

V. 27. *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis* c. 4. 11.

C. 15. v. 1. *Pater meus agricola est.* c. 22. 75

V. 6. *In ignem mittent* c. 27. 90

C. 17. v. 20. 21. *Non pro eis rogo tantùm, sed & pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me, ut omnes unum sint* c. 2. 6. c. 4. 11

C. 19. v. 15. *Crucifige eum ----- Non habemus Regem nisi Cæsarem* c. 7. 22

V. 23 *Erat tunica inconsutilis* c. 18. 59

C. 20. v. 17. *Ascendo ad Patrem meum & Patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrum* c. 4. 11

V. 21. *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos* c. 67. 219

V. 23. *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt* ibid. & c. 70. 228

C. 21. v. 16. *Pasce agnos meos* c. 72. 235. c. 76. 247

V. 17 *Pasce oves meas.* ibid. & c. 12. 39. c. 31. 103. c. 67. 219. c. 70 229. c. 75. 243.

Actus Apostolorum.

CAp. 1. v. 14. *Erant perseverantes unanimiter in oratione* c. 2. 4

C. 2. v. 41. *Appositæ sunt in die illa animæ circiter tria millia.* ibid.

V. 44. *Omnes qui credebant erant pariter, & habebant omnia communia.* ibid.

V. 47. *Dominus augebat qui salvi fierent quotidie in idipsum* c. 2. 5

C. 4. v. 30. *Multitudinis credentium erat cor unum, & anima una.* ibid. & 6. c. 4. 12. c. 5. 15. c. 15. 49

C. 5. v. 5. *Audiens Ananias hæc verba, cecidit & expiravit* c. 10. 32

V. 12. & seqq. *Erant unanimiter omnes in porticu Salomonis. Cæterorum autem nemo audebat se coniungere illis, sed magnificabat eos populus. Magis autem augebatur credentium in Domino multitudo virorum ac mulierum* c 2. 5

C. 8 v. 18. *Obtulit eis pecuniam dicens, date & mihi hanc potestatem* c. 13. 43.

V. 24. *Precamini vos pro me ad Dominum ut nihil veniat super me horum quæ dixistis* c. 10. 32

V. 31. *Quomodò possũ si non aliquis ostẽderit mihi* c. 59. 191

C. 9. v. 4. *Saule, Saule, quid me persequeris* c. 2. 5

V. 15. *Vas electionis* c. 47. 153.

V. 22. *Saulus multò magis convalescebat & confundebat Iudæos.* c. 40. 133

V. 29. *Disputabat cum Græcis* c. 36. 118. c. 40. 133

C. 13. v. 6. *Invenerunt quendam virum magum Pseudoprophetam Iudæum, cui nomen erat Bar-Iesu* c. 47. 151

V. 10. *O plene omni dolo & omni fallaciâ, fili diaboli, inimice omnis iustitiæ, non desinis subvertere vias Domini rectas.* ibid.

V. 11. *Et eris cæcus* c. 10. 32
C. 14. v. 15. *In præteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas* c. 9. 26
V. 16. *Non sine testimonio semetipsum reliquit, benefaciens de cælo, dans pluvias* &c. ibid.
C. 16. v. 14. *Cuius Dominus aperuit cor intendere his quæ dicebantur à Paulo* c. 22. 75
C. 17. v. 17. *Disputabat in Synagoga cum Iudæis*, c. 36. 118
V. 26. *Fecit ex uno omne genus hominum inhabitare super universam faciem terræ* c. 3. 9.
V. 32. *Quidam irridebant* c. 22. 75.
V. 34. *Quidam viri adhærentes ei crediderunt* ibid.
C. 19. v. 8. *Introgressus Synagogam cum fiducia loquebatur per tres menses, disputans* c. 36. 118
V. 9. *Discedens ab eis, segregavit discipulos, quotidie disputans in schola tyranni cuiusdam* ibid.
C. 20. v. 7. *Paulus disputabat cum eis profecturus in crastinum, protraxitq; sermonem usque in mediam noctem* ibid.

Epistola ad Romanos.

CAp. 1. v. 8. *Fides vestra* c. 28. 92.
V. 17. *Iustus ex fide vivit* c. 14. 45. c. 35. 113. c. 47. 153
V. 20. *Invisibilia ipsius, à creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur* c. 22. 75.
V. 28. *Tradidit illos Deus in reprobum sensum* c. 62. 201 c. 64. 211.
C. 2. v. 14. *Cùm enim gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, eiusmodi legem non habentes ipsi sibi sunt lex* c. 39. 127
C. 3. v. 6. *Iudicabit Deus hunc mundum* c. 48. 155.
V. 8. *Faciamus mala ut veniant bona* c. 47. 153. c. 48. 154
V. 20. *Per legem cognitio peccati* c. 48. 155
V. 28. *Arbitramur iustificari hominem per fidem sine operibus legis* c. 47. 152. 153
V. 31. *Legem ergo destruimus per fidem? absit, sed legem statuimus* c. 48. 155
C. 6. v. 14. *Non sub lege estis sed sub gratia* c. 35. 113
C. 8. v. 14. *Quicunque spiritu Dei aguntur, ij sunt filij Dei* c. 48. 155
C. 9. v. 14. *Nunquid iniquitas apud Deum? absit* c. 11. 33
C. 10. v. 2. *Æmulationem Dei habent, sed non secundùm scientiam* c. 23. 76
V. 14. *Quomodò invocabunt in quem non crediderunt* c. 50. 160.
C. 11. v. 20. *Noli altum sapere sed time* c. 35. 114.
V. 23. *Potens est Deus iterum inserere illos* c. 29. 94
V. 33. 34. *O altitudo divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei: quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius* &c. c. 35. 114
C. 12. v. 10. *Charitate fraternitatis invicem diligentes, honore invicem prævenientes* c. 4. 12
V. 15. *Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus* c. 75. 423
V. 17. *Providentes bona non tantùm coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus* c. 22. 73.
V. 18. *Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes* c. 2. 6. c. 3. 7.
V. 21. *Noli vinci à malo, sed vince in bono malum* c. 49. 157
C. 13. v. 1. *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit* c. 34. 111. c. 72. 235
Ibid. *Non est potestas nisi à Deo.* ibid. & c. 11. 33. c. 72. 233
V. 3. *Vis non timere potestatem? bonum fac* c. 21. 71
V. 5. *Necessitate subditi estote* c. 72. 235
V. 7. *Reddite omnibus debita: cui tributum, tributum; cui vectigal, vectigal; cui timorem, timorem; cui honorem, honorem* c. 4. 12
V. 10. *Plenitudo legis est dilectio* c. 47. 153
C. 16. v. 18. *Christo Domino nostro non serviunt, sed suo ventri* c. 12. 37

Prima ad Corinthios.

CAp. 1. v. 10. *Sitis perfecti in eodem sensu & in eadem sententia* c. 2. 6.
V. 13. *Nunquid Paulus crucifixus est pro vobis: aut in nomine Pauli baptizati estis?* c. 14. 48.
C. 2. v. 6. *Sapientiam loquimur inter perfectos* c. 59. 191.
V. 14. *Animalis homo non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei* c. 5. 15. c. 6. 17. c. 26. 86
C. 3. v. 2. *Lac vobis potum dedi, non escam: nondum enim poteratis* c. 59. 191.
V. 3. *Cùm sit inter vos zelus & contentio, nonne carnales estis, & secundùm hominem ambulatis* c. 34. 110
V. 7. *Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat: sed qui incrementum dat Deus* c. 22. 75.
V. 16. *Templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis* c. 14. 45
V. 17. *Si quis templum Dei violaverit, disperdet illum Deus* 46
C. 4. v. 15. *In Christo Iesu per Euangelium ego vos genui* 48
V. 16. *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi* c. 23. 77
C. 5. v. 5. *Tradere huiusmodi satanæ* c. 54. 174
V. 11. *Cùm eiusmodi nec cibum sumere* c. 27. 90
C. 6. v. 17. *Qui adhæret Domino, unus spiritus est* c. 2. 5. c. 24. 80
C. 7. v. 20. *Vnusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat* c. 4. 12
C. 10. v. 11. *Omnia in figura contingebant illis* c. 70. 228. c. 76. 247
V. 17. *Quoniam unus panis, unum corpus multi sumus, omnes qui de uno pane participamus* c. 18. 60
C. 11. v. 16. *Si quis autem videtur contentiosus esse: nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei* c. 2. 69. c. 34. 112.
V. 19. *Oportet & hæreses esse, ut & qui probati sunt, manifesti fiant in vobis* c. 6. 17. c. 20. 66. c. 29. 96. c. 43. 140

C. 12. v. 8. *Alij per Spiritum datur sermo sapientiæ: alij autem sermo scientiæ* c. 59. 192
V. 10. *Alij interpretatio sermonum* ibid.
V. 12. *Sicut corpus unum est, & membra habet multa, omnia autem membra corporis cùm sint multa, unum tamen corpus sunt: ita & Christus* c. 2. 5
C. 13. v. 2. *Si habuero omnem fidem ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum* c. 47. 153
V. 3. *Si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest* c. 60. 194
V. 4. *Charitas patiens est, benigna est* c. 13. 40.
Ibid. *Non inflatur* c. 12. 39
V. 5. *Non quærit quæ sua sunt.* ibid.
V. 7. *Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat* c. 13. 40
V. 8. *Charitas nunquam excidit* ibid.
C. 14. v. 5. *Volo vos loqui linguis ---- ut Ecclesia ædificationem accipiat* c. 55. 175.
V. 33. *Non est dissensionis Deus, sed pacis* c. 3. 7. c. 4. 11
C. 15. v. 10. *Gratia Dei sum id quod sum* c. 48. 155
V. 33. *Corrumpunt mores bonos colloquia mala* c. 26 85

Secunda ad Corinthios.

CAp. 2. v. 10. *Si quid donavi, propter vos in personâ Christi* c. 54 174
Cap. 3. v. 3. *Epistola estis Christi, ministrata à nobis, & scripta non atramento, sed Spiritu Dei vivi; non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus* c. 20. 68
V. 6. *Littera occidit, Spiritus autem vivificat* c. 20 65. c. 35. 113
V. 14. *Obtusi sunt sensus eorum* c. 62. 201
V. 15. *Velamen positum est super cor eorum* ibid.
V. 17. *Vbi Spiritus Domini, ibi libertas* c. 51. 165
C. 4. v. 4. *Deus huius sæculi excæcavit mentes infidelium, ut non fulgeat illis illuminatio Euangelij* c. 9. 26 c. 62. 201
C. 6. v. 16. *Vos estis Templum Dei vivi* c. 14. 45
C. 10. v. 4. *Arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Deo ad destructionem munitionum* c. 77. 248
C. 11. v. 2 *Despondi vos uni viro virginem castam exhibere Christo* c. 10. 30
V. 3. *Timeo ne sicut serpens Evam seduxit astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri, & excidant à simplicitate, quæ est in Christo* ibid. & c. 38. 124.
V. 13. *Nam eiusmodi Pseudoapostoli, sunt operarij subdoli, transfigurantes se in Apostolos Christi.* c. 25. 82
V. 14. *Et non mirum: ipse enim satanas transfigurat se in Angelum lucis* ibid. & c. 11. 34
V. 15. *Non est ergo magnum, si ministri eius transfigurentur velut ministri iustitiæ* c. 25. 82
C. 12. v. 10. *Cùm infirmor, tunc potens sum* c. 31. 103
V. 11. *Factus sum insipiens, vos me coëgistis* c. 22. 7
C. 13. v. 3. *An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Christus* c. 36. 117

Epist. ad Galatas.

CAp. 1. v. 9. *Si quis vobis euangelizaverit præter id quod accepistis, anathema sit* c. 30. 98. c. 31. 100. c. 38 125
C. 2. v. 18. *Si quæ destruxi, iterum hæc ædifico; prævaricatorem me constituo* c. 29. 94. c. 65. 115
C. 3. v. 28. *Non est masculus, neque fœmina* c. 54. 172
C. 4. v. 23. *Qui de ancilla, secundum carnem natus est; qui autem de libera, per repromissionem* c. 70. 228
V. 26. *Illa quæ sursum est Ierusalem, libera est; quæ est mater nostra* c. 4. 11
C. 5. v. 4. *Evacuati estis à Christo* c. 7. 20
V. 6. *In Christo Iesu, neque circumcisio aliquid valet, neque præputium: sed fides quæ per dilectionem operatur.* c. 47. 153
V. 13. *In libertatem vocati estis,* c. 72. 235
V. 15. *Si invicem mordetis & comeditis, videte ne ab invicem consumamini* c. 35. 115. c. 77. 248
V. 17. *Caro concupiscit adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem* c. 6. 17.
V. 20. *Secta.* c. 12. 38

Epistola ad Ephesios.

CAp. 1. v. 22. *Ipsum dedit caput supra omnem Ecclesiam, quæ est corpus ipsius* c. 43. 138.
V. 23. *Omnia in omnibus adimpletur* c. 48. 155
C. 2. v. 2. *Secundùm Principem potestatis aëris huius, qui nunc operatur in filios diffidentiæ* c. 9. 26. 28
V. 17. *Euangelizavit pacem* c. 4. 11
C. 3. v. 17. *Christum habitare per fidem in cordibus vestris* c. 22. 74
C. 4. v. 12. *Obsecro itaque vos* &c. c. 5. 15
V. 3. *Solliciti servare unitatem spiritûs in vinculo pacis.* ibid. & c. 70. 228.
V. 4. *Vnum corpus & unus spiritus* c. 5. 15
V. 5. *Vnus dominus, una fides, unum baptisma* c. 8. 25 c. 34. 112. c. 38. 125 c. 56. 179
V. 11. 12. *Ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem Pastores, & Doctores ad consummationem Sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi.* c. 43. 138. c. 59. 192.
V. 13. *Donec occurramus omnes in unitatem fidei, & agnitionis Filij Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi* c. 43. 138
V. 14. *Vt iam non simus parvuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris* c. 17. 58. c. 43. 138. c. 61. 198. c. 65. 214
V. 27. *Nolite locum dare diabolo* c. 11. 34

C. 5. v. 18. *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria.* c. 14. 45.
C. 6. v. 12. *Rectores tenebrarum harum* c. 9. 26

Epistola ad Philippenses.

CAp. 2. v. 1. & seqq. *Si qua ergo consolatio in Christo* &c. *implete gaudium meum, ut idem sapiatis, eandem charitatem habentes* &c. c. 2. 6. c. 34. 110.
V. 12. *Cum metu & tremore vestram salutem operamini* c. 15. 50
V. 21. *Omnes quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi* c. 12. 39
C. 3. v. 19. *Quorum Deus venter est: & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt* c. 12. 37. c. 15. 50

Epistola ad Colossenses.

CAp. 1. v. 13. *Eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suæ* c. 23. 76.
C. 2. v. 8. *Videte ne quis vos decipiat per philosophiam & inanem fallaciam, secundum traditionem hominum* c. 29. 94. c. 30. 99. c. 34. 112. c. 65. 215.
V. 18. *Inflatus sensu carnis suæ* c. 61. 198
C. 3. v. 18. & seqq. *Mulieres subditæ estote viris* &c. c. 4. 12

Prima ad Thessalonicenses.

CAp. 4. v. 8. *Itaque qui hæc spernit, non hominem spernit, sed Deum: qui etiam dedit Spiritum suum S. in nobis* c. 34. 110
C. 5. v. 21. *Ab omni specie mali abstinete vos* c. 22. 73

Secunda ad Thessalonicenses.

CAp. 2. v. 10. *Mittet illis Deus operationem erroris ut credant mendacio* c. 62. 201. c. 64. 211
V. 14. *Tenete Traditiones, quas didicistis, sive per sermonem, sive per epistolam nostram* c. 20. 68
C. 3. v. 6. *Denuntiamus vobis fratres in nomine D. N. I. C. ut subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non secundum traditionem quam acceperunt à nobis* c. 23. 77. c. 26. 85

Prima ad Timotheum.

CAp. 1. v. 3. *Rogavi te, ut denuntiares quibusdam ne aliter docerent.* c. 35. 114
V. 4. *Neque intenderent fabulis, & genealogijs interminatis; quæ quæstiones præstant magis quàm ædificationem Dei quæ est in fide* ibid. & c. 30. 99
V. 5. *Finis autem Præcepti est charitas de corde puro, & conscientiâ bonâ, & fide non fictâ* c. 35. 114
V. 9. *Lex iusto non est posita, sed iniustis* c. 35. 113. c. 47. 153
V. 13. *Ignorans feci* c. 27. 90
V. 19. *Habens fidem, & bonam conscientiam, quam quidam repellentes, circa fidem naufragaverunt* c. 10. 31
V. 20. *Ex quibus est Hymenæus & Alexander* ibid. & 32
C. 2. v. 1. *Obsecro fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus* c. 23. 77.
V. 2. *Pro Regibus & omnibus qui in sublimitate sunt, ut quietam & tranquillam vitam agamus* c. 72. 233
V. 12. *Docere mulieri non permitto* c. 34. 112. c. 55. 175
C. 3. v. 15. *Vt scias quomodò oporteat te in domo Dei conversari quæ est Ecclesia Dei vivi, columna & firmamentum veritatis* c. 2. 6. c. 22. 75. c. 37. 122. c. 61. 198. c. 65. 214. c. 69. 225. c. 77. 250
C. 6. v. 4. *Superbus est, nihil sciens, sed languens circa quæstiones, & pugnas verborum* c. 22. 73. c. 61. 198 c. 65. 214
V. 5. *Existimantium quæstum esse pietatem* c. 12. 37
V. 10. *Radix omnium malorum cupiditas* 39.
V. 20. *O Timothee depositum custodi, devitans prophanas vocum novitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ* c. 12. 38. c. 24. 81. c. 27. 90. c. 31. 101. c. 38. 125
V. 21. *Quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt* c. 10. 31. c. 12. 38

Secunda ad Timotheum.

CAp. 1. v. 15. *Ex quibus est Phigellus, & Hermogenes* c. 10. 31
C. 2. v. 14. *Noli contendere verbis: ad nihil enim utile est, nisi ad subversionem audientium* c. 23. 77. c. 25 84. c. 27. 88.
V. 17. *Sermo eorum ut cancer serpit* c. 26. 85. c. 27. 90 c. 30. 99. c. 35. 116
Ibid. *Ex quibus est Hymenæus, & Philetus* c. 10. 31
V. 18. *A veritate exciderunt* c. 7. 20.
V. 19. *Firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc: cognovit Dominus qui sunt eius, & discedat ab iniquitate, omnis qui nominat nomen Domini* c. 31. 101. c. 70. 227
V. 22. *Sectare iustitiam, fidem, charitatem, & pacem cum ijs qui invocant Dominum de corde puro* c. 3. 7
V. 23. *Stultas, & sine disciplina quæstiones devita; sciens quia generant lites* c. 35. 114
V. 24. *Servum Domini non oportet litigare: sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem.* ibid. & c. 36. 117
V. 25. *Cum modestia corripientem eos qui resistunt veritati* c. 36. 117. c. 38. 124
Ibid. *Ne quando Deus det illis pœnitentiam* c. 27. 88. c. 29. 95
V. 26. *A quo captivi tenentur ad ipsius voluntatem* c. 9. 26. c. 29. 95
C. 3. v. 1. *In novissimis diebus instabunt tempora periculosa* c. 12. 38

V. 2. *Erunt homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti* c. 5. 15. c. 12. 38. 39
V. 3. *Sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate* c. 5. 15. c. 12. 38.
V. 4. *Proditores, protervi, tumidi, & voluptatum amatores magis quam Dei* c. 12. 38
V. 5. *Habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes* c. 70. 228
V. 6. *Qui penetrant domos* c. 10. 32.
V. 7. *Semper discentes, & numquam ad scientiam veritatis pervenientes* c. 9. 28. c. 22. 73. c. 58. 187. c. 95. 214.
V. 8. 9. *Quemadmodum Iannes & Mambres restiterunt Moysi: ita & hi resistunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem, sed vltra non proficient: insipientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit* c. 6. 18. c. 62. 201
V. 13. *Mali homines, & seductores, proficient in peius; errantes, & in errorem mittentes* c. 22. 75. c. 45. 146. c. 62. 201.
C. 4. v. 2. *Prædica verbum, insta opportune, importune* c. 36. 117
V. 3. *Ad sua desideria coacervabunt sibi magistros, prurientes auribus* c. 11. 35
V. 14. *Alexander ærarius* c. 14. 46

Epistola ad Titum.

CAp. 1. v. 9. *Vt potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere* c. 36. 117. 119. c. 38. 124
V. 10. 11. *Sunt enim multi etiam inobedientes, vaniloqui, & seductores; maxime qui de circumcisione sunt: quos oportet redargui* &c. c. 36. 117.
C. 2. v. 7. *In omnibus teipsum præbe exemplum bonorum operum* c. 22. 73
C. 3. v. 9. *Stultas quæstiones, & genealogias, & contentiones, & pugnas legis devita, sunt enim inutiles & vanæ* c. 23. 77. c. 24. 81. c. 27. 88. c. 30. 99
V. 10. *Hæreticum hominem, post unam & secundam correptionem devita: sciens quia subversus est* &c. c. 22 75. c. 23. 77. & passim seqq. capp.
V. 11. *Proprio iudicio condemnatus* c. 22. 73. c. 24. 79 80. c. 26. 85. c. 27. 88. 89. c. 61. 198

Epistola ad Philemonem.

VErs. 6. *Vt communicatio fidei tuæ evidens fiat in agnitione omnis operis boni* c. 47. 152

Epistola ad Hebræos.

CAp. 2. v. 17. *Debuit per omnia fratribus similari* c. 4. 11
C. 5. v. 7. *Exauditus est pro sua reverentia* c. 75. 244.
V. 14. *Perfectorum est solidus cibus* c. 29. 94
C. 6. v. 4. 5. 6. *Impossibile est, eos qui semel sunt illuminati* &c, *rursus renovari ad pœnitentiam* c. 22. 74. c. 27. 90.
V. 10. *Non enim iniustus Deus, ut obliviscatur operis vestri* c. 46. 149.
C. 11. v. 1. *Fides sperandarum substantia rerum* c. 8 25. c. 42. 136
V. 6. *Sine fide impossibile est placere Deo* c. 68. 221.
C. 12. v. 2. *Authorem fidei & consummatorem Iesum* c. 70. 229
C. 13. v. 16. *Beneficentiæ & communionis nolite oblivisci: talibus enim hostiis promeretur Deus* c. 46. 149
V. 17. *Obedite præpositis vestris, & subiacete eis* c. 4 12. c. 46. 149. c. 76. 247.

Epistola Iacobi.

CAp. 2. v. 14. *Quid proderit fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? Nunquid poterit fides salvare eum?* c. 47. 153
V. 19. *Tu credis quoniam unus est Deus: bene facis: & dæmones credunt, & contremiscunt* ibid.
V. 20. *Fides sine operibus mortua est.* ibid.
C. 4. v. 6. *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam* c. 13. 43
C. 5. v. 12. *Sit sermo vester: Est, est: Non, non* c. 34. 112

Prima Petri.

CAp. 1. v. 19. *Agni immaculati* c. 25. 82.
C. 2. v. 17. 18. *Omnes honorate, fraternitatem diligite, Deum timete, Regem honorificate; servi subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis & modestis, sed etiam discolis* c. 4. 12
C. 3. v. 15. *Dominum Christum sanctificate in cordibus vestris, parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea, quæ in vobis est, spe* c. 36. 117. c. 38. 124. c. 62. 204
C. 4. v. 18. *Iustus vix salvabitur* c. 15. 50.
C. 5. 8. *Adversarius vester diabolus tanquam leo rugiens, circuit quærens quem devoret* c. 10. 30

Secunda Petri.

CAp. 2. v. 1. *In vobis erunt magistri mendaces, qui introducent Sectas perditionis* c. 12. 38.
V. 10. *Dominationem contemnunt, audaces, sibi placentes, Sectas non metuunt introducere blasphemantes.* ibid. & c. 16. 54 c. 72. 233.
V. 15. *Derelinquentes rectam viam erraverunt* c. 24. 80.
V. 16. *Subiugale mutum animal, hominis voce loquens, prohibuit Prophetæ insipientiam* c. 53. 169.
V. 21. *Melius erat illis non cognoscere viam iustitiæ, quàm post agnitionem retrorsum converti ab eo, quod*

illis traditum est, sancto mandato c. 22. 74
C. 3. v. 3. *Venient in novissimis diebus in deceptione illusores, iuxta proprias concupiscentias ambulantes* c. 12. 38
V. 16. *in quibus sunt quadam difficilia intellectu, qua indocti & instabiles depravant, sicut & cateras Scripturas, ad suam ipsorum perditionem* c. 20. 66. c. 59 191

Prima Ioannis.

CAp. 2. v. 18. *Nunc Antichristi multi facti sunt* c. 10.31. c. 27.88.
V. 19. *Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis* &c. c. 10.31. c. 14. 45. c. 17.56 58. c. 24.79.80. & sparsim seqq. capp.
V. 27. *Vnctio eius docet vos* c. 22.75
C. 3. v. 8. *Vt dissolvat opera diaboli* c. 9.28.

Secunda Ioannis.

VErs. 10. *Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec AVE ei dixeritis* c. 23. 77. c. 27. 88. 90. c. 31. 103
V. 11. *Qui enim dicit illi AVE, communicat operibus eius malignis* c. 24. 79. c. 27. 90

Tertia Ioannis.

VErs. 9. *Qui amat primatum gerere in eis, Diotrephes* c. 13. 43.

Epistola Iudæ.

VErs. 4. *Dei nostri gratiam transferentes in luxuriam* c. 12. 38
V. 8. *Dominationem spernunt, maiestatem blasphemant* c. 16. 54. c. 72. 233.
V. 9. *Cum Michael Archangelus cum diabolo disputans altercaretur de Moysi corpore* c. 36. 118
V. 11. *Va illis, quia in via Cain abierunt, & errore Balaam mercede effusi sunt, & in contradictione Core perierunt* c. 6. 17. c. 12. 38. c. 36. 118.
V. 16. *Hi sunt murmuratores querulosi, secundum desideria sua ambulantes, & os eorum loquitur superba, mirantes personas quastus causa* c. 12. 38.
V. 19. *Hi sunt qui segregant semetipsos, animales, spiritum non habentes* c. 5. 15. c. 6. 17. 19. c. 24. 80. c. 75. 244.

Apocalypsis.

CAp. 2. v. 2. *Non potes sustinere malos* c. 5. 16.
V. 5. *Memor esto itaque unde excideris: & age penitentiam* c. 19. 62
V. 14. *Balaam, qui docebat Balac mittere scandalum coram filijs Israel* c. 11. 34
V. 15. *Habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum* c. 10 31
C. 3. 17. *Dicis: Quod dives sum, & locupletatus, & nullius egeo: & nescis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cacus, & nudus* c. 19. 62
C. 5. v. 1. *Librum signatum sigillis septem* c. 20. 67. c. 59. 191
V. 5. *Vicit Leo de tribu Iuda* c. 33. 108.
C. 13. v. 7. *Et est datum illi Bellum facere cum sanctis* c. 50. 162.
C. 22. v. 11. *Qui in sordibus est, sordescat adhuc; & qui iustus est, iustificetur adhuc* c. 5. 14
V. 12. *Ecce venio cito, & merces mea mecum est, reddere unicuique secundum opera sua* c. 46. 149.

INDEX RERVM ET VERBORVM ALPHABETICVS.

Littera c. indicat caput : numerus proximus capitis ordinem : sequens vel sequentes, paragraphum vel paragraphos.

A.

ABEL. An cum Caino de fide disputaverit? *Capite* 36. *Paragrapho* 118. cap 39. 127.

ACACIVS CONSTANTINOPOLITANVS Zenonis *Henoticon* dictavit & acceptavit c 31. 103.

Ipsius & aliorum Patriarcharum Orientalium depositio *ibidem*.

Ea ingentis & diuturnæ simultatis inter Romanos & Græcos extitit origo c. 32. 104

Acacij & aliorum è Diptychis erasio c. 32. 105

ACADEMIÆ Catholicæ Lutheri dogmata reprobant c. 15. 51.

A Luthero proscinduntur, sed maximè Parisiensis c 16. 52. 53.

Academias omnes de medio tollendas dicit Lutherus c. 51 163

ACEPHALORVM in Alexandrina Ecclesia origo, & nominis ratio c 31. 102

ADAGIVM. *Tanti vitrum quanti Margaritam* quid? c. 77. 248

ADAMAS, Cujus rei typus? c 8 23

ADRIANVS VI. Lutherico furori obsistit c. 15. 51. c. 16. 53

Ob hoc à Luthero *pessimus Dei hostis* dicitur c 16 53

ADRVMETINI MONACHI Pars ne liberum negaret arbitrium, negabat gratiam; pars gratiam admittebat, sed negabat arbitrij libertatem c. 48. 156

AERIANI, Quibus diebus jejunarent quibus non? c. 52. 166

AGRIPPINVS Cypriani antecessor, primus rebaptizandum esse censuit c 19 64

ALEXANDER MAGNVS. Ejus generositas dedignantis agonizari nisi cum Regibus c 77 248

ALEXANDER III. An in causa Frederici Imperatoris modestiæ Pastoralis limites transilierit? c 75 243

ALEXANDRINA Plebs, cum Episcopo Dioscoro à fide deficit c. 31. 102

Proterium Episcopum vivum cremat *ibid.*

Qui Episcopi Dioscoro aut Proterio tunc substituti? *ibid.*

AMBITIO hæresum promiscuè omnium si non genitrix, saltem obstetrix c. 13 40. & seqq

Monstrum biceps, imò quadriceps c. 13. 40.

Mater hypocrisis, & cur? *ibid.*

Simia charitatis *ibid*

Mancipijs suis oculos eruit dextros, *ibid.*

Curiositatem ingenerat, singularitatem affectat c. 13. 41

Bacchico furore clientes suos agitat, indisciplinates & impatientes reddit *ibid*

Frustrata livorem parit & zelum amarum c. 13. 42

AMOR SVI moderatus bonus, immoderatus malus c. 12 39

ANABAPTISTARVM origo, & in Subsectas multipartitio c 18 60.

ANASTASIVS IMPERATOR. Ejus ad purpuram Imperialem evectio c 32 104

Invita Catholicismi professio *ibid*

Subsecuta mox syngraphæ consignatæ repetitio & ob eam denegatam atrox in Euphemium & alios persecutio *ibid.*

Obtrudere machinatur Pontifici *Henoticon* c. 34 110

Stat pertinaciter pro partibus Laurentij pseudopontificis. 111.

Ejus, aliorumque improvisus interitus *ibid.*

ANASTASIVS HIEROSOLYMITANVS An subscripserit *Encyclicæ* Basilisci, aut *Henotico* Zenonis? c 31 103

ANDABATÆ. Eorum mos pugnandi c 60. 193

ANIMÆ morbus inveteratus, quàm curatu difficilis c. 57. 186

ARAVSICANA SYNODVS quid in causa Semipelagianorum præstiterit c. 47 150

An ejus decreta universam obligent Ecclesiam, & unde id habeant? c 75 242

AVARITIA quo sensu radix omnium malorum c 12. 39

AVGVSTANA CONFESSIO *vide* Confessio Augustana.

AVGVSTINVS qualiter se præmuniit adversùs verborum suorum sinistros interpretes c. 25 82

Removet à se calumniam hæresis Massalianorum à Pelagianis impactam c. 50. 160

Donatistarum calumniam, de corrupto per Catholicos Iudice, propulsat c 39. 129

Cur Donatistas tergiversantes tantopere ad disputandum urserit, nec à disputando etiam cum nolentibus cessarit? c 38 126

Orationibus Ecclesiæ & Sacrificio salutari mortuos adjuvari, indubitatum habuit c 46. 148

Liberum arbitrium multoties astruit c 46. 149 c. 48. 154. 155

Arianos redarguit comminiscentes *Verbum Verbi* c. 76. 247

Quid censeat de concupiscentia in renatis, & quam adversè Luthero? c 50 160

Eum suscepisse in se summam prælij pro Catholicis contra Pelagianos, calumniatur Iulianus c. 38. 124

Affingitur ei à Tannero illa ipsa sententia quam improbat c. 38 126

Cui operi scribendo immortuus? c. 21. 72

B

BABEL. Turris *Babel* cum Philosophia Græcanica comparatur c. 9 26

Babelitarum symbolum, *Celebremus nomen nostrum*, quam latè diffusum, & altè hominibus impressum c. 14. 44

BAR. IESV Nomen optimum hominis pessimi c 47. 151

BAPTISMVS unde hauriat suum valorem ab hæreticis collatus c. 70. 228

Baptizati ab hæreticis non sunt rebaptizandi *ibid.*

BASILISCVS TYRANNVS Ejus *Encyclica* à quingentis orientalibus Antistitibus impiè subscripta, sed ab ipso etiam Tyranno paulò post cassata c. 31 102 c 32 106.

Quantam Edicto illo fidei intulerit stragem c 31. 102

BELLVM. Melius est laudabile bellum, pace à Deo disjungente c. 5. 16

Nulla geruntur majori animositate, quàm suscepta pro Religione c 8 24.

BERENGARIVS impiè de Ecclesia loquitur c. 50. 162.

Irrisoriè de Romano Pontifice *ibid*

Ejus error circa Sacramentum Eucharistiæ c. 53 170.

BIBLIA Bibliorum Germanica versio per Lutherum lucubrata, à multis Sectarijs unà cum Catholicis reprobatur, quibus & ipse Lutherus suffragatur c 44 142

De latinis versionibus nimis per sectarios multiplicatis, Lutheri querimonia *ibid*

Biblicus Canon hodie in Ecclesia usitatus, quàm vetustus c. 45. 144

BLASPHEMIA quomodo distinguatur à spiritu blasphemiæ c. 27. 90

BRENTIVS Ejus in veteres Patres & sacrosanctas Synodos insolentia c. 45. 144

Ejus superciliosa de Patribus censura c 75. 242

BRITANNIA quàm ferax errorum c 18. 60

Per quem & qualiter ab hæresi Pelagiana liberata c. 29. 95

CÆSA

C

CÆSAR vide Imperator
CAROLUS MAGNUS. Ejus insignis devotio erga Apostolicos Præsules c. 69 225
Sine licentia Pontificis nec Episcopum in suo Palatio tenere præsumpsit ibid.
Libri contra cultum Imaginum sub nomine Caroli Magni non sunt ejus c 52. 168
CAROLUS V. Lutheri dogmata cum authore proscribit c. 15 51
A Luthero spernitur & blasphemijs impetitur c. 17. 55
Ejus sollicitudo & opera pro reducendis Lutheranis c. 57. 182. & seqq.
An ex animi ejus sententia instituta sint cum Lutheranis colloquia c. 62. 204. c. 69. 226
An colloquia illa rectè fuerint instituta c. 62. 204. 205.
Principes factionis Confessionisticæ contemptus & inobedientiæ accusat c. 68. 223
Pluries declaravit Lutheranorum controversiam non esse fori Imperialis sed Papalis c. 69. 226
Lovanij existens Rectori loco cessit & latus texit c. 64. 208.
Ejus peculiaria elogia, ab ipsis etiam Protestantibus divulgata c. 71 231
CAROLSTADIUS sacrilegas init nuptias c. 55. 176
Tenor Collectæ lectæ in Missa, qua ob id à Lutheranis honorabatur ibid.
CATHOLICI soli verè & perenniter dicere possunt, Ita & nobis maiores nostri, & illis sui tradidere maiores c. 19. 63
In quo Catholicus errans differat ab hæretico c. 61. 198
Discrimen inter cognominationes Catholicorum & appellationes hæreticorum c. 14 48 c 67. 218
Catholicorum conatus pro reductione Lutheranorum c. 57. 182. & seqq. c. 64. 209 & seqq.
Vid. CHRISTIANI
CERTARE. Pro aris & focis certare, quid? c. 8. 24.
CHRISTUS non judicavit indignum cum Satana de divinis eloquijs habere colloquium c 36 117
Cur cum quibusdam disputarit quos præsciebat sua disputatione non emendandos, omissis alijs disputatione alioqui flectendis c. 38 126
Nomine tenus invenitur apud quoslibet hæreticos c. 70. 227.
Aliud est sub Christi esse nomine, aliud cum Christo esse ibid.
Qui cum ipso non est, contra ipsum est; & qui cum illo non colligit, spargit c 70 228.
Quomodo regnum ejus perseveret indivisum, non obstantibus dispersionibus hæreticorum c. 70. 227.
CHRISTIANI charitate conglutinati fiunt quodammodo unus Christus c. 2. 5
Ex fide viventes & Deum inhabitantem habentes, Reges sunt & Templa Dei c. 14. 45.
Non debent excurrere de porticu Salomonis ad porticum Zenonis c. 30 99
Christiani quatenus potestati temporali subditi c. 72. 235
Christianæ germanitatis nexus pristinas necessitates non abolet, sed adolet c 4 12
Christiani cognomentum, quanti faciendum c. 14. 48
Genuinus Christianismus penes illos est, qui à Christo non ab hominibus cognomen habent ibid.
Non nomen sed res Christianismi genuinum facit Christianum c. 70. 227
Christianorum in fide quanta unanimitas sub initium sæculi XV. c. 15. 49
Christianorum pugnæ super Religionis negotio graphicè descriptæ, & navali prælio assimilatæ c 4 13
Unde inter Christianos tam acres gliscant contentiones c. 5. 16
PRIMÆVI CHRISTIANI habebant omnia communia c. 2. 4
Erat cor unum & anima una c. 2. 5. 6.
Eorum unanimitas Deo placita, hominibusque comprobata, gregem pusillum provexit in gentem numerosam c. 2. 4. 5
Quanto tempore illa duraverit c. 10 toto.
Eorum erga Imperatores, etiam Ethnicos, observantia; & pro ipsorum vita ac prosperitate vota c. 72. 233
Vide CATHOLICI.
CYPRIANUS ad Traditionem pro errore corrigendo remittit c. 19 63
In errore suo de rebaptizandis baptizatis ab hæreticis pertinax non fuit 64
Ejus Collegæ Traditionem amplexi resipuerunt, & novum Decretum pristino contrarium emiserunt ibid.
CLEMENS An libri Recognitionum sint ipsius c. 29 128
COGNOMINARE. Discrimen inter cognominationes Catholicorum & appellationes hæreticorum c. 14. 48. c. 67. 218
COMITIA. Res pro Religione Christiana gestæ in Comitiis Augustanis c. 57. 182. & seqq.
CONCILIA. Oecumenicorum Conciliorum authoritas c. 34 112. c 58. 187. 188
Omnibus Conciliis necessaria est Romanæ Sedis confirmatio c. 33 108 c. 75. 242.
Ad particularia indicenda non necessaria est Pontificis expressa authoritas c. 75. 242
Non obligant hæc Ecclesiam universam nisi fuerint à Pontifice comprobata ibid.
Concilia Nationalia an fructuosa c. 64. 210
Concilium generale, legitimum & confirmatum errare nequit in dogmatibus fidei c. 37. 123.
Potest in quæstionibus facti ibid.
Cur in veterum indictione Conciliorum implorata & adhibita opera Imperatorum c 77. 249
Qui ab œcumenicè definitis dissentire persistunt, suis potiùs opinionibus sunt dimittendi, quam concertationibus dignandi c. 29 94. & sparsim alibi
Vide SYNODUS.
CONCORDIA fratrum Deo probata c. 2. 5
Concordiæ plantator Deus c. 3. 7.
Radix ejus charitas c. 5. 15
Concordiæ commoda typicè adumbrata, exemplis illustrata, documentis inculcata c. 1 3
Vide PAX, UNANIMITAS.
CONCUPISCENTIA in renatis quo sensu vocetur peccatum c. 50 160
Non remoratur ab ingressu cæli si nullum adsit actuale peccatum ibid.
CONFESSIO AUGUSTANA unde appellationem illam sortita c. 57. 186
Ejus exhibitio c. 16. 55
Ridicula ex nomine Augustanæ ominatio ibid.
Blasphema ejus cum Niceno & Athanasiano Symbolis per Lutheranos excogitata comparatio ibid
Insulsa ejusdem cum Canonibus Tridentinis comparatio c. 77. 248
Ea quoties mutata ibid.
Variis adulterationibus deformata evasit tandem in malè conciliatam chimæram ibid.
Rectè vocatur annua vel menstrua fides ibid.
Domestica Lutheranorum super Augustana Confessione dissidia c. 57 186
CONFESSIONISTÆ unde nomen sortiti c. 18. 60
Eorum in tres principales Sectas & varias Subsectas divisio, ibid.
Frustra laborant excutere opprobrium hæreseos, & cur? c. 68. 223, c 70. 227
Frustrà obtendunt nomen Christianum & characterem baptismalem c. 70. 227. 228
Frustrà jactant se quædam Concilia œcumenica recipere c. 70. 229
Rectè filij alieni inveterati appellantur c. 71. 232
Scripturarum sufficientiam sine Traditione malè obtendunt c. 20 65
Non sibi constant, dum ex Scriptura S. cunctas Religionis controversias censent esse dirimendas, & tamen disputationes poscunt de ipsa Scriptura ineundas c. 76. 247
Orthodoxos, à quibus secessere, lacessunt c. 17. 56
Diabolum impersuasibilitate imitantur, si non supergrediuntur c. 21. 70
Non correctionis, sed contentionis studio flagitant adhuc audientiam, cum toties damnati debeant agere pænitentiam c. 21. 69. 70
Methodus deponendi expeditè errorem, & eruendi veritatem ipsis suggeritur c. 19 63
Eorum Goliathismus quo ordine profligandus c 22 74
Cum eis nunc agendum sicut quondam cum Pelagianis per Pontifices est actum c. 21. 71. 72.
Cur sub Carolo V. sollicitaverint colloquia cum Catholicis c. 62, 204
A Decretis in Comitijs Spirensibus ad futurum Concilium appellarunt c. 73. 236
Appellationem in Confessione Augustana iterarunt ibid.
An sincero animo Concilium expetierint? 237
Variæ ipsorum imposturæ in Catholicos c. 68 221
Cum Pelagianis & Semipelagianis in comminiscendis calumnijs symbolizant 222
Obstinatiores sunt Semipelagianis c. 75 242
Muscis assimilantur ibid
Comparantur cum Donatistis c. 74. 239. 240. c. 75. 242
Comparantur cum Maximianistis c 21. 70.
Comparantur cum Iuda Iscariote de perditione unguenti conquerente c 68. 223
Comparantur cum Pharisæis & Herodianis Christum adulatoriè palpantibus c 71. 232. c. 72. 235
Accommodatur iis Adagiale dictum, Tanti vitrum quanti Margaritum c. 77. 248
CONFESSIONISTARUM LIBELLUS provocatorius repræsentatur c. 66. 217

Refutatur à *cap. 67. ad finem libri*
In Monomachiæ leges impingunt, dum provocatis normam pugnandi præstituunt c. 76. 245
Delinquunt dum communi nomine ad disputandum sine procuratorio provocant *ibid.*
Expenduntur & confutantur conditiones ac regulæ quas provocatis præscribunt c. 76. 246. 247. c. 77. *toto*
Confessionisticæ provocationis repulsio non est in Catholicis indicium pusillanimitatis aut diffidentiæ sed strenuitatis ac prudentiæ c. 22. 73
Inaniter pro novo Colloquio obtinendo allegant exempla antiquorum c. 57. 181
Pontificum adversùs Cæsares gesta impertinenter suo Libello inferunt c. 75. 244
Vanè jactant suam erga Imperatorem continuam observantiam c. 72. 233
Zelus eorum pro Principibus non est nisi simulatus c. 68. 223
Quam non sincera fuerint erga Carolum V. devotione *ibid.*
Factis negant quod verbis falsò garriunt, Imperatorem esse caput Hierarchicum Germanorum c. 72. 234
Quam fallaciter intitulent Imperatorem *utriusque tabulæ custodem ibid.*
Suo laqueo irretiuntur dum exortas super Religione controversias per Imperatorem decidi postulant c. 69. 224
Recurrendo ad tribunal Cæsaris recusato Papæ judicio, Cæsari sunt injurii 226
Arianos in illo recursu imitantur c. 77. 249
Eorum vana jactantia de sua *Confessione Augustana*, eliditur authoritate Cæsarea c. 71. 231
Non nisi strophicè profitentur se non negligere primitivæ Ecclesiæ & priscorum Patrum consensum: vel à Majoribus degenerant c. 43. 138. 139
Futilis eorum exceptio adversùs Tridentinam Synodum tanquam à collitigantibus celebratam c. 57. 181. c. 71. 230
Quanta absurditatum monstra ex illa ipsorum hypothesi subsequantur *ibid.*
Alia cavillatio adversus eandem, tanquam non Cæsareâ sed Pontificiâ authoritate indictam eliditur c. 77. 249
Quàm falsò comminiscantur se fuisse à Synodo exclusos c. 71 230
Excludi potuerunt sine injuria *ibid.*
Æquiparando *Confessionem Augustanam* Canonibus Tridentinis, imitantur Philisthæos constituentes idolum suum *Dagon* juxta arcam Israël c. 77. 248
Quàm falsò scribant Carolum Magnum convocasse ac confirmasse Synodos, tametsi alioqui particulares, nullâ habitâ Romani Pontificis ratione c. 69. 225
Quàm parùm credibile sit universos ex eventu unius disputationis, suspendere summam suæ Religionis c. 76. 245
Ad ipsorum hæreticum *Quare*, respondetur per Catholicum *Quia*, c. 77. 250
Vide LVTHERANI, PROTESTANTES, DISPVTATIO.
CONNIVERE. Non connivendum Perversoribus sed obsistendum c. 5. 16
CONSANGVINITATIS vinculum, conciliat conjunctionem animorum c. 3 9
Consanguineorum inter se nuptias cur Deus prohibuit c. 3. 10
CONSTANTINVS MAGNVS. Ejus eximia erga Episcopos observantia c. 74. 241
Ex Sacerdotum sententia Concilium Nicenum convocavit c. 77. 249
Quid senserit & scripserit de recursu Donatistarum ad se c. 74. 239. 241
Non nisi coactus causæ Donatistarum cognitionem suscepit. 239
Non de fidei dogmate, sed de Cæciliani innocentia judicavit. *ibid*
CONTARENVS CARDINALIS. Ejus super colloquiis cum Lutheranis censura c. 62. 204
CONTENTIONI non sufficit, quod abundat ad fidem c. 26. 85.
CONTRADICERE insanis vanum est c. 25. 83
CONTVMACES irascuntur ipsi veritati, si quando adversus suam apparuerit voluntatem c. 46. 147
CORREPTIO quando impendenda c. 29. 95
Quando cesset ejus obligatio *ibid.*
CORRVPTIO *optimi pessima* c. 5. 14
Exemplis ostenditur. *ibid.*

D

DEPOSITVM. Expenditur locus Apostoli, *O Timothee, depositum custodi* c. 31. 101
DEVS de se erga omnes pacificus c. 3. 7
Humanum genus sanaturus manifestationem morbi præmisit sanationi c. 19. 62
Ab ipso omnis potestas, sed non omnis voluntas c. 72. 233
Deum authorem peccatorum qui hæretici fecerint c. 23. 78. c. 49. 158
Quam horrendus error ille *ibid.*
Commenti illius damnatio c. 23. 78
Deum ista infamia liberare sategerunt ipsi Ethnici c. 49 159
Præstaret Atheum esse quàm Deum peccatorem agnoscere *ibid.*
Deum facinorum Architectum cur Lutherus & alii confinxerint. *ibid*
Dei nomen quot modis in Scriptura usurpetur c. 12. 37.
DIABOLVS ut olim author extitit dissidii Philosophorum, ita nunc dissidii Christianorum. c. 9 *toto.*
Quo fine utrumque, & an eo frustratus *ibid.*
Qualiter Christianismum priùs oppugnavit ut leo, dein ut draco c. 10. 32
Infidelitate præ cæteris vitiis pascitur c. 9 28
Ad seminandas hæreses, eos præ cæteris deligit ministros, quos certis vitiis suo scopo congruis prævìè dignoscit addictos c. 11. 34. 36
Cur ministerio serpentis usus ad tentandum primos Parentes 33
Diaboli nomina diversa, & eorum ratio c 9. 26
DIALECTICA quid c. 38. 126
Non est eliminanda *ibid.*
In ea vim omnem venenorum suorum constituunt hæretici c. 35 115
DISCORDIÆ damna typicè adumbrata, exemplis illustrata, documentis inculcata c. 1. 3
Discordiæ radix philautia c 5 15
Superseminator Diabolus c. 3. 7. c. 9. 26. *& seqq.*
Discordiæ seminatores satanæ filii sunt & sequaces c. 3. 8
Discordiarum fax per Lutherum accensa c 15. 49
DISPVTATIO inaniter initur cum negantibus doctrinalia principia c. 42. 135. c. 59. 191
Perinde est an Edicto disputationes inhibeas; an earum principia universim amputes c 59 190
Disputationum ineundarum varii modi ac normæ c. 37. 121
Quis adversus hæreticos securior & efficacior *ibid.* & c. 38. 124. c. 60. 194
Disputationes ex condicto publicè initæ præ se ferunt speciem duelli c 38. 124.
Disputationes scriptorias multiplicavit typographicæ artis facilitas c. 37. 121
Cum quibus infidelibus disputationes Catholicis prohibitæ c. 37. 120
Disputatio omnis de fide laicis sub excommunicationis pœna prohibita c 34. 112
Disputatio hæreticis inhibetur, & aliis disputantium auscultatio. c. 28. 93
Disputationis ipso facto initæ exempla illustria c. 37. 121
DISPVTATIO CVM HÆRETICIS plerunque frustranea c. 23. 76 c. 39. 128. 129
Non solùm schismata non unit, sed etiam hæreses ad majores contentiones adducit c 23. 76 c. 35. 114. 115.
Publicæ nec ineuntibus utiles sunt, nec hæreticis prosunt & auscultatoribus plerunque plus nocere quam conducere natæ sunt c. 25. 84. c. 40. 133
Non est de Ecclesiæ totius causa adversus hæreticos tanquam per monomachiam à quoquam decertandum. c. 38. 124
Ut medicamentum quod uno tempore sanativum est, alio fit nocivum, ita & disputatio Catholicorum cum hæreticis c. 39. 128
Proferuntur Scripturæ illam inhibentes c. 23. 77
Proferuntur Veteres eandem improbantes à *cap.* 24. *ad cap.* 35.
Objectiones proponuntur c. 36. *toto.*
Diluuntur Scripturales c. 38. *toto.*
Desumptæ ab exemplis c. 39. *toto.*
Desumptæ ex authoritatibus c 40. *toto.*
Non cum omnibus hæreticis disputare prohibitum c. 37. 122
Disputationes cum hæreticis non omni casu prohibitæ c. 40. 132. 133
Difficiliùs hisce temporibus excusari possunt, quàm olim 133
Incommoda & pericula quibus obnoxiæ subitariæ cum hæreticis disputationes c. 60. 194
Cur cum Lutheranis speciatim disputationes publicæ devitandæ, rationes quatuor summatim proponuntur c. 41. *toto.*
Prima, quod negent legitima Theologicarum disputationum principia, deducitur c. 41. *& seqq.*

Secunda, quia pleraque eorum dogmata nihil aliud sunt quàm errores in aliis hæreticis olim damnati c. 47. *& seqq.*
Tertia, quia experientia notum, disputationes cum iis hactenùs initas plus nocuisse quàm profuisse c 57
Quarta, authoritas DD. Catholicorum c. 58, *& seqq.*
Cur nequidem ex Scripturis quas Lutherani admittunt, cum eis ineunda disputatio c. 45. 145
Non est luctandum cum hominibus. qui dicunt : Non sapit palato meo, quod sapere dicis tuo. ibid.
Disputandi leges iniquissimæ per Lutherum Catholicis secum disputaturis præscriptæ c. 44. 143. c. 59. 192
DOCERE. Operosiùs est dedocere errantem, quàm docere simpliciter ignorantem c 42. 135
Ejus rei documentum ex Blesensi *ibid.*
DOCTORES ECCLESIÆ per acumina hæresum creverunt c. 31 100
Cur subinde tam indistinctè locuti ut hæreticis velut favere videantur c 43. 140
Doctores sui temporis qui spernit veteres spreturus fuisset si cum eis vixisset c. 43. 138
DONATISTÆ qualiter secessionem suam justificare voluerint c. 67. 220
Ad Constantinum Imperatorem recurrunt c. 74. 239
Ad tribunal Pontificium remittuntur *ibid.*
Damnati ad Cæsarem iteratò provocant *ibid.*
Ad Synodum Arelatensem ablegantur *ibid.*
Synodaliter condemnati Cæsarem denuò appellant *ibid.*
Collationis Carthaginensis cum ipsis initæ occasio & necessitas c. 40. 132
In ea cum ipsis magis de quæstione facti quàm de dogmate fidei disceptatum fuit *ibid.*
Eorum fraus creantium unum è suis Romanum Pseudo episcopum, in eadem Collatione detecta c. 34. 110
Sententialiter per Cognitorem damnati, Judicem fuisse præmio corruptum calumniabantur c. 39. 129
Baptismum Christi Baptismo Joannis non præferebant c. 53. 169
Eorum hæresis de Ecclesiæ Catholicæ defectione c. 50. 161. c. 70. 229
Eorum symbolum, *Quod volumus sanctum est* c. 47. 152.
Cur eos tergiversantes tantoperè ad disputandum urserit Augustinus, nec à disputando etiam cum nolentibus cessarit c. 38. 126
Discrimen notandum inter Donatistas, Pelagianos & Maximianistas à Donatistis segregatos c. 40 132
DOSITHEUS. Ejus ambitio lapsus causa c. 13 43

E

ECCLESIA domus Dei, receptaculum fratrum in unum habitantium c. 2. 6
Vera, unica est c. 67. 119
In quo per familiam *Heber* & *Regnum Iuda* figurata c. 17. 58
Errare non potest in fidei dogmatibus c. 37. 122. 123
Potest in quæstionibus merè facti 123
Non est fidei authrix, sed conservatrix *ibid.*
Non cudit nova fidei dogmata, sed declarat *ibid.*
Ob nullas contumelias quantumvis graves deserenda c. 13. 41. c. 75. 244
Pro hæreticis quantumlibet damnatis orare non cessat c. 23 76
Spiritus Sancti jugis assistentia ipsi promissa ac præstita c. 20 67
Quàm deplorabiliter jaceant qui matrici Ecclesiæ non cohærent c. 67 218
Qui ab Ecclesiæ unitate discedunt, charitatem cum largitore suo Spiritu S. repellunt c. 5. 15
Ad profectus suos utitur omnibus erronibus, & qualiter c. 29. 95
Quæ utilitas in illam ex hæresibus redundet *ibid.* & 96. c. 43. 140
Sicut simpliciter errantes non spernit, sic pertinaciter rebellantes devitat c. 29. 94. 95
Non alibi fit remissio peccati c. 70 228
Talem in die judicii ab Hierarchis exiget Christus, qualem à Patribus acceperunt c. 31. 101
Regum & Cæsarum functio circa eam c. 32. 106
Cur plures Propheticæ Scripturæ Ecclesiæ testimonium perhibent quam Christo c. 24. 80
Non minùs in Christum & Spiritum S. est injurius, qui præsentem aut posthàc in finem usque sæculi duraturam Ecclesiam cum suis DD spernit quàm qui primitivam contemnit c. 43. 138
De Congregatione Christiana etiam boni viri subinde expelluntur c. 75 244
Quid viris illis agendum *ibid.*
Quæ semel ab Ecclesia definita, non sunt denuò ad examen revocanda, & cur ita ? *à cap. 22. usque ad* 35.
Objectiones in contrarium c. 36
Objectionum solutioni quædam præmittuntur c. 37.
Diluuntur objectiones ex Scriptura depromptæ c. 38
Solvuntur desumptæ ab exemplis c. 39
Respondetur ad objectiones ex authoritatibus c. 40
ECCLESIÆ ROMANÆ prærogativa c. 17. 56 57. c. 28 92. c. 31. 103. c. 32. 105. c. 33. 107. c. 67. 219. c. 69. 224 225. c. 70. 229
Ejusdem in fide constantia c 31. 103. c. 33. 107
Cæteræ particulares Ecclesiæ, Romana excepta, errare possunt in fide c. 70. 229
Ecclesiæ Constantinopolitanæ cum Romana sub Iustino Cæsare facta reconciliatio c. 32. 105
Professionis formula reconciliandis præscripta *ibid.*
EDICTUM Wormaciense Caroli V. contra Lutherum c. 15. 51. c 16 53. 54. c. 69. 226
Edictum Cæsareum Martiani & Valentiniani, de non disputando cum hæreticis Synodaliter damnatis c. 28. 92
Aliud Martiani Augusti de eadem re contra Eutychianos 93
Edictum Gratiani, Valentiniani, & Theodosii Magni, decernentium quinam pro Catholicis, quinam pro hæreticis reputandi 92
Edictum Zenonis Imperatoris *Henoticon* c. 31. 102
ENCYCLICA Basilisci Tyranni à quingentis orientalibus Antistitibus impiè subscripta, sed paulo post ab ipso etiam Tyranno cassata c. 31. 102. c. 32. 106
ENNODII TICINENSIS Libellus Apologeticus pro Symmacho Papa, quantæ sit authoritatis c. 33. 107
EPISCOPI. An à juramentis, quibus Papæ obstringuntur, solvi possint c. 76 247
Eorum ad Papam subordinatio *ibid.*
Eorum in laicos qualiscunque sint dignitatis & Religionis, jurisdictio & potestas c. 74. 241. c. 76. 246
Vide SACERDOTES.
EROSTRATUS cur fanum Ephesinum incenderit c. 14. 44. 46
Quanquam decreto cautum fuisset ne quis eum nominaret, innotuit 44
ERRANTES circa fidem quousque tolerandi c. 37. 122.
Errantem dedocere operosius est quam docere ignorantem c. 42. 135
Ejus rei documentum *ibid.*
ETHNICI. Cur olim falsos Deos divulgarint sceleratos & criminosos c. 49. 159.
EUANGELICI. Nonnulla de eorum nomine c. 47. 151.
EUNOMIANI docuerunt fidem sine operibus salvare 153
EUTYCHIANA HÆRESIS. Ejus ortus sub Leone c. 33. 108
Prævaluisset, nisi Apostolici Præsulis divinitus provisa vigilantia constantiaque obstitisset *ibid*
EUTYCHIANI qualiter à Leone Magno tractati c. 28. 92
Qualiter à Martiano Imperatore 92
Post Chalcedonensem sententiam postulantes ulteriorem audientiam repellendos censuerunt, & Leoni Augusto consulenti rescripserunt variarum Provinciarum Antistites, etiam synodaliter congregati c. 30 98. 99
Synodicæ pluíquam XII. in eam rem *ibid.*
Repelli etiam voluit Papa Simplicius c. 31. 100
Item Felix 101 102
Sub Gelasio I. resurgere tentaverunt c. 33 108. 109
Obviavit Gelasius novâ audientiâ denegatâ *ibid.*
Symmacho Papæ opponunt Laurentium, ut quod nequeunt à Papa impetrent ab Antipapa c. 34. 110

F

FAMA. Ejus cupiditas tanta, ut quidam desperantes bonam, satagant adipisci vel malam c. 14. 44. 46
Ejus rei exempla *ibid.*
Famæ perennis amore quæ homines faciant 47
FALSITAS non solum veritati, sed & sibi ipsi contraria est c. 40. 130.
FELIX III. Patriarchas orientales deponit c. 31. 103
Ejus constantia *ibid.*
Ejus testimonium de non retractandis dogmatibus œcumenicè semel decisis 101. 102
FIDES quàm delicata, quæ tota repellitur, nisi tota suscipitur c. 7. 20. c. 32. 106
Fides vera immutari non potest c. 34. 112

Scri-

Scripturis est antiquior, atque ab iis tam in fieri quàm conservari independens c. 35. 113
Sine operibus ad salutem non sufficit c. 47. 153
Tractatuum frequentia non tam astruitur quàm destruitur c. 35. 113. 114
Dum plures fiunt fides, ad hoc incipiunt esse, ne ulla sit 115
Errantes circa fidem quousque tolerandi c. 37. 122
Laudabile est, dum necessitas urget, pro fide decertare c. 5. 16 c. 6. 17
Quanto fides Christianorum præstantior quam Helena Græcorum, tanto alacrius pro ea quàm pro hac dimicandum c. 8 24
Methodus stabiliendi fidem & confundendi novitatis invectores c. 38. 125
Inter fidem & hæresim rejiciendæ concordiales methodi c. 32. 106
Fidei Catholicæ firmitas & ineluctabilitas c. 29. 96
Cur ad fidei persuasionem rariora nunc quàm olim fiant miracula c. 39 129
Quod ad fidem abundat, contentioni non sufficit c. 26. 85
Plurium Catholicæ fidei hostium improvisus interitus c. 34. 111
Non retinet veram fidem ullius Articuli, qui pertinaciter errat vel dubitat de aliquo c. 61. 198
Dubius in fide, infidelis est c. 25. 84
Firmissimum esse necesse est, quod à plurimis incursatum nequierit everti c. 29 96
FLORINVS. Ejus execrabile commentum, *De Deo authore peccatorum* c. 23 78. c. 49. 158
Florinianorum & Simonianorum super eo dogmate concordia & discordia c. 49. 158
Florinianorum & Coluthianorum hæreses extremè sibi contrariæ c. 23. 78
FOETVS cuique suus, ut carnis ita & mentis, alienis plerunque apparet pulchrior c. 12. 38
FRATERNITAS Christi major est quàm sanguinis c. 2. 4. 5. c. 4. 11. 12
Fratrum discordias esse atrocissimas exemplis ostenditur c. 8. 23
FVRIVS CAMILLVS. Ejus factum laudabile c. 13. 41. c. 75. 244

G

GELASIVS Pelagianis & Eutychianis resurgere tentantibus obviavit, & quo modo c. 33. 108. 109
Hæreticis ritè damnatis novam censet denegandam audientiam, & cur? *ibid* & c 27 89
GERMANI. Gentis Germanicæ præconia, ab exteris etiam Scriptoribus decantata c. 1. 2
Fidei Christianæ apud Germanos antiquitas c. 19. 63
Litterarum ignari erant, quando fides ipsis annuntiata c. 20 66
Non scripto sed verbo Euangelium iis consignatum *ibid.*
Germanorum super Christianæ Religionis negotio dissidium, magnopere deplorandum c 1. 1. c. 67. 218
Eorum factiones non Orthodoxis sed Lutheranis imputandæ c. 17. 56. c. 67 218
Spes unica illas terminandi, & quæ illa c. 67. 219
Cur vulnus ipsis per Lutherum inflictum ante remedium ob oculos ponendum c. 19. 62
Curandum sollicitiùs quomodò Germania sanari queat, quàm quomodo in morbum inciderit *ibid.*
GERYON cur *tricorpor* dictus c. 1. 3. c. 2. 5
GODEFRIDVS A VALLE Calvinista librum edidit *De Arte nihil credendi* c. 9. 27
GRÆCIÆ ambitiosæ subversio prænuntiata c. 13. 43
Græcorum errores *ibid.*
GRATIA liberum hominis arbitrium non evacuat, sed statuit c. 48. 155
Ab errore nemo vel primò educitur vel denuò reducitur, nisi per Dei misericordiam c. 22. 74
Nihil proficit Doctor quantumlibet eruditus plantando ac rigando, nisi summus Agricola assistat, cordis fundum sulcando, germen educendo, incrementum præbendo 75
GREGORIVS NAZIAN. inutilem Synodorum super Synodis multiplicationem redarguit c. 35. 115
Non tamen Synodorum authoritatem imminuit *ibid.*
Imperatorem inter oves sibi subditas reputat c. 75. 243
GVILIELMVS ESTIVS. Ejus elogia c. 65. 214
Disputationes super dogmatibus ab Ecclesia definitis improbat *ibid.*
GVIL. LINDANVS Ejus elogia c. 65. 212
Quæ pro fidei causa pertulerit? *ibid.*
Disputationes publicas cum Lutheranis improbat velut inutiles *ibid.*

H

HÆRESIS veritate posterior c. 17. 56
Non tam in vocibus, quàm in vocum sensibus consistit c. 23. 78. c. 40. 131
Non completur, nisi pertinaciter errori inhæreatur c. 37. 122
Hæresis nunquam dicit, sufficit c. 77. 250
Hæreses inter Christianos quando primùm exortæ c. 10. *toto.*
Nulla in Christianismo ebullivit, quin se Christiani nominis velo palliaverit c. 70. 227
Hæreses non fecerunt, nisi magni homines c. 14. 48
Hæresum varietas & multiplicitas unde c. 7. 21
Ad hæresim per declive facilior est descensus, quàm ad fidem per acclive ascensus *ibid.*
Hæreses de philautiæ fonte manant c. 12. 38
Esse non possent, si non & perperàm Scripturæ intelligi possent c. 25 82
Hæreseon aliquot per ambitionem suscitatarum elenchus c. 13. 43
Cur Deus hæreses crebrescere sinat c. 29. 95
Quænam ex hæresibus utilitas in Ecclesiam redundet *ibid.* & 96. c. 43. 140
Hæreseon cum corporalibus morbis comparatio c. 70. 229
Cum hæresibus quædam vitia præ aliis arctiorem habent connexionem, & quæ c. 12. 38
Quibus modis exortæ in Ecclesia hæreses supprimendæ c. 29 95. c. 39. 129
Hæreses prodidisse, refutasse est c. 19. 62
Cunctis hæresibus, etiam dudum sepultis & incineratis, ansa resurgendi ac vires resumendi præbetur, si quod semel ab Ecclesia damnatum est retractari quasi dubium toleretur c. 26. 87. & *sparsim alibi.*
HÆRETICVS. Quis censeri debeat, c. 29. 95. c. 37. 122. c. 50. 162.
In quo differat à Catholico errante c. 61. 198
In quo hæreticus, & credens hæreticis *ibid.*
Tali hæreticus, quali & Judas pœnâ damnatur c. 17. 89
Hæretici ab Ecclesia quam vident, foras fugiunt c. 24 80
Seipsos segregando, animales fiunt, Spiritum Sanctum amittunt c. 6. 17
Spiritum Magorum Pharaonis induunt 18
Non recedunt ab iniquitate, nisi redeant ad unitatem c. 70 228
Cum precibus & satisfactionibus redeuntes, audiendi; minas & maledicta ingerentes, respuendi c 26. 85
Eò sunt periculosiores, quò integritati fidei apparent propinquiores c. 7. 20
Tantò magis cavendi sunt ac pertimescendi, quantò occultiùs sub Divinæ Legis umbraculo latitant c. 25. 82
Hæreticorum Sectæ dispersionibus Philosophorum surrogatæ c. 9. 27
Inter hæreticos reperiuntur modò *Sceptici* & *Academici* 28
Hæreticorum nomenclaturæ diversæ 29
Quorundam nomenclaturæ fastuosæ *ibid.* & c. 47. 151
Christiani esse desierunt, dum Christi nomine amisso, humana & externa vocabula induerunt c. 14. 48
Cur à Psalmographo *vicini nostri* dicti, & *septuplici ultioni* subjecti, c. 18. 60
Cur *viri sanguinum & dolosi* c. 25. 83
Cur *à semetipsis damnati* dicantur, c. 24 79. 80. c. 26. 85, c. 27. 88. 89
Quàm rectè *stulti* appellentur c. 22. 73
Hæretici, *Columnæ sepulchrales* c. 24 79
Comparantur mulieribus impuris & adulteris c. 50. 161
Comparantur viperis, scorpionibus, & basiliscis eminùs enecantibus c. 27. 90
Tot habent species diaboli, quot simulachra mendacii *ibid.*
Eorum scripta severè vetantur, & Edicto Cæsareo flammis adjudicantur c. 28. 93
HÆRETICORVM VITIA c. 12. & 13. *totis*
Hæreticum difficile est reperire, qui diligat castitatem c. 14. 45
Ethnicis ac Judæis erga Deum sunt ingratiores c. 22. 74
Fontem misericordiæ Dei suâ sibi ingratitudine obstruunt *ibid.*
Christianos seducentes Regicidii & sacrilegii reatum incurrunt c. 14. 45

Illis gravius quàm Eroſtrato imminet ſupplicium 46
Idololatris ſimiles verbis ſibi Idola fabricantur c. 12. 37
Hæretici *ſibi placentes* ſunt 38
Caini, *Balaami* vel *Core* ſunt imitatores c. 6. 17
Veſtigia *Cham* ſequuntur c. 75. 242
HÆRETICORVM PERTINACIA quàm immanis, & unde c. 11 36. c. 26. 86. c. 62. 200. 201. 203. 205. c. 77. 250
De eorum duritie Hieronymi teſtimonium c. 24. 79
Hæreticalium contentionum fontes, invidia, avaritia, ſuperbia c. 6. 17
Faciliùs Ethnici convertuntur quàm hæretici reducuntur c. 21. 70. c. 22. 75.
Ethnicis ac Iudæis ſunt obſtinatiores & intractabiliores c. 22. 74
Eam reputant gloriam vanitatis, nullis cedere viribus veritatis *ibid.*
Erubeſcunt humanæ infirmitati, & non erubeſcunt inviẞiſſimæ veritati c. 65. 215
Ne patefactâ quidem veritate obmuteſcere volunt c. 77. 250
Ranis coaxantibus aſſimilantur *ibid*
Hæreticorum obſtinatio, Catholicorum fit exercitatio c. 31. 100
Plus eis præſtamus ſi ut corrigantur oremus, quam ſi doceamus aut moneamus c. 23. 76.
COLLOQVIA CVM HÆRETICIS non ineunda, neque commercia c. 23. 77. c. 24. 79. c. 26 85. 87. c 27. 88
Hæretici ritè damnati ab ulteriore audientia repellendi, & cur? *ſparſim per totum opus*
Prius inter ſe conveniant, quam à Catholicis congreſſum expectent c. 40. 130. c. 57. 186
Hæreticorum varij gradus ac ſtatus c 37. 122
De ſingulorum admiſſione vel repulſione à diſputatione *ibid.*
Solemniter damnati potiùs vitandi ſunt quàm diſputatione dignandi c 23. 76
Non ideò excuſantur quod dicant ſe tantùm diſputare c. 61. 197 198
Ad certamen Scripturarum non admittendi c. 24. 81
Quid eis ad illud provocantibus regerendum *ibid.*
Cùm hæreticis cur de rebus ab Eccleſia deciſis certamen ex condicto non ineundum c. 22. 73. c. 24. 80. c. 28. 91. c. 38. 124
Vide DISPVTATIO
Hæretici cum hæreticis diſputando, ſi adverſarios debellent & in ſuam Sectam traducant (quod rarum eſt) morbum eis mutant, non ſanant, nec tam ſibi quàm Eccleſiæ vincunt c. 37. 120
HÆRETICORVM GENIVS. Chriſtiano ſe nomine fucant ſed rem Chriſtianiſmi impugnant c. 7. 20. c. 70. 227
Cur Chriſtiani nomen uſurpent c 70. 227
Novum non eſt, quod jactent ſe Spiritum S. habere; ſed inanis eſt jactantia c. 5. 15
Majorum contemptus ipſis uſitatus. c. 12. 38
Initia hæreticorum contemptus Præpoſitorum c 13. 41
Hæreticorum nota, *Dominationem ſpernere*, *Majeſtatem blaſphemare* c. 16 54. c. 72. 233
Omnes hæretici SS. Synodos, eorum malas Sectas deſtruentes accuſant c. 30. 97
Non poſſunt niſi vituperare Orthodoxos, qui à fide & communione apoſtatant orthodoxa c 68. 221
Paſſim Philoſophicis ratiunculis adverſus fidei ſimplicitatem armantur c. 30. 99
Omnem vim venenorum ſuorum in Dialectica diſputatione conſtituunt c. 35. 115
Quæ ex animo docent etiam ſentiunt, etſi abſurdiſſima c. 62. 201
Hæreticis ſolemne eſt Scripturas obtendere, & cur ita? c. 25. 82. 83
Se obvelant teſtimonijs Scripturarum, ut lupi ſe pellibus ovium c. 62. 207
Familiare eſt repudiare Scripturas per quas revincuntur, aut ſic depravare ut omnem redarguendi efficaciam amittant c. 46. 147
Familiare eſt veterum Patrum (uti & Scripturæ S.) ſententias in ſui erroris patrocinium detorquere c. 43. 140
Cur illis potiùs quàm ſuis ſynchronis abutantur *ibid.*
Solemne ſemper fuit Catholicis adſcribere errorem oppoſitæ extremitatis c. 18. 61
Familiare, Catholicos, velut per opprobrium, certo aliquo vocabulo agnominare c. 67. 218
Familiare eſt pauciora adverſus, plura defendere, poſteriora prioribus anteferre, & ex dubijs certa infirmare c. 75. 242
HÆRETICORVM INQVIETVDO in Cyniphibus Ægyptianis præumbrata c. 6. 18
In *Cham* filio Noë præominata 19
In perdicibus pugnacibus ac furacibus figurata *ibid.*
In Gentibus bella volentibus, propheticè devota *ibid.*
Diſſidia parit Chriſtianorum c. 7. 29
Diſcipuli in Magiſtros recalcitrant, malentes haberi propriæ ſententiæ inventores, quam alienæ ſectatores c. 17. 58
Hæretici in eo gradu, in quo ab Eccleſia exeunt, diu ſtare non poſſunt *ibid.*
HÆRESIARCHÆ, Legis myſticæ tranſgreſſores, non Chriſto ſed ſibi propaginem ſuſcitant, *Vocantes nomina ſua in terris ſuis* c. 14. 47. 48
Hæreſiarchis nunquam cum alijs Hæreſiarchis, nedum cum Catholicis plena concordia c. 56. 179
Sali infatuato aſſimilantur c. 27 90
An è Dogmatiſtis aliquis ante Clementis Alex. tempora ab errore reſipuiſſet c. 26. 86
HEBER. Familia *Heber* quatenus Eccleſiæ geſſerit figuram c. 17. 58
HELVIDII hæretici in Deiparam injurii cum Eroſtrato comparatio c. 14. 46
HENOTICON quid ſit? c. 31. 102
Zenonis Imperatoris *Henoticon* ab Acacio ſuggeſtum, & ab eodem ac pleriſque orientalibus acceptatum, ſed à Romanis Præſulibus rectiùs rejectum c. 31. 102. 103
Henotico illo non ſopita Eccleſiarum diſſidia, ſed potiùs aucta 102
HENR. GRAVIVS. Ejus elogia c. 65. 213
Diſputandi pruriginem in Lutheranis poſt damnationem carpit *ibid*
HIERARCHITÆ. An negaverint Extremam unctionem eſſe Sacramentum c. 54. 174
HIERICHO reædificare quid, c. 77. 247
Cui maledictioni reædificans ſubjaceat *ibid.*
HOMO. Decet homines ad imaginem Dei conditos, authoris ſui eſſe imitatores c. 3. 8
Ad ſocietatem Angelorum ordinatos, futurorum olim Concivium æmulatores *ibid.*
Mundi majoris incolas, mundanæ harmoniæ ſectatores *ibid.*
Eiſdem Parentibus prognatos, fraternitatis obſervatores c. 3. 9. 10
Mutuæ opis indigos, mutuæ benevolentiæ repenſores 10
HOSIVS CARDIN. Exemplis ac documentis, ipſiuſque Lutheri ſuffragio, probat repellendos à diſputationibus Lutheranos c. 58. 187. & ſeqq.

I

IAC. LATOMVS Primus Lovanienſium ſcribit adverſus Lutherum c 61. 197
Cenſuram Facultatis Lovanienſis adverſus eundem tuetur *ibid.*
Hæreticos, ſignanter Lutheranos, ad diſputandum non admittendos oſtendit *ibid.* & 198
IGNORANTEM docere faciliùs eſt, quàm dedocere errantem c. 42. 135
Ejus rei documentum *ibid.*
IMPERATOR Pontificiæ poteſtati eſt ſubjectus c. 75. 243. c. 76. 246.
Non ſupra ſed intra Eccleſiam eſt c. 76. 246
In ea quæ divina ſunt jus nullum habet *ibid.* & c. 77. 249
Sano ſenſu dicitur *Caput Germanorum* c. 72. 233
Sed non Hierarchicum 234
Imperatorum functio circa Eccleſiam c. 32. 106
Imperialis & Papalis dignitatis comparatio c. 34. 111
Cur in Veterum indictione Conciliorum implorata & adhibita opera Imperatorum c. 77. 249
Imperatores tam olim quàm recenter fidei cauſas ad Apoſtolicæ Sedis tribunal, tanquam unicè competens, remiſerunt c. 69. 224. *& ſeqq.*
Proferuntur in eam rem Edicta & exempla plurium *ibid.*
Quæ Cæſaris ſunt, Cæſari; & quæ Dei, Deo redhibenda, c. 72. 235. c. 76. 246
Cæſaris in ſua inauguratione juramenta c. 76. 247
INDVLGENTIÆ à Luthero impugnantur, & cur? c. 15. 49 50 c 54 173
INFIDELES. Eorum varii gradus & ſtatus c. 37. 120
Cum quibus Infidelibus diſputationes inire Catholici prohibeantur *ibid.*
INGRATITVDO quantoperè Deo diſpliceat c. 22. 74
INIMICOS habere non culpa eſt, ſed inimicos ſibi jure conciliare c. 3. 7
INQVISITIO unius & certi infinita eſſe non poteſt c. 30. 97
INSIDIATOR. Plus plerunque periculi eſt in inſidiatore occulto, quàm in hoſte manifeſto c. 46. 147
INTELLECTVS humani quanta pronitas ad ſe conformandum inclinationi affectus c. 11. 35. c. 62. 200
In quovis vitiorum genere captivari poteſt in obſequium pravi affectus, c. 12. 37

IOAN

IOANNES APOST. nequidem balnei ejusdem communionem cum hæreticis habere voluit c. 23. 77
IOAN. DRIEDO. Ejus elogia c. 63. 206
Quas cum hæreticis disputationes probet, quas improbet 207
IRASCI utiliter, licet c. 5. 16
Irascuntur contumaces ipsi veritati, siquando adversùs suam apparuerit voluntatem c. 46 147
IVDA. *Regnum Iuda* quatenus Ecclesiæ gesserit figuram c. 17. 58
IVDEX. Nulli Iudices minùs suspicioni obnoxij, quam qui priùs pronuntiarunt, quam controversia inter partes fervesceret c. 38 124
Nihil familiarius judicialiter victis, quam Judicis iniquitatem causari c. 30. 97. c. 77. 249
Magis deferendum est Iudicis interpellati sententiæ, quam reorum interpellantium jactantiæ c. 71. 231. c. 77. 249
IVDOCVS TILETANVS. Ejus elogia c. 64. 208
Quantopere à Carolo V. uti Rector honoratus *ibid.*
Ejus Apologia pro Decretis Tridentinis adversùs Kemnitium 209
Varios Catholicorum conatus pro reductione Lutheranorum frustra adhibitos recenset *ibid.* & *seqq.*
Qualiter jam tractandi Lutherani juxta ipsum 211
IVLIANVS APOSTATA. Scholas Christianorum recludi jubet, & cur? c. 51. 163.
IVLIANVS PEL. Omnium Pelagianorum fuit contentiosissimus c. 21. 72
Licet correctionis spem præferens, à Sixto Papa reijcitur *ibid.*
Calumniatur Augustinum suscepisse in se summam prælij pro parte Catholicorum contra Pelagianos c. 38. 124.

L

LAICVS. Ipsi non competit de Episcopis judicare c. 74. 241 c. 76. 246.
Quantæcunque Religionis aut dignitatis existat, Episcopi ovis vocari non desinet *ibid.* & c. 75. 243
LEO MAG. Ejus auspiciis & præsidio Eutychianam hæresim œcumenica Synodus Chalcedonensis damnavit c. 28. 91
Post damnationem, nullam penitus disputationem cujusquam retractationis admitti voluit *ibid.* & c. 29. 94
Epistola ejus ad Flavianum, à perfidis unà cum Chalcedonensi Concilio anathematizata c. 31. 102
A veritatis studiosis Columna Orthodoxiæ est appellata 103
LEX. Ejus utilitas c. 35. 113
Legibus Imperatorum, quæ contra veritatem Dei feruntur, qui obtemperare non vult, acquirit grande præmium c. 32. 106
LIBERVM ARBITRIVM inconstanter asserunt Patres, Pontifices, & Synodi c. 46. 149. c. 48. 154. 155
Doctrina illa totius Religionis cardo est & fundamentum c. 48. 154
Non sic defendendum, ut ei bona opera sine gratia tribuantur *ibid.* & 155
Libertati non derogat Divina prædestinatio c. 48. 155
Gratia libero arbitrio non officit; sed stabilit *ibid.*
Liberum arbitrium qui hæretici sustulerint 156
Libertatis evacuationem testatur palam Lutherus esse dogmatum suorum cardinem 154
Non solùm rem sed etiam ipsum nomen liberi arbitrij execratur & tanquam satanæ magisterio in Ecclesiam invectum calumniatur 156
Libero arbitrio omnem omnino subinde adimit activitatem c. 49 159
LOCI THEOLOGICI. Eorum varietas c. 42. 136
Locus ab authoritate in Theologia tenet primatum, in Philosophia vix secundatum *ibid.*
Unicum locum è decem recipit Lutherus cum Asseclis, & quis ille 137
LOVANIENSIS ACADEMIA. Cur in ejus erectione non concessa Facultas docendi Theologiam c. 61. 196
Laudatur à Leone X. c. 16. 53
Prima Articulos Lutheri censurat c. 15. 51
Theologorum Lovaniensium præclara elogia c. 61. 196
Articulos doctrinæ Catholicæ ex mandato Cæsareo evulgant c. 42 137
Quinque ex illis recensentur *ibid.*
In eos insolentissime debacchatur Lutherus *ibid.* & c. 16 52
Plerique grassantem Lutheranicam perfidiam scripto aliquo impugnarunt c. 61 196
Peculiari nota illustres referuntur c. 61. & *seqq.*
LVTHERVS priùs vocabatur *Ludder* c. 47. 151
Cur nomen commutaverit *ibid.*
A Catholicis cum suis exivit, non contra c. 17 56 c. 19. 63. c. 67 218
Initio diu cum propria conscientia luctatus fuit c. 62 201
Ejus erga Apostolicam Sedem ficta vel fluxa devotio notatur c. 15 51
Romam citatus tergiversatur *ibid.*
Augustæ coram Cardinale Cajetano Legato comparet *ibid.*
Palinodiam nisi generalem canere detrectat *ibid.*
A Legato ad Legantem appellat *ibid.*
Calamum stringit in omnes sibi adversantes c. 16. 52. & *seq.*
Quibus pridem se submittebat, insultat; & quos se suspicere profitebatur, incessit *ibid.*
Cardinalem Cajetanum irridet 52
Academias damnatrices suas proscindit *ibid* & 53 c 42. 137
Ejus in Ecclesiam Romanam & Pontificem odium & blasphemiæ c. 16. 53 c. 17 57 c. 56. 178. 179
Pontifici retalians jus Canonicum comburit c. 16. 53
In D. Thomam & Thomistas est injurius *ibid.*
Synodis authoritatem detrahit *ibid.* & c. 45. 146
Dominationem spernit c. 16. 54. 55
Majestatem Regiam Henrici VIII. Angliæ Regis blasphemat 54
Item Cæsaream Caroli V. 55
Comitia Imperialia fœde dilacerat, & totum Mundum lacessit *ibid.*
Ejus in priscos DD. Ecclesiasticas Synodos, ipsamque Ecclesiam universalem debacchatio c. 43. 139
Animositatem suam jactat, pusillanimitatem Catholicis exprobrat c. 60. 193
Quam ridiculè 194.
Prævie quam damnaretur ab Academijs aut Pontifice, ad Cæsarem recursum instituit c. 74 240
Illusoriè ad Concilium futurum appellat ut interea in pace agat c. 73. 237
An conscius fuerit appellationis Confessionistarum à Decretis Comitialibus ad Concilium *ibid* & 238
An fuerit ex Authoribus Confessionis Augustanæ 238
Avaritiæ & philotimiæ insimulatur c. 15 50
Quam fuerit libidinosus & castitati infestus c. 51. 165
Ejus pseudopropheticus versiculus *Pestis eram vivens* &c. c. 17. 57
Ejus pseudopropheta *ibid.*
Miracula per ipsum frustra attentata c. 35. 115
Ejus sententia de hæresiarcharum irresipiscentia, quam pro parte verificavit propria experientia c. 22. 75
Cum Mahumeto comparatur c. 59. 190
Andabaticè pugnans inducitur c. 60. 193
Hæreticorum post se in dies ebullientium Patriarcha est c. 18. 60. 61
Per quæ peccaverat torquetur, dum Discipuli in Magistrum insurgunt & Sectas novas faciunt c. 18, 59 c. 45. 146. c. 58. 189
Quam justè primum schisma à suis passus sit super mysterio Eucharistiæ c. 18. 60
Ejus, de multiplicitate Sectarum inter suos, querela c. 45. 146. c. 76 245
Leges iniquissimas Catholicis secum disputaturis præscribit c. 44. 143. c. 59 192
Exploduntur per Erasmum *ibid.*
Sentit non esse super dogmatibus ritè decisis denuò decertandum c. 58. 189
Cur abolitionem imaginum à Carolstadio Wittembergæ attentatam improbarit c. 52. 167
LVTHERI DOGMATA pleraque referuntur à *Cap. 47. ad 56*
Ab Academijs Catholicis reprobantur, à Prætulibus Apostolicis censurantur, à Cæsare in Comitijs Imperialibus cum Authore proscribuntur, à Synodis damnantur c. 15. 51
Dogma suum de libertate testatur esse cardinem exterorum c. 48. 154. c. 49. 157
Non solùm rem sed ipsum etiam nomen *liberi arbitrii* execratur, & tanquam satanæ magisterio in Ecclesiam invectum calumniatur c. 48 155. 156
Libero arbitrio subinde omnem omnino adimit activitatem c. 49. 159
Cur bellum indixerit libero arbitrio 157
Non sibi constat, dum liberum tollit arbitrium, & fidei astruit præceptum *ibid.*
Pelagianismi ignominia quam Catholicis aspergit, in ipsum retorquetur c. 48. 156
Ejus jactantiam adversùs Catholicos, tanquam minùs idoneos ad secum super quæstione liberi arbitrij certandum, qui DD. represserint c. 49. 157
Ob quem scopum Deum finxerit authorem peccatorum c. 49. 159
Quos in eo dogmate magis imitetur, Simonianos an Florinianos 158. 159
An conveniat cum Massalianis in dogmate de remanentia peccati in parvulis baptizatis c 50 160
Augustinum falsariè in erroris illius sui patrocinium non erubescit adducere *ibid.*
Quid de usu rationis in parvulis baptizandis senserit c. 53. 169
Monachatum execratur & vota c. 51. 164. 165
Sub prætextu libertatis Christianæ omnes leges eliminat, etiam juris naturæ c. 45. 146
Videtur non rectè de Christi Divinitate sensisse *ibid.*
Ad Solum Euangelium provocat c. 25. 82.

Ejus præfidentia, & simul inconstantia, redarguentis in alijs, quod practicat cum & præ alijs *ibid.*
Ex omnibus locis Theologicis unicum verbotenus recipit, sc. authoritatem Scripturæ c. 42 137
Reipsa nullum c 44.142.143
Ejus irreverentia in Scripturas, etiam protocanonicas quas suscipere se profitetur: & in earum Authores maledicentia c. 45. 146 c.46.147
Scripturam Sacram vocat *librum hæreticorum* c. 72. 234
Omnia dicta Scripturæ nihil curat c. 45. 146
Non ideò libros Scripturisticos appretiat vel repudiat, quia tales sunt vel non sunt; sed quia scopo suo congruere vel discongruere sibi videntur *ibid.*
Ejus querimonia de Latinis Bibliorum versionibus nimis per Sectarios multiplicatis c. 44. 141
Ipsemet suffragatur reijcientibus Germanicam Bibliorum versionem per se lucubratam & ante laudatam *ibid.*
Fatetur se quædam loca in Psalmis non intelligere c.59.192
Textum Apostoli ad Rom. 3.28. in Teutonica sua versione falsificat c.47.152
Quantopere circa purgatorium vacillaverit c. 54.173
An sibi constet dum urget sumptionem Eucharistiæ sub utraque specie c 53.170
Approbat universos damnatos *Hussij* Articulos c. 56.178
Per consequens approbat *Wicleffijcos. ibid.*
Wicleffum in Album Sanctorum referre non dubitat c.48.156
Mira ejus inconstantia super Hussi doctrina c. 56.179
Ejus inconstantia in suis dogmatibus c.49.157.c 56.178
LVTHERANISMVS. Ejus ebullientis tempus & locus c. 15.49
Occasio 50
Annuli LXII. cohærentiarum Lutheranismi cum antiquis hæresibus *à cap.* 47 *ad cap.*56
Lutheranismi exuberantis pseudomiraculum à Thoma Moro derisum, atque olim in Iovinianismo à Hieronymo præexplosum c.7.22
Lutheranismi causa potiori jure pro finita modò habenda, quàm Pelagianismi causa tempore Augustini c. 21. 71
LVTHERANI à Catholicis exierunt, non contrà c. 17. 56. c.19 63.c.67.218. c.75.244
In varias Sectas & Subsectas dividuntur c. 18.60
Eorum dispersiones per varias regiones 61.
Quantumlibet inter se dissideant, in Ecclesia oppugnanda conspirant *ibid.*
Recensentur aliquot Articuli omnibus communes, à Luthero hausti *ibid.*
Nonnulla de nomine *Euangelicorum* c. 47 151
Quàm congruè assumpserint nomen *Protestantium* c. 74.240
Jactitant se Ecclesiæ Romanæ *Reformatores* c.17.56.c 67.220
Potiùs sunt Deformatores seipsismet testibus c 67. 220
Quam supra modum contentiosi c. 21. 69. 70
Falsò jactabant, etiam initio, se à seditionibus alienos c. 68. 223
Eorum Domestica super *Augustana Confessione* dissidia c. 57. 186
De eorum inconstantia dictum memorabile c. 43 139
Factiones Germanorum ipsis imputandæ c. 67. 218
Cum Mahumetanis comparantur c. 59. 190
Usurpare non possunt illud Hieronymi: *Ita & nobis Maiores nostri, & illis sui tradidere Maiores* c. 19. 63
Eorum dissensus obstare non potest, quominùs Tridentina Synodus dicatur universali consensu constituta c. 34. 112
Ex sui Præceptoris documento adversùs Superiores convitiantur c. 17. 57
Falsò jactant Colloquium Wormaciense per Catholicos astu diremptum c.57.186.
Agendum modò cum Lutheranis disputationem de novo flagitantibus, sicut per Leonem Magnum & Martianum Imperatorem actum est cum Eutychianis c.28. 91. 92. c.71. 231 232
Cur cum ipsis speciatim devitandæ disputationes publicæ, *Vide* DISPVTATIO.
Eorum dogma de facilitate Scripturisticæ intelligentiæ exploditur c. 59. 191 192. c. 63.207
Non sibi constant dum in suis Scholis non cessant Sacras Scripturas elucidare Discipulis c. 51. 163
Utrum habeant Divinam Scripturam c. 44. 141
Pars negativa varijs suadetur rationibus 142
Quosnam libros de Canone utriusque Testamenti exturbent c. 45 144.
Sacrilegum Manichæorum privilegium hæreditarunt *ibid.*
Cur expungant è Canone deuterocanonicos utriusque Testamenti libros c. 46. 147. & *seqq.*
Quæ dogmata in libris Iudith, Tobiæ, Esther, Machabæorum, Lutheranicis paradoxis adversentur 148
Quæ in Sapientia, Ecclesiastico &c. 149
Imitantur Manichæos & Marcionistas, libros quosdam sacros reijciendo: Valentinianos & Priscillianistas, eorum quos suscipiunt intelligentiam depravando 147
Scripturas dum partim recipiunt, partim reijciunt, eas sibiipsis subijciunt c. 35. 115
Magis deprimunt Scripturæ majestatem, subijciendo eam privato suo spiritui, quam Catholici eandem interpretando ex Ecclesiæ Traditione & consensu c. 45.145
Eorum dogma de fide sine operibus salvante, in primitiva Ecclesia per Pseudoapostolos excogitatum, per Apostolos perimitur, & Canonicis Epistolis confutatur c. 47. 152. 153
Quis fuerit primus istius dogmatis Commentor 153
Lutherani unam alteramve imaginem servant, cæteris rejectis c. 52 167
Ioanni Frederico Saxonum Duci post obitum parentant c. 17. 57
Conatus Catholicorum pro eorum reductione c. 57. 182. & *seqq.* c. 64.209. & *seqq.*
Vide CONFESSIONISTÆ, PROTESTANTES, SECTARII.

M

MALVM. Non solùm à malo, sed à specie quoque mali abstinendum c. 22. 73
MANICHÆI vocabant se non *Manichæos* sed *Mannichæos* c. 47 151
Utriusque nominis significatio *ibid.*
Veteris instrumenti Scripturas reijciebant; Novi quod volebant sumebant, quod nolebant reijciebant c. 45. 144
MARTIANVS Imp. Quæ egerit adversùs Eutychianos c. 28. 92 93
MARTYR esse non potest, qui in Ecclesia non est c. 67. 218
MASSALIANI. An rectè inter Lutheranorum progenitores numerentur c. 50. 160.
Eorum hæresis circa Baptismi efficaciam *ibid.*
An senserint Ordinem non esse Sacramentum c. 55. 175
MAXIMIANISTÆ hæretici cur Catholicos ad disputandum provocantes non auditi c. 40.132. c.57 186
MEDICAMENTVM quod uno tempore sanativum est alio fit nocivum c 39.128
MELCH. CANVS vitandam censet disputationem cum Lutheranis, & cur c. 59. *toto.*
MIRACVLA. Cur nunc quàm olim rariora c. 39. 129
Miraculis aliquando suppleta Catholicorum cum hæreticis concertationes *ibid.* & c 29. 95. c. 37. 121
MONACHI in pejus proficientis atque ex aliorum contemptu ad ipsius Dei contemptum progressi historia c.45. 146
MONOMACHIÆ lex est, ut provocatus pugnandi normam præstituat c. 76.245
MORBVS animæ inveteratus, quam curatu difficilis c. 57.186.
Notitia morbi initium est remedij c.19.26
Magis sollicitum esse oportet de provisione remedij, quàm de incursione morbi *ibid.*
Manifestatio morbi congruè præmittitur discussioni remedij *ibid.*
MORIONES quo absurdiores & insulsiores, eo ad suas futilitates revocandum difficiliores c. 26. 86
MORES. Ut subditi Dominorum, sic discipuli Magistrorum, non solùm opiniones, sed mores quoque procliviter imbibunt c. 21 69
MOYSES. Cur ejus sepulchrum voluerit Deus manere incognitum c.39 127
MVLIERIS *Hutchinsoniæ* fæcunditas tam in hæresibus, quàm in monstrosis fœtibus c 18 60
Mulieris alterius partus monstrosissimus *ibid.*
MVNDVS duabus respectivè potestatibus principaliter regitur; Pontificali & Regia c. 70. 227
Mundi conversio per Apostolorum prædicationem, ingens miraculum c.7.22.

N

NOVATIANI de Cornelio Papa falsum crimen divulgant c. 68. 221
NOVITATES vocum profanæ devitandæ c.38. 125
NVMERI septenarij perfectio c.18.60

O

ODIVM. Naturale est odisse quem timeas, & quem timueris infestare, si possis c. 46. 147
OPINIONIS curandæ ratio triplex c. 26. 86
Opinionis quæ animum præoccupavit perversitas c. 46.147
ORATIONIS pro hæreticis fusæ utilitas, & commendatio c. 23 76.77.c.26. 85.c.30. 98
ORIGENES. An disputarit cum Marcionistis c. 39.128

PA-

P

PAPISTÆ nomē non est erubescendum sed gloriandū c.67.218
Non innuit separationem, sed cohæsionem cum Ecclesia matrice *ibid.*
PARABOLÆ *seminantis* Matthæi 13. interpretatio c. 3.7
PARISIENSIS Censura in Lutheri doctrinam c. 16.52
Parisiensis Facultas à Luthero extollitur *ibid.*
Ab eodem ratione Censuræ in eum latæ petulantiùs quam ceteræ proscinditur *ibid.*
PASTORES gregem non ut Christi sed ut suum pascentes redarguntur c.12.39
Qui Pastorem ovium lædere vult, lupus est c.68.223
PATRES. *Vide* DOCTORES.
PAVSANIAS. Cur Philippū Macedonū Regem interfecerit c.14 44
PAX cum omnibus hominibus, si fieri potest, habenda c. 3. 7. *Vide* CONCORDIA, UNANIMITAS
Cur soli pacifici, *filii Dei* vocentur? 8
PELAGIANI generalem Synodum pro sua causa congregari postularunt c. 21. 71
Inaniter exemplo Collationis Carthaginensis cum Donatistis, prætenderunt sibi jam prædamnatis annuendam esse ulteriorem audientiam c. 40. 132
Discrimen notandum inter ipsos, Donatistas, & Maximianistas *ibid*
Contra ipsos, à Pontificibus & Episcopalibus tantùm Synodis prædamnatos, Papa Bonifacius non solùm Apostolicis sed etiam Cæsareis utebatur Edictis c. 21.71
Eos Papa Celestinus, quasi non discusso negotio audientiam postulantes, totius Italiæ finibus jussit extrudi; nequaquam permittens retractari, quod semel meruerat abscindi *ibid.*
Ipsis sufficere debuit abscissio facta per Ecclesiam Occidentalem, inconsulta etiam Orientali *ibid.*
Quid in Ephesina Synodo contra ipsos actum 72
Qualiter post Synodum Papa Sixtus Iulianum correctionis spem præferentem repulit *ibid.*
Pelagiani in eo modestiores Lutheranis quòd post Ephesinæ Synodi sententiam, non petierunt ulteriorem audientiam *ibid.*
Sub Gelasio I. resurgere tentaverunt. & quomodo ijs obviatum c.33.108
Non negabant arbitrij libertatem, sed gratiæ prædicatione contendebant evacuari c.48. 156
Non ideò erant Catholici, quia Manichæorum adversabantur errori c. 70.229
Dictis scriptisque *Augustini* abutebantur c.25 82
Augustino & Catholicis affingebant Massalianorum hæresim de Baptismi efficacia c. 50. 160
Usum rationis parvulis anticipabant c. 53.169
Quàm insulsè *ibid.*
An vestes sacerdotales improbarent 171
Pelagius reijciebat Traditiones c. 50. 161
Pelagiana hæresis quomodo è Britannia extirpata c.29. 95
PERDIX typus diaboli & hæreticorum c. 6. 19
PERTINACIA hæresis est complementum c. 37.122
Pertinaciæ malum c 8.25
PERVERSORES. Iis non connivendum sed obsistendum c. 5. 16.
PETILIANVS ore maledico in Monasteriorum & Monachorum vituperationem perrexit c.51.164
Cathedram *Apostolicam* ausus est *Pestilentiæ Cathedram* appellare c 75.244. Quàm ineptè *ibid.*
PHILAVTIA radix discordiæ c. 5. 15
Radix omnium vitiorum c.12.38.39
Ejus cum superbia, & avaritia generali, collatio 39
PHILIPPVS IMP. Primus Cæsarū Christianus est factus c.75.243
De mandato Fabiani Papæ, publicam Romæ subijt pænitentiam *ibi.*
PHIL. MELANCHTON horrendum Florini commentum, *de Deo authore peccatorum*, in Orbem revehit c. 23.78
A Tridentinis PP. post *Arausicanos* & Valentinos, damnatur *ibid.*
Sententiam retractat *ibid.*
PHILOSOPHI Hæreticorum Patriarchæ c.9.29
Eorum dissensiones penè innumeræ 26
Eorum Sectæ diversæ, invicem se conficiunt 27
Discipuli etiam proprijs Magistris contradicunt c. 17. 58
Philosophi Pyrrhonij seu sceptici quid docuerint c.9. 28
Pyrrhoniorum & Academicorum discerniculum *ibid.*
Pythagoricorum mos erigendi desertoribus suæ Sectæ columnas tanquam mortuis c.24.79
S POLYCARPVS quàm studiosè omne cum hæreticis commercium vitaverit c.23. 77
PONTIFEX *Vide* ROMANVS PONTIFEX.
PRÆDESTINATIO libertati non præjudicat c. 48. 155
PRINCIPIA. Disciplinalium præstantia c. 42. 135
Discrimen inter Scientias inferiores & supremas, quoad probationem suorum respectivè principiorum c 44.141
PROTESTANTES de imminuta Cæsaris Majestate inofficiosè queruntur c. 75. 243. 244
Protestantici nominis origo c. 16. 55. c. 73.236
Quàm congruè à Lutheranis assumptum c 74.246
Protestantico Ministello Rex Suedicus fuit *Deus conversus*, *Plebem vivificaturus* c. 75 243
Vide CONFESSIONISTÆ, LVTHERANI.
PROVERBIVM, *Pro Aris & focis certare*, quid? c. 8. 24
PROVOCATIO. Communi nomine provocanti, sine communi Procuratorio non deferendum c. 76. 245
PROXIMVS. Quis nomine *Proximi* intelligendus c.3. 7
PVGNA nulla sine malo c.6.17
Non omnis pugnans pugnando fit malus, & quis fiat? *ibid.*

R

RELIGIO Christiana charior esse debet, quam vita c. 8 24
Controversiarum super Religione exurgentium, quisnam Iudex legitimus c 76. 247
Religionis controversiæ non ad sæcularia, sed ad Ecclesiastica pertinent Tribunalia c. 64 209. c. 69. 224. *& seqq.* c. 72.235. c. 73. 236. c. 77.249
Controversias de Religione terminandi methodus expeditissima c.38. 125
Ei parti adjudicanda veritas, cui Catholicorum Patrum suffragatur authoritas *ibid.*
Religionis causa concordiam non patitur c. 32. 106
Qui novam invehere tentant, miraculis eam debent stabilire, alioquin explodendi tanquam seductores c 35.115
Religionis disparitas, animos maximè alienat c. 8. 24
Ieroboami facto ostenditur 25
Immanitatis dissidiorum inter Christianos super Religione, causa duplex c. 23. 24
Causæ diuturnitatis dissidiorum eorundem 25
Gesta pro Relig. Christ in Comitijs Augustanis c. 57 182. *& seqq.*
RESPONDERE. Parœmiastis Parænesis. *Ne respondeas stulto iuxta stultitiam suam* &c expenditur c.22.73
REGES cùm in errore sunt, pro ipso errore leges contra veritatem ferunt: & contra c. 32. 106
Eorum functio circa Ecclesiam *ibid. Vide* IMPERATOR.
Regnum etiam terrenum, omne à Deo est c. 72.233
ROMA aut fortitudinis nomen est, aut sublimitatis c.31. 103.
ROM. PONTIFEX. Ejus varia elogia *ibid*
Quinam ei titulum, *Patris Ecclesiæ*, attribuerint c.69 225
Petrus Christi Vicarius, Christiani ovilis Pastor, Ecclesiæ navigantis Archigubernus, ejusdem consistentis firmamentum c 72 235
Ei soli à Christo dictum, *Duc in altum*, id est, in disputationum profundum *ibid.*
Primatus Petro datur, ut una Christi Ecclesia, & Cathedra una monstretur c. 67.219
Pro fide Petri, supplicatio Christi c 33.107
Sicut permanet quod in Christo Petrus credidit, ita permanet quod in Petro Christus instituit *ibid.*
Petri dignitas etiam in indigno hærede non deficit *ibid.*
Ad Apostolicæ Cathedræ fastigium Deus aut claros evehit, aut evectos illustrat *ibid.*
Cathedræ prærogativa, ut cogat rectè docere, etiam non rectè viventes *ibid* & c.75. 244
Mala Pontificis vita, non præjudicat Ecclesiæ & innocentibus Christianis c. 75 244
Peculiaris cura Numinis erga Sedem Apostolicam c.34. 110
Comparatio dignitatis Papalis & Imperialis 111
Pontificū in Cæsares Pastoralis authoritas exēplis illustrata c.75 243
Ad *Apostolicæ* Sedis tribunal causas fidei remiserunt Imperatores c.69.224 *& seqq.*
Consuetudo consulendi *Apostolicam* Sedem super fidei quæstionibus, non solùm Regia est, sed etiam Canonica 225
Soli competit jus indicendi & confirmandi Concilia generalia c.75.242. c.77 249
Oecumenicæ Synodi omnes Papali authoritate fuerunt principaliter indictæ c. 77.249
Romanæ Sedis confirmatio Synodis necessaria c.33.108. c.75.242.
Romanum Pontificem nemo Catholicorum æquiparat Scriptoribus Canonicis quoad infallibilitatem omnimodam, uti calumniantur Sectarij c.37.123
Prima sedes à nemine judicatur, sed soli Divino judicio reservatur c.76.246
Summum Ecclesiæ Præsulem ad sæculare Tribunal pertrahere velle, quam perversum, & sacris Civilibusque legibus adversum *ibid.*
Quibus calumnijs Pontificem insectentur Lutherus & Lutherani c.16.53. c. 50. 162. c. 56.178. 179. c 75.243
Diversorū Sedis Apostolicæ hostiū improvisus interitus c. 34. 111
Vide ECCLESIA ROM.
RVARD. TAPPERVS. Ejus elogia c.62.199
Oratio quā disputationes cū hæreticis ineundas dissuadet 200 *& seqq.*

S

SABA Regina *An* fuerit fidelis c.39. 127
SACERDOTES Eunuchis Principum comparantur c. 55 176
Quàm turpe sit eos à continentia prolabi *ibid.*
De sacerdotibus judicare ad quos spectet c. 74 241. c.76.246
SACRAMENTARII. Eorum origo, & in subsectas multipartitio c.18. 60
Non consentiunt Lutheranis quoad Canonem Novi Testamenti c.45. 144

SALO-

SALOMON. Ejus cum Hiramo disputatio quibus de rebus fuerit? c. 39. 127
De quibus disputatio cum Regina Saba *ibid.*
An suis colloquijs Reginam Saba ab fidem converterit *ibid.*
Quomodo inter sexum & sexum internoverit *ibid.*
SAXO. Ioanni Frederico Saxonum Duci malum præsagit Adrianus VI c. 15. 51
Ejus captivitas & punitio c. 17 57
Ei post obitum parentant Lutherani *ibid.*
Epitaphium per ipsos ejus sepulchro inscriptum *ibid.*
SCRIPTURA SACRA non in legendo sed in intelligendo consistit c. 20. 65
Indidem sumendus Scripturę sensus, unde & Canon *Ibid.*
Scripturæ sensus ab Apostolis traditus, penes Ecclesiam est 67
Quam ardua recta Scripturæ intelligentia sine clave Ecclesiasticæ Traditionis 68. & c. 34. 112
Scripturæ insufficientia sine recursu ad Traditionem c. 20 65
Secundùm litteræ corticem cunctis promiscuè hæresibus adaptari potest *ibid.* & c. 59. 191. 192
Nisi Scripturæ perperam intelligi possent, hæreses esse non possent c. 25. 82
Scripturarum authoritati non derogat, quod ex ijs perperam intellectis hæreses prognascantur c. 20. 66
Non minùs veritati obstrepit adultera interpretatio, quam ipsius Textus mutilatio vel depravatio *ibid.*
Scripturam Divinam non habent, qui ejusdem intelligentiam pervertunt *ibid.* & c. 44 142
Qui quas vult Scripturas recipit, quas vult reijcit, eas sibi subjicit, nec Scripturis sed sibi credit c. 35. 115. c. 44 143
Scripturæ Divinæ majestatem magis deprimunt Lutherani subjiciendo eam privato suo spiritui, quam Catholici eandem interpretando ex Ecclesiæ Traditione & consensu c. 45 145
Scriptura prout profertur à Catholicis, est verbum Dei; prout ab hæreticis est verbum Diaboli *ibid.*
Scripturæ intelligentia non omnibus obvia c. 20. 67. c. 59. 191. 192
Tria potissimùm in Scriptura spectanda, versio, Canon, interpretatio c. 44. 142
Canon Biblicus hodie in Ecclesia usitatus, quà vetustus c. 45. 144
Quosnam utriusque Testamenti libros de Canone exturbent Lutherani *ibid.*
Cur illos repudient c. 46. 147. *& seqq.*
Sacrorum librorum divisio in *Protocanonicos* & *Deuterocanonicos*, à sectarijs abusivè detorta, & perperam intellecta c. 45. 144. 146
Quæ dogmata in libris Deuterocanonicis Lutheranicis paradoxis adversentur c. 46. 148. 149
Scriptura Sacra Luthero est *Liber hæreticorum* c. 72. 234.
Scripturas obtendere, hæreticis est solemne; & cur ita c. 25. 82. 83
Ad Scripturarum certamen non admittendi hæretici c. 24. 81
Scripturis etiam usus est diabolus c. 20. 65. c. 25. 82
Epistolæ Petri, Ioannis, Iacobi, Iudæ, contra quem errorem maximè dirigant intentionem c 46 149 c 47 153
Testamentum Vetus in tabulis lapideis, Novum in cordibus credentium primariò scriptum c. 20. 63
Vide BIBLIA.
SECTARII moderni clave scientiæ destituti ducentas unius sententiolæ, *Hoc est corpus meum*, interpretationes sunt commenti *ibid.*
Vide CONFESSIONISTÆ, LUTHERANI, PROTESTANTES, SACRAMENTARII.
SEMIPELAGIANI errorem Pelagianorum, de libertatis evacuatione per gratiæ prædicationem, sunt amplexi c. 48. 156
Dictis Augustini Scriptisque abutuntur c 25. 82
Cum Massiliensibus novâ acie dimicandum non fuit, quia non tam nova dogmata procudebant, quàm antiquatos errores Pelagianorum renovabant c. 47. 150
Non fuit ijs data audientia aut disputandi copia in Synodo Arausicana *ibid.*
Quid Arausicani Patres in causa Semipelagianorum præstiterint *ibid*
SEPULVEDA. Ejus de Luthero ipsiusq; fratribus Censura c. 49. 157
SERPENS. Cur ejus ministerio usus diabolus c. 11. 33
SIMON MAGUS An cum Divo Petro disputarit c. 39. 128
Primus sustulit bonorum operum necessitatem c. 47. 153
Negavit liberum arbitrium c. 48 156
Deum authorem dixit peccatorum, & qualiter c. 49. 158
Ejus ambitio & avaritia c. 13. 43
Ejus exitus c. 10 32
SYNODUS. Oecumenicarum authoritas c. 34. 112. c. 58. 187. 188
Oecumenicæ omnes Papali authoritate principaliter sunt indictæ c. 77. 249
Non sufficit ad abstergendum hæreseos opprobriũ aliquas Synodos œcumenicas accepiare, sed omnes oportet suscipere c. 70. 229
Synodorum nimia sub Constantio Imperatore Ariano frequentia, quam multiplices fidei formulas invexerit c. 35. 115.
Hilarij ea de re gravis querimonia *ibid.*
Nazianzeni de inutili multiplicatione Synodorum testimonium *ibid.*
Cur Synodus Florentina Græcos, & Basiliensis Bohemos ad conferentias invitaverint aut admiserint c. 40 133
Synodi Francofordiensis cum Nicena super cultu Imaginum conciliatio c. 52. 168
An Francofordiensis errarit errore facti, & unde error potuerit provenire *ibid.*
An convocata fuerit ad tractandum de cultu Imaginum c. 69. 225
Vide CONCILIA.
STULTIS contradicere vanum est c. 25 83
Paræmiastis Parænesis: *Ne respondeas stulto iuxta stultitiam suam* &c. expenditur c. 22. 73
SUEDIÆ. Rex Gustavus Ministello Protestantico fuit *Deus convertens Plebem vivificaturus*. c. 75. 243
Quàm ineptè *ibid.*
SUPERBIA quo sensu initium omnis peccati c. 12 39

T

TALIO. De Lege *Talionis*, & ejus æquitate c. 18. 59
Quousque per Christum abolita vel stabilita *ibid.*
TANNERUS Augustino sententiam illam tribuit quam Augustinus improbat c. 38 126
TEMPLUM. Cur in veteri Templo Iudæorum quædam exponebantur, quædam intra Sanctum Sanctorum abdebantur c. 20. 68
TERTULLIANUS. Ejus lapsus, unde? c. 13. 41
Quantopere disputationes cum hæreticis dissuadeat & improbet, & quas maximè? c. 24. 81 c. 25 *toto.*
THEBUTES. Ejus Phylotimia, Hierosolymitanum Episcopatum affectantis & ob repulsam recalcitrantis c. 10. 30
THEODOSIUS MAGNUS, ovem Ambrosij se agnoscit c. 75. 243
Pœnitentiam ab eo injunctam adimplet *ibid.*
THEODOSIUS AUGUSTUS Ejus methodus stabiliendi fidem, & confundendi novitatis invectores c. 38. 125. c. 62. 205
Approbatur *ibid.*
THEOLOGICI LOCI. *Vide* LOCI THEOL.
THOMAS MORUS Lutheri scurrilitates & impudentiam carpit c. 16. 54. c. 60 193
Lutheranismi exuberantis pseudomiraculum explodit c. 7. 21
Subitarias cum Lutheranis disputationes improbat, & cur c. 60. 194
TYPOGRAPHIA. Quando primitus reperta? c. 37. 121
Ejus facilitas disputationes scriptorias crebriores reddidit *ibid.*
Traditio ad veritatem eruendam & errorem deponendum dux optima c. 19. 63. c. 38. 125
Ejus authoritas & necessitas c. 20 65. 67 68.
Apostolicæ Traditionis nemo certior testis quàm Ecclesia 67. 68
Cur quædam citra scriptum tradita sunt 68
Non scripto sed verbo Euangelium primitus plerisque Gentibus consignatum fuit *ibid.*
Divinas Traditiones quinam rejecerint c. 50. 161
TRIDENTINA SYNODUS œcumenica fuit & libera c. 77 245
Lutheranorum dissensus obstare non potest, quin dicatur universali consensu constituta c. 34 112
Quàm futiliter adversus eam excipiant Confessionistæ c. 57. 181 c 71. 230. c. 77 249
Absurditatum monstra prætensæ exceptioni consectaria c. 57 181 c. 71. 230
Ab ea exclusi non fuerunt Confessionistæ c. 71. 230. c. 77 249
Potuerunt excludi sine injuria c. 71. 230

V

VERITAS non debet consistere inermis c. 51. 163
VETUSTAS. *Quidquid vetustate præcellit, idem venerabile est* c. 38. 125
VIRGO DEIPARA peculiari præ alijs modo Templum est Dei c 14. 46
VIRTUS. Ejus iter arduum c. 7. 21
VITIUM. Facilis ad vitium via *ibid.*
Vitium qui perversè declinat, in contrarium pleronque incurrit c. 23 78
VITIZÆ Gothorum in Hispania Regis libido venerea c. 55 176
UNANIMITAS Primævorum Christianorum quid operata c. 2. 4. 5
Unanimitatis profectus triplex 6
Unanimitatis incentiva c 3 & 4 *totis.*
Vide CHRISTIANI, CONCORDIA, PAX, HOMINES.
VOLUNTAS. Quantum ejus in intellectum & vires inferiores imperium c. 62. 200

W

WICLEFFUS. Ejus ambitio, lapsus causa c. 13 43
Ordinum mendicantium sodalitia, appellabat *Castra Conmitica* c 51. 165
WORMACIENSE COLLOQUIUM. Cur intermissum c. 57. 186

Z

ZENO IMP. Edictũ cōdidit, quod *Henoticon* intitulavit c. 31. 102
An fructuosè *ibid.*

FINIS.

Bayerische StaatsBibliothek

Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Sinnichius, Johannes Baptista,

Confessionistarum Goliathismus profligatus

Lovanium 1667

2 Polem. 181

urn:nbn:de:bvb:12-bsb10635790-6